2 † Quid autem esset in casu claro, & expresso, quando expressè esset actum, quòd debitor posset reddere rem deteriorem, nunquid esset mutuum, vel contractus innominatus, vel quid iuris? Istum casum expresè ponit Raph. Fulg. in l. 2. in princip. in 4. colum. supra eod. & determinat, quòd isto casu non esset mutuum, quia est contra substãtiam mutui istud pactum, per legem istam cum concor. vnde secundum eum substantialia contractus non possunt per pactum immutari. l. 2. ff. de vsufr. & quemad. quis vta. sed naturalia contractus sic. l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. reliquit tamen cogitandum. Eandem opin. tenet Ludo. Rom. in d. l. 1. in princip. s. eod. vbi refert Fulg. Ego autem contrarium teneo, & puto, quòd sit cõtractus mutui, & mutuum, & in primis pondero Bar. hic. in 1. col. ante fi. quem sequuntur Fulg. & Roma. hic. nam Barto. dum examinat quæst. gloss. an pro vino nouo possit reddi vinum vetus, & ècontra, postquam declarauit quid sit vinum nouum, & vetus, postea subdit, fallit si tempore contractus mutui tacitè esset aliud actum, quo casu potest agi vt reddatur deterius, quando solutio est collata in tempus. alleg. l. firmio. §. 1. ff. quando dies leg. ced. ¶ Secundò contra eos allego decisionem expressam Pau. de Cast. hic in 1. colum. in 1. not. vbi dicit, quòd licèt censeatur tacitè actum vt reddatur æquè bonum, tamen potest per pactum alterari, nec desinit esse mutuum, eo quia ista non sunt de substantia mutui, licèt de natura, sed naturalia contractus possunt per pactum immutari, per glo. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. empt. sed substantialia mutui sunt, vt reddatur idem in genere, consistente pondere, numero, vel mensura, & quoties substantia contractus alteratur, transit in alium contr actum. l. vbi ita donatur, vbi Bar. ff. de dona. l. cum precario. ff. de preca. quæ lex videtur contra. Ad idem pondero Bar. hic in vltim. not. vbi dicit, quòd istud quòd reddatur in eadem bonitate, dicitur de natura, non de substantia, quod etiam patet, quia illa dicuntur substantialia, sine quibus non potest esse actus, vel subsistere mutuum, sicuti non potest consistere emptio sine re, & pretio. Naturalia autem dicunt illa, quæ tacitè intelliguntur de natura actus, vt declarat glo. magistr. in l. pacta conuenta, in princip. ff. de contrahen. empt. & plenius Bal. in l. ad exactionem. C. de dot. prom. & naturalia contractus possunt mutari per pactum. Ex istis concludo, quòd quamuis in mutuo intelligatur tacitè actum, quòd reddatur æquè bonum, tamen si expresè ageretur contrarium, vt posset reddi deterius in eodem tamen genere, adhuc esset mutuum, quia est de natura.

3 ¶ † Not. in secunda parte, quòd vinum vetus censetur melius nouo, vt declaratur in glo. ad hoc adde text. de quo Docto. hic faciunt mentionem in l. iubemus. C. de ergo. milit. ann. lib. 10. & ibi pulchrè no. Barto.

4 ¶ † Not. etiam quòd illud quod venit tacitè de natura contractus, præsumitur tacitè actum à partibus etiam si non probetur.

5 ¶ † No. tertiò, & vlt. in vlti. parte. l. illud, ad quod semper allegatur ista lex, quòd par est virtus taciti, & expressi. Sed tu considera, quòd ista lex propriè loquitur in his, quæ tacitè veniunt ex natura contractus. in his verum est, quòd par est virtus taciti, & expressi, ergo extra istos terminos ista lex nimium generaliter allegaretur: nam debet intelligi, quando illud venit ex natura contractus, hoc modo intelligendo cessant contrariæ gl. super quibus laborarunt Docto. præsertim contrarium. l. quicquid astringendæ. de verbor. oblig. ad quod variè dantur solu. Ista videtur clara, quia ibi non veniebat ex natura contractus. Et sic limito istam reg. procedere in his, quę tacitè veniunt ex natura contractus, in alijs quid sit, apparebit ex inf. dicendis.

6 ¶ † Secundò limito non procedere, quando tacitum venit ex sola præsumptione legis, tunc non operatur eundem effectum, quòd expressum. Hinc est, quòd licèt expressa substitutio pupillaris excludat matrẽ à successione filij. l. Papi. §. sed nec impuberis. de inoffic. testa. c. si pater. de test. in 6. tñ tacita pupillaris, quæ continetur sub expressa vulgari, non excludit matrem. l. preci-

* bus, secundũ *communem* intellectum. C. de impuber. & alijs subst. ratio est, quia illud tacitum venit ex præsumptione. l. ita Albe. hic, in 2. colum. Alex. hic, & Bar. in l. centurio in 2. colum. & ibi clarius Bald. in penult. colum. de vulg. & pupil. Salyc. in d. l. precibus. ¶ Tertiò limita istam reg. non procedere quantum ad vitiandum actum. Hinc videmus, ꝙ error expressus vitiat actum, & sententiam, tacitus non vitiat. l. ex diuerso. §. si in iudicio, & ibi glo. ff. solu. matrim. & ibi Imo. limitat legem nostram, & ita debent intelligi l. actus legitimi, & l. expressa. ff. de reg. iur. & sequitur Alexan. hic, & in cons. incip. attentis verbis testamenti, in vlt. colum. Quartò vltra alios limito istam regu. non procedere quantum ad reuocandam primam voluntatem testatoris habentem tacitam clausulam derogatoriam. nam scire debes, si testator condidit primum testamẽtum, & in eo apposuit clausulam derogatoriam ad secundum testamentum, certè non valeret secundum testamentum, nisi fieret in eo expressa mentio de primo. l. si quis in prin. ff. de leg. 3. traditur in l. sancimus. C. de test. sed si in primo testamento esset tacita clausula derogatoria ad secundum, non esset opus in secundo testamento facere mentionem de primo, quia etiam sine expressa derogatione tolleretur illud primum, & sic hoc casu non esset par virtus taciti, & expressi. text. habes notabilem, si bene inspicias, in l. fin. in princ. in ver. recepisset. & ibi. gloss. & Barto. quem videas. ff. de lega. 2. ¶ Quintò limita nõ procedere quantum ad prorogandã iurisdictionem Episcopi non sui. Nam clerici non possunt litigare coram alio, quàm coram suo Episcopo. i. diœcesano, etiam si prorogarent iurisdictiouem alterius Episcopi, sed requiritur, quod Episcopus suus consentiat. capit. significasti. de for. compe. Certè, quòd requiratur consensus Episcopi diœcesani,

a procedit in iurisdictionis prorogatione [a] expressa. sed in tacita

7 prorogatione † secus, quia põt fieri sine consensu Episcopi sui. text. est in capit. significasti. de for. compe. Pau. de Cast. hic. glo. in capi. inclita. xj. quæst. 1. glos. in capit. si diligenti. in glos. pen. & ibi Cano. de for. compe. & ita in hoc casu non est par virtus taci

8 ti, & expressi. ¶ † Sextò limita secundum Pau. de Cast. in cons. 25. incip. super primo dubio. in 4. colum. quòd actus, & voluntas taciti non sic latè sunt interpretandi, sicut expressi, & facit

9 ad aliquas ex limitationibus proximè relatis. ¶ † Septimò pro limitatione adde, quòd quædam possunt fieri tacitè, quæ non possunt fieri expresè. Hinc videmus, quòd iuramentum ca-

b lumniæ [b] non potest expresè remitti per pactum. l. 2. §. sed quia veremur. de iura. calum. vbi glos. & Docto. & non valeret statutum in contrarium, & tamen tacitè potest remitti à partibus, si non petatur, text. in capit. 1. & ibi glos. de iura. calum. in 6. glos. in capit. tuis. de testi. glos. & Bart. in d. l. 2. §. sed quia veremur. cum mille concordantijs. Sic videmus, quòd milites non possunt esse procuratores in iudicio, sed tamen si non opponatur à partibus, possunt esse. l. filiusfam. §. veterani. de procur. Sic videmus de dolo futuro, qui non potest pacto remitti expresè: secus tacitè. l. si vnus. §. illud. supra de pac. De his, & multis similibus casibus habes glos. in d. capit. inclita. xj. q. 1. & glos. in cap. si fortè. de elec. in 6. & per Doc. in capit. cum tempore. de arbi. & ad hoc tendit regula, quam dicit glos. nostra, quòd quæ dam possunt fieri tacitè, quæ non expresè. l. expressa. de regu. iuris. l. si quis Sempronium. §. ille autem. ff. de hæredi. institu. Libelli autem productio nec tacitè, nec expresè potest remitti, gloss. & Docto. in capit. 1. de libel. oblat. & in clemen. sæpè. in princ. de verbor. sign. Bartol. & Doct. in Authen. offeratur. ad fin. C. de lit. conte. quicquid ibi dicat glos. Ad istud notab. vide, quæ prolixius scripsi infra in sequen. lect. huius legis. ¶ Gloss. in verb. nouum. diuiditur in duas partes prin. Primò format quæstionem contrariam ad exemplum text. & arguit ad partes. Secundò colligit notabilia, seu argumentum ad testes. Secunda ibi. & potest sumi hic argumentum. Illa secunda subdiuiditur in duas partes. Primò facit, quod dictum est. Secundò oppo. & non soluit. Secunda ibi, argu. contra. in Authen. demonachis. ¶ In eadem gloss. ibi, secus si datum est vetus. habes

10 gloss. concluſiuè extendentem ad exemplum text. † quod nedum pro vino veteri mutuato non potest reddi vinum nouũ, sed nec etiam ècontra, si sit mutuatum nouum, non potest reddi vetus, quamuis melius sit. & cum gloss. transeunt Alber. & Bald. in lect. antiqua. & Angel. hic. Bartol. verò cum quo alij Mod. tenent, melius dicit, quòd si vinum vetus sit melius, vt videmus in vinis excellentioribus, quæ durant vltra annum, & tunc tenet contra gloss. quod imò talẽ vinum vetus excellentius potest reddi pro nouo: eo quia in eodem genere. Item redditur in eadem bonitate, quia quod melius est, vtique bonum est. l. vbi autem. alleg. in gl. Secus si vinum vetus non esset melius, vt cõiter contingit, & tunc procedit opp. glos. Et tenendo hanc sententiam, ꝙ vetus excellentius possit reddi pro vino nouo, responde ad leges alleg. in prin. gl. prout respondet gl. not. in l. pen. in glo. fin. in ver. prouenisse. ff. si ex noxa. cau. aga. & in

11 specie respondent alij Docto. hic, maximè Mod. ¶ † In ead. glo.

ADDITIONES.

a ¶ Prorogatione. Adde Ioann. de Fantu. in capitu. nos si incompetenter. 2. quæst. 7.

b ¶ Calumniæ. Adde Bartol. & Bald. in l. iusiurandum. in §. qui iusiurandum. ff. de iureiur. Bartol. in l. de pupillo. in §. nouum opus. de oper. no. nuncia. glo. in c. tuis. de test. Spec. tit. de iura. calum. in §. 2. ver. & not. idem Spec. titu. de lit. contest. in §. 4. Docto. in cap. 1. de iur. cal. lib. 6.

glo.ibi, & potest sumi argumentum ad testes seniores. Habes ex gloss. quòd seniores & in testimonijs, & in electionib.
a præferuntur iunioribus.[a] facit.l.fina.ff.de fid.instru.& text. est in l. semper.in princip.ff.de iur.immu.Ad hoc facit, quod not.Bar. in l.1.per illum tex.ff.de obseq.Facit, quod not. idem in l. fina. per illum text. C. de tyro. libr. 12. Intellige tamen sanè, ni-
b si Doct.iuuenes[b] essent digniores, & excellentiores, quia sunt præferendi senioribus. Ita dicit gloss. in §. ordinationem. versi.
12 tempus.in Authen.de mon.& ibi Angel.sequitur, † facit.l.pro uidendum.C.de postul.vbi Sal. not. imò fortius tenuit glo. in l.
c 1. C. de ann. ciui. libr.11. quod scholaris,[c] si sit excellentis doctrinæ, debet præcedere Doct.Quomodo tamen debeat præcedere gloss.ibi declarat.Pan.in capitu.clerici.de iud. Et ad pro-
d baudum talem excellentiam[d] in doctore, vel scholari, requi-
e runtur 15. testes.[e] text. est in l. vnicuique. C. de proxi. sacror. scri.libr.12. quem ad hoc reputat sing. Ludo. Rom. in repet.l.si verò.§.de viro.in 53. fallen.ff. solu.matr. Facit text. solennis in l. sed & reprobari.§.valde discipilnatos ff.de excu.tut. & ibi Bald. not.per illum text.Dicit Rom. hic, quòd aliàs fuit determinatum Bonon. vbi erat statutum, quod minor 25.ann. non posset habere lect.ord.fuit recessum ab illo statuto. Item facit.l.ad bestias.ff.de poe.Adde, quod dicit Bald. in prooe.ff. ad fin. dum
f quærit, quis præcedere debeat, an Doctor, an miles,[f] & concludit, quòd Doctor.Fallit(dicit ipse) in Doctorellis & ita dicit
13 obseruari Bonon.† Adde etiam,quod Doctor iuueuis,qui actu legit,debet præcedere Doctorem etiam seniorem, qui non legit.Ita probat text.in l.2.& ibi And.de Baru.& Ioann.de Pla.C. vt dig. or.seru. libr.12.And.de Baru. & Nic. de Nea. in l.1. C.de consu.libr.12. Alexan.hic, & in l.2.§.prius ff. de vulg. & pupil.
g Adde,quod Doctor iuris cano.[g] debet præcedere iuris ciuilis Doctorem. Doctor autem iuris ciui.precedere debet Doctores ar-
14 tium.† Doctor Theologiæ omnes Doct. præcedit. ita Ioann. And.in capitu.clerici.de iud. & Lud.Rom. in consi.incip. Quo ad primum artic. nume. 333.Nisi quis esset Doctr.vtr. iur. quia tunc debet præcedere alium.Ita Abb.Pan.in d.capitu. clerici.Fa
15 cit, quod dicit Bald. in l. sed & milites. ff. de excu.tut.¶ † Not. etiam,quod opportunè dixit Pan. in d. capitu.clerici. Quando
h contendunt duo Doct.legentes[h] de prælatione,ille præfertur, qui habet maiora stipendia. Cui tu adde text.in l. 1.in versicu. *ordine stipendiorũ*.C.de prin.agen.in reb.lib.12. & tex.in l fin.C.de tyro.libr.12.Item adde illud,quod not.Bald. in capit. cum omnes.in 14. colum. extra de const. quod non debet fieri differentia inter iuuenem,& senem,paria stipendia habentes, & ex hoc dicit, quòd tantum valet vox vnius iuuenis, quantum vnius senis, etiam inter Card. Adde etiam ad prædicta text. in l.1. C. de consu.libr. 12. per quem text. dicit Angel. de Are.in §.quæ-
16 dam. in 10. colum. Instit. de act.† quod si aliquis fuit licentiatus anno præterito,postea per duos annos postquam fuit licentiatus,accepit gradum doctoratus, interim fuerunt alij doctorati,quis debeat præferri?Determinat,quod præferatur ille, qui prius fuit licentiatus, quamuis nondum haberet gradum doctoratus, sed postea cum fuerit adeptus. Ego semper dixi, & dico, quod text. in d.l.1.nihil facit, quia in illa.l.1. vtraque erat dignitas,& patriciatus, & consulatus. nimirum si prima dignitas facit eum præferri illi, qui habuit secundam dignitatem. Sed in casu nostro licentiatus nullam habet dignitatem, & contra Angel. tenet Ludo. Rom. in præal. consil. Petr. de Anscr.in 6. veritas etiam pendet ab illo passu: nunquid licentiatus
i veniat appelatione Doctorum[i] necne, quod tangit Bald.in l.1. ff.solu. matr. & ibi Mod. & Bald. in Authen. habita. C. ne fil. pro patre,& alij alibi in infinitis locis: prout collegi in l.si donatione. C. de colla. Quis autem dicatur habere doctrinam eminentem,& quis sufficientem,& quis mediocrem,declarat Inn. in capitu. cum in cunctis. de ele. Ad prædicta vide, quæ ordinatius cumulaui infra in sequen.lect.huius l.Gloss. in versic.pro cauto. Primo oppon. & tripliciter soluit. Secundò per viam fallentiæ remouet aliud contrarium. Tertiò format quæstio. Quartò colligit ex text.not. & alleg. concordantes. Posteà oppo. & non soluit. Secunda ibi, idem & quandoque non habetur. Tertia ibi,sed quid si cui dixero in vulgari. Quarta, ibi,item not.hic argum.¶In ead.gloss.ibi,vt instit. quib.mod.re contrahitur oblig. in princip. Pro clara intelligentia huius primæ partis gloss. quæro de solu. ad d.l. quicquid astringendæ. in princip.quæ de directo contradicit.l. nostræ. Ibi.n. tacitum habetur pro omisso, & non expresso. Ad istud variæ dantur solu.
* & Docto.laborant in re clara.*Prima solu. glo.reprobatur per omnes*, quia diuinat.Secunda solu. gloss. magis appropinquat veritati,
17 quòd † ista.l. loquatur in contractu, qui celebratur re: ibi, qui celebratur verbis, & licèt non declaret, potest assignari ratio diuersitatis. Nam in contractu verbis celebrato, verba sunt de substantia: Ideo si non fuerint verba, habentur pro omissis. Istam reprobant Bartol. & Mod.hic, & idem in l. ita stipulatus,magna.in 1.oppo.princip. ad fina. infra de verbor. oblig. & Bartol. in d.l. quicquid astringendæ. per text. in l. triticum.ff. de verbor.obliga.Sed Alber. & Angel.hic saluant solu. gloss.dicentes, quòd in l. triticum, præcesserat mutuum, & stipulatio fuerat interposita super mutuo: ideo acceperat naturam stipulationis. Ista solu.est diuinatiua.Aduerte,quia licèt Bartol. hic reprobet istam solu. tamen idem Bartol. tenet eam in l.de die. & ibidem Alber. Angel. & Fulg. ff. qui satisd. cog. Aliam solutionem tradit Bartol.hic in distin.sua, & gloss.& Bartol. in d.l. quicquid astringendæ. in princip. quod ibi fuit omissum aliquid formale, vel substantiale. Sed ista etiam diuinat, & reprehenditur per ipsummet Bartol. in d. l. triticum, & Pau. de Cast.ibi.Aliter respondent Dyn.& Bartol.in d.l.quicquid astringendæ. & Bald. & Fulg. hic, quòd ibi fuerat nimia obscuritas. Ideo vitiatur stipulatio, si consideras tres casus. Ibi ego reiectis istis solutionib. aliter respondeo. Quando illud, quòd est tacitum venit ex natura contractus, illud habetur pro expresso, & in istis terminis loquitur ista lex. Si autem tacitum non venit ex natura contractus,& tunc si ex præcedentib. potest apparere, quòd senserint contrahentes, non habetur pro omisso. Ita loquitur. l. triticum. aliàs secus. d.l. quicquid astringendæ. Hinc sumpta occasione examinat Bart.hic, & in d.l.quic-
k quid astringendæ.An & quando tacitum[k] habeatur pro omisso, vel expresso, & dicit, quod quando tacitum pendet ex voluntate vnius, puta testatoris,tacitum non habetur pro omisso, per ll.per ipsum alleg. Contra istud opponebat Fulg. de l. si quis in fundi vocabulo.infra de lega. 1. & de l.Labeo, de supel. leg.& super hoc relinquit cogitandum. Sed miror, quia gloss. est ord. quæ format ista contraria, & respondet in l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. s. quod voluntas testatoris est attendenda,si vtatur vocabulis veris,& vsitatis. Contra Bartol. fortius stringit text.in l.quidam cum filium.ff.de hære.instit.Respondent ibi Bald. & alij, quòd per illum text. limitantur omnia iura mundi,dicentia, quòd attendi debet voluntas testatoris,quia est verum, quando testator venit ad declarationem voluntatis, saltem tacitè, aliàs secus. Postmodum ex tota doct.
18 Bartol.quæ sequitur,habes † colligere tres casus,in quibus nunquam tacitum habetur pro expresso in quocunque actu, seu contractu. Primus est, quando omittitur aliquid de substantia,vel forma: tunc non habetur pro expresso, quod habet locum etiam in vlt. volun. l. iubemus, & l.hac consultissima. C. de test. & hunc casum probat text. in l. quicquid astringendæ, secundum vnum intellectum gloss. præall. l.ita stipulatus, & l. insulam.de verbor.oblig.l.3.§.si quis insulam.infra de eo, quod cert. loc. Secundus casus est, in quo tacitum non habetur pro expresso, propter nimiam incertitudinem. d.l.quicquid astringendæ; secundum alium intellectum, & hoc etiam habet locum in vlt. volunta. l. duo sunt Titij, de test. tut. Tertius casus est, in quo tacitum habetur pro omisso, quando illud tacitum agebatur ex vna parte tantum. l. si repetendi. C. de condi. ob cau.& hic in glo. in prima solu. Extra istos tres casus vult Bart. quod tacitum habeatur pro expresso, si bene consideras. ¶In ea.gloss.ibi.Sed quid si cui dixero in vulgari, habes ex gloss. for-
19 matam notabilem quæstionem,quando simpliciter dixi,† Tolle istam pecu.nulla causa expressa, quis contractus sit iste.Gloss. & Doct.concludunt, primò recurrendum esse ad coniecturas, & licèt gloss. dicat de quantitate parua, dic melius, secundum Bartol.si quantitas sit parua,& dans sit diues, & accipiens pauper, hoc casu concurrentibus istis tribus præsumitur donatio. Text.in capitu. & si quæstiones, de simo.quem Abbas Panor. ibi reputat singu. Eodem modo nobilitas, & diuitiæ faciunt præsumi

ADDITIONES.

a ¶Iuniorib.Adde latè,& not.Bartol.consil.9.colum.pen.versicu.accedat.lib.1. PVRPV.
b ¶Iuuenes.Adde Saly.in l.prouidendum.C.de postulan.
c ¶Scholaris.Adde Fely.in capit.pastoralis.in 1.col.de offic.deleg.
d ¶Excellentiam.Quis dicatur excel.Inn.in capit.cum in cunctis. de elect.Barba.lib.2.consi.34.col.14. PVRPV.
e ¶Testes.Adde Fely.in rub.de ma.& obed.
f ¶An miles.Adde Bald.in l.quod constitutum.de testa.mil.
g ¶Canonici.Adde Fel.in rub.de maio.& obed.
h ¶Legentes. Adde Fel. in rubr. de maio. & obed. in 2.colum. versicu. præced. etiam.
i ¶Doct.Adde Bal.in l.athletæ.ff.de excu.tut.Raph. Fulg.in l. mulier.in §.1.ff.ad Treb.Io.de Lig.in ca.capitulum.de rescrip.
K ¶An & quando tacitum.Adde l.triticum.ff.de verb.obl.

præſumi donationem.cap. 1.de don.declarat Bartol.in l. 1.ff.ad Velleia.habes gloſſ.in l. ſed ſi ego,in fin.ff. ad Velleia.& gloſſ.in l.vxori.§.fin.ff. de lega.3. gloſſ.in l.ſi filij. C.de dona. inter vir. & vxo. & gloſſ. in l. 2. in gloſſ. 1. & ibi not. Bald. C. de dot. ante nup. & not. Bald. in l. 2. in 1. quæſtio. C. de iure dot. Iſtæ tamen coniecturæ licèt faciant præſumi donationem in priuato, tamen in prælato Eccleſiæ non, ſecundum Bald. in l.etiam.C.de fideiuſſ.In dubio,ceſſantibus coniecturis concludunt gloſſ.& Bartol.quòd præſumatur mutuum : prout etiam tenet Anto. de Butr. in capitu. ſi cautio. de fideicom. inſtrum. ſi pecunia data eſt ad numerum, iuxta gloſſ. in l. eius, qui in prouincia. in verſicu. quas vero. infra eod. quam ibi not. Bartol. & gloſſ. in l. die ſponſaliorum. ff. depoſi., aliàs præſumeretur depoſitum,ſecundum Angel. Pau. de Caſt. & alios hic,& Cy.in l. incendium. C. ſi cert.pet.Et ita teneas: quamuis Ful.& Lud.Rom.hic teneant diuerſam ſententiam, quòd non poſſit dici mutuum, quando non ſubſit cauſa, prout etiam tenet Ioann.de Imol.in l.ſi fundum certo die, & in l. à Titio.ff.de verbor.obliga.Sed reſponde prout diffusè per Alexan.de Imol. hic,ad quem te remitto.Ad prædicta facit, quod not.dicit.Bal. & quotidie allegatur in palatijs, in l.generaliter. in 3. colum.C. de non num. pecu. quod in dubio potius præſumitur fatuitas, quã donatio,vel quodlibet aliud. Sed contra iſtud dictum habes fortiſſimum textum in l.ſi teſtamento.§. 1. ff.de fideiuſſ.vbi in dubio potius præſumitur donatio, quàm ſulorio facta animo gerendi negotium,vel liberandi ſocium,de illo tex. perpendit ſolus Raph. Cum ibi dicens, fortiſſimum eſſe text contra
20 iſtud vulgare dictum.¶† Adde pulchrum, & not.text.in cap. cum venìſſent.de inſti.quem omnes Cano.ibi ad hoc not. quia verba generalia prolata ad complacentiam alicuius nihil operantur, & nihil diſponunt. Et propterea per illum text. dicit Lud.Rom.in repe.rub.ff.de arb.in 3.colum. aliàs de facto fuiſſe iudicatum, cùm quidam amicus dixit Alexan. donas mihi iſtum librum? & ille reſpondiſſet, non tantum iſtum librum, ſed omnes res meas,quòd illa verba nihil diſponerent. De hoc habes gloſſ. in l. 2. in verſi. ipſi ſunt. C. in quib. cau. colo. cenſ. libr. 11.& not.Angel.in l.ſi cui.ff. de ſeru.titu.generali. Et ad iſta vide omnino vnam pulchram quæſtionem, quam tangit Io. Fab in §.planè.Inſtit. de teſtam. Subdit tamen Bar. quòd ſi talia proferantur a teſte,aliud eſſet, vt hic per eum. Subdit ſucceſ-
21 ſiuè Bartol. ſing. limitationem ad regulam, † quòd ſufficit li-
a bellum præſumptiuè concludere. [a] l.omnes.§.Lucius.vbi gloſ. & Bartol ff.quæ in frau.cre.Dicit ſingu.Bartol.iſtud eſſe verum,
22 quando talis præſumptio reſultat facto tertij.† Si autem reſultat facto libellantis, oportet, quod illa præſumptio expreſsè allegetur,aliàs ſuccumberet, per text.not. in l.ſi adulterium cum inceſt.§.idem Pollioni,in verſi. vtique ſi error allegetur.ff. ad l. Iul.de adul.Pondera tu,quòd ille text.ſingu.probat, quod iſtud procedat non ſolùm in actore libellante, ſed etiam in reo excipiente, & ſe defendente, quia oportet, quod alleget præſumptionem reſultantem facto ſuo. Iſtam limit. ſequitur Anto.de Butr.in capitu. ſi cautio, de fide inſtru. & in capitu. 2. de libel. oblat. Ioann. de Imol. in capitu. ſuper hoc. in 9. colum. de renun.Abb.Pan.in capitu.afferre mihi gladium. de præſum. Lud. Rom. in conſil. 77. incip. Pater Reuer. quia nuper audiui, &c. ¶Pro iſta limit.adde quatuor optima ſimilia.¶Primò adde id,
b quod vult gloſſ.ſing.in clem appellanti, [b] in verſic.alias.de app. & Bartol. in l. 1.ff. de exce. quod licet notorium releuet ab onere probandi,debet tamen allegari, & proponi in iudicio, alias non releuat.¶Secundò, & not.adde illud, quod volunt Bald. & Angel.in l.ſuper longi. in 3.colum. ad fin.C. de præſcr. long. temp.vbi per text.dicti.§. idem Pollioni. dicunt eſſe tenendum
23 fixum cordi, † quòd vbicunque dicimus præſumi bonam fidem,debet intelligi dummodo expreſsè allegetur, & proponatur
c in iudicio. [c] Et ideo debet eſſe cautus, qui ſe fundat ex poſſeſſione long.temporis, & præſcriptione, quia licèt præſumatur,quòd præſcripſerit bona fide, tamen oportet, quòd alleget bonam fidem,aliàs ſuccumberet. Idem tenet Bald. in l. ſi quis per 30.in 3.colum. ſi de feu .feu. contro. inter do. & agna. not. Bald. in capitu. per tuas. in 2. colum. de teſt. Angel. in l. eum qui.§.fin.ff.de pub.Alexand. de Imol. in conſil.94. in 2.volum, incip.In cauſa,& in lite verten coram arbitris in 3.colum.& plenius idem in conſil.69.libr.3.incip. In cauſa, & lite verten. inter Romeum.in 4.colum.¶Tertiò confirmo per aliud,quòd ſing. vult Bart. in l.rem alienam. in 2. colum de pign.act. vbi dicit, quod in omnib caſibus, in quibus quis præſumitur eſſe dominus,puta ex poſſeſſione,præſumitur dominium.l.penul.vbi plenè Bartol.ff.de condi.inſti.gloſſ.& Doct.in l.cum res. C.de pro-
24 ba.cum ſim.† Tamen oportet,quod tale dominium præſumptum allegetur:aliàs ſuccumberet.Idem tenet Bald. in l.etiam. C.de excep.rei iud. in 3.colum. Sal.in l.certi.C. loca. Alexan. in præall. conſil.93. & in conſil. 137.incip. In cauſa. & lite verten. inter Lancellotum.in 2.colum.libr.2.¶Quartò facit, quòd no.
25 vult Bald. in l. quicunque.in 1.colum. C.de ſer. fug. † quòd licet in dubio quis præſumatur ignorare, per regu.l.verius. ff.de proba.Tamen oportet, quòd in iudicio expreſsè alleget, aliàs ſuccumberet.Et prædicta bene not.quia in practica vtilia ſunt. Intellige tamen ſanè iſtam deciſ.Bartol.procedere, quando narratio libelli, & concluſio eſſet incerta, & nihil contineret de præſumptione: ſecus ſi in narratione libelli nihil diceretur, ſed in concluſione ſic, quia tota virtus conſiſtit in concluſione. l. non debet.vbi Bartol.& Bald.ff. de dolo.Bartol. in l.Aurelius.§. fin.ff.de liber.lega.Bald.in l.2.in fin.C.de petr.hære.Bald.in l.necquicquam.§. vbi decretum.in 15. colum.ff.de offic. procon.&
26 leg. & in ſpecie declarat Lud. Ro. hic. Intellige, † & ſecundò doct.Bartol. hic procedere, dummodo contra talem libellum expreſsè opponatur à parte: aliàs parte non opponente procedit libellus incertus,& generalis,& obſcurus.l. 1.in fin. C.de anna.excep.ſecundum Raph. Fulg.hic. ¶Gloſſ. vltim. in verſicu. bonitate, remouet vnum contrarium. Nota diligenter iſtam
27 gloſſ. & teneas cordi, † quòd licèt in mutuo debitor teneatur reddere in bonitate intrinſeca, tamen ſi æſtimatio vini, vel alterius rei fuerit mutata,puta quia decreuerit, non tenetur debitor ſoluere aliquam æſtimationem : niſi fuerit in mora.d.l.vinum. infra eod. Et pro hoc inferunt Bartol: & Doct. ad monetam mutuatam, quæ poſtea fuerit mutata, quid reddi debeat.
* In quo *communis concluſio eſt*, quam hic ponit Bartol. & plenius in l.Paulus.ff.de ſolu.in 2.colum.iuncta limit. Anto. de Butr. in capitu. quanto, de iureiur. cum infinitis concor. quas vide hic
28 recollectas per dom. Alexan. † Quid autem ſi valor pecuniæ eſſet in totum mutatus? ponit Bartol.in l.quod te. infra eod. & ibi dicam,& ex primo dicto Bartol. hic habes per Cano.in cap. 1. de deci. gloſſ. in capitu. conquerente. in verſicu. ſolidos, de offic. ord.& in d capit.quanto, & plenius quam alibi legerim ponit Alber. de Roſ. Quid autẽ in vlt. volunta.? Pone teſtator legauit mihi centum ducatos, tempore teſtamenti ducati valebant tantum:teſtator ſuperuixit:mutatus eſt valor, vel ante, vel poſt antequam hæres adiret, cuius temporis æſtimatio attendi debeat?Breuiter dic, quòd attendi debeat tempus conditi teſtamenti, text. habes not. in l.vxorem.§. teſtamento, & ibi Bald. not. ff. de leg. 3. & ita per illum text. dicit Alber. hic in 5. colum.& Lud.Rom.hic, & Oldr. Laud.in conſil.13. & conſil. 38.& in conſil.68. Vltra eos pro iſta deciſ.allego glo. not.quam gloſſ.bene ſignabis, in l.pen. in verſic.cedit.ff.de fun. inſtru.quæ ſing.tradit doctri. in omni materia, qđ in legatis vniuerſalibus attendimus tempus mortis teſtatoris: in particularibus tem-
29 pus conditi teſtamenti. ¶† Quid autem in ſtatutis? pone ſtatuto cauetur, quòd qui fecerit tale delictum puniatur in 100. ducatos. Tempore conditi ſtatuti ducatus valebat fortè quinque libras. Tempore commiſſi delicti, valet ſex libras, quòd tempus ſpectabitur in condemnatione? Concludo breuiter, quòd attenditur tempus conditi ſtatuti. Ita Ioann. And.in addi.Specu.in titu.de ſolu.§.nunc aliqua. circa fin.Gul. de Cun.& Bald.in l.illud.ad fin. C.de ſacroſ. eccleſ & in l.2.C. communia de leg.& l.ſi tibi pecuniam.infra eod.Confirmo, bonum eſt argum.de ſtatutis ad vlt.volunt. & ècontra, dicit Bartol. in l.1.C. de his,quib.vt indig.licèt alibi dubitet.dom.Lud.Rom.hic, ſed ibi examinaui,& tenui,quod ſic,ſed ſic eſt, quod in vlti.volũta. attendimus tempus condi teſtamenti per prædicta:ergo etiam in ſtatutis idem dicemus,quòd attendimus tempus conditi ſta-
30 tuti. ¶† Extra gloſſ. Bartol. hic format quæſtionem de Abba-
d te,qui ſcholari reuerſo à ſtudio dedit fundum,vt hic per eum, [d] & ſequitur Lud. Rom. in conſil.417. incip. In propoſito caſu aduertendum,in 1.colum.Adde, quòd leges allega. per Bartol. non videntur facere in propoſito, eo quia loquuntur in vltim. volunta. in quibus conſuetudo, & voluntas teſtatoris tantum

ADDITIONES.

a ¶Concludere. Comprobat Iaſon in l. fina. columna fina. C. de ſacroſanct. eccle. Alexand.tria ponit in l. à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus. col. 5.ff. de re iud. PVRPV.

b ¶Gloſſ.fin.in cle.appellanti,Adde Ioann. de Imo.in l. accu.in 47. colum.ff.de verb. oblig. Bald.in capitu. cum R. canonicus. in 2.not. de offic. deleg. Barb. in capitu.ſi duobus,in 2.colum. de app.Barb. in rub. de rer.eccleſ. non ali. in 3.q.prin.Philip.in cap.ad hæc,el 1. in 3.col.de appel.Barba.conſil.35.inc. Sapienter ſcribitur Paralip.cap.4.in 3.vol.

c ¶In iudicio. Felyn. in capitu. acced. ele. 1. columna 3. vt lit. non conteſta. PVRPV.

d ¶Per eum. Et Bartol. ſequitur Decius in c. à nobis. columna 3. de exceptio. PVRPV.

tantum attenditur , vt declarat idem supra indistinctè . Sed Bartol. loquitur in contractu , in quo attenditur voluntas vtriusque. Et propterea conclude in ecclesia , & monasterio, quòd res sit clara , & expedita , quia talis ecclesia non potuit dare fundum alicui,nisi esset valens Doctor, per text.in cap.relatum.de testa.l.iubemus.C. de sacrosan.eccl. & saltem concederetur ecclesiæ restitutio in integ.cap.1.& per totum,de in integ.restit. secundum Cyn.Alb.& Ful.hic.In priuato autem,qui concessisset fundum,si expressisset,vel aliter appareret eum dedisse,vt frueretur propter patrociniū illius , si erit detecta ignorantia,posset repetere. Aliàs quamuis in animo , & in proposito habuisset dandi illi propter aduocationem : tamen non poterit repetere,& ita Doct.hic,& Albe.Ioann.And. in cap.fin.de æta.& quali. & in addi. Spec. in titu. de præben.super rub. Nic. de Neap.in l.Nesennius.§.fin.ff.de excu.tuto.Adde,quòd peroptimè dixit Ioann. And. in addi. Specu. in titu. de instru.edit.§.
3 1 nnnc aliqua. in 10. colum.† quod si executor testamenti volens obedire testatori distribuit certam summam pecuniæ , quam dedit scholari pauperi , si postea appareat non esse talem,sed esse discolum,& non studiosum, potest quod dedit repetere. Et an Episcopus , qui contulit beneficium redeunti à studio,putans ipsum sufficienter instructum , & doctum, cùm non sit,possit postea ei illud beneficium auferre ? Vide per Io. And.in addi.Spec.in titu. de præben. super rub. & in cap.fin.de æta.& quali. in nouel. Per ista remanet ista lex vtiliter expedita. Vide tamen seq.lect.eiusdem legis,vbi quædam accuratius , & diffusius expediūtur.Iason Maynus Iurisconsultus.¶Materiam huius legis , & præcipuè principalem regulam istius. l. plenissimè examinare intendo , quia talem regulam nullibi benè discussam inuenio.

Repetitio legis cùm quid.

SVMMARIVM.

1 *Sicut conditio expreßa impedit ortum actionis,ita tacita, & ita par est virtus taciti,& expreßi.*
2 *Idem in die.*
3 *Idem in pacto.*
4 *Idem in substitutione,sicut expreßa facit cessare ius accrescendi , ita & tacita.*
5 *Idem in alienatione expreßa probibita sicut tacita , habet locum Authen.res quæ.C.com.de leg.*
6 *Clausulæ tacitæ ita habent actum modificare,sicut expreßæ.*
7 *Ea,quæ tacitè fiunt iuxta contractum,informant illum.*
8 *Sicut pater potest expreßè emancipare filium, quo ad vnum actum,ita tacitè.*
9 *Expreßa substitutio matrem excludit,non tacita.*
Dispensationes sunt multum odiosæ, & restringibiles.
Nec in eis fit extensio.
10 *Tacita repudiatio plus nocet,quàm expreßa.*
11 *Plus operatur cursus temporis,quàm renuntiatio.*
12 *Expreßa probibitio plus operatur,quàm tacita.*
13 *Clericus non potest expreßè renuntiare foro,licèt tacitè sic.*
14 *Quando res expreßè legatur transit dominium,licèt secus si tacitè.*
15 *Expreßa translatio operatur ademptionem,secus in tacita.*
16 *Quinque conclusiones, quando par est virtus taciti , & expreßi. & nu. 17.18.19.*
20 *Limitationes ad regulam suprascriptam.*
21 *In mutuo quid restituendum sit.*
22 *Quando omißum babeatur pro omißo.*
23 *In vltimis voluntatibus an requiratur expreßio causæ.*
24 *In traditione simplici præsumitur causa in dubio.*
25 *Quando præsumptio resultat ex facto libellantis, vel facto rei excipientis,necesse est,quòd expreßè allegetur.*
26 *In libello quando quis teneatur exprimere, ex qua causa petat.*
27 *Idem in bona fide, quæ præsumitur,necesse,quod allegetur.*
28 *Idem si ex poßeßione præsumitur dominium.*
29 *Idem in ignorantia.*
30 *Idem in dominio.*
31 *Idem, quod quis præsumitur viuere vsque ad 100. annos,oportet quod allegetur.limita,vt num.35.*
32 *Libellus incertus , & generalis procedit parte non opponente. & vide num.33.& 34.*
36 *Quando in omni materia senior præferatur iuniori.*
37 *Idem in Doctore.*
38 *Idem in magistris.*
39 *Idem in clauibus castri,quæ reponuntur penes seniorem.*
40 *Idem in fratribus,vt penes seniorem reponantur claues.*
41 *Idem in instrumentis,& libris rationum.*
42 *Idem in statutis requirentibus consensum agnatorum.*
43 *Idem,vt maior seruiat minori.*
44 *Seniores præsumuntur meliores iuuenibus.*
45 *Plus valet vmbra senis,quàm eloquentia, vel gladius iuuenis.*

CVm quid. Adde ad hanc regu. huius text. videlicet , quòd par est
1 virtus taciti, & expreßi,octo.¶ † Primò , quòd sicut conditio expressa impedit ortum actionis , & oblig.l.cedere diem.ff. de verb. sign. Idem est in conditione tacita, gloss.in l. Item quia. in verb. malè petitur.ff.de pac.quam Alb. de Ros. ibi dicit esse sing. & non reperiri alibi. Et quòd sit sing. dicit Bald.in cap.significasti.de elec.Nico.de Neap.in l.planè.in prin.de leg.1. Ioann. de Imo. in l.3.eod.tit. & habes glo. consociam in l.2.§.creditum.in vers.post nup.supra eod.& ibi ad hoc
2 not.Rom.¶ † Secundò adde, quòd sicut dies expressa interpel-
a lat , [a] & constituit in mora.l.magnam.C.de contrahen.& commit.stipu.Ita & tacita.l.2.in fin.C.de iure emphy.glo. in l.mora. & ibi Imo. & Mod.not. ff.sol.matr. glo.in l.3.§.nunc de officio.
3 in glo.1.& ibi Ang.not.ff.de eo,quod cert.loc. ¶ † Tertiò adde, quòd quemadmodum ex pacto expresso apposito iuxta con-
b tractum oritur actio [b] præscriptis verbis l.iurisgentium. §.quinimo.ff.de pact.l. in bonæ fidei. C. eod. Idem etiam est ex tacito pacto,text.in l.hæreditatem.in versic.*præscriptis verbis* , quem ad hoc ibi not.Imol. & Ludo. ff. de dona.Aret. in l.1.in princip.in
4 6.colum.de verb. oblig. ¶ † Quartò adde , quòd sicut expressa substitutio facit cessare ius accrescendi. l. 2. §. si duo. ff. de bon. poss.secundum tab. Ita tacita, vt probat text. melior de iure in l.fin.in ver.partem.C.de hære. inst. & ibi Bald.in quæst. & ibi d. Alexan.in fin.ad hoc not. & est gloss. fin. iuncto text. in l.fin. C.
5 de instit.& substit.& ibi Bald.in 2.colum.ad hoc not.¶ † Quintò adde,quòd dispositio Authen.res quæ. C,communia de leg. loquens in tacita prohibitione de alienando,habet locum etiā quando testator expresè prohibuisset alienationem , secundum Bartol.& alios in l.filiusfam.§.diui.in 2.quæstio. de lega.1. Cyn. Bald. & Sal. in l. voluntas. C. de fideicom. per text. in l. filia.in princip.& in l.mulier.§.penul.ff.ad Trebel.Item,quia dispositio Authen. res quæ,continet causam fauorabilem , ergo debet extendi,per doctrinam Bartol. in l. si constante. in princ. in 9. quæstio. 1. part. ff. solu. matr. cum simi. Ego tamen aliàs consulendo in ciuit.Bonon.attentaui contrarium. Motus plurib. fundamentis, præcipuè, quia fortior est expressa prohibitio testatoris , quàm sit tacita : ergo non est licita extensio de minori ad maius . Probo assumptum . Nam expressa prohibitio testatoris reddit alienationem ipso iure nullam , & alienantem tanquam indignum repellit à reuocatione, secus est in tacita,gloss.est not.in l.cum pater. §.libertis. in gloss.1. & ibi Bart. & Doct.de leg.2.Not.in l.seruo legato. in princip. de lega.1 Secundò mouebar . Nam fortior est prohibitio de non alienando,quæ fit per viam vltimæ volun.quam illa, quæ fit per viam contractus . Istud assumptum probatur dupliciter . Nam prima prohibitio impedit translationem dominij: secus in secunda,vt per gloss.& Doct.in l.si ita quis.§ ea lege.ff. de verbor.oblig.& in l.ea lege.C. de condi. ob cau. Tertiò res subiectæ restitutioni per viam vlt.volun .effectualiter alienari non possunt.l. 2.ff.ad Trebel.& tamen res subiectæ restitutioni per viam contractus bene alienari possunt.l.& si dotis,vbi Bartol.& Doct.C. de iure dot. not. Angel. in l. si socius. per illum text. infra eod. Modo ego habeo , quòd res expresè prohibitæ alienari per viā contractus tali prohibitione , quæ impediat translationem dominij,non possunt alienari etiam in causa dotis, & sic non habet locum tunc Authen. res quæ. vt est gloss. approbata in l. nulla. & ibi Cyn. & Bald. C.de iur. dot. Mod. in d. §. diui. ergo multò minus procedet.d. Authen. res quæ.quando testator expresè prohibuit alienationem : nec aliquid faciunt leges allega. per Bartol. & Docto. quia loquuntur in prohibitione tacita . Et istam opi. tenet Bald. licèt alia ratione moueatur , quæ non multum vrget, in capit.1.§.donari.quali.olim.feud. poter. alie.Plura alia ad hoc confirmandum posui in d.cons. quæ po-
6 nam in d.§.diui.¶† Sextò principaliter ad istam reg.adde,quòd clausulæ tacitæ ita habent actum modificare , sicut expressæ. Ita not. Bald. in l. stipulatio. §. habet. ff. de oper. no. nunc.
7 ¶ † Septimò adde , quòd etiam ea , quæ tacitè fiunt iuxta contra-

ADDITIONES.

a ¶Interpellat.Adde Bart.in l.traiectitiæ.in §.de illo.ff.de act.& obl.Card, Zab. in c.P.& G.in 5.col.de officio deleg.Idem Card.in cap.potuit.de loc.
b ¶Oritur actio.Adde Bart. in l.si quis pro eo. ff. de fideius.Saly. in l. legem.C. de pact.Aret.in c.sunt nonnulli.2.q.2.Doc.in tit.de pact.

contractum, informant illum, vt not. in l. si oleum. ff. de dolo. secundum Bald. in l. 1. in 5. col. C. de conue. fis. debi. lib. 10. ¶ Octa-
8 uò adde, † quòd sicut pater potest expresse emancipare filium ad vnum actum tantum, secundum Bar. in l. 1. §. in filij. ff. ad Treb. cum concor. ibi signatis. Ita etiam tacitè, secundum Oldr. in consil. 26. inc. Pater consensit filiæ. Io. And. in add. Spe. in titu. de in-
9 stru. edi. §. porrò. vers. quid si filiusfamilias. † Nunc cõtra regu. prædictam opponitur. Nam expressa substitutio pupillaris matrem excludit. l. Papin. §. sed nec impuberis. de inoffic. test. cap. si pater. de test. in 6. Tacita autem eam non excludit. l. precibus,
* *secundum communem intellectum.* C. de imp. & alijs substi. l. fin. C. de inst. & subst. ergo non est verum, quòd sit par virtus taciti, & expressi. Respondet Bartol. in l. Centurio. in 2. colum. ff. de vulg. & pupil. & in l. si quis stipulatus Stichum. ad fin. princip. ff. de verb. obl. quod tacitum non semper operatur idem, quod expressum. quod nihil est. Aliter respondent Alb. hic. in 2. colu. Alex. & Bald. in d. l. Centurio. in pen. colum. Saly. in d. l. precibus. Tamen aliter responde, quod lex dispensat contra regulas iuris, & in præiudicium matris, quòd pater possit facere testamentum pro filio pupillo, & substituere ei quemcunque extraneum, & excludere matrem, non solùm à luctuosa hæreditate filij, sed etiam à legitima. d. §. sed nec impuberis, quod non posset face-
a re ipse filius, si testaretur. Sed dispensationes [a] sunt multum odiosæ, & restringendæ, præcipuè quando respiciunt præiudicium tertij. cap. 1. in fin. de fil. presby. in 6. glo. in cap. ordinarij. de offic. ord. in 6. adeo, quod in dispensationibus etiam ex maio-
b ritate rationis non fit extensio. [b] Ita Cano. in cap. postulasti. de rescri. d. Abb. in cap. ad aures. eod. titu. Vnde ibi non admittuntur coniecturæ, & præsumptiones, & ideo ibi tacita substitutio non habet effectum, & sic ex istis limita suprascriptam reg. non procedere in dispensationibus, quia odiosæ sunt, & tan-
10 gunt præiudicium tertij. ¶ † Secundò contra suprascriptam reg. oppo. Nam inuenio, quod tacitum plus nocet, quàm expressum. Patet, quia tacita repudiatio, quæ inducitur per lapsum temporis, plus nocet, quàm expressa. Ita not. Bald. in l. 3. in 1. no. C. de iur. & fac. ignor. Istud confirmo dupliciter. Nam filius suus abstinere ab hæreditate patris potest. & infra triennium suam abstensionem reuocare. l. fin. C. de rep. hære. l. si quis suus. ff. de iur. delib. & tamen si tacitè per lapsum temporis, secus. est. glo. in l. 2. in 2. sol. C. de iur. & fac. ign. Bartol. in l. 3. eod. titu. expresse Bald. & Pau. de Cast. in d. l. si quis suus. Pau. de Cast. & Alexan. in d. l. fin. Secundò confirmatur. Nam si est delata hæreditas fi-
c liofamilias, & eam expresse repudiet, non nocet patri. [c] l. fin. in princip. & §. penul. C. de bon. quæ lib. & tamen si excludatur tacitè lapsu temporis, præiudicat patri. l. fin. ff. si quis ordo in bon. pos. ser. l. 1. vbi glo. & Doct. C. qui admit. Bartol. in l. is, qui hæres. §. neque filius. ff. de acquir. hær. in l. seruus. §. fin. ff. de bon. pos. Et propterea Bald. in l. Centurio. in 2. colum. ff. de vulg. & pupil. & ibi expressius Imo. in 9. colum. dicunt, quòd regula huius text. non procedit, quando agitur de excludendo quem ab
11 hæreditate. ¶ † Confirmantur prædicta, quia plus operatur cursus temporis, quàm renunciatio. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Treb. quia tempus excludit exclusione legali. Item, quia quædam perduntur negligentia, quæ non perduntur expresso consensu. l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. obl. Not. in l. aduersus. C. de vsur. Item renuntiatio excludit personam à iure, sine præiudicio tertij, sed præscriptio, & negligentia excludit ius à personis omnib. & est in rem. Ita pulchrè Bald. in l. 1. in 27. oppo. C.
12 qui admit. † Et è contra inuenio, quòd expressa prohibitio plus nocet, quàm tacita, quæ inducitur per lapsum temporis. Nam si filius excludatur lapsu temporis, solùm excluditur à primo capite, & potest venire ex alijs duob. capitib. l. 1. §. sed videndum. ff. de succes. edi. & tamen si simpliciter repudiat, excluditur ab omnibus capitib. gloss. est not. in d. §. sed videndum, in versicu. succedat. quam ad hoc reputat singu. Pau. de Cast. in l. 3. in fin. C. de iu. & fac. ign. & l. 1. in 5. colum. C. qui admit. vbi per illam glo. in specie not. quod expressa repudiatio plus operatur, quàm tacita, cùm excludat ab omni capite, eo quia habet voluntatem veram. Similiter per dationem vulgariter sub-
* stituti tollitur suitas, *secundum magis communem sententiam.* [d] l. si
d filius hæres, vbi Bartol. & Doct. ff. de lib. & posth. Bartol. in l. si filius qui patri. ff. de vulg. & pupil. & tamen tacita vulgaris non tollit suitatem. l. si filius, qui se patris, & l. Iulianus. ff. de acquir. hære. not. Bartol. in l. Gall. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Bald. in l. 3. C. de hære. instit. Item expressa conditio in vlt. voluntatib. impedit transmissionem. l. 1. §. sin autem aliquid sub conditione. C. de cad. tol. Secus est in tacita. l. conditiones extrinsecus. ff. de condi. & demon. gloss. in l. item quia. in versicu. malè petitur. ff. de pact. etiam si sit conditio tacita legis subrogata in locum conditionis expresse appositæ à testatore. l. quæ sub conditione. §. fin. & ibi gloss. & clarè Bartol. ff. de condi. institu. De quo tex. facit festum Aret. in l. 3. de leg. 1. Item per pactum nudum expressum pignus ipso iure tollitur. l. maior. C. de pig. secus est in pacto tacito. l. si tibi. §. de pign. & ibi glos.
c & Doct. ff. de pact. & l. 2. in versicu. exceptio. C. de remiss. pi-
13 gno. ¶ † Sexto contra istam regulam facit: nam clericus [e] non potest expresse renuntiare foro. cap. si diligenti. de for. comp. sed bene tacitè. s. contrahendo, & delinquendo. cap. Romana. §. contrahentes. de for. comp. in 6. Doct. in d. cap. si diligenti. ¶ Septimò, quia in prorogatione expressa clerici requiritur licentia sui Episcopi. cap. significasti. de for. comp. Non sic in tacita, vt not. in capitu. dilecti. vbi Inno. & Doct. eod. titu. & ex-
14 presse Pau. de Cast. in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ie. ¶ † Octauò in contrarium facit. Nam quando res expresse legatur, transit dominium ipso iure in legatarium. l. à Titio. in fin. ff. de furt. l. si tibi homo. §. cum seruus. ff. de leg. 1. secus quando tacitè. l. emptor. §. ancilla. cum glo. & ibi Bartol. ff. de rei vend. Bartol. in l. seruum filij. §. fin. ff. de leg. 1. ¶ Nonò tacita distributio partis non sufficit, vt aliqui dicantur disiuncti re, sed requiritur expressa. l. si duob. §. fin. & ibi Bartol. & Mod. ff. de leg. 1. Bartol. in l. legata inutiliter. §. fin. eod. titu. ergo non est par
15 virtus taciti, & expressi. ¶ † Decimò in vltimis volunta. expressa translatio licèt inutilis operatur ademptionem. l. planè. in princip. ff. de leg. 1. secus in tacita. l. si iure, & ibi Bartol. ff. de leg. 3. ¶ Vndecimò, quando legata tacitè repetuntur à substitutis, intelliguntur sub eadem die, vel conditione. l. cum pater. §. ab initio. ff. de lega. 2. & tamen secus est, quando expresse repetuntur à substitutis. l. si cui seruum. §. 1. & ibi gloss. & Doct. ff. de lega. 1. ¶ Duodecimò in contrarium facit, quod vult Bartol. in l. si quis stipulatus sit Stichum. ad fin. princip. ff. de
16 verbor. oblig. ¶ † Et ideo pro solutione capias quinque conclusiones. ¶ Prima in his, quæ veniunt tacitè ex natura contractus, tunc bene par est virtus taciti, & expressi. Ita loquitur ista lex, vt vult Bartol. in 4. not. in 2. colum. in eius distin. Ratio, quia si exprimeretur, certè exprimeretur illud, quod tacitè omnino inerat ex natura ipsius contractus. Vnde expressio nihil plus operaretur. l. 3. de lega. 1. l. non rectè. C. de fideiuss. Ideo tunc par est virtus taciti, & expressi. Et istud est, quod vult dicere Iuriscon. hic, in versicu. nam in contrahendo, & ita propriè loquitur text. in l. hæreditatem. ff. de don. iuncta l. si quis. §. fin. cum l. sequen. de lega. 2. Secunda concl. est, quòd quando tacitum cantat mediante præscriptione, & sic mediante exclusione legali, tunc operatur plusquam expressum, propter adminiculum legis, vt est gloss. in l. sed si inter me. in princip. ff. de ser. vrb. præd. declarat Bald. in l. 1. in 27. oppo. C. qui admit. Facit. l. aduersus. cum gloss. C. de vsur. iuncta l. præses. C. de transact. Ad idem facit capitu. de quarta. de præscr. iuncto. capitu. 2. de don. Ita loquuntur, quæ dixi supra
17 de filiofam. cui delata est hæreditas. ¶ † Tertia conclu. quantum ad vitiandum actum, non tantum operatur tacitum, sicut expressum. Nam error expressus vitiat, non ita tacitus. l. & ex diuerso. §. si in iudicio. & ibi gloss. & Mod. ff. solu. matr. l. expressa, & l. actus legitimi. ff. de regu. iur. Facit, quod in proposito dicit Bald. in l. eleganter. §. si quis post. in 5. colum. ff. de condi. indeb. vbi dicit, quòd par est virtus taciti, & expressi, quo ad hoc, vt actus valeret, non quo ad hoc, vt sit nullus. l. si quis legatum. ff. de fal. Et per hoc redditur dubia regula, quam tradit Bartol. in l. demonstratio falsa. in princip. in 7. conclu. ff. de condi. & demonst. vbi dicit, quòd inepta expressio mi-
18 nus vitiat, quàm tacita. ¶ † Quarta conclu. actus, & voluntas taciti, non sic latè sunt interpretandi, sicut expressi, secundum Pau. de Cast. in consil. 25. quod incip. Visa appellatione.
f in 4. colum. Adde text. not. in l. fin. in prin. in ver. recepisse, [f] & quod

ADDITIONES.

a ¶ Dispensationes. Adde Anto. de Butr. in capitu. cum in cunctis. in §. cum verò. de elect. Card. Zab. in capitu. quia circa. de consan. & affin. Alexan. de Imo. consil. 39. incip. Viso statuto. in 4. volum. Idem Alex. consil. 122. incip. Ponderato. in vlt. col. in eodem vol.

b ¶ Non fit extensio. Adde Abb. inc. at si clerici. in §. de adulterijs, de iudi. in 5. col. Petr. de Anch. consil. 16. inc. dominus noster. in vlt. col.

c ¶ Nocet patri. Dec. not. in c. iurauit. col. pen. de proba. PVRPV.

d ¶ Sequitur Alexan. consil. 4. colum. 6. versicu. & licet. libr. 2. Sed ibi in Apostill. & ad consil. 17. num. 9. libr. 3. contrarium sustinetur, quod non tollat, & limitatur tripliciter communis conclusio. De qua re plura idem Alexan. in l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. num. 4. ff. ad Treb. Catel. verb. Actus nullus, vbi refert duas opi. MASVER.

e ¶ Clericus. Adde text. & ibi Doct. in c. significasti. de foro comp.

f ¶ Recepisse. Contra vide Dec. in cap. 2. colum. 9. ver. venio ad text. de proba. PVRPV.

19 quod ibi Bartol. de lega. 2. † Quinta conclusio multa tolerantur, vt possint fieri tacitè, quæ non possunt fieri expressè. patet in iuramento calumniæ, quòd non potest expressè remitti. l. 2. §. sed quia veremur. C. de iur. cal. Nec valeret consuetudo contrarium disponens. capitu. cæterum. de iur. calum. & tamen potest tacitè remitti. capitu. 1. & ibi gloss. de iur. calum. in 6. glo. & Bartol. in d. §. sed quia veremur. & glo. in cap. tuis. de test. Ad idem facit. l. filiusf. §. veterani. & ibi Bart. not. ff. de procu. glo. not. 11. quæst. 3. in cap. irritam. & glo. in cap. si fortè. in ver. euidentem. de elec. in 6. Ponunt Doct. in cap. cum tempore. de arb. Hinc est, quod si clericus vult expressè prorogare iurisdictionem Episcopi non sui, requiritur licentia sui diœcesani. cap. significasti. de for. comp. Secus est in tacita prorogatione, quæ inducitur contrahendo, vel delinquendo. cap. dilecti. vbi Doct. eod. tit. Pau. de Cast. in l. 1. ff. si quis in ius voca. non ier. glo. in d. cap. irritam. & glo. & Doct. in d. cap. si diligenti. de for. comp. Item prædicta omnia intellige, nisi tacitum, & expressum concurrant: tunc non est par virtus: imò expressum facit tunc cessare tacitum. l. cum ex filio. §. filio. & ibi Bartol. not. ff. de vulg. & pupil. Et ista est ratio, quare substitutus præfertur coniuncto. l. 2. §. si duo. ff. de bon. poss. secundum tab. l. 1. §. pro se
20 cundo. C. de cad. tol. ¶ † Vltimò (vt nihil omittatur) adde, q̃d istam regulam, quòd par est virtus taciti, & expressi, limitant Imol. & d. Alex. in l. ex facto. §. si quis rogatus. in 9. colum. ff. ad Treb. quando tacitum procedit secundum regulas iuris communis: secus si contra, vt ibi per eos. ¶ Item not. ex ista lege, quod in mutuo semper intelligitur tacitè agi inter partes, quòd restitutio fiat in eadem qualitate, & bonitate, concordat. l. 2. §. 1. ff. de act. & obl. & Instit. quib. mod. re contrahi. obl. in prin. & l. res in dotem. ff. de iud. dot. Rationem assigna, vt per Rom. hic,
21 & ante eum per Bald. in pen. col. Quid † autem si expressè esset actum, quòd restitutio fieret in eodem genere, sed non in eadem bonitate: imò in deteriori, vt puta, si esset actum, quòd pro vino veteri reddatur nouum, & sic deterius, nunquid esset mutuum? Raph. Ful. in l. 2. in prin. in 4. colum. s. eod. tenet, quòd non, quia omitteretur illud, quod est substantiale mutui. per iura superius alleg. sed ea, quæ sunt de substantia contractus, non possunt immutari, & si immutentur, alterant ipsum contractum. l. 2. ff. de vsufr. earum rerum, quæ vsu consumuntur. naturalia vero contractus bene possunt immutari. l. 1. §. si conuenerit. ff. deposi. Relinquit tamen super hoc cogitandum. Istam opi. Ful. refert Ro. in l. 2. in princip. in 5. colum. & eam tenet, & dicit, quòd tunc erit contractus innominatus. Contrarium tenet Pau. de Cast. hic. in 1. colum. quia istud, quòd restitutio fiat in eadem bonitate, non est de substantia mutui, sed est de naturali. Ideo potest per pactum immutari, & tamen erit mutuum. Nam de substantia mutui est, quòd restitutio fiat in eodem genere, & istud non posset immutari per pactum, vt hic per eum. Adde, quòd istam opi. tenet Bartol. hic, & si bene inspexeris in 1. colum. dum alleg. l. Firmio. §. fin. ff. quando dies leg. ce. & sequuntur Ful. Lud. & Mod. hic. Item, quòd sit de natura mutui, tenet Bartol. hic. in 2. not. & etiam in 2. colum. in dist. ¶ Sed tu concorda istas opi. quòd aut est actum inter partes expressè de mutuo celebrando, & tunc erit mutuum, & pactum de reddendo deterius, cùm sit super naturalibus mutui, vt prædixi, & patet ex doct. glo. in l. pacta conuenta. in prin. ff. de contrahen. emp. & Bald. in l. ad exactionem. C. de dot. promiss. non alterabit ipsum contractum. l. in emptionib. ff. de pac. quamuis per pactum egrediatur naturam mutui: prout in simili dicit Iurisconsul. in l. Lucius. & l. die sponsaliorum. §. 1. ff. deposi. Aut non est actum inter partes, vt sit mutuum, sed simpliciter fuit dictum, quòd caperet vinum vetus, & redderet nouum: tunc crederem, quòd esset contractus innominatus, & oriatur actio præscriptis verbis. Ita procedit prima opi. Istud probat dupliciter. Primò, per regulam, quòd quotiscunque conuentio non transit in specificam formam contractus nominati; tunc censetur contractus innominatus, vt l. 1. & trib. seq. & l. si gratuitam. in princ. ff. de præscrip. ver. Secundò, & melius probatur per casum in l. Titius. in fin. & ibi glo. ff. de præscr. ver. ponderando rationem ibi assignatam in text. Ibi probatur, quòd quando datur pecunia simpliciter, & agitur, vt minus reddatur, non est creditum, sed contractus innominatus, quia excedit ius, & naturam crediti, vt ibi dicit text. Et pondera, quòd in illo text. probatur plus, quod etiam quando illud minus reddi, esset solùm in potentia, quia posset contingere, facit vt non sit mutuum. Quanto magis vbi est in actu, vt in proposito nostro. Vide in simili text. in l. cum manu sata. §. fin. ff. de contrahen. empt. Huic conclusioni videtur fortiter obstare text. in l. rogasti. §. si tibi. j. eod. Sed responde tripliciter. Primò, quia text. ibi non dicit, quòd sit muttum. Sed ista solutio nō est tuta, quia lex debet intelligi secundum naturam tituli, sub quo situata est. l. imperatores. ff. de in diem addict. ¶ Secundò responde, q̃ ille tex. loquitur, quando expressè fuit datum ex causa mutui, vt ibidem præsupponunt glo. & Doct. & suadet natura tituli, & expressè dicit glo. in l si tibi decem. in princ. in glos. 1. ff. de pac. ¶ Tertiò, & not. responde, quòd ibi non dubitatur de titulo contractus. s. quis contractus sit, vt dubitatur in d. l. Titius: sed dubium illius text. est de qualitate obligationis: an obligatio in mutuo possit contrahi in minus, aut plus, quàm sit datum. ¶ Vltimò circa finem not. Bart. adde, quod not. Angel. in l. prædijs. per illum text.
22 C. de euic. ¶ † Glo. in ver. pro cauto. dum Bartol. ponit, quando omissum habeatur pro expresso. Circa primum membrũ suæ distin. tria videntur obstare. Primò text. in l. quidam cum filium. ff. de hære. insti. vbi in vltimis volun. tacitum non habetur pro expresso, sed per illum text. limita istam materiam, vt dicunt Bald. & Imo. ibi. Imola, & Raph. Cum. in l. si res obligata. in prin. de leg. 1. dom. Alexan. in l. 3. ad fin. C. de lib. præte. quod attendatur tacita voluntas testatoris, verum est, quando transiuit ad aliquam dispositionem: alias secus, vt ibi est text. Hinc dicit Bald. in l. cum virum. in vlti. colum. C. de fideiuss. considerari mentem testatoris: est verum, si verbis, aut factis adhæret. Secundò obstat text. in l. si alij. ad fin. in ratione sui. ff. de vsufr. leg. quē reputat sing. Bal. in c. secundò requiris. in 1. colum. de appel. Nec videtur tuta solutio communis gloss. & Bartol. ibi, & Bartol. in l. in ambiguo. per illum text. ff. de reb. dub. quia obstat ratio, in qua se fundat text. Item, quia illo modo esset de indubitabili. Tertiò obst. tex. in l. si quis in fundi vo-
* cabulo. in princip. de leg. 1. iuncta *gloss. ibi communiter approbata*, quæ extendit illum text. vt procedat etiam, quando constat clarè de voluntare testatoris, & de illo text. oppo. Ful. hic, & relinquit cogitandum. Sed ad illum text. est gloss. in l. semper in stipulationibus. de regu. iur. quod attenditur voluntas testatoris. Verum est, nisi sit expressa per verba penitus incon-
23 grua, & inepta. ¶ † Sed tu caue, quia ex quo in vltim. voluntа. non requiritur de necessitate expressio: ergo videtur, quòd si exprimatur, & ineptè, quod non debeat vitiari, per regu. l. vnicæ. in princip. cum simi. C. de rei vxo. actio. Confirmatur per regu. quam tradidit Bartol. & superius tetigi in l. demonstratio falsa. in princip. in 7. quæstio. ff. de condi. & demon. vbi tenet, quod minus vitiat inepta expressio, quàm omissio per d. l. vnicam. in princip. ¶ Item inquantum gloss. & Doct. examinant illam quæstio. si simpliciter dico: tolle pecuniam, quis contractus censeatur, vltra tradita per alios, & ea, quæ aliàs dixi, adde, quòd ista gloss. facit pro doct. Bald. in capitu. si is, qui de elect. post Arch. 63. distin. in c. noxæ. & idem Bald. in cap.
24 si qui de manso. in 7. colum. de contro. inuest. † vbi dicit, quod in traditione simplici in dubio præsumitur causa: secus in promissione. l. 2. §. circa. cum gloss. ff. de excep. doli. Ratio differentiæ est secundum eum, quia in promittendo quilibet est facilis, sed non sic in dando, seu in tradendo. Confirmat, quia in traditione sufficit causa vera, vel præsumptiua, vt est glos. in l. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. dom. & in §. per traditionem. Instit. de rer. diui. sed in promissione requiritur causa vera, & non putatiua, secundum Bald. in cap. fin. in 8. colum. de consue. per text. in l. fin. ff. de consti. pecu. Sed ista gloss. & ista Doct. Bal. videntur confundi per text. in d. l. nunquam nuda, quia aliàs illa lex nunquam procederet. Et quamuis de illa doct. Bald. & Fulg. & Ludo. hic non faciant mentionem: tamen reprehendunt istam gloss. per l. nunquam nuda. Ita etiam reprehendit Imol. in l. Titio. & in l. si fundum certa die. de verb. oblig. Sed responde, considerando, an interuenerit actus numerationis, vel non, vt prosequitur Alexand. hic. Item ad istam materiam adde illud, quod dicit Bald. in l. generaliter. in 3. colum. C. de non num. pec. quod potius debeat præsumi stultitia, quàm donatio. In contrarium tamen videtur stringere tex. in l. si testamento. §. 1. in vers. conditione cessante. & ibi Cum. ff. de fideiuss. vbi poterat capi præsumptio, quòd soluisset pro parte cohæredis, animo gerendi eius negotium, & tamen ibi capitur præsumptio donationis. Nisi dixeris, quòd ille text. loquitur in casu claro, quādo soluit sciēter totũ nomine suo pro
25 prio. ¶ † Successiuè signa diligenter doctr. Bartol. quæ est vtilis in practica, quòd quando præsumptio resultat ex facto ipsius libellantis, vel ex facto rei excipientis, est necesse, quod eam expressè allegetur: aliàs succumberet, per l. si adulterium cum incestu. §. idem Pollioni. in versi. *si vtique error allegatur*. ff. de adul. Secus q̃n resultat facto tertij. Idem tenet d. Ant. de Butr. in c. si cautio. de fid. instru. & in c. 2. in 6 col. de lib. obl. & plenius Imol. in c. super hoc. in 8. col. de renun. d. Abb. in c. 2. de præsum. Ang. in l. omnes. §. Lucius. ff. de his, quæ in frau. cre. Lud. Rom. in consil. 77. quod incip. Pater reueren. ¶ Adde, quòd contrariũ tenet Rayn. de Forl. hic per reg. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & l. inter stipulantem. §. 1. de verbor. oblig. ¶ Adde

etiam,quod Raph.Cuman.in d.l.ſi adulterium. in princip.dicit iſtud non eſſe de mente illius literæ,quia dum dicit, vtique ſi error allegetur, vult dicere.i.ſi fuit in errore. Nam ſi fuit ſciens, tunc error ſexus, vel correctio eum non excuſaret. Tu poſſes aliter reſpondere ad illum text. quod ibi, quia dabat operam rei illicitæ, ideo grauatur in allegatione præſumptionis. Item contra facit.c.afferre.& ibi vide Abb.de præſump. Sed ſuſtinen
* do doct. *Bar.communiter approbatam*, [a] pondera,quòd text.in d.
a §.idem Pollioni.propriè loquitur in excipiente, & ſe defendente.Fortius ergo debet procedere in actore libellante, iuxta regulam.c.fauorabiliores. de reg.iur.cum ſim. Secundò conſidera, quòd ille text. loquitur conditionaliter, vtique ſi error allegetur.Sed quando text.loquitur conditionaliter,illa conditio importat grauem ſolennitatem, quæ omitti non poteſt, ſecundum Bald.in Authen.matri,& auię.in 1.colum.in fin.C.quando mulier tut.offic.fun.poteſt. per text. not.in l. prætor. in princ.ff. de coll.bon.Sequitur Fran.de Aret.in cap.in cauſis.in 4.colum. de teſt. ¶Tertiò adde rationem, quia cùm in caſu Bart. verba poſſint continere contractum mutui, item depoſiti,item commodati,ſuccedit doct. glo. approbatæ in l.1.in princip. in gloſ.
26 mag. circa med.ff. de eden. † quod quando ex pluribus cauſis etiam ad idem tendentibus poſſet contingere mihi rem deberi,teneor vnam in ſpecie exprimere, vt reus poſſit deliberare, an cedat, vel contendat. ¶Quarto adde, quod voluit Bald. & Angel. in l. ſuper longi. in 3. colum. ad fin. C. de præſcr. long. temp.vbi per illum. §. idem Pollioni. dicunt eſſe tenendum fi-
27 xum cordi.† quod vbicunque dicimus præſumi bonam fidem,intelligitur ſi eam expreſsè alleget. Vnde ſecundum eum cautus eſſe debet, qui ſe fundat ſuper præſcriptione, vt ſemper alleget bonam fidem dato, quòd ſit in caſu, vbi præſumitur. Idem tenet Bald.in cap.ſi quis per 30.in 3.colum. ſi de feu.fuer. contro.inter dom.& agn.& not.Bal.in cap. per tuas. in 2.colu. ad fin.de teſt.Angel.in l.eum,qui.in §.fin.de publ. Alexan.conſil.94.quod incipit. In cauſa, & lite vertente coram arbitris.in 3.colum.libr.2.& plenius in conſil.69.libr.3.quod incip.In cau-
28 ſa,& lite vertente inter Romeum. in 4.colum. ¶† Quintò adde,quòd ſignanter tenet Bartol.in l.rem alienam. in 2.colum.ff. de pign. act. quod ex poſſeſſione nunquam præſumitur domi-
b nium, [b] niſi allegetur iſta præſumptio à parte, & idem tenet Bald.in l.etiam.in 2.colum.de exec.rei iud.Sal. in l.certi.C.loca. d.Alexan.in d.conſil.137.& in conſil.94.quod incip.In cauſa,&
29 lite vertente inter Iacob. in 2.colum. in 2.volum. ¶Sexto adde illud, quòd tenet Bald. in l.quicunque. in 1.colum. C.de ſer. fug. quòd licèt in dubio præſumatur ignorantia. l. verius. ff.de proba.tamen oportet, quòd allegetur,per dictum. §.idem Pollioni. ¶Septimò adde glo. in l.certum. in princip. in verſi.con-
30 feſſus.& ibi Bartol.ff.de confeſſ.† quæ vult,quòd licèt olim dominus, nunc præſumatur eſſe dominus. l.ſiue poſſidetis. C. de proba.tamen requiritur, quòd ille, qui fuit olim dominus, alleget ſe de præſenti dominum. Nec ſufficeret allegare ſimpliciter dominium de præterito.Sequitur Bald.in l.edita.in 2.col. C.de eden.d.Alexan.in l. ſi minorem.ad fin.C. de reſti. min.De huius tamen vltimi veritate vide dom.Ant. de Butr. & Imo.in cap. præterea. el.2.de tranſac. vbi per illum text. videtur tenere
31 contrarium.¶ † Octauò adde, quòd licèt quilibet præſuma-
c tur viuere vſque ad 100.ann. [c] l.ſi. C.de ſacroſ.eccl. Tamen hãc præſumptionem oportet allegare, per d. §. idem Pollioni. ſecundum Bald.in cap.ex tenore. in 2.colu.de teſt. Tamen iſtud non videtur ſtare,quia non poteſt dependere ex facto proprio: prout dicit doct. Bart. & *communis*. ¶Limita nunc iſtam doct.
32 Bart.4.modis.Primò ſecundum Raph. Ful.hic, † vt procedat ſi opponatur à parte: aliàs parte non opponente procederet libellus quantuncunque incertus,& generalis.l.1.in fin. C.de an-
33 na.excep.¶† Secundò limita ſecundum Ro. quando narratio libelli eſſet incerta, & ſimiliter concluſio: aliàs ſi concluſio eſſet aperta,procederet libellus,quia virtus libelli conſiſtit in cõcluſione.l.non debet.in fin.ff.de don.not.Bartol. in l.amplius.§. centum.de lib.leg.Bald.in l.2.C.de petit.hęre.Non.n.attendi debet quid,quale,& quantum petatur,ſed quid, & quantum cõcludatur,cùm ſubſtantia libelli conſiſtat in concluſione, vt eſt gloſſ.in cap.hoc quippe.3.quæſtio.6.Ita Bald. in l.edita.in 3.colum. in princip. C. de eden. & in l.nec quicquam. §. vbi decre-
34 tum.in 13.colum. ff.de offic. proconſ.& lega. ¶† Tertiò limita doctri.Bartol.vt procedat,quando iſta præſumptio pendent non ſolùm à facto,ſed etiam ab animo ipſius libellantis. Ita loquitur Bartol. hic. Secus ſi non pendent ab animo libellantis: quamuis ab eius facto.Ita limitat Alexan.in l.1.in princip. in 9.
35 colum.ex doctri.Bartol.ibi.ff. de eden.¶† Quartò doctri.Bart. procedit in præſumptione:ſecus ſi aliquid mero iure induceretur:tunc non eſt neceſſe illud allegare, ſecundum Bartol.in l.neceſſarijs.circa med.ff.de acquir.hær.per l.1.C.ſi vt ſe ab hær. abſti.¶Vltimò,vt iſta lex remaneat egregiè, ac ſolenniter, & cumulatè commentata, quia gloſſ. 1. colligit ex hoc text. argumentum,quòd in teſtimonijs,& electionib. ſeniores ſunt iunio-
36 ribus præferendi.† Adde certum eſſe, quòd in honoribus,& dignitatibus, ac præeminentijs maior ætate, ſeu antiquior præferri debet.l.fin.C.de tyroni.lib.12.l.ſemper. in princip. ff.de iur. immu.l.1.& 2.ff. de albo ſcriben.l.fin. ff.de fid.inſtr.cap. Epiſcopi.& ibi gloſ.24.diſt.not.in cap.ſtatuimus. de maio.& obe.in gl. Item in electionibus,& in vocibus antiquiores iuniorib. præferuntur. l. Alexandrinis. C. de decur. lib. 10.§. ordinationem.in Auth.de mona.& d.l.1.& 2. ff.de albo ſcri.not.Andr. de Barul. & Ioan.de Plat.in l.1.C.de conſul.lib.12.Item in teſtimonijs ſe-
d niores iunioribus præferuntur. [d] cap. Quoties. de teſtib. & d.§.
37 ordinationem.in Authen.de mona. gloſſ.& Doct. hic. † Item inter Doct.eiuſdem profeſſionis ille, qui eſt antiquior, & prior Doctor debet præferri.ſecundum Bartol.in l.1.ff.de obſeq.& in l.fin.per illum text.C. de tyron.libr.12.Item antiquiores aduocati præferuntur,& melius ſcire præſumuntur,quàm iuuenes.l.
38 prouidendum.C.de poſtu.†Item ſeniores magiſtri potius ſunt audiendi,quàm iuuenes. Ita not.gloſ. in cap. ſic viue.16.quæſt. 1.Item conuocatio capituli in defectum rectoris ſpectat ad antiquiorem de collegio,ſecundum Bartol.in l.1. per illum text.ff.
39 de albo ſcri.Imo.in cap.1.de maio.& obe.† Item claues cuſtodiæ caſtri debent reponi penes ſeniorem, & tradi maiori, & grandiori natu.l.cum pater.§.pater pluribus, & ibi per Bartol. ff.de leg.2.not.Bald. in l.procurator.C. de eden. & in conſil. ſuo ſchiſmatis, poſito poſt rubr. C.ſi quis aliquem teſta.prohibue. in 6.colum.Idem decidit d. Petr. de Vbal. de Peru.in tract. ſuo
40 de duobus fratr. in 21. quæſtio.11. partis, † quòd ſi duo frates habent caſtrum commune, primogenitus debet tenere claues portarum, & ſigillum, ſi nulla imminet ſuſpicio.d.l. cum pater.§.pater pluribus,quia hoc in facto,non in iuriſdictione prærogatiua conſiſtit. Nec per hoc plus in iuriſdictione habere dicitur. Alleg. Bald. in cap. ſi duo fratres.in vlt. verbis ſecundum aliquas lecturas. de frat. de nou. ben.inueſt. Dicunt tamen not. Card. & Imol. in cle. 1. §. ſanè. per illum text. de hære. quod ſi ſunt plures domini vnius Caſtri, tot debent fieri claues, quot
41 ſunt domini,vt ibi not.per eos.† Item inſtrumenta, & libri rationum debent reponi penes ſeniorem, & grandiorem natu, qui præfertur iuuenibus, vt eſt text. in l.fin.ff.de fid. inſtr. Vnde dicit Bald.in cap.quoniam contra falſam, in 17.colum.de proba.quòd ſi ſunt plures mercatores ſocij, codices rationum debent ſtare penes ſeniorem, & ſi iudex commiſit examinationem teſtium duob.notarijs, originale atteſtationum debet ſtare penes notarium ſeniorem, qui cæteris paribus eſt præferen-
42 dus.Ita dicit not.Imol.in cap.1.de maio. & obed.† Item ſtante ſtatuto,quòd mulier,vel minor non poſſit contrahere ſine cõſenſu conſanguineorum,tale ſtatutum intelligitur, vt conſanguinei ſeniores præferantur iunioribus in tali conſenſu. Ita not. Flo.in d.l.fin.per illum text.ff.de fid.inſtru.Item valde iniquum, & abſurdum eſt, quòd noui (& ſic iuuenes) antiquis præferantur. Ita dicit text.in cap. ſtatuimus. 61. diſtin. Ex præmiſſis apparet,quod omni iure,& in omni materia maiores natu iunioribus ſunt præferendi.Nam quòd maior honor debeatur, iſtud quodammodo à natura debetur, & à iure gentium procedit, ſecundum Ray.& Ang.in l.ſed ſi hac.§.ſed ſi perperam.ff.de in
43 ius voc.† Item ordo naturalis eſt, vt maior ſeruiat minori, dicit text.in cap. eſt ordo. 33.q.5. Item vt pulchrè ſcribit Philoſophus 2.Polit.refert Alber.de Roſ.in l.ſemper. in princ. ff. de iur. immu. & in dictionario ſuo in verbo, ſenex. Natura quidem humano generi dedit hos ſeniores, & alios iuniores: quorum quidem primos principari, ſecundos ſubijci docet, nec indignari debent iuniores, cùm æquum, & honeſtum ſit iuuenib. miniſtrare, & obedire ſeniorib. Item in Eccleſiaſt. dicitur. *Loquere maior natu: te enim decet primum verbum*, ſecundum Bald.in l. obſeruare.§. antequam.ff. de offi.procon. & lega.

ADDITIONES.

a ¶Quam declara, vt per Natt. conſil. 167. colum. 7. Alexand. conſil. 1. colum.pen.in princip.libr.5. ad reg.autem, quòd ſufficit libellum præſumptiuè concludere,dic quod procedit etiam in criminal.Roma. conſ. 105.col.1.in fi. Fely.in c.fin.col.1.de lib.obla. MASVER.

b ¶Dominium. Secus in poſſ. Alex.lib. 1.conſ.133.incip.Viſo proceſſu.colum.3. PVRPV.

c ¶Annos.Adde Spec.in titu.de proba.in §.1.verſicu.quid ſi teſtes.Cardin.Zab. in clemen.1.in 3.not.de reb. eccle. non alie. Sed quandoque longior fuit, vt legitur de Abb.Coſma.qui vixit ann.120.vt in Auth.de mon.in §.ſi verò.& in c.fin.84.diſt.& diffuſè per Pli.lib.7.c.48.

d ¶Præferuntur.Vide Bald.in l.1.q.23.de rer.diui.& Iacob.de S.Geor. in verſ.& promiſerunt.col.4. PVRPV.

& lega. & apud Virg. *Tu maior, tibi me est æquum parere Menalca.*
¶Prædictorum omnium euidens ratio est, quare grandiores
natu sint iunioribus præferendi, præsertim in honorib. & digni-
tatibus, ac prærogatiuis: quia qui est ætate maior, præsumitur
maturitate sensus præstantior. c. nisi cum pridem. §. alia verò
causa. de renun. Item præsumitur rerum experientia doctior:
atque ideo sapientior, vt in cap. sciendum. 26. q. 4. ideo magis
debet honorari, qui enim dignior est, ille præferri debet, & ma
44 gis honorari, vt est glo. in cap. sexta. 16. distin. ¶† Item senio-
a res[a] præsumuntur iuuenibus, & est gloss. in cap. cum in iuuen-
tute. de præsump. & consilium seniorum melius est, quàm iu-
45 uenum. capitu. ex multa. de voto. † Item plus valet vmbra se-
b nis,[b] quàm eloquentia, vel gladius iuuenis: vt not. Bald. in ca-
pitul. 1. per illum text. de renun. & in l. cum antiquioribus. C.
de iud. deli. Reliqua ad istud no. gl. vide in alia p̄cedenti lectu.
istius legis. Ianson May. Mediolanen. Cęsareus, & Ducalis Sena
tor in primis lectionibus, quas habuit Papię, in reditu suo ex
Pisano studio, & Patauina Academia.

ADDITIONES.

a ¶Seniores. Adde Card. Alex. in c. sanè quippè. in 1. col. 9. dist.
b ¶Vmbra senis. Adde Bald. in l. senium. C. qui test. fac. poss.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter mutuum, & depositum.*
2 *Depositarius an teneatur de dolo, & lata culpa.*
3 *Attenditur, quòd principaliter agitur: & ibi infert ad multas quæstiones. nume. 4. & 5.*
6 *Verba simpliciter prolata debent intelligi primariò, non secundariò: & infert ad testem legatarium.*
7 *Non debet citari ille, de cuius prȩiudicio principaliter non agitur, licèt secundariò sic. ibi. num. 9.*
8 *In condemnatione debitoris mei non teneor citare alios creditores.*
Actus non dicitur verti in detrimentum nisi illius, cui affertur detrimentum principaliter.
10 *Stante statuto, quòd instrumenta executioni mandentur, intelligitur ad instantiam principalis, non tertij.*
11 *An vnus ex correis debendi possit pro alio testificari.*
12 *Testis censetur idoneus, quando negotium principaliter non spectat ad eum.*
13 *Testis de vniuersitate an possit esse testis in causa vniuersitatis.*
14 *Creditor potest esse testis pro debitore.*
15 *Rector vnius ecclesiæ an possit deponere in fauorem alterius ecclesiæ, quòd non teneatur soluere decimam.*
16 *Substitutus an possit esse testis in testamento.*
17 *Quid in legatarijs, & fideicommissarijs.*
18 *Attenditur ex qua absentia quis principaliter sit absens.*
19 *In causa, in qua qui non potest soluere, luat in corpus, potest procurator interuenire.*
Responsio facta accusationi, vel positioni, intelligitur quo ad ea, quæ principaliter continentur in accusatione.
20 *Volens occidere bannitum, si transcendit muros ciuitatis, an puniatur pœna transcendentis muros.*
21 *Quis potest facere offensam principaliter, non per mediam personam.*
22 *Testis deponens falsum super appendicijs, an puniatur pȩna falsi.*
23 *Ius non considerat id, quod venit executiuè, sed quòd principaliter.*
24 *Limitatio ad regelam, quòd attenditur, quod principaliter agitur, vt non habeat locum in delictisi.*
25 *Quomodo intelligatur principaliter, & quot modis, & quando dicatur.*
26 *Periculum casus fortuiti ad quem spectet.*
27 *Quid in mutuo.*

LEX IIII.

SI quis nec causam. Ista lex habet duo dicta, & sic diuiditur in duas partes. Primum dictū
differt à secundò, quia in primo fuit expressa con-
ditio. In secundo non fuit expressa. Secunda ibi, nam, & qui
rem vendendam. ¶Ad euidentiam præmitte, ꝙ differentia
est inter mutuum, & depositum. In mutuo periculum casus
etiam fortuiti spectat ad debitorem. l. incendium. C. eod. titul.
& istud fundatur duplici ratione. Prima est, quia cùm in mu-
tuo transferatur dominium in accipientem. l. 2. §. appellata.
s̄. eod. & per consequens debitor efficitur dominus rei mu-
tuatæ, ideo succedit regula, quòd periculū casus fortuiti spe-
1 ctat ad eum, qui est dominus. l. pignus. C. de pig. act. † Secūda
ratio est, quia in mutuo fit debitor in genere. l. 2. in princ. s̄. eo.
Sed genus perire non potest. l. in ratione. §. incertæ. ff. ad l. falc.
Ideo spectat periculum ad ipsum debitorem. d. l. incendium.
Sed istæ duæ rationes cessant in deposito proprio, & regulari.
Et propterea fuit dubitaum in hac l. quid quando depositum
fit gratia mutui principaliter, & sic gratia accipientis. ¶Secun-
dò præmitte ad euidentiam, ꝙ iste text. in decisione ibi, peri-
culo est eius, legitur altero de duob. modis. Vno modo secun-
dum Io. & Vltramont. quòd intelligitur de periculo casus
fortuiti, & secuudum istum intell. h. d. Quando depositum fit
principaliter gratia depositarij, tunc tenetur etiam de casu
fortuito. Alio, & secundo modo legitur secundum Azo. cuius
* intellectum tenent *Antiqui, & Mod. omnes, & est communis*, quòd
text. in versi. periculo. non intelligitur de casu fortuito, sed de
omni culpa etiam leuissima, vt statim declarabo, & secundū
2 istum, qui est verus, & communis, hoc dicit. † Quando de-
positum fit principaliter gratia depositarij, tunc depositarius,
qui aliàs non teneretur nisi de dolo, & lata culpa; hoc casu etiā
tenetur de leuissima, & de omni periculo etiam culpa leuissi-
ma contingente. hoc dicit secundum verū intellect. ¶In pri-
mis pondera text. in princip. si quis nec causam, nec propositū.
hoc ideo dicit, quia si creditor habuisset animum, vel causam
mutuandi, tunc contractus diceretur celebratus gratia vtrius-
que. Ideo vsus fuit his verbis, ad denotandum, quòd iste con-
tractus fuit celebratus gratia solius depositarij. Imò plus tenet
glo. in l. fi. quàm Doct. multum notant, & commendāt, ꝙ iste
text. procederet etiam si creditor mutuasset cum vsuris, per
tex. in l. rogasti. in princip. j̄. eod. Nam licèt aliàs dicamus mu-
tuum, quod contrahitur sub vsuris, censetur cōtractum gratia
vtriusque. l. si vt certo. §. nunc videndum. j̄. commo. tamen
quando animus non erat fœnerandi, attendimus, quòd prin-
cipaliter agitur: & ita limitantur omnia iura, quæ dicunt, qn̄
ɔ̄ctus celebratur sub vsuris, dicitur gratia vtriusque celebrari.
Et ad hoc ista glo. est melior de iure, & sing. s̄m Lud. Rom. hic
quam etiam not. Bart. in d. l. rogasti. in princip. & in d. l. si vt cer-
to. §. nunc videndum. & Ang. & Imol. in l. qui Romæ. in prin.
a ff. de verb. obli. ¶Et ex his habes no. ex tex. & gl. reg.[a] ad quam
3 milles allegamus hanc legē, † ꝙ attendimus id, ꝙ principali-
ter agitur. concor. text. not. in l. 1. in princip. ff. de auth. tuto. &
text. not. in l. nauis aduersa. ff. ad l. rhod. de iac. ¶Adde etiam
pulchrum text. in l. 1. §. vnde quærit Offilius. ff. de exer. per quē
4 tex. determinant Gul. Alb. & Bal. † ꝙ stāte statu. ꝙ nullus possit
extrahere frumentum de comitatu, nisi propter vsum suum,
aliàs incidat in pœnam, certè si quis extraxerit propter vsum
suum, licèt postea vendiderit, non incidit in pęnam, tenet Bar-
tol. in l. cætera. §. final. de legat. 1. Adde & tres text. not. in l. ab-
stinēdi. ff. de in interg. restit. per quē tex. decidunt ita no. Gul. de
Cun. & Bald. sed Bald. legit in l. præcedenti, quæ incip. Non so-
lum, quòd stante statuto, quòd etiam de venditione fructuū
debeat solui gabella, si quis vendidit fundum plenum fructi-
bus, isto casu fructus non sunt gabellandi, quia cùm fructus
non vendantur principaliter, sed secundariò, attendimus, qđ
principaliter agitur. Alleg. text. in l. final. §. penultim. ff. quæ in
fraud. creditor. vbi est quasi casus expressus de hoc. ¶Quartò
adde not. text. in l. si is cui. §. quòd si seruus. ff. de acquired. hæ-
5 red. per quem text. dicit Bartol. se aliàs decidisse de facto, † Stā-
te statuto, quòd capiens exbannitum in persona debeat habe-
b re tantum in commune.[b] Certè si quis fortè Potestas ceperit
aliquem furem, qui reperiatur exbannitus, non debebit habe-
re pręmium statuti. Et idem tenet Bartol. in l. si quis in graui. §.
vtrum. ff. ad Vell. & in l. nulla macula. C. de delato. libro 10.
6 ¶† Quintò facit, quod not. Bald. & Angel. in l. 1. §. 1. ff. de iustit.
& iur. quòd verba simpliciter prolata debent intelligi prima-
riò, non secundariò. Ideo si in causa hærdis producitur lega-
tarius in testem, & interrogetur, an aliquod commodum spe-
ret, & responderet, quòd non, & postea accusetur de falso,
tanquam commodum speraret, certè secundum eos non
porest rectè accusari: quia illa verba, quòd non speret com-
modum, intelligi debent scilicet principaliter, licèt secunda-
riò sic. Et sequitur Alex. in consil. 19. incip. Viso processu cōtra
Gaium. libr. 3. Ibidem dicit, si statutum imponat pœnam tur-
c batoribus status reip. intelligitur de his, qui principaliter[c] tur
bant. Et sequitur Alex. in consi. 113. lib. 2. inc. Viso instrumēto
treugæ, & in consi. proximè, alleg. Facit, quod not. Bald. in l.
7 rogasti. in prin. ad fi. j̄. eod. ¶† Sextò adde, quòd voluit glo. not.
& ap-

ADDITIONES.

a ¶Regulam hanc exornat latè Barb. consil. 1. col. 4. libr. 2. PVRPV.
b ¶Commune. Felyn. in capitul. quæ in ecclesiarum. colum. 3. versicul. 76. de const. PVRPV.
c ¶Adde in delictis, quando attendatur principale præsuppositū, & vide Bart. in l. Diuus. ff. de sicar. & de intentione principali, & secundaria, vide Doct. ad Bar. in l. qui furem. ff. de fur. BELLOT.

& approbata *ibi per omnes* in l.de vnoquoque.in glo. 2. ff. de re
iud.quòd non debet citari ille,de cuius præiudicio non agitur
principaliter,licèt ſecundario ſic. Et illam glo.ſequuntur Ang.
Imo.& Mod.in l.filiuſf.§.diui.ff.de leg.1.Et ibi dicit Imo.quod
ad hoc eſt ſingu.eam etiam ſequitur Alex.Imo. in conſi.86.in-
cip.Viſis dubitationibus elegantiſſimè formatis, in 1.& 2.col.
& in conſ.297.inci.Stantibus his.lib.2.& in conſi.84. inci.In cā,
quæ vertitur inter agentes.in 4. colum. lib.1. Hinc dicunt Inn.
& Bart.in c. humilis de maio. & obed. non eſſe citandos illos,
quos incidenter negotium tangit, ſed ſufficit citari principa-
lem, per text.in l. 1.§.denunciari. ff.de vent. inſpi. Et dicit Bald.
in rubric.extra de reſcript.in 3. colum. qui caſu, vel in conſe-
quentiam lædi poſſunt,citari non debet.¶ Hinc etiam dicunt
Angel. & Alexand. de Imol. in dict. l. de vnoquoque, per
gloſſ. ibi, quòd ſi facio aliquem condemnari tanquam
debitorem meum, non poterunt alij creditores opponere,
quod non fuerint citati ad videndum proceſſum, quia lis nō
agebatur principaliter contra eos.Facit, quod not.Angel.in l.
incognitam.ff. ad Syll.Facit,quod egregiè vult Bar.in l.diem.ff.
de aqua plu. arcen. quòd ſi aliquis agit contra hæredem, qui
habet ſubſtitutum, non eſt citandus ſubſtitutus, ex quo de
eius præiudicio principaliter non agitur. Idem tenet Bald. in l.
nā ita diuus.ff. de adop.Ang.Imo.& Mod.in d.l.filiuſfa.§.diui.
de leg.1.Imo. in l.decem.ꝟ.de verb.obl. Alex in conſi.133.inc.
8 Diſcuſſis hæſitationib. in 4.col. lib.1.† Septimò ad hoc no.ad-
de,quod vult glo. no. in c.quamuis. in gl.fi. de pact.in 6. quòd
actus non dicitur verti in detrimentum alteris, quando non
affert ei detrimentum principaliter,ſed ſecundariò.Ex qua gl.
9 decidit ibi Gemi.† ꝙ ſi ex forma ſtatuti cautum ſit, quòd de-
beant citari illi,in quorum detrimentum fit actus: intelligitur
directò,& principaliter,& non ſecundariò.quod eſt no.ſm eū.
Caue tamen circa hoc vltimum, quòd iſto modo intelligen-
do,ſtatutum nihil adderet iuri communi, cùm de iure com-
muni ſolùm citandi ſunt illi, in quorum præiudicium actus
fit principaliter. d.l.nam ita diuus.de adop. Sed ſtatuta debent
intelligi,vt aliquid addant vltra iūs cōe, per doctri.Bart.in l.4.
§.ait prætor. ff. de dam. infect. & in l.2.ff. de vſucap.cum con-
10 cord.¶† Octauò adde tex.in l.ſi pro te.C.de dot.pmiſ.per quē
tex.ibi not.infert Bart.Stante ſtatuto,ꝙ inſtrumenta confeſſio-
nata mandentur executioni debet intelligi ad inſtantiam cre-
ditoris principalis.Ideo ſi tertius petierit executionem,non au-
a diretur, [a] quod not.¶† Nonò adde bene facere id,quod deci-
11 dit Barto.in l.ſi quis, per illum text.ff. de reb.dub.quòd ſi ſunt
duo correi debendi, vnus poteſt teſtificari pro alio. Et ſimili-
ter,ſi ſunt duo fideiuſſores, ex quo principaliter non teſtifican-
tur pro cauſa ſua.Idem tenet Bal.in l.fin.§.1. C.de vſu. rei iud.
Alex.de Imol.in conſil.78.incip. In cauſa, & lite vertente inter
Barthol.in 2. colum. licèt contrarium tenuerit Angel. de Are.
12 in §. legatarijs. Inſtit. de teſta. ¶† Hinc videmus generaliter,
quòd teſtis cenſetur idoneus, quando negotium non ſpectat
ad eum principaliter. text. in d. §. legatarijs. not. in l. dictanti-
bus.C.de teſt.vbi Bald.expreſsè not.Doctor.in l.omnibus.C.de
teſti.Ioan.Fabr.& alij in d.§. legatarijs. Can. in capitul. ſuper.de
13 teſt.¶† Hinc videmus,quod in cauſa vniuerſitatis quilibet de
b vniuerſitate [b] poteſt eſſe teſtis. ſecundum Barrol. in l. tantum.
§.vniuerſitatis.ff.de rer. diuiſ. & in l.ſed ſi hac. §. qui manumit-
titur.ff.de in ius voc. cum mille concor. quas ibi addit Alexan.
Imol.& Cano.in capit.cum nuntius. de teſt. gloſſ. & Docto.in
14 capit.cum R.canonicus.de offic.deleg. ¶† Hinc etiam eſt, &
bene not. quòd creditor poteſt deponere teſtimonium pro
cauſa debitoris ſui, & in eius fauorem, ex quo commodum
principaliter non ſpectat ad eum, ſecundū Iacob. But.& Ang.
in l.non ſolum.§.quæritur.ff.de procur.Alexand. in conſil. 78.
15 prælleg.¶† Hinc opportunè diſputādo determinat Io.And.
in regula ſine poſſ.de reg.iur.in 6.in mer.quod ſi Epiſcopus pe-
tit decimam contra vnam eccleſiam, & rector illius eccleſiæ
vult probare, ꝙ non ſit conſuetudo ſoluendi decimam Epi-
ſcopo,quòd rectores aliarum eccleſiarum illius loci poterunt
probare illam conſuetudinem eſſe in illo loco, vt non ſolua-
tur decima: ex quo non deponunt principaliter in fauorem
ſuum.Tenet domin. Alexand. in conſil. 172. quod incip. Viſis
16 & opportunè diſcuſſis in 3.colum.lib.2. Facit etiam,† aliquis
ſubſtitutus pōt eſſe teſtis in teſtamento, quòd eſt quando non
ageretur de ſubſtitutione, quia cauſa principaliter non ſpectat
ad eum.Ita ſingu.tenet Angel. conſil.274. quod incip.Thema
ſuper quo conſilium petitur tale eſt. in penultim. colum. Ad
17 hoc ponderat text. in d.§.legatarijs. † Nam dum dicit, legata-
rij,& fideicommiſſarij, intelligit tam vniuerſales, quàm par-
ticulares: & tamen tenet contrarium Bald. in dict. l. dictanti-
bus.& in contrarium ſtringit text.in dict.§. legatarijs. in ratio-
ne ſui,ibi,*quia iuris ſucceſſores non ſunt*,iuncta gloſ. Niſi ſuſtinen-
do Angel. ponderes illud verbum, non ſunt, quòd eſt præſen-
tis temporis: ergo non includit eos, qui poſtea futuri tem-
poris ſunt.argu.l.Imperator. & ibi not.Bartol. ff. de poſtu. Ego
tamen dubitaui ſemper, & dubito in eo, quod dixi de teſtib.
qui poſſunt deponere, quando negotium non ſpectat princi-
paliter ad eos, cùm habeamus, quòd proxeneta non poſſit eſ-
ſe teſtis,nec procurator,nec aduocatus,vt tenent glo.& Bar.in
l.deferre.§.idem decreuerunt.ff.de iur. fiſc. & in l. omnibus.C.
de teſti.in bona lectu.glo.in c.Romana.de teſtib. in 6.licèt Bal.
variauerit in dict.l. omnibus. Cogitabitis pro reſponſo. Adde
etiam ad prædictam regu.quòd attenditur illud, quod princi-
paliter agitur.text.in l.1.de autho. tuto.& in l.verum.la 2. & in
l.qui iniuriæ.in princip.ff. de fur.¶ Adde decimò ad iſtam reg.
18 quòd dixit gloſſ.not.in l.non verè.ff.ex quib.cau.ma.† quòd ſi
aliquis eſt abſens partim cauſa reip. partim propter negotium
ſuum priuatum,attenditur illud, quod ibi principaliter inten-
debat.Idem no.Abb.in cap.cū pro cauſa. de procu. per illā gl.
decidit not. Bald. illā ſupplendo in capit. dilecti. in princip.in
penultim.colum. de appell. quòd ſi aliquis iter arripiat ad Pa-
pam pro appellatione, & etiam pro alia cauſa principali, eius
motiuum inſpicitur, & ſi ſint æquè principalia,non habetur
19 pro appellante, quod no.¶† Vndecimò adde etiam, quòd in
cauſa,in qua qui non poteſt ſoluere pecuniam, luit in corpus.
l.fi.ff.de in ius vo.l.ſi quis id,quod.in prī.ff de iur.om.iu.poteſt
interuenire procurator, qui aliàs in cauſa criminali non ad-
mittitur.l.pen.§.ad crimen.ff.de public.iud. eo quia attendi de
bet principalis cauſa:& ſic illud,quod principaliter agitur. Ita
Bald.in l.ſi reos.in 5.colum.C.de accuſ. & in addi.Specul.in ti-
tul.de accuſa.in verſi.pro homicidio. Adde 12.quòd reſponſio
ſimpliciter facta accuſationi, vel poſitioni, intelligitur quo ad
ea,quæ principaliter continentur in accuſatione: non quo ad
alia acceſſoria: nec quo ad alias qualitates. Ita Bartol. inferens
ad pulchram quæſt.in l.ſi cui.§.ſi à filio. per illum text. ff.de le-
gat.1.ſequitur Bald in c.prudentiam.de mut.pet. domi.Anto.
de Butr. in capit. 1. de plus peti. quamuis Moder. ibi. & Bald.
alibi contrarium ſæpè tenuerint.¶ Adde 13. etiam nouam re-
gul.quòd vbicunque quis aggreditur principaliter licitum, li-
cèt ſecundariò faciat illicitū: tamen in illicito non debet puni-
ri illa pœna, qua aliàs puniretur, ſed debet mitius puniri arbi-
trio iudicis. Iſtam regul. probo ex eo, quod not. decidit. Nell.
de S. Gemin. in tracta. banni. in 2.parte. 2. temporis.quæſt.13.
20 † vbi quærit. Quidam volens occidere quendam bannitum
exiſtentem in quodam caſtro, tranſcendit per murum illius
caſtri,& illum occidit, an puniatur pœna capitis, quia muros
tranſcendit,iuxt.l.final. ff. de rer. diui? Et arguit ad partes,& fi-
naliter determinat, quòd non, ſed mitius punitur arbitrio iu-
dicis,argu.l.ſi adulterium cum inceſtu. §. ſi.ff. de adul. & quia
principaliter aggrediebatur licitum, ſcilicet occidere bannitū:
& ideo propter illud, quod in conſequentiam fecit, ſ.tranſce-
dere muros, non debet puniri pęna ordinaria capitis. Confir
matur, quia principaliter prohibitum, tamen conceditur ſe-
cundariò,& in conſequentiam. l. tutor rerum. vbi text.ſingul.
ff. de adminiſtr. tutor. In contrarium tamen facit text. in l. ſi
ſponſus.§ ſi maritus. ff de donat. inter vir. & vxor. Et in con-
trarium etiam ob doctrina Bartol.not.in l.1.in princip.ff.de au-
tho.tut.quam ſequuntur Cyn.& Sali. in l. 3. C.de iud. ¶ Adde
etiam 14.ad prædictam regul. quod vult. Bald. in l. vt vim,in
21 2.colum. ad fin.ff.de iuſti.& iur.† quòd ſtante ſtatuto,ꝙ liceat
offenſo facere competentem vindictam, intelligitur de prin
cipaliter offenſo,& non per mediam perſonam.l.qui liberis.§.
hæc verba.ff.de vul.& pu p.¶ Adde etiam 15.quod vult Ang.
22 poſt Iac.But.in l.Lucius.ff.de inſa. §. 1.† ꝙ ſi teſtis dicat falsū
ſuper facto principali,tunc bene debet puniri de falſo: ſecus ſi
dicat falſum ſuper appendicijs:puta ſi negauit ſe eſſe cōiunctū
partis eum producentis, cùm ei attineret: tunc non incurrit
falſum,licèt mentiatur,& nō punitur niſi crimine ſtellionatus,
quod reputat Ang.mirabile, & no.dignum, Et idem Ang.in
conſi. 194. inc. Viſis proceſſ.b. in 2. col.& Bart. in l.pen.C.de
tranſa.

ADDITIONES.

a ¶Audiretur.Adde Bald.in l.1.C.commun.de leg. Alexand.in l.9.§.ſi hæres.
primo not.ad Treb. PVRPV.

b ¶Vniuerſitate.Adde Archi.12.q.2.in ſum.eundē in c.ſuper prudentiam.13.q.
2.Alex.de Imo.conſi.43.incip.Viſis,& ponderatis his, quæ cōtinētur in pro-
ceſſu,in 3.vol.Idem Alex.ſibi contrarius conſ.69.inci.Viſo,& nondū diſcuſ-
ſo proceſſu cauſæ.in 2.vol.Abb.conſil.16.inci.ad clarā deci.præſentis dubij.
in 1.vol. * Alex.autem conſi.43.nu.23.lib.4.tenet contrarium, ꝙ ſcilicet te-
ſtes integri non ſint ſinguli de vniuerſitate. de quo etiam conſ.136.nu.16.
lib.2.Dec.qui contrarium ſuſtinere videtur,in c.tertio loco.de proba.qua de
re plura not.Rip.Reſpon.114.nu.5.180,nu.18.& Reſpon.101.& omnia de-
clarat Rol.conſi,72.lib.2.Dec.conſi.342.nu.4. MASVER.

23 tranſa in 2.lect.quæ cõiter non habetur.¶ † Decimoſextò ad
* iſtã reg.adde,quòd ius non conſiderat id,quod fit executiuè,*
ſed id,quòd ſit principaliter.Text.eſt no.in l.fi.ff. quod quiſque
iur.ſm Bal. in c. 1.in.2.col.in ti.hic finit lex,deinde conſue.reg.
inc.¶ Stat ergo ex prædictis regula , quòd attenditur id, quod
principaliter agitur.Contra iſtam reg.alle.tex.in l.qui ſaccum.
ff. de fur. qui text. eſt canonizatus. 50. diſt.c.qui ſaccum vbi ſi
aliquis furatur ſaccum plenum pecunijs, committit furtum
24 etiã in ſacco,licet principaliter nolebat furari ſaccũ.† vnde pu
to per illum tex.limitari reg.vt non procedat in delictis,& qñ
quis dat operam rei illicitæ : quia tunc ſiue principaliter, ſiue
ſecundariò attenditur.¶ Nec ob.l.verum eſt.la 2.ff.de fur.quia
reſponde,vt ibi per Bar.ponderando, quòd loquitur in mere-
trice,iuncta.l.fullo.§.qui ancillam.ff. de fur. & vide etiã gl.inſti.
25 de oblig. quæ ex delict. in princip. † Quomodo autem intel-
ligatur principaliter,& quando dicatur, & quot modis in iure
capiatur,declarat Bartol.in l. ambitioſa.in 5.& 6.colum. C.de
decre.ab ordin.fac. & in 1.conſt. C.in princ. in 1. col.vbi etiam
Bal.Facit text.in l.principaliter. C.de lib.cau.& ibi Bal.no.¶Se-
cundò principaliter ponderandus eſt text.ibi , *periculo eius, qui
ſuſcepit.* Pro cuius intelligãtia vidẽdũ eſt, de quo periculo intel-
ligatur:& nunc expedio gloſſ. primam. Ioan. Andr. & Vltra-
montani tenent, quòd intelligatur de periculo caſus fortuiti,
& conſequenter, ſi iſto caſu pecunia eſſet perdita caſu fortui-
to, erit periculum debitoris. Pro iſta opin. primò facit text. in
verſi.periculo, non cauillando literam, quaſi periculum acci-
piat̃ ꝑ caſu fortuito.l.ſed & ſi quis.§.q̃ſitum ff.ſi quis cau.¶Se-
cundò facit , quia ex quo in hac l.depoſitum fuit factum gra-
tia ſolius accipientis , ergo recipiens debet teneri de caſu for-
tuito. ¶Tertiò facit , cùm iſtud depoſitum ſit factum gratia
mutui, & ſic ſit ſubrogatum in loco mutui , certè debet ſape-
re naturam ſubrogati. l. cum, qui. §. qui iniuriarum.ff. ſi quis
cau.ſed in mutuo periculum eſt debitoris.l.incendium. C.eod.
ergo,&c.¶ Quartò facit text.in l.rogaſti, in princip.ibi,ſine cul
pa.infra eod. Tu ſtringe illum text. quia vbicunque lex facit
ſimpliciter mentionem de culpa,vt ibi, intelligitur de lata, &
leui,non autem de leuiſſima.Ita not. Bartol. in Authen. quod
locum. in 2.quæſt.C.de colla per text. in l. ſi cum venderet. §.
final.de pig. act. & gloſſ. in l.in venditione. §. 1. & ibi Bartol.ff.
* de bon.auth iudic.poſ. ¶Secundus fuit intellectus Azo. *& ap-
probatus per omnes* , quòd in caſu iſtius legis debitor tenetur de
omni culpa etiam leuiſſima , non tamen de caſu fortuito.
Pro iſta ſententia duo ſtringunt ineuitabiliter. Primò funda-
mentum Ioan.non eſt verum,quia etiam quando contractus
fit principaliter gratia recipientis tantum , tamen recipiens
nunquam tenetur de caſu fortuito,niſi culpa præceſſerit.Hinc
eſt,ſi commodo alicui æquum , vel aliam rem , iſtud fit prin-
cipaliter gratia commodatarij recipientis , tamen non tenetur
de caſu fortuito. l. in commodato. in princip infra commod.
niſi culpa præceſſerit,ergo dato, quod hic cõtractus fiat prin-
cipaliter gratia recipientis , non tamen tenetur de caſu fortui-
26 to, niſi culpa eius præcedat. ¶† Secundò facit regul.quia peri-
culum caſus fortuiti ſpectat ad eum , qui dominus eſt. l. pi-
gnus.C.de pign.act.Hinc dicit Barto.& Ludouic.Roma.quòd
opinio Azon. procedit in depoſito regulari , quia fuit depo-
ſita pecunia tanquam ſpecies , ita quod dominium non fuit
translatum in accipientem , ſed in depoſito irregulari ſecus,
puta ſi pecunia eſſet depoſita ad numerum. l. die ſponſaliorũ.
& l.Lucius.infra depoſ.Iſto caſu procederet opin. Ioan. And.
quia teneretur de caſu fortuito , ſicut in mutuo . Et tenendo
iſtum intellect.reſpondent Doctor.ad text. hic in verſi.pericu-
lo. quòd appellatione periculi venit etiam culpa leuiſſima,
non caſus fortuitus.alleg.l.opus, quod in aduerſione. infra lo-
ca.gloſſ.in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum. ff. ſi quis cau. Ego vltra
eos allego text. meliorem de iure.in l. 1. §.ſępè euenit.ff. depo.
Not.tamen illud,quod magiſtraliter dicit gloſſ. in l. 1. in prin-
cip.ff.nau.caupo.ſtabul.in gloſſ.in verſicul. ſi ſine culpa , quòd
inter leuiſſimam culpam , & caſum fortuitum nihil eſt me-
dium . Quod qualiter intelligi debeat , declarat ibi Bartol.
quem videas.Non obſt.text.in dict.l.rogaſti.in princip. in verſi.
ſine culpa. quia reſponde , vt dicit gloſſ. ſcilicet lata , leuis ta-
men, & leuiſſima interuenit. Non obſt.vltra motiuum ſupra
27 factum, quia reſpondeo , aduertendum eſſe , † quòd in mu-
tuo recipiens ſemper efficitur dominus , ideo perit ſibi , cùm
res pereat illi, cuius eſt, vt prædixi . Vnde ego fateor , quod ſi
loquamur in depoſito irregulari, in quo dominium tranſit in
accipientem,quòd eſſet idem.

SVMMARIVM.

1 *Colonus ſi finita locatione percipit fructus, poteſt conueniri condictio-
ne furtiua.*
2 *Et an teneatur reſtituere fructus,ſi colit finita locatione.*
3 *Tranſportata impetu fluminis poßunt condici , & vendicari.*
4 *Trabes , & ligna per alluuionem tranſportata , non acquiruntur, ſed
remanent domini.*
5 *Conductor finita locatione tenetur domino denuntiare : aliàs tenetur ad
penſionem.*

§. Res pignori.

A fure,& malæ fidei poſſeſſo-
re res condici poteſt, quod
tribus probatur exemplis.hoc dicit, & eſt commune ſumma-
rium,ſecundum Bart. Tu pinguius ſumma ſic.Si res mea per-
uenit ad aliquem cum cauſa , finita ea cauſa , vel ea ſublata ,
poſſum condicere illam rem,condictione furtiua,& certi cõ-
dictione generali.Et eo modo fructus ſine cauſa perceptos , &
res meas per impetum fluminis aliò tranſportatas. hoc dicit
1 vſque ad fin. Not.in verſicul.nam & ſi colonus. † Si colonus
finita locatione percipiat fructus, conueniri poteſt condictio
ne furtiua,& certi condictione generali, eo quia furtum facit.
l inficiando.§. fin.ff. de fur. Sed ego not, pondero ex iſto text.
hic eſſe tex. no.Pone, colonus in vltimo anno de menſe Sept.
ſeminauit fundum,finita eſt ſua conductio. Nunquid in 2. an.
poterit colligere fructus? Iſte text.in ſui generalitate probat
not.quòd non poſſit.de quo vltimo videas tex. not.in l.defun-
cta.ff.de vſucap.Bartol.& alios.in l.diuortio.in princip. ff.ſolu.
2 matr.¶† Imò plus adde ad iſtum text.quòd ſi colonus non ſo-
lùm finita locatione percipit fructus, tenetur.Imò ſi durante
locatione colligit fructus immaturos , tenetur reſtituere do-
mino. gloſſ. habes not. & expreſſam in l.penultim.in gloſſ.1.ff.
de vſufr. leg.quæ ad hoc alleg. text.not.in l.& hæc diſtinctio.§.
cum fundum. ff. locat. & ibi videas Bartol. not. expreſsè il-
lũ tex.contra colonos, qui vltimo anno locationis exfructuãt
agrum quantum poſſunt . Nam tenentur domino . Et dicit
idem Paul.de Caſtr.quod ille text.facit contra ruſticos,qui no-
lunt putare capita vitibus , vt colligant plures vuas , & poſtea
anno ſeq.demoliuntur , quòd ipſi tenentur domino ad omne
intereſſe. Imò plus not. ibi Salyc. quòd ille text. facit contra
datiarios macinæ,vel molendinorum, quòd in fine conductæ
ſuæ corrumpunt fructus ſequentium conductorum,inducen-
do ciues , quòd mittant frumentum ad molendina, ſcientes,
quòd non ſolent, niſi pro medietate pretij eius, quod conſue-
3 uerunt ſoluere,vt ibi per eum poteris per te videre. ¶† Not. in
verſi. fi.ꝙ tranſportata impetu fluminis poſſunt condici non
ſolùm vendicari. Adde text. in l. hoc amplius.§. de his autem.
& §.ita demum.ff.de dam.infect. ¶Intellige tamen niſi per al-
luuionem accederet vicino , quia tunc efficeretur eius cuius
ſolo accederet.§.præterea.Inſti.de rer.diui.& ad hoc vide text.
not.in l.ſolus.§.qui alienam.& ibi not.Bartol.ff.de fur.¶ Tertiò
per iſtum text.in fi.decidit.Bald.in rubr.ff.de rer.diui. in 10. co-
4 lum.in fin. † quòd trabes , & ligna , quæ per alluuionem ſunt
portata in fundo alterius, non acquiruntur ei , ſed remanent
domini. Facit dict.§.præterea. Inſtit. de rerum diui. ¶Gloſſ. in
verſi.condici poteſt.Pro introductione iſtius gloſſ. ſcire debes,
quòd omnes actiones perſonales appellantur condictiones. §.
appellamus. Inſtit.de act.Et quæ ſit ratio, ibi declaraui,& con-
dictiones cùm ſint perſonales , non competunt domino ad il-
lud,quod eſt ſuum: qui enim eſt dominus, amplius effici non
poteſt dominus. §.ſic itaque.Inſti.de acti. Ratio eſt, quia cùm
ſint perſonales præſupponunt obligationem, ſed res mea non
poteſt eſſe mihi obligata. Ideo non poſſum condicere . Ta-
men odio furum contra regulas iuris, vt pluribus actioni-
bus teneantur,inductum eſt,vt competant condictiones con-
tra fures, & malæ fidei poſſeſſores.dict.§.ſic itaque. & l final.ff.
vſufruct. quemad. cauea. Propter hoc dubitat gloſſ. 1. hic,
quomodo poſſum condicere rem meam , & intelligit iſtum
text.de fure , & in re immobili intelligit de prædone . Et pri-
mum contrarium ſoluit gloſſ.in princip.Secundum.ſin autem
in re immobili. contrarium remanet ibi. Item condictione ſi-
cauſa.Poſtea in 3.parte gloſſ. vult remouere aliud contrarium
ibi, & ſic reſpectu poſſeſſionis, &c. Ad hoc Bartol.reſponden-
do poſt Iacob. Butr. diſtinguit. Aut conſideramus ex parte
* actoris. Aut reſpectu rei , vt hic per eum. Sed Bartol. *diſtinctio
communiter reprehenditur* , quia etiam à fure poteſt condici poſ-
ſeſſio.l.ſcire debemus.§.final.ff.de verbor.oblig. & contra Bar-
tol.facit text.in §.planè.Inſtit.de actio.vbi text.dicit,quòd licèt
ſit impoſſibile , quod pro re mea agatur ad dandum, quòd ta-
men iſtud permittitur contra furem:ergo ad hoc,vt exceptio
ſit bona, debet intelligi ad dandum . Veritas eſt (credo) vt di-
camus in fure illud, quod dicimus in moroſo , licèt res ſit pe-
rẽpta,tamen odio moroſi poteſt peti eadẽ res ſola , ſiue æſti-
matio:

* Conſecutiuè.

mario: tamen executio poſtea fit in æſtimatione.l. ſi ſeruum. §.final.ff.de verbor.oblig. ¶In gloſſ. in verb. ex voluntate. Ibi, propter primam voluntatem. Adde, quod volunt Bartol. & Angel.in l.inter omnes.§. rectè,poſt gloſſ. ibi.ff.de fur. vide tamen gloſſ.ſingul.in capitul.Lugdunenſis.9.quæſt. 2. quæ vult, quòd Epiſcopus, qui ordinauit clericum alterius diœcis, non cadit in pœnam,de qua illo text. & in clem. 1. de priuil. quando credidit alium Epiſcopum eſſe conſenſurum. Item gloſſ. intelligit Bartol.procederet, ſi appareat dominum ſciuiſſe colonum remanere in conductione. Nam tunc ſcientia inducet tacitum conſenſum, ſecus ſi ignorauit, & cum Bartol. tran-
5 ſeunt cæteri ſcribentes.¶Tu pondera, quòd in contrarium facit illud,quod ſingul.not.Bald.in l.1.§ final.per illum text. ff. de eo,qui pro tuto.quòd ſi quis habet domum meam ad penſionem, & finito tempore vult recedere, quòd debet mihi hoc notificare,& donec mihi non notificat,quòd teneatur ad penſionem, & ad hoc etiam debet optimè facere text. in l. item quæritur.§.exercitus.ff.loca.Circa q tu tamen vide Bart. in d.l. Item quæritur.§.qui impleto. in 1.col.ad fin.

SVMMARIVM.

1 *Mora quot modis capitur in iure noſtro.*
2 *Debitor quando liberatur à mora perempta ſpecie.*
3 *Mora perpetuat obligationem,& facit quem perpetuò teneri.*
4 *Debitor ſpeciei quando liberetur à mora.*
5 *Quę requirantur ad hoc vt quis conſtituatur in mora.nu.7.8.& 19.*
6 *Paria ſunt,quòd quis poſſideat,aut dolo deſiderit poſſidere.*
9 *Mora in non liquidis nunquam committitur, niſi per iudicem declaratum ſit debitum.*
10 *Paria ſunt ſcire,vel de facili ſcire poſſe.*
11 *Sufficit debitorem probare mortem ſpeciei,& non à caſu,vel culpa.*
12 *Limitationes,quòd debitor perempta ſpecie ante moram liberetur.*
13 *Extenſiones ad regulam ſuprafcriptam.*
14 *Debitor quantitatis,perempta quantitate,et caſu fortuito nō liberatur,*
15 *Debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei, tunc perempta illa ſpecie, etiam à quantitate liberatur.nu.16.*
17 *Quid ſi debitor quantitatis offerat,an liberetur.*
18 *Debitor hominis,vel alterius rei in genere,liberatur perempta illa re.*
20 *Ad conſtruendum debitorem in mora,ſufficit vnica interpellatio.*
21 *Et ſufficit etiam interpellatio extra iudicialis.*
22 *Vbi eſt iuramentum, debitor ſine interpellatione conſtituitur in mora.*
23 *Ille,qui promittit facere,& curare,ipſo iure conſtituitur in mora:quia intelligitur,quam primum poteſt.*
24 *Iuramentum habet vim litis conteſtatæ.*
25 *An mora irregularis faciat quem teneri de interitu ſpeciei.*
26 *Quando ſpecies perijt poſt moram, indiſtinctè eſt periculum debitoris.*
27 *An debitor teneatur indiſtinctè ſpecie perempta poſt moram.*
28 *Fur,& moroſus æquiparantur, vt teneatur de interitu, & dicatur res extrare.Dictio,omnino,eſt precisa.*
29 *Debitor quantitatis habet latiores habeans, quàm ſpeciei,num.32.cum limitationibus,*
30 *Difficultas an excuſet à mora debitorem negantem.*
31 *Tutor negans ſe tutorē datum in teſtamento, ſi conuincatur de mendacio,an perdat priuilegia ei data.*
Ad hoc, vt alicui imponatur pœna priuationis iuris, requiritur, quòd expreſè lege,vel canone caueatur.
32 *Vaſallus iurans fidelitatem, nunquam priuatur, niſi in caſib. in iure expreſſis.*
33 *Quando factum debet explicari mediante pecunia, iudicamus de illo prout de debito quantitatis.*
34 *De iure canonico an ſit differentia inter contractus bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
35 *Qualiter debet fieri proteſtatio,vel interpellatio ei,qui eſt obligatus ex facto alieno.*
36 *Si debeo ſoluere alicui par caponum,an poſſim ſoluere mortuos.*

LEX V.

Quod te. Barto.exorditur, quòd iſta lex eſt ſolennis,vtilis,& magiſtra.Tu cōſidera principaliter quid faciat ad titulū iſta. l. Reſponde,quod ad ſecundam partem rubr.ſi cer. pet, ideſt,mutuū, nihil facit, ſed facit ad primam partē de reb.cre-
1 ditis,& ad tertiam de certi condictione.† Præmitte,quòd mora capitur in iure noſtro tripliciter. Aliquando mora pro habitatione.l.2.C.de inco.libr.10.Aliquando, & ſecundo capitur pro tractu temporis, vt à tali tempore ad tale tempus eſt longa mora.Ita capitur in Authen.ſed lis. C. de temporib. appell. Et iſtis modis non capitur hic.Aliquando, & tertiò mora accipitur pro culpoſa dilatione, tam ex parte debitoris, quàm ex parte creditoris, & ita capitur hic. Et qualiter diffiniatur talis mora, habes text. cum gloſſ. magiſtra. in l.mora.ff. de vſur.in princip. ¶Et iſta lex primò ponit effectum moræ. Secundò declarat, qualiter mora contrahatur. Secunda ibi, ſed cum quæritur, licèt Bartol. aliter dicat. ¶Hoc dicit. Ad debitorem ſpeciei poſt moram ſpectat periculum interitus rei,hoc dicit. ſecundum Bartol.& eſt commune ſummarium. Sed quia eſt defectiuum,ideo ſuppleas. Et debitor dicitur in mora,quando poteſt ſoluere rem, vel dolo fecit, quo minus poſſit, vel ſcit, vel ſcire debet ſe debere hoc dicit tota lex. ¶Ex qua not.
2 quòd licèt regula ſit, † quod debitor perempta ſpecie,tantum à mora liberetur. l. filius. §. final.de verbor. oblig. Et ratio eſt, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, vt in regula impoſſibilium.§.impoſſibilis.Inſtit.de inutil.ſtipul.l.impoſſibilis. de verbor.oblig.Gloſſ.magiſtra,& ibi Bartol.in l. 1. ff.de cōdi. inſtit. Sed in caſu noſtro,licèt tempore cōtus obligationis obligatio eſſet poſſibilis, tamen quia poſtea redacta eſt ad impoſſibilitatem, non poteſt reddi, ideo liberatur debitor. Tamen in hac l.traditur fallentia, quòd iſtud eſt verum, quando debitor ſpeciei non fuit in mora. Nam mora facit, vt debitor ſpeciei, etiā perempta ſpecie,teneatur, quia odio moroſi fingitur extare.l. ſi ſeruum.§. final.ff.de verbor. oblig. Et ratio eſt, quia debitor poſt moram dicitur eſſe in delicto, gloſſ.in l. ſi mora. ff. ſolut.
3 matrimo. Ex quo habes notare, † quòd mora perpetuat obligationem,& facit quem perpetuò teneri.l. ſi ex legati cauſa.ff. de verbor. oblig. Sed eſt melior text.in l. ſi ſeruum.§. ſequitur. in verbo *perpetuare obligationem*, de verbor. oblig.& in l.nemo. §.1.ff.eod.titul.& in l.ſi quis ſolutioni.§. 1. in fin. in verbo perpetuam.ff.de vſu.Et ſic ſtat,quòd debitor ſpeciei,ſi fuit in mora, & poſt moram pereat ſpecies, tamen tenetur de interitu.
a Hinc ſuccedit pulchrum dubium. a † Quid ſi debitor fuit in
4 mora,& tamen eſt intra tempus purgandi moram,& intra illud tempus ſpecies perit, nunquid teneatur? Tex.habes valde ſingularem, quòd iſto caſu debitor tenetur poſt moram, licèt ſit intra tempus purgandi moram.Tex. eſt in l. ſancimus. §.final. C. de fideiuſſo. & ibi Bartol. not. illum text. ad hoc ſolus Pau. hic dicit ſing. Adde, quòd illum text.ad hoc reputat vnicum Bald. in capitul.capitulum S.Crucis, in penultim. colum. de reſcrip. Idem tenet Bartol. in l. ſi inſulam. in 7. quæſt. vbi videas Modern. ff.de verbor. oblig.Et idem Bartol. in l.qui ob rem. ff. de condi. indeb. Subdit tamen Paul. de Caſtr. hic, quòd debitor, qui eſt intra tempus purgandi moram, licèt non excuſetur interim ab interitu ſpeciei debitæ, ſi tamen interim ſolueret æſtimationem, liberaretur ab omni alia pœna, per text.in l. cum res.ff.de leg. 1. & licèt Paul.non dicat,fuerūt verba Bartol. in d.l.ſi inſulam.in 7.quæſtio. Ex his habes vnam ampliationem, & extenſionem ad regulam text. noſtri, vt procedat etiam ſi debitor ſit intra tempus purgandi moram, &c. Quid autem ſi debitor non fuit in aliqua mora eo, quia non interpellatus expreſsè, vel tacitè, tamen doloſè alienauit ſpeciem debitam, & poſt doloſam alienationem res perijt, nunquid teneatur, ac ſi fuiſſet in mora? Habes de hoc duos text.principales, qui ſunt de directo contrarij, tex. in l. ſi venditor hæreditatis. in princip.la 2. ff.de hæred. vel act. ven. Qui dicit, quòd non tenetur de interitu. Contrarium de directo dicit text.fortis in l. 1.§.ſi rem depoſitam.ff.depoſi.& ibi fortius dicit text. Si debitor ſpeciei doloſè ſemel alienauit rem,dato, quòd poſtea redemerit, & poſtea perijt ſpecies, tamen tenetur de interitu. Tu concorda iſtos text. prout Paul. de Caſtr. hic in 1. colum. Aut teneor ad rem tuam propriam, & non tibi debitam, & tunc teneor, ſi alienaui ante moram, & perijt. Ita loquitur lex 1. §. ſi rem depoſitam. Aliquando non teneor ad tuam rem, ſed ad rem tibi debitam, puta legatam tibi, & tunc non teneor, ſi perijt poſtquam alienaui doloſè ante moram. Ita loquitur lex ſi venditor, præallegata. ¶Addo text. in l.ſi eum quem. ff.de noxalib. & ſic alienatio ante moram. licèt doloſa, non facit quem teneri de interitu, caſus eſt ibi melior de iure, & ſic habes, quòd plus punitur, qui alienat rem tuam, quàm qui alienat rem tibi debitam, iuribus proxi-
5 mè alleg. ¶Not ſecundò ex ſecunda parte legis, † quæ requirantur ad hoc, vt quis conſtituatur in mora. primum, quod habuerit facultatem ſoluendi, & fecerit quominus poſſet. ¶Item,q ſciat ſe debere,vel ſcire debeat ſe debere. Quædam alia requiruntur, quæ enumerat gloſſ. in l. mora. infra de vſu. Inter cætera ſemper requiritur interpellatio tacita, vel expreſſa,prout gloſſ.1.hic. Et iſtud procedit etiam, ſi debitor ſit obligatus per inſtrumentum guarentigiæ, quod habet vim ſententiæ.

ADDITIO.

a ¶Dubium.Ampliat,& rationem ponit Bart.in Auth.ei.C.de appel. PVRPV.

tiæ. Ibi adhuc requiritur interpellatio ad conſtituendum in
mora, ſecundum Bartol. in l eum, qui. §. ſi iurauero. in fin. ff. de
iureiurand. Tamen Barto. hic dicit, quod Iuriſcon. habuit pro
conſtanti, quod fuiſſet interpellatus in hac l. & mala fides non
conſtituit quem in mora, niſi interpelletur. Ita concludunt
Bald. & Cyn. in l. nec intereſt. C. quod met. cau. per text. in l. ſi à
domino. §. ſi prædo. ff. de peti. hæred. Limita tamen iſtum text.
inquantum vult, quod ad hoc, vt quis conſtituatur in mora,
requiritur, quòd ſciat, vt procedat in mora conſtitueuda
per interpellationem hominis. Secus in mora, quæ inducitur
per lapſum diei, tunc etiã ignorans conſtituitur in mora. l. ad
diem. ff. de verbor. oblig. ſecundum Bald. in l. vinum. in penult.
6 colum. infra eod. ¶ Not. tertiò ibi, aut dolo malo feceris. † qđ
paria ſunt, vel quod quis poſſideat, vel dolo fecerit, quo minus
poſſideret. Nam qui dolo deſijt poſſidere, habetur pro poſſeſ-
ſore. Concordat l. parem. & l. dolo de regul. iur. & l. is, qui do-
lo. ff. de rei vend. & l. ſi autem. §. ſed & is, qui. & l. qui petitorio.
ff. de rei vend. Et qualiter probatur, quòd quis dolo deſijt poſ-
ſidere, declarat Bartol. in d. l. qui petitorio. & in l. non ſolum. §.
more. in 4. colum. de oper. nou. nuncia. Et an iſte, qui dolo de-
ſijt poſſidere, caperetur pro poſſeſſore, ita vt etiam haberet lo
cum in ſtatuto faciente mentionem de poſſeſſore, diſputat
Ioan. Andr. in regula pro poſſeſſore, in mercu. Intellige tamẽ
iſtud verum, quantum ad damnum ſuum, ſed quantum ad
vtilitatem ſuam non habetur pro poſſeſſore. Ita Bartol. in l.
naturaliter. in 4. colum. circa fi. de vſucap. Ratio eſt, quia quod
fingatur pro poſſeſſore eſt æquitas. l. nec vtilem. ff. ex quib. cau.
maior. Bartol. declarat. in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap.
quæ ceſſat quantum ad vtilitatem ſuam. ¶ Quartò diligenter
7 pondera text. ibi, aut dolo malo. ſecundum Paul. de Caſtr. † ꝙ
ad hoc, vt quis conſtituatur in mora, eſt neceſſe, ꝙ deſierit ha-
bere facultatem præſtandi dolo, & ideo non ſufficeret lata
culpa. l. prætor. §. final. cum l. ſequen. ff. de eden. Sed Raphael.
Fulgoſ. & Alexand. hic tenent contrarium, quòd imò mora
ita committatur per culpam, ſicuti per dolum. ponderant
text. ibi, ſi in poteſtate, &c. In fin. iuncta gloſſ. fin. Mirandum eſt
de iſtis Patribus, qui vadunt per mendicata ſuffragia, cùm ſit
caſus legis. text. eſt in l. mulier. §. ſed enim ff. ad Trebel. quam l.
gloſſ. 2. hic alleg. pro concor. ad l. noſtam. Bene facit, quia quã-
do lex taxatiuè loquitur de dolo, non per hoc excludit latam
culpam, text. eſt melior de iure in l. 1. §. 1. ff. ſi menſor fa. mo. di-
xe. Et per hoc patet reſponſio ad text. noſtrum hic, inquan-
tum facit mentionem, tantum de dolo. In vno eſt differentia,
an quis ſit in dolo, vel culpa, qa quando in dolo, ſtatim tenet
ad æſtimationem. Si autem culpa deſierit poſſidere, datur
terminus ad retrahendam rem. l. ſi conſtante. §. ſi vxor. ff. ſolut.
matrimon. Idem Bartol. in l. cum res. ff. de legat. 1. & Alexand.
hic. Sed tu pondera Bartol. hic in fin. qui aliter dicit, & malè,
8 vt infra dicam. ¶ Not. 5. in fin. † quòd debitor interpellatus non
conſtituitur in mora, quando ex aliqua iuſta cauſa non intel-
ligit ſe debere: vel non credit ſe teneri ad ſoluendum. Et pro-
ptera probat iſte text. quòd ſi creditor interpellet debitorem,
& debitor dicat, Amice calculemus rationes, quia ſi in ali-
quo ero debitor, ſum contentus ſoluere. Iſto caſu non con-
ſtitueretur in mora. Intellige tamen ſemper, niſi dolo id faciat
debitor. Alibi tamen Doctor. dant cautelã, quando rationes
ſunt intricatæ, ad hoc, vt debitor euadat moram, & pœnam,
a quòd offerat fideiuſſorem [a] de eo, de quo apparebit debitor.
Ita ꝓbat tex. in l. ſtatuliber rationũ, & in l. ſeruus, qui hæredi. in
fin. ff. de ſtatuliber. per quæ iura ita determinat Bald. in capi-
tul. 1. §. 1. in 4. colum. de l. Corradi. in vſib. feud. & notabi-
liter Angel. in l. ſi reſiduam. C. de diſtract. pign. & in l. 4. §.
ait prætor. ff. de re iudica. & in l. 2. C. de vſu, & fruct. legat.
& in l. 2. C. debitorem vend. pigno. impe. non poſſe. & Bar-
thol. Veronen. in cautela 55. Ita dicunt Imol. & Moder. in l.
prætor. §. ſi quis paratus, vbi Batol. allegat illas leges. ff. de
operis noui nunciatione. Imol. & Modern. in l. ſi mora. ff. ſo-
lut. matrimon. Facit benè id, quòd vult Bartol. in l. penult. ff.
de diſtra. pigno. Bald. in l. 1. C. ne lice. tertiò prouo. Facit benè
quòd dicit in propoſito Bald. in l. accemptam. C. de vſufruct.
9 vbi dicit, † Mora in non liquidis nunquam committitur, niſi
per iudicem declaratum ſit debitum. Not. etiam poſtremò
ſecundum Bartol. & alios, quòd paria ſunt, vel quòd quis
ſciat, vel ſcire debeat: quia non debent eſſe melioris conditio-
nis fatui, quam periti. l. quòd ſeruus. ff. quòd vi aut clam. Et
per iſtum text. dicit. gloſſ. in l. qui cum alio, in gloſſ. 1. magna,
ad fin. ff. de regu. iur. parem eſſe culpam ſcire, & debere ſcire.
Alibi autem Bal. in l. qui contra. C. de inceſt. nup. dicit, quòd
ille qui non vult ſcire, habetur pro ſciente. Alibi dicit Angel. in
10 l. ſi duo. ff. de acq. hære. † ꝙ paria ſunt ſcire, vel de facili ſcire
poſſe. Quod inducit ad quæſtionem de bannito, quòd ſi in eo-
dem libro banni, in quo erat deſcriptum bannum, erat etiam
deſcripta cãcellatio, quòd nõ potuit impunè occidi: quia ſicut
occidens ſciebat eum bannitum, per inſpectionem libri ita
etiam ſcire poterat eum cancellatum per eandem inſpectio-
nem libri. Item ad illud notabile adde in ſimili, quod paria
ſunt, vel quòd quis habeat, vel habere debeat, ſecundum
Bartol. in l. vxori. vltima. §. 1. ff. de aur. & argen. lega. Et pro deci
ſione Angel. proximè relata, adde text. in l. regula. §. ſed & fa-
cti. ff. de iur. & fact. ignorant. ¶ Aduerte etiam pro ampliatione
regulæ traditæ in hac l. vltra ampliationem datam in primo
not. inquantum dicitur, quod debitor ſpeciei perempta ſpe-
b cie ante moram liberatur. [b] Adde, quod in tantum procedit
11 iſta regula, † quòd ſufficit debitorem probare mortem, &
non eſt neceſſe probare qualiter ſit mortua, an caſu, vel cul-
pa, niſi teneretur etiam ad cuſtodiam, vel ratione officij pu-
blici, vt in cuſtode carcerum, vel ratione officij priuati, vt in
caprario, quia non ſufficeret caprarium portare pelles anima-
lium ad dominum, niſi probet animalia mortua, vel natura-
liter, vel quia occiſa ab alio. Ita declarat Bald. in l. cum ita. §.
ſpecies. ff. de leg. 2. refert, & ſequitur Alexand. in conſil. 158. in-
cip. In cauſa, & lite vertente inter Lud. libr. 2. ¶ Non omitto,
quòd vna regula, quæ traditur hic, patitur aliquas notabiles
12 extenſiones. Nam hic eſt regula, † quod debitor [c] perempta
c ſpecie ante moram liberatur, vt hic, & l. ſi ex legati cauſa, &
l. Stichus certa die. ff. de verbor. obligatio. ¶ Iſtud extenditur
primò per Iuriſcon. in l. cum filius. § final. ſupra eodem titulo,
vt iſtud procedat etiam ſi ante moram fuit debitor interpel-
latus. ¶ Scđo extendit̃ etiã ſi interuenit ante moram dolosè
alienatio debitoris: intelligendo tñ, vt ſ. declaraui. Tertiò extẽ-
ditur etiam ſi debitor eſſet in mala fide, ſciens ſe teneri, vt ſ. de-
claraui. ¶ Quartò extẽditur, vt ꝓcedat nõ ſolũ in debitore ſpe-
ciei, ſed etiam in eo, qui tenetur ad factum, puta ad ſiſten-
dum quem in iudicio, quia ſi ille moriatur, antequam ſiſta-
tur, non tenetur promittens. l. 4. in fin. & ſequen. ff. qui ſati-
ſda. cogan. & ibi Paul. de Caſtr. not. illum text. pro extenſione
huius regulæ. Et licèt dicat alium text. non reperiri, tamen eſt
ſimilis in l. 4. in princip. ff. ſi quis cautio. Quintò extenditur,
vt procedat non ſolum, quando ſpecies eſt perempta, ſed
etiam ſi non reperiatur, vbi ſit. l. cum res. ff. de legat. j. l. cum ita
leg §. ſpecies. ff. de legat. 2. Sextò extende, vt procedat non ſo-
lùm, qñ ſpecies eſt perempta, ſed etiam ſi extaret, ſed non poſ-
ſet haberi, niſi cum magna difficultate. Ita tradit notabiltier
Bald. poſt Cyn. in l. cum a matre. in penultim. colum. C. de rei
vendi. allegat bonum text. in l. cum in plures. §. veſtimenta. ff.
loca. Facit text. in l. non dubium. §. final. ff. de legat. 3. ¶ Septi-
mò extenditur, vt procedat non ſolum re perempta, ſed
etiam quando res deſinit eſſe in commercio noſtro ante mo-
ram, quia etiam tunc debitor liberatur. Text. eſt in l. ſi mihi
alienum. ff. de ſolut. & in l. ſi rem alienam. ff. de verbor. oblig.
¶ Limitatur modo prædicta regula. Primò, vt nõ procedat,
quando debitor, non eſſet in mora, tamen ſciebat rem de
proximo morituram, quia ſi non certiorauerit dominum,
teneturad intereſſe, text. eſt in l. vina. §. fina. ff. de peric. & com-
13 mo. rei vend. ¶ † Secundò limita, vt non procedat, quando
eſſet debitor ſpeciei, ad quem ſpectaret cuſtodia, puta ratione
officij, vt ſunt caprarij, quia tunc non liberatur per interitum,
niſi probet rem eſſe peremptam caſu fortuito, vt ſupra dixi.
Tertiò limitatur, vt non procedat in contractibus innomi-
natis, quia in illis perempta ſpecie debitor non liberatur. l.
final. verſi. & ideo, & ibi domin. Alexand. in 2. not. ff. de condi.
ob cauſ. Et aduerte, quia ſi non haberemus illum text vide-
retur dicendum totum oppoſitum, quia contractus innomi-
nati ſunt debiliores in obligatione contrahenda, & producen-
da, quàm ſint nominati. Et ideo in primis habet locum pœ-
nitentia. l. cum precibus. C. de rerum permutar. Declarat Bar-
tol. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in 11. oppo. ff. de verbo.
obligatio. Ergo debitor in contractibus innominatis deberet
facilius liberari per interitum ſpeciei debitæ, ante moram,
quàm

ADDITIONES.

a * Adde facere, quæ ſcribit Alexand. conſil. 24. colum. 2. nume. 9. libro 4. Ne-
uiz. conſil. 94. poſt nume. 17. Bal i. in l. ſi reſiduum. C. de diſtract. pign. & dic,
quòd debitor quantitatis non liquidæ poteſt offerre certam quantitatem,
& dare fideiuſſorem de reſiduo, ſi apparuerit plus debere. communem dicit
Cur. iun. conſil. 122. num. 69. MASVER.

b * Mortem enim animalium probare debet, ex not. per Bartol. in l. quòd ad
præſens. C. de murileg. lib. 11. PANCIR.

c * Adde, & vide, quæ ſcribit Viui. inter commun. opin. libr. 3. ver. Debitor
ſpeciei, vbi inter alia alleg. Iaſ. hic, & declarat communem, de qua ibi, & per
Bolognet. hic. num. 55. & ſeq. MASVER.

quàm in contractibus nominatis. Quæ eſt ergo ratio diuerſitatis? Et ſi dicatur, quòd ratio ſit. Nam in illa l. fi. contractus fuit impletus ex vna parte, & ſic in iſto implemento alia pars fuit conſtituta in mora ſtatim: ideo perempta ſpecie non liberatur. Et quòd per implementum rei quis conſtituatur in mora re ipſa, probatur per text. quem ad hoc not. ibi Bartol. in l. curabit. C. de actio. emp. Iſta ſolutio nullo modo poteſt teneri, quia licèt in contractibus bonæ fidei implementum conſtituat in mora. dict. l. curabit, & etiam in contractibus ſtricti iuris habentibus inſtar bonæ fidei. l. in minorum. C. de in integrum reſtitio. mino. Tamen in contractibus innominatis implementum non conſtituit in mora. l. 3. §. ſed ſi Stichus. ff. de condi. ob cauſ. Et ſi diceres Quæ eſt ratio diuerſitatis in hoc vltimo? Reſpondeo, quòd ratio eſt, per illud, quod dicunt Bartol. & Doctor. in l. Quoties, & in l. diem. ff. de verbor. obligatio. quòd euentus conditionis non conſtituit quem in mora, quia idem actus non habet inducere obligationem, & conſtituere in mora. Sed in contractibus innominatis implementum eſt cauſa inducendæ obligationis. l. ex placito C. de rerum permuta. Ergo implementum non debet eſſe cauſa vtriuſque. Sed in contractibus nominatis implementum non eſt cauſa inducendæ obligationis. l. iuris gentium. in princip. ff. de pact. Illa ergo non eſt bona ſolutio ad l. fin. Vnde ego puto, quòd alia ſit ratio inter contractus nominatos, & innominatos. Nam in nominatis obligatio dandi eſt præciſa, vt hac l. quod te. Ibi, dare oportuerit, quòd etiam inuariabilis, adeo, quòd ſoluendo intereſſe non liberaretur. l. vbi autem. in fin. ff. de verbor. obligatio. Cùm ergo in contractibus nominatis teneatur quis præcisè ad dandum, extincta ſpecie, extinguitur ſubſtantia obligationis. Ideo nimirum ſi liberatur, & extinguitur obligatio. l. ſoluitur. ff. quib. mod. pigno. vel hypo. ſolu. Sed in innominatis non tenetur quis præcisè ad dandum, ſed tenetur tantum ad intereſſe, text. eſt in l. naturalis. §. 1. ff. de præſcript. verb. declarat Bartol. aſſignando rationem diuerſitatis in dict. l. ſtipulationes non diuiduntur. in 11. oppoſit. & in l. vnica. in 4. quæſtio. princip. C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt. Tamen aduerte, quia contra iſtam rationem Bartol. pulchram obſtat. Nam clarum eſt, quòd ſi promiſi ſiſtere Titium in iudicio, quòd iſta obligatio non eſt præciſa. l. penultim. ff. ſi quis in ius voca. non ierit, quia ſoluendo intereſſe, liberor, & tamen ſi moritur Titius liberor. dict. l. 4. & dixi ſupra in quarta extenſione. Vnde poſſes attentare, quòd non ſit differentia inter contractus nominatos, & innominatos, ſed quòd vtrobique perempta ſpecie liberetur, per text. fortem in l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. ff. de præſcript. verbis. Nec poteſt, quod datum eſt repeti. l. 3. §. ſed ſi Stichus. ff. de condi. ob cauſa. Punctus eſt reſpondere ad dict. l. final. Inuenio, quòd Iacob. Butr. Alberic. Paul. de Caſtr. Alexand. in dict. l. final. ſequuntur gloſſ. Poſtea effectualiter dicunt, quòd illa l. final. procedit, eo quia in illa l. fin præceſſerat mora, vel culpa. Et ſi dicatur, quòd iſta ratio, licèt ſit vera in ſe, quòd tamen diuinat, maximè, qa mora culpoſa eſt delictum, ſecundum glo. & Docto. in l. ſi mora. ff. ſoluto matrimonio, ſed in dubio excludenda eſt præſumptio delicti. l. merito. ff. pro ſoc. Reſpondere potes, quòd illa lex de neceſſitate ita debet intelligi, per text. in l. 3. §. ſed ſi Stichus. ff. de condi. ob cauſa. ¶Vltimò pro complemento textualium. gl. 1. diuiditur in tres partes principales. In prima per trimembrem diſtinctionem remouet duo contraria, quæ formantur hic per Bartol. In ſecunda ibi, quòd fit tribus concurrentibus. gloſſ. ſupplendo ad text. remouet aliud contrarium. Nam text. videtur diminutus. In tertia ibi, & hoc eſt verum quando res per ſe. gloſſ. per viam limitationis remouet aliud contrarium. ¶In gloſſ. ibi. Inſtitu. eo. §. item is. Habes ex gloſſ. vnam regu-
14 lam, deinde fallentiam, quam infra ponit. Regula eſt, † quòd debitor quantitatis perempta quantitate, etiam caſu fortuito, non liberatur. Fallit ſecundum gloſſ. niſi debitor obtuliſſet, quia facta oblatione, ſi creditor recuſat accipere, & poſtea pereat quantitas, debitor liberatur non ipſo iure, ſed ope exceptionis. l. qui decē. infra de ſolutio. Et ſi dicis, quæ eſt ratio, quare debitor non liberatur ipſo iure? Dic, quòd ratio eſt, quia ibi non periit illud, quod debetur, quia ex quo eſt debitor quantitatis in genere generaliſſimo, quantitas perire non poteſt, & ideo licèt pereant illi denarij, quos obtulit, non tamen liberatur ipſo iure, quia non perijt illud, quod debebatur, tamen
* ex æquitate liberatur ope exceptionis. Hinc eſt, quòd ſi debitor eſſet generis limitati, vel quantitatis limitatæ, liberaretur ipſo iure. Ita limitat not. Bald. in l. acceptam. in 1. col. C. de vſur. Vltra gloſſ. Bartol. addit duas notab. fallentias Prima eſt valde diſputabilis, & qui repetunt iſtam l. ſemper diſputant, vt procedat regula prædicta, ſi eſt debitor quantita-
15 tis ſimpliciter. Sed ſi eſſet † debitor quantitatis reſpectu certæ ſpeciei, tunc perempta illa ſpecie, etiam liberatur à quantitate. Bartol. allegat ad hoc quinque text. Primo alleg. l. electio. §. ſed & ſi is. ff. de noxalibbus, & vltra eum eſt ſimilis text. in l. 1. §. cum in quadrupedibus, verſicul. planè. ff. ſi qua. pa. feciſ. dic. quem alleg. Alberic. hic, & text. in l. quæſitum, in princip. ff. de pec. Tamen iſtæ leges nihil faciunt in propoſito, & not. reſpondet Cyn. in dict. l. incendium, quamuis Bald. ibi leuiter reprehendat, quia illæ leges loquuntur in actionibus in rem ſcriptis, quæ habent naturam realium actionum. Sed in actionibus realibus, in quibus quicunque poſſidet, vel tenet, poteſt conueniri, bene verum eſt, ꝙ qui eſt debitor, liberatur perempta re. Sed nos loquimur in perſonalibus. Rationem
* diuerſitatis ponam in gloſſ. 2. Iſtam ſolutio. ponunt, *& tenēt omnes Modern. hic*. Sed tu conſidera dum Bartol. allegat l. quæſitum. Ego allego in contrarium. l. id, quod. §. final. ff. de conſtitu. pecun. & ſuper hoc relinquo vobis cogitandum, quantum ad doctrin. Bartol. Tertiò allegat Bartol. text. bonum in l. quidam. §. ſi tibi. ff. de legat. 1. & illæ eſt bonus text. & text. bonus in l. Titiæ textores. §. final. ff. de legat. 1. & l. filiusfam. §. final. infra eodem titulo. de legat. 1. Quintò ad hoc alleg. Bartol. text. in l. in naue Saupheij. ff. loca. Sed certè ille text. nihil facit, prout ipſemet Bartol. ante omnes perpendit in illa l. in naue Saupheij. in 2. ſolutio. & Bald. in l. incendium. & Modern. hic. Ibi enim non erat debitor quantitatis frumenti ſimpliciter, ſed erat debitor quantitatis ſubalternæ, vel generis ſubalterni. Quo caſu perempto illo toto genere ſubalterno, verum eſt, quod eſt liberatus. Et cum doctrin. Bartol. & eius limitatione tenet Alberic. in 2. columu. Paul. & Alexand. hic, Cyn. Bartol. & Bald. in dicta l. incendium. Bartol. in l. & ſi certos. ff. de ver-
* bor. obligatio. Angel. Imol. *& communiter Modern.* in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbor. obligatio. Et pro iſta communi ſententia addit Alexand. text. in l. 1. §. final. iuncto principio. ff. ſi cui plus quam per legem Falcid. Adde tu bonum text. in l. ſi ſeruus communis, in principio, iuncto verſic. ex his igitur. ff. de fur. Ad idem facere videtur. l. ſi quis in princip. §. fina. ff. de legat. 3. iuncta l. non dubium. eodem titulo. de legat. 3. Iſtam limitatio. Bartol. reprobat Raphael. Fulgoſ. hic. & Raphael. Cuma. in dicta l. Titiæ textores. §. fin. & ante eos iſta fuit ſententia eorum præceptoris, ſcilicet ſubtilitatum principis domi. Chriſtoph. de Caſtil. Et pro iſta ſententia contra Bartol. allegat plures text. quos refert & ad eos reſpondet Alexand. hic, & ad leges alleg. per Bartol. reſpondent, vt reſpondi. Solùm reſtant duæ leges per Bartol. quæ multum obſtant, text. in l. Titiæ textores. §. final. & ſimiliter text. in l. filiusfamil. §. final. de legat. 1. Et reſpondent Modern. quòd loquūtur quando eadem ſpecies legatur duobus inſolidum. Quo caſu, quia impoſſibile eſt vtrique præſtari, ex neceſſitate vni debetur ſpecies, alteri debetur æſtimatio. Sed ſi hæres vni ex legatarijs dedit illam ſpeciem, & antequam interpellaretur ab alio, perijt illa ſpecies, liberatur hæres à præſtanda æſtimatione alteri legatario, & dicunt, quòd illa æſtimatio non debetur iure actionis: & ſic efficaciter, ſed debetur officio iudicis. Et ſic debiliter cum iſta ſolutione tranſit Alexan. hic. Sed contra eum allego text. expreſſum in l. ſi res. ff. de legat. 3.
* in verbo, *actionem de precio.* vbi dicitur, quòd æſtimatio debetur iure actionis. Et licèt repetens ſoleant dicere, quòd ibi iure actionis capitur pro officio iudicis largè, inepta reſponſio eſt. Ad l. quidam. §. ſi tibi, reſpondent Modern. quorum reſponſiones refellit Alexan. Quid tenendum? Alexan. hic tenet limitationem Bartol. cum modificatione Imo. in dict. §. ſi tibi. Ego dico, quòd limitatio Bartol. eſt vera ſecundum leges, quas allegat, quādo eſt debitor quantitatis reſpectu ſpeciei, & illam ſpeciem poſſet ſoluere inuito creditore, & in eadem, & ex eadem cauſa. Iſto caſu perempta ſpecie liberatur etiam à quantitate. In iſtis terminis loquitur limitatio Bartol. & tunc eſt optima: aliàs generaliter non procederet: qa obſtant leges allegatæ per Modern. l. fundum Cornelianum. de noua. l. ſancimus. §. penult. C. de fideiuſ. & aliæ plures. Hinc dixit magiſtraliter Bald. in vno verbo in dict. l. incendium, quòd limitatio Bartol. procedit quotieſcunqne ſpecies eſt cauſa finalis, vt debeatur quantitas, vel genus, tunc perempta ſpecie, liberatur etiam à quantitate. Et ſi dicis, verum eſt, quòd leges allegatæ per Bartol. non probant iſtud, excepta vna, ideſt. l. quidam. §. ſi tibi. Sed dic, quòd imò gloſſ. ibi expreſsè tenet, quòd potuiſſet ſoluere ſeruum pro quantitate: & ſic limitatio Bartol. procedit. Limitatur etiam quando precium verè, vel fictè ſupereſſet penes debitorem. l. ſi ante. §. fina. ff. de peti. hæred. ſecundum Angel. & Ludouic. Roman. hic Et dicit Angel. quòd ad hoc proderit text. in l. ſi hominem. ff. manda. Contra limitationem Bartol. inter text. allegatos per Mod. ſtringere videtur text.

text.in l.vir vxori.ff.de dot.præl. vbi maritus qui recepit seruos
in dotem,in testamento legauit æstimationem. & sic hæredes
sunt debitores quantitatis respectu certæ speciei: tamen non
liberantur mortuis seruis,&c.respondet Bartol.ibi,quòd istud
procedit, quãdo quantitas erat incerta.Sed quando quantitas
erat limitata , & certa , tunc procedit text. in dict. l. vir vxori.
Ego puto , quòd aliter sit respondendum : quia ibi quantitas
debetur iure legati:quia testator perseuerauit in eadem volun
tate,vt tex.ibi. in fi. dicit : *& si sic non perseuerasset in eadem volun-
tate mortuis seruis, non deberent hæredes æstimationem præstare*. Ego
contra istam conclusionem Bartol.alleg text.in l.si pecuniam.
§.final.ff. de condi. ob cau. Vide etiam text. in l. siue hæredita-
ria.ff.de nego.gest.Super quo tex.dicit hic Angel.quòd ibi non
erat debitum ob respectum certæ , & determinatæ rei , sed
propter factum gerentis negotium . ¶Tertiò principaliter li-
mitat Bartol. quòd debitor quantitatis non liberatur perem-
pta quantitate, nisi aliter conuenisset , quia creditor suscepis-
set in se periculum. l. periculi. ff. de nau. fęu. vbi fortissimus
text. ¶Vltra Bartol. & Doctor. adde quartam not. limitatio-
nem per text.in l.Titius.in versic. sed nec ipsius. ff. de præscri-
ptis verbis.Quem text.ponderat solus Paul.Castr.hic, & dicit,
quòd est singularissimus: & quòd nescit concordantem in iu-
re, & quòd per illum text. datur not. limita ad l. incendium.
C. si cert. peta. Quando do tibi quantitatem pecuniæ , & sic
transfero dominium in te,cum hoc , vt si quid lucratus fueris
ab illo in antea,sit tuum.Pone,quòd illa quantitas pereat,dici-
tur ibi, quòd debitor liberatur. Istam limitatio. simpliciter re-
fert Alexand.in l.si ex legati causa , in fin. de verbor.obligatio.
Ego considero, quòd per illum text. non solum limitatur re-
gula.l.incendum,sed etiam limitatur regula l. pignus. C.de pi-
gno. act.vbi periculũ spectat ad eum, qui est dominus. ¶Aliã
limitationẽ ad d. l.pignus videbitis in l.non omnis.ȷ̃.eo. vbi gl.
singularis, quam not. ibi solus Ludo.Roma.Aduerte in illa l.
Titius. Ego dedi pecuniam alicui : & sic transtuli dominium,
cum hoc vt si quid lucratus fuerit ex reditu eius solueret pro
me tributum . Ego considero , quòd istud pactum fiebat
gratia creditoris principaliter , & sic erimus in simili. l. si quis
nec causam. supra eod. Sicut ergo principale lucrum debet
esse creditoris,vt in l.Titius,præallega.Ideo nimirum si pericu
lum spectat ad creditorem, cuius gratia principaliter celebra-
tur ille contractus,& sic limitabis gloss.hic, & in l.pignus.C.de
pignorat. actio. Et pet illam l.Titius.Raphel.Cuman.in l.si ex
legati causa. dat vnam aliam limitatio. ad regulam text. no-
stri , & l. incendium. Nam regula , quæ habet , quòd debitor
quantitatis perempta quantitate etiam casu fortuito non li-
a beratur,fallit in contractu bonæ fidei.Nam l.incendium,[a] lo-
quitur in mutuo, quòd est stricti iuris, & dicit,quòd in dicta l.
Titius. fuit contractus mandati , secundum eum , & sic con-
tractus bonæ fidei . Et ideo perempta illa quantitate data,
super qua erat mandatum,liberatur.alleg.text. etiam in l. ma-
ritus.ff.locat.Illa nihil facit , cùm ibi non esset debitor quanti-
tatis,sed facti.Alleg.etiam.l.Lucius. ff. deposi. quæ etiam nihil
facit.Et istam limitat. tradit solus Raph. & dicit, quòd est no-
ua,& singularis sua opin.Sed eam reprehendit Alex. ibi in d.l.
si ex legati causa.eo quia obstat gñalitas.l. incenduũ.Ego dico,
ꝙ obstat ex alia rõne,quam dedi ad text.d. l. Titius.de præscr.
verb. eo quia ibi ꝯctus fuit principaliter celebratus gratia cre-
ditoris , non autem debitoris . ¶Suprascripta omnia pro-
16 cedunt, inquantum dixi , † quòd debitor quantitatis pe-
rempta illa non liberatur , quando quis sit obligatus ad quan-
titatem simpliciter . Si autem obligatio quantitatis fuisset li-
mitata ad certum genus monetæ,vt quia promisit tibi decem
lib.grossorum Perusinorum:pone , quòd isti grossi sint exban-
niti per statutum , vt nullo modo possint expendi , nunquid
liberetur debitor? dicit Bartol. videri , quòd sic. Concludit
tamen Bar.quòd non sit liberatus,quia quãuis non possit dari
in forma illa quantitas , tamen saltem debet dari in materia:
quia materia trahit ad se formam.l.quæsitum.§.illud fortassis.
ff.de lega.3. Nec distinguit Barto.an esset in mora,vel non . Et
cum Bartol.tenet Petr.de Anchara.in repeti.regulę pactum.in
5.oppo.de regu. iur.in 6. Sed ipsemet Bartol. sibi contrarius in
l.Paulus.in 3.col.ff.de sol.vbi Imo.latè disputat,& tenet,ꝙ ego
nõ possum soluere in forma antiqua. Sed ego debeo soluere
de pecunia noua,alleg.c.cum canonicis.de censi. Ratio est ſm
Ang.hic post antiquos,& in l.cum quid. s̃. eo. quia licèt in vi-
no, frumento,& similib.bonitas consistat in materia, vt in illa
l.quæsitum.alleg.ꝑ Bar.tamen in pecunia bonitas cosideratur
ex vsu.l.1. ff.de contrahend. emp. Et istam 2.opi.tenet Fulg. &
Pau.hic.Ant.de But.in c.quãto.de iureiur.Pet.de Anch. in cle.
si beneficiorum,de decimis,& Raph.Cu.in d.l.Paulus.Est ve-
ra sententia, quam tamen intellige , qñ pecunia fuit reprobata
post moram. Sed si debitor non fuisset in aliqua mora , tunc
procedit sñia Barto. hic , quia tunc posset soluere de moneta
antiqua.Ita concludunt Cyn. in l. minorum. C. in quib. cau.in
integ.rest.non est neces.in 9. q. & plenius in l. cum quid , & ibi
Bald. & Lud. Ro.s̃.eod. Host.& Io.And.& Imo.in d. c.quan-
to.Pet.de Leaz. in d.cle.si beneficiorum. Alb.de Ros.in prima
parte stat.in q.4.& in effectu Lud.Rom.hic,qui multum pon-
derat. l. creditor oblatam. de solut. & in effectu Imo. vbi latè
* examinat in d.l.Paulus, & d. Alex.hic.*Et communis est sententia.*[b]
b Tamen caue, quia isti Doct.mouentur per text.in d.c.cum ca
nonicis,& in c. cum olim. circa fin. de censi. quia illi text. in-
distinctè procedunt , tamen non est inconueniens , vt distin-
guantur per alia iura. Ita illi text. distinguuntur per regulam.l.
vinum.ȷ̃.eo.& regulam in l.si ex legati causa.de verbor. oblig.
Circa tamen istam doctr. Bart.de moneta, vide consiliũ Pan.
6.incip.ꝙ solutio,&c.in 2.vol.& Bald.in l. fin.circa med. C. de
non nu. pecu. ¶Vltimò circa istam par. glo. inquantum vult.
17 † Si debitor quantitatis obtulit creditori , & creditor fuit in
mora recipiendi,quantitate extincta liberatur, d. l.qui decem.
Adde vnum casum singularem,in quo debitor quantitatis,pu
ta frumenti,facta oblatione creditori liberatur etiam re non
extincta: vt puta, quando Respublica debet certam quantita-
tem frumenti alicui , & eam sibi obtulit , & quia erat tempus
fertilitatis, creditor recusauit accipere , volens expectare tem-
pus caristiæ. Isto casu Respublica in totum liberatur, etiam si
frumentum oblatum extaret.tex.est in l.nulli.C. de ero.mil.an
no.libr.12.quem ponderat Bald. in l.non dubium.in 5. colum.
versic.6.modo fit fraus.C.de legi.& in l. acceptam.in 16.quæst.
C.de vsu.alleg.etiam Bartol.(sed ad aliud) l. libertis, quos. §. 1.
de alimen. & cib.leg.Adde,quòd est etiam aliud in l. cum qui-
dam,quæ est lex final.C.de condi.inser.¶In ead.gloss.ibi.In se-
cundò idem,quia genus perire non potest. Nota ex gloss.con-
18 clusionẽ cum limitatione. Conclusio est , † ꝙ debitor homi-
nis , vel alterius rei in genere perempta aliqua re , non libera-
tur . Intellige gloss. procedere, quando quis est debitor in ge-
nere generalissimo, puta, quia debeat seruum absolutè in ge-
nere . Secus si sit debitor in genere subalterno , vt declarat gl.
in l.legato generaliter. ff.de legat. 1.puta, quia debeat vnum ex
seruis suis. Nam tunc mortuis omnib. seruis suis liberatur,se-
* cundum Bartol. *& communier Doct. hic*. Et si dicatur Bartol. &
Doctor.videntur contrarij in hoc,quia si debeo vnum de istis
seruis, & omnes pereant, volunt, quòd sim liberatus.l. in naue
Saupheij.ff.loca. & tamen postea dicunt,quòd si ego sum ob-
ligatus ad certum genus monetæ, & pereat , quia sit reproba-
tum,quòd tamen ego non sum liberatus. Potest rñderi dupli-
citer. Primò secundum Bartol. quòd licèt forma reprobetur,
tñ superest materia .Secus est in seruis.arg.l.mortuo boue.ff.de
leg.2.Pau.verò de Cas.aliter dicit,videlicet,ꝙ licèt ꝙ,sit reꝓba
ta illa pecunia, tñ superest alia , quæ est eiusdem materiæ. Sed
præcedens magis placet.¶In ead. glo. ibi, & interpellatus fuit.
19 Habes ex glo.ꝙ ad hoc, † vt debitor constituatur in mora, vl-
tra duo requisita in text. requiritur , quòd interplletur expres-
sè,vel tacitè per lapsum temporis . Est verum,quòd multi re-
periuntur casus speciales , in quibus mora contrahitur re ipsa
sine interpellatione vlla hominis , quorum aliquos enumerat
gloss.in l.mora.in princip.in gloss.magna.de vsu. & plenius do-
20 min. Alexand.hic, ad quèm te remitto. † Adde etiam , quòd
ad constituendum debitorem in mora, sufficit vna interpella-
tio,nec plures requiruntur, vt in gloss. in dicta l. mora. in prin-
cip.& ibi Bartol.& text.in l.Titia Seio.§. vsuras. & ibi not. Bar-
tol.ff.de leg.2.Not.idem Bartol.in l.qui Romæ.§. Seia cauit.ff.
de verb.obl. Ang. & Imo.in d.l.qui Romæ.§. cohæredes.Can.
in c.ex literis.de const.facit,ꝙ not.Bart.in l.de pupillo.§. si quis
ipsi prætori.in 3.oppo. de nou.ope.nun. cum multis addi.quas
21 ibi ponunt Moderni. & possunt hic applicari. † Et sufficit etiã
interpellatio extraiudicialis.dict.l.qui Romæ.§.cohæredes.vbi
gloss.in verbo testator.& glo. in l.amplius non peti. ff.rem rat.
habe.& glo.in l.vinum.in gloss. magna. in princip.infra eod.&
aliæ gloss.quas enumerat Bartol. in dicta l.si ex legati causa. &
dicam in l. vinum. vbi limitabo . Intellige tamen sanè in his,
quæ debetur iure actionis, vel obligationis, tunc sufficit inter-
pellatio extraiudicialis, secus in his, quæ solúm debentur offi-
cio iudicis. Text. est in l. cum postulassem. in princip. ff. de
damn.infect.quem Bartol. ibi dicit singularem . Rationem il-
lius text.assignat Bartol.in l.1.in 6. colum. ff. de iurisdict. omn.
iud.

ADDITIONES.

a * Adde,& pro materia.d. l. incendium. vide, quæ scribit Gabriel. commun.
opin.lib.3.tit.de reb.credit.conclu.1.vbi examinat Regul. quòd debitor ge-
reris,peremptione speciei ob casum,non liberatur. MASVER.
b * De qua vide,quæ scribit Gabriel.com.opin.libr.3. titul. de sol.conclusio.1.
PANCIR.

iudic. Adeo, quòd etiam per oblationem libelli non induceretur mora, niſi eſſet ſecuta lit. conteſtat. ſecundum Bartol. in
22 l. denuntiaſſe. §. quid ergo. ff. de adult. ¶† Iuxta prædicta quæro. Nunquid, vbi adeſt iuramentum debitoris, debitor conſtituatur in mora ſine interpellatione? Tangit Alexand. hic poſt Rom. & dicit, quòd ſi iurauit præſtare certam rē, & ſciat illum illa re egere, conſtituitur in mora. ſecundum Ioan. And. in capitul. breui. de iureiuran. vt ibi per eum. Sed Alexand. dicit ſe putare, quòd iſtud non ſit tutum: eo quia non eſt lex, quæ dicat, & dicit contrarium probari in capitul. licèt. hic allegato per eum. Pro opin. domin. Alexand. quòd iuramentum non conſtituat in mora, dato, quòd ſciat creditorem egere, facio aliqua fundamenta, & primò. Nam regula eſt, quòd ad cōſtituendum in mora requiritur interpellatio, vt hic per gloſſ. & Bartol. Sed reperiuntur certi caſus ſpeciales in contrarium, de quibus hic per Alexand. Sed in iſtis non reperitur aliquid de iuramento: ergo debemus ſtare regulæ, quia dicens fallentiam, illam debet probare. vt probatur in l. ſuus quoque. de hæred. inſtituen. in §. puto. & in l. ab ea parte. ff. de proba. cum multis concordanti. quas pono poſt Bartol. vbi plenè tango in l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. Secundò pro iſta opin. arguo ſic. Nam iuramentum regulabitur ſecundum materiam actus, ſuper quo interponitur. l. final. cum ſimil. C. de non numera. pecun. de quo tango in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdict. om. iudic. vbi multa adduco contra hanc regulam. Si ergo ſecundum materiam actus requirebatur interpellatio, ergo idē dicendum, licèt interueniat iuramentum. Quid tenendum?
a Teneo contra domin. Alexand. & hanc meam opinio. [a] tenet Specul. in titul. de aduocato. §. 1. verſic. ſed nunquid is, qui iurauit. & Pan. in dict. capit. breui. Et pro iſta opin. adduco in primis illud, quod ſingulariter decidit Bald. in capitul. querelam. de iureiurand. per illum text. cum gloſſ. vbi tenet, quòd conductor, qui iurauerat ſoluere pēſionem, ceſſando per annum, cadit propter iuramentum, & refert, & ſequitur domin. Alexand. conſil. 73. quod incip. Non puto id, de quo quæritur. lib.
23 1. ¶† Secundò adduco. Nam is, qui promittit facere, & curare, ipſo iure conſtituitur in mora: quia intelligitur, quam primum poteſt. Ita ſingulariter vult Bald. in capitul. 1. §. ad hæc. in titulo hic finitur lex Corradi. Refert, & ſimpliciter ſequitur Alexand. hic, & Aret. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbor. oblig. Sed ego habeo, quòd in iuramento intelligitur quis promittere ſe facturum, & curaturum, vt probatur in capitul. ex literis. de ſponſa. gloſſ. final. in capitul. ex reſcripto. de iureiurand. Bald. in l. final. C. de non numera. pecun. ergo, &c. ¶Tertiò ad-
24 duco. Nam † iuramentum habet vim litis conteſt. vt per Bartol. in l. nam, & poſtea. §. ſi is, qui temporali. ff. de iureiuran. ſed per litis conteſta. debitor conſtituitur in mora, vt probatur in l. ſi in Aſia. in fin. ff. depo. ergo, &c. ¶Quartò pro iſta parte adduco text. in l. eum qui. §. ſi iurauero. vbi Bartol. in verſicul. poſt moram. ff. de iureiurando, & ſecundum doctri. Bartol. ibi eiuſque diſtinctionem intelligo omnia ſupradicta. Et tenendo iſtam partem, non obſtat capitul. licèt, & allegata per domin. Alexand. quia in illis iuribus nullum verbum de iuramento. Aduerte etiam circa iſtam materiam. Nam in illis caſibus, in quibus qs conſtituitur in mora ſine interpellatione, mora appellatur irregularis. Pulchrum modo dubium eſt.
25 † Nunquid mora irregularis faciat teneri de interitu ſpeciei, Bartol. hic vult, quòd ſic. Contrarium in hoc vltimo tenent quidam Modern. Bononien. per text. in l. naturalis. §. ſed ſi ſcyphos. cum gloſſ. final. de præſcriptis verbis. Et iſtud inuenio tenere Sal. Fulg. Ludouic. Alexand. & Modern. in l. vinum. infra eodem, & dom. Alexand in l. de diuiſione. circa penultim. colum. ff. ſoluto matrimonio. Tu tamen conſidera, quòd contra iſtam opinion. videtur caſus in l. ne merito. ff. de vi, & vi arm. Nec videtur obſtare. §. ſed ſi ſcyphos, quia in contractibus innominatis implementum non conſtituit in mora, vt probatur in l. 3. §. ſed ſi Stichus. ff. de condi. ob cau. ¶In glo. ibi, & hoc verum, quando res per ſe perijt. Habes limitationem ad iſtum text. dum requirit, quòd debitor ſciat, quia procedit, quando ſpecies debita naturaliter perijt. Secus ſi debitor eam occidiſſet. Intellige, quando occidiſſet ſine cauſa. Secus ſi cum cauſa, puta, quando occidiſſet ſeruum debitum in adulterio deprehenſum. l. quid ergo. §. ſi hæres. ff. de legat. 1. vbi Bartol. & alij. l. ſi ſeruum. §. de illo. ff. de verbor. oblig. ¶Quid autē ſi ſpecies debita occidatur per tertium, vel per ipſum creditorem? Bartol. allegat tex. in l. arbitrio. §. fina. ff. de dolo. qui nihil facit. Debuit allegare in l. legis Aquiliæ. in vlti. char. illius tituli. ff. ad l. Aquil. Quem text. bene allegauit Bartol. in illa l. arbitrio. §. final. ff. de dolo. & illum text. alleg. hic Alberic. Fulg. & Ludouic. Roman. & fortè Bartol. hic voluit allegare not. in dicta l. arbitrio. §. final. ¶Gloſſ. in verbo detrimentum. primò colligit ex text. notabile, & alleg. quatuor concordan. Secundò reſpondet tacitæ quæſtioni, referendo opiniones. Secunda ibi, nec diſtinguitur. In eadem. gloſſ. ad fin. videndum
26 eſt, † quando ſpecies perijt poſt moram, an indiſtinctè periculum ſit debitoris, an verò debeat diſtingui, vt ſi res eodem modo fuiſſet peritura penes creditorem, & tunc debitor liberetur, aliàs ſecus. Et in hoc aduertendum eſt ſecundum
* gloſſ. & Bartol. *& communiter omnes*: quia differentia eſt inter actiones reales & perſonales. In actionib. realib. debet ſeruari diſtinctio gloſſ. in l. Item ſi verberatum. §. final. ff. de rei vendi. Si debitor rei conuentus ab initio fuit bonæ fidei, ſed poſtea ſuperuenit mala fides, iſto caſu diſtinguit, ſi res poſtea perijt, ipſe liberatur, ſi eo modo fuiſſet interitura penes creditorem, aliàs ſecus. In perſonalib. indiſtinctè non liberatur. Videndum eſt, quę poſſit eſſe ratio diuerſitatis. Dic ex mēte Antiquorum, & Alberic. hic. in 3. colum. & Bald. in 3. colum. Ratio eſt: quia in actionib. perſonalib agitur ad id, quod eſt debitum. & ſic ad illud, in quo propriè eſt obligatio. Et ideo grauior cenſetur mora, quàm in realib. in quib. non ſubeſt obligatio. §. 1. Inſt. de actio. Sal. Fulg. & Ludouic. Roman. hic reprobant iſtam differentiam: eo quia potentius eſt ius, quod habet actor in realib. quàm in perſonalib. quia in primis agit ratione dominij. In perſonalib. agit ratione obligationis. ſed potentius eſt dominij ius, quàm obligationis. Patet: quia princeps poteſt tollere ius obligationis, ſed non dominium. gloſſ. & Docto. in ca. quæ in eccleſiarum. de conſtit. gloſſ. & Docto. in l. fina. C. ſi contra ius, vel vti. pub. & in l. fina. ff. de conſtit. prin. Vltra eos confirmo, quòd iſta differentia non ſit bona: quia grauior eſt mora in realib. quàm in perſonalib. quia quādo peto id, quod eſt meum rei vendi. fructus, & vſuræ veniunt à tempore moræ. In perſonalib. ſtricti iuris veniunt à tempore litis conteſ. tantum. l. videamus. 2. §. ſi actionem. infra de vſur. Niſi dixeris ſecundum Sal. hic. in 17. oppo. quòd in caſu, quem ponit gloſſ. in dict. l. item ſi verberatum. §. final. ibi in actionib. realib. non fuit propriè mora, aut totalis mora, propter bonam fidem, quæ à prin. fuerat. Ideo gloſſ. & Docto. dicunt illud in actionib. realib. Sed nos loquimur in perſonalib. quando debitor fuit in propria, & totali mora. ¶ Condeſcendo igitur ad
27 articulum principalem, qui ſolet diſputari. † Nunquid debitor indiſtinctè teneatur ſpecie perempta poſt moram: an debeat diſtingui an eſſet eodem modo peritura penes creditorem. Et in hoc variæ referuntur opin. per Bartol. & Docto. in l. nemo. §. 1. de verbor. obligatio. atquè etiam varia iura hincinde referuntur, & ego adducam ſtrictiora. Vna ergo opin. fuit Ioan. Cremo. quòd in perſonalib. non debet fieri illa diſtin. Iſtam tenet gloſſ. hic, & in l. contractus. ff. de regu. iur. & gloſſ. in l. mora. de vſur. & in dicta l. nemo. §. 1. in gloſſ. infra de verbor. obligat. licèt non clarè firmet. Sequuntur Barto. Bald. & Angel. hic, & dicit Angel. quòd eſt communis ſententia. Eam diffusè tenet Salicet. hic in repeti. in 11. colum. & ſequent. Sequuntur Ludouic. Roman. & Paul. de Caſtr. hic, licèt Paul. poſtea variauerit in l. ſi filio. §. ſi poſt diuortium. ff. ſoluto matrimouio. vbi tenuit contrarium. Tenet Angel. Imol. & do-
* min. Alexand. in dicta l. nemo. §. 1. *& iſta eſt communis opin.* Pro qua in primis gloſſ. hic allegat quinque text. qui parum faciunt. Nam illi indiſtinctè dicunt, quòd ſpecie perempta poſt moram, periculum eſt debitoris. Sed poteſt dici, quòd illæ leges debeant diſtingui per l. ſi plures. §. final. ff. deposit. qui eſt principalis text. in hac materia. cùm vna lex per aliam diſtinguatur, etiam ſi ſit poſterior. l. non eſt nouum. cum l. ſequent. ff. de legib. Bartol. hic, & in l. nemo. §. 1. mouetur ratione, quia fur, & moroſus æquiparantur. l. inter ſtipulantem. §. penultim. de verbor. obligatio. Sed fur indiſtinctè tenetur. l. ſubtracto. C. de fur. ergo & moroſus debet indiſtinctè teneri, ſed
28 reſponde. Verum eſt, † quòd fur. & moroſus æquiparantur, vt teneantur, de interitu, & dicatur res extare. dict. l. inter ſtipulantem. §. penultim. Sed non ſequitur, quòd non debeat diſtingui inter furem, & moroſum, quia fur eſt pluſquam fruſtrator. l. merito. in fin. ff. de vi, & vi arma. ſed non debet argui ab eo, quod eſt magis graue, ad id, quod eſt minus graue, &c. Pro iſta opi. alleg. Sal. tex. in l. qui decem. in prin. alleg. in glo. 1. de ſolu. Poteſt reſponderi, quia fauorabiliores ſumus reis, quā actoribus. l. fauorabiliores. de regul. iur. l. Arrianus. de actio. & obli-

ADDITIO.

a * Sequitur, & dicit magis communem Gabriel. comm. opi. lib. 2. ti. de iureiur. conclu. 2. Aym. conſil. 64. nu. 2. lib. 1. Rol. conſi. 77. nu. 19. lib. 1. Cur. iun. conſi. 74. col. 4. in prin. Nat. conſil. 262. MASVER.

obligatio.Pro iſta opin.communi Ludouic.Roman.alleg.bo.
text. in l. ſi filio. §. ſi poſt diuortium. ff. ſoluto matrimonio,in
a verſi. omnino. Illa dictio omnino, eſt [a] præciſa, & idem im-
portat,quod indiſtinctè,& ex omni parte,vt eſt gloſſ. in l. ſi cũ
exceptione. §. quatenus. ff. quòd met.cau. Sed poteſt reſpon-
* per Bar.Cum diffinitione Barto.transeunt *omnes communiter hic.* Ego autem,vt dem materiam cogitandi,pondero,quòd ipsemet Bar.in vlti.col. & alij Doc. cum sequentes sunt de directo contrarij in hoc.Nã Bar. hic in diffinitione vult, quòd ad hoc, vt contractus dicatur certus, oportet ꝙ ex eius ꝯceptione appareat certum:& si ex pronunciatione non appareat certum,dicitur incertus.Contrarium vult in pen.col.dum vult,quòd certi condictio competat ad interesse.Nam dicit Bar. & alij communiter contra. Interesse non apparet certum ex pronunciatione.Tamen respondeo,ꝙ non requiritur,ꝙ sit certum ex ꝑnunciatione,dummodo in rerum natura sit certum,& certificetur per iudicem,per tex.in l.vbi autem non apparet. §. illud. de verbo.oblig.Sed ego saluo Bar. sic,& credo istam esse veritatem.Aliud est quærere,quis dicatur contractus certus. Aliud est quærere,quando dicatur agi ad certum. In primo casu loquitur Barto.hic,quando ex ipsius pronunciatione apparet,ꝙ sit certum.Si quæras,quando dicatur agi ad certum,ita vt certi condictio competat,ista est alia materia.Ita loquitur Bart.in pen.colum.dicens sufficere,quòd in rerum natura sit certum, dato,quòd non appareat ex pronunciatione,quòd sit certum. Vltra eum bene facit tex.in l.sed & si susceperit.§.fina.ff. de iudic.Quo casu licèt contractus sit incertus, tamen potest agi ad certum,& sic ista non sunt contraria. Vide tamen in isto puncto vnam limita.Fulg.in l.si pacto quo pœnam.C.de pac. quã refert hic Dom.Alexan.qui etiam ponit aliam. Et istud est op-
35 timum exemplum ad secundam quæstio.†Quomodo ex cõtractu incerto agatur ad certum, licèt gloss.ponat aliud exemplum;quando promittitur factum, dicitur promitti incertũ: eo quia est variabile.potest enim debitor,vel implere factum, vel soluere interesse.l.vbi autem.§.qui id,quod.infra de verbo.

oblig.Quando ergo merum factum promittitur,dicitur contractus incertus.Pone,quod debitor sit in mora,succedit obligatio ad interesse.d.l. stipulationes non diuiduntur. in l. si quis ab alio.in fi.de re iud.Certè ad illud interesse agitur certi condictione:quia dicitur certum in rerum natura. & sic ex contractu,qui ab initio erat incertus,agitur ad certum. Aliud exemplum ponit Barto.post Iac.de Are.quando quis promittit fructus nascituros,vel partum nasciturum:quia dubius est euentus.Ideo est incertus contractus,si fructus nascantur:tunc competit certi condictio ad fructus,qui sunt certi, ex incerto tamẽ contractu.Et licèt Lud.Rom.& Raph.hic repugnent, dic vt ꝑ Dom.Alexan.hic.Tamen aduerte inquantum D.Alex. hic.respon.ad l.si stipulatus.ff.de vsuris.alleg.per Lud.Rom.hic contra Barto.in isto exemplo dicentem,quòd ibi fructus non petũtur vt fructus,sed tanquam interesse. Nimirum si competit cõdictio incerti,quia in contractibus stricti iuris fructus petuntur vt interesse,non vt fructus,vt per Barto.in l. si filius. §. 1. ff. de verbo.oblig.& in l.videamus.§.actionum. ff. de vsur. quia si tenemus communem opin. quòd certi condictio competat pro interesse,quam tenet ipsemet Domin.Alexan.hic, videtur dicendum,quòd siue petãtur vt fructus,siue vt interesse,quòd semper competat certi condictio. Et ideo ipsemet Dominus Alex.in d. l.vbi autem. §. illud.in fin. correxit errorem suum.& ideo ad illũ text.oportet respõdere,ꝙ ibi verbum,incerti,denotat factum,& non est nomen actionis,vt infra respondetur ad alios text.& in alio art. tamen de veritate illius communis opi
36 nio.statim dicam.¶†Tertiò videndum est, nunquid certi condictio competat ad interesse. Et iste esset disputabilis passus. Gloss.hic,& Institu.de verbor.obligatio.in princip.tenet,quòd
* sic.Istam tenebant antiqui, *& magis communiter Docto.* per text.
a hic,dum vult text. ex l.Aquilia competere certi condictionẽ: & in l.Aquilia agitur ad interesse.l.penul. ff. ad leg. Aquil. dixi in tex.in pen.not.Contrarium,quòd non competat certi condictio ad interesse,tenet latè Alberic. hic post alios antiquos in penult.colum. Raph. Fulgos. & Ludo. Roman.hic.& Raph. Fulgos.in l.fina.ff.si quis in ius voc.non ierit. & Raph. Cuman. in l.vbi autem non apparet.§.illud.infra de verbo. obliga. Domin.Christ.Insti.eo.in fin.principij. quòd imò ad interesse cõpetat condictio incerti. Et ista opin. semper mihi placuit, & placebit. Nam omnes leges, vbicunque faciunt mentionem de interesse,dicunt agi incerti:& exponere prout faciunt gl. & Docto.esset destruere mille.ll. Illud patet in l. fina. supra si quis in ius voca. non ierit.in l.si pœnam. & in l.liber homo.§.finali. de verbo.obligat.in l.domos.cum l.sequen. de lega. 1. Et vltra Modernos est optimus tex.in l.3. ad fin. in verbo. *obligationis, incertæ actionis effectum.* C. de inutil. stipul. vbi non potes dicere, quòd illud,incertum, denotet factum. tex.in l.si stipulatus. in princip.ff.de vsur.& in l.fina.ff.si quis cautionibus.& l.3.§.incertum.ff.de præto.stipul.cum multis simil. per quas leges teneo, quemadmodum est dare certi condictionem generalem,quæ competit,vbicunque petitur certum, ita est dare generalem condictionem incerti,quæ competit ad omnia incerta, vt declarabo in l.sed & si me putem.§.primo, vbi alij ponunt. infra de condi.indebi.& ista est illa condictio incerti, quæ competit ad interesse.Et si dicas,tenendo istam opin.contra Bart & gloss. Quid respondes ad istum tex.quòd ex l. Aquil. competit certi condictio.& l.Aquil.non competit nisi ad interesse? Respondeo prout Moder. quando agitur ad interesse, & in princip. in libello exprimitur certa quantitas interesse, ita quòd ex libello apparet certum peti, tunc fateor certi condictionem competere.In istis terminis loquitur ista lex,nec diuinat: imò text. expressè dicit iungendo tex.in verbo,ex l.Aquil.in princip.vbi dicit,quòd certi condictio competit, quando certum petitum est:ergo necesse est,quòd petitio contineat certum, quicquid dicat glo.destruendo literam:Tunc si continet certam quantitatem,potest agi ad certum ex l.Aquilia.sed quando agitur ad interesse simpliciter nulla expressa quantitate, tunc competit incerti condictio,iuribus præallega.Et si dicis, prout dicit Bar. & gloss.quòd interesse est certum in rerum natura,licèt videatur incertum,quod sufficit,per d.l.vbi autem.§. illud. Respondeo,ille.§.illud.non facit.Ibi loquitur,quando quid est certum per relationem ad aliud, absque alia declaratione, vt est frumentum in horreo: tunc paria sunt, quid esse certum per se, vel per relationem ad aliud.l. certum. infra eodem.In inte-

ADDITIO.

a ¶Sequitur idem Iason,qui communem dicit in l.cum quis. supra si quis in ius voc.non ier.& idem in interesse præterito,quod peti possit per certi condictionem,sustinet Bar.contra Antiquos in l. stipulationes non diuiduntur.10. q.de verb.oblig.Soc.iun.consi.95.nu.10.lib.4. MASVER.

intereſſe non eſt ſic,quia non eſt certum per ſe,nec per relatio
37 nem ad aliud,ſed per ſententiam iudicis certificatur. ¶†Circa
vltimum,quando quis agit in libello ad intereſſe,an debeat ex
* primere quantitatem, *vera,& communis* [a] *ſententia eſt*, quòd nõ.
a Primò per tex.in l.1.in fi.C.de inutil.ſtip.Secundò,quia non eſt
in poteſtate eius declarare quantum ſit intereſſe, ſed ſtat in ar-
bi.iud.ergo petitio incerta admittitur.l. 1. §. qui autem.ff. quo.
* leg.ſecundum *communiter* Doc.& Bar.hic,& plenius Bartol. &
Moder.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur.in vlt.q. latè Ludo.
Rom.hic,cum concor.alleg.hic per Alex.¶ Gl. in verbo. non
potero agere.In ea.glo.ad fi.habes,ꝙ ſi certum ſit debitum ad
diem certam, pro illo debito mero iure competit etiam certi
condictio.Bar.hic in vltim.colum.fuit in mirabili,& ſing. opi.
&;cogitauit nouam opi. contra omnes Antiquos,ꝙ quamuis
aliæ actiones mero iure naſcantur,& competant.l.1.in fi.§.fin.
ff.quando dies vſusfruc.leg.cedat. Tamen certi condictio pro
debito ad diem mero iure non competit, per tex. iſtum, non
deſtruendo eum, & per rõnem : quia qñ aliquid eſt debitũ ad
diẽ, ſi petis ante diem, debet deduci interuſuriũ medij tp̃is. l.
ſi conſtante.§.quoties.ff.ſolu.matr.l.1.§.diem.ff.de eden.ſed qa
incertum eſt,quantum interuſurium ſit,per conſequens incer
tum eſt,quantum debeatur ante diem:ergo impoſſibile eſt an
te diem certi condictionem mero iure competere, & ſic hæc
eſt vera,& pulchra,& ſubtilis opi.quam etiam tenet Ang. hic,
dicens iſtum tex.ad hoc eſſe vnicum.Eam etiam tenet Ang.in
l.interdum.in fi.princ. de verb.oblig.& Bal.hic in lect.antiqua.
Alij omnes indifferenter tenent contra Bal.in rub.C.eo.in vlti.
col.& in alijs locis hic alleg.per Alex.& non ſolùm tenent con
tra Bar.imò truffantur de opin.eius,dicentes, & Dom. Alexã.
expreſsè cum eis,quòd Barto. hic facit differentiam inter certi
cõdictionem generalem,& ſpecialem ex mutuo.& vult,quòd
certi condictio generalis mero iure ante diem non oriatur,ſed
certi condictio ſpecialis bene oritur ante diem mero iure : qa
tex.hic loquitur de certi condictione generali:& fatuum eſt cõ
ſtituere differentiam,cum ex eiſdem principijs oriantur. Mihi
autem videtur,imò credo,quòd Bar.velit, quòd ſicut certi cõ
dictio generalis mero iure non competit ante diem, ita nec
certi condictio ſpecialis pro mutuo oriatur ante diem. Nam
ponderat rationem,qua mouetur, propter interuſurium me-
dij temporis,quæ ratio oſtendit, ꝙ Bart. intellexit idem eſſe in
certi condictione ſpeciali pro mutuo,quod in certi condictio
ne generali.Sed voluit conſtituere differẽtiam inter iſtas duas,
& alias ſpeciales actiones.Bene credo eius opi.falſam,per text.
in l.qui mandatum.ȷ̃.mand.quem Doc.alleg.contra eum, &
ante eos perpendit idem Barto.in l.ita ſtipulatus. magna. in 2.
q.prin.ȷ̃.de verb.oblig.& licèt alij non dicant, oſtendo, ꝙ duo
38 fundamenta,quib.mouetur Bar.hic ſunt falſa.Primum†,quòd
quando promittitur ad diem certam,interuſurium medij tẽ-
poris eſt incertum.In hoc malè dicit.Nam quando promiſſio
fieret ad incertum, interuſurium medij temporis eſſet incer-
tum.Sed ſi promiſſio fieret ad certum,interuſurium eſſet cer-
tum.Ita declarat Bar.ſibi contrarius in d.l. ita ſtipulatus. ma-
gna.ff.de verbo.oblig.in 2. q. princip. in verſicu. ſed iuxta hoc
quæro.& in l.1.C.vt actiones ab hæred.& contra hære.& Aret.
in d.l.ita ſtipulatus.in 38.col.ponderat iſtam contrarietatẽ Bar.
& declarat qualiter interuſurium medij temporis in obliga-
tione in diem certam ſit certum.Item ſecundum fundamen-
tum Barto.non eſt bonum,quod facit per ſimile,quando quis
promittit fructus naſcituros.d.l.vbi autem.§.illud. Iſtud ſimi-
le nihil eſt in propoſito. Nam ibi adeſt omnimoda incertitu-
do,an & quando:quia eſt incertum, an naſcantur fructus: &
eſt incertum,quando naſcantur,& tunc promiſſio eſt incerta.
In caſu noſtro promiſſio fuit omnimodo certa an, & quando
arguere à ſimili,vbi eſt omnimoda incertitudo ad debitũ &c.
& eſt inepta ſimilitudo, & ſic in hoc proculdubio teneo con-
39 tra Barto.¶In gl.in verbo,fiduciaria† hæreditas.Tu conſidera
clarius tres caſus, quando aliquis inſtitutus eſt directò hæres,
& grauatus per fideicommiſ.reſtituere alteri. Si vis ſcire, quæ
actio competat fideicommiſſario, vel quod remedium,conſi
dera tres caſus.Aut quæris,nunquid hæres adeat hæreditatem,
quo remedio poſſet cogi adire,& reſtituere, & tunc tenet, ꝙ
nulla actio competit fideicommiſſario, ſed ſolùm competit
officium iudic. Ratio, quia antequam hæres adeat, nullum
negotium geſtum eſt inter heredem,& fideicommiſ.ergo nul
40 la potuit cauſari obligatio: & per conſequens nec actio. † Se-
cundus caſus,poſtquam hæres adiuit hæreditatem, quo reme
dio poſſit cogi reſtituere hereditatem,& tunc ſi ſponte adiuit,
ex iſta aditione,& ſic ex quaſi contractu eſt orta actio, & ob-
ligatio inter fideicommiſſariũ & hæredem,& tunc fideicõmiſ
ſario competit actio ex teſtamento contra hæredem,vt ſibi re
ſtituat hæreditatem,nec poſſet competere certi cõdictio, quæ
non competit ad reſtituendum,vt glo.hic in verbo certum.in
fine.Sed ſi hæres coactè adiret hæreditatem,tunc fideicommiſ
ſario non competeret actio ex teſtamento,quia nullum nego
tium contractum eſt,& tunc competeret officium iudi.quod
nullam præſupponit obligationem,glo.& ibi clarius Barto. in
l.ſi legatus.infra ad Trebel.& in l. Papinianus. in princip. ff. ad
Treb.glo.in l.ſicut.in verbo, perſecutionem. & ibi Bald. C. de
præſcrip.30.vel 40.annorum.Et de iſtis duobus temporib.non
poteſt loqui iſta lex.Tertium tempus debet conſiderari,quan-
do hæres directus adiuit, & reſtituit fideicommiſſario, vt lo-
quitur text.hic,& tunc facta reſtitutione,quia in fideicommiſ-
ſarium tranſeunt actiones, & tunc ſi competant ad certum,
competit certi condictio,& aliæ actiones. Et ex his habes cla-
rius explicatum iſtum paſſum,quàm faciat Barto.in loco præ-
allega.

A D D I T I O.

a ¶Sequitur Cagnol.in Reg.l. Quatenus.num.12.& 13. de reg.iur. Docto.in l. vnic.C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt, profer.in l.Curabit. vbi idem Cagnol.not.num.55.56.C.de actio.empt.Prac.Pap.for.lib.act.real.ver. & in florenis.col.1.vbi dixi. MASVER.

S V M M A R I V M.

1 *An quis poſſit alteri ſtipulari.& vide limitationem nu.3.*
2 *In dubio quis præſumitur numerare nomine proprio.*
4 *Stipulatio pupilli eſt nulla.*
5 *Conditio impoſſibilis affirmatiua,ſecus negatiua vitiat ſtipulationem.*
6 *Prodigus æquiparatur pupillo.*
7 *An vtile per inutile vitietur.*
8 *An per actum inualidum videatur receſſum ab actu valido.*
9 *Statutum prohibens probationem per teſtes,an comprehendat probationem,quæ fit per teſtes,& inſtrumenta.*
10 *Si per ſtatutum non poteſt fieri probatio,niſi per inſtrumentum,tamen cohærentiæ,& reliqua liquidantia factum, poſſunt probari per teſtes.*
11 *Statutum,nec lex diſpoſitiua extenditur ad tertium.*
12 *Commiſſio Principis committentis cauſam appellatiõe remota non extenditur ad tertium.*
13 *Frater in cauſa fratris,nec vxor pro marito eſt teſtis idoneus.*
14 *Debitum, quod non poteſt probari niſi per inſtrumentum,poteſt tamen probari per teſtes,vt cogatur debitor facere debiti inſtrumentum.*
15 *Inſeparabile quot modis dicatur.*

§.Quoniam. Inutilis ſtipulatio non impedit a-
ctionem oriri ex numeratione,qđ
quatuor probatur exemplis.h.d.vſque ad §.ſi nummos.& diui
ditur in quinq; partes,vt per Bar.& alios hic.¶In tex. *cui tutore*
auctore credidi. Iſta eſt communis,& vera litera: quamuis aliqui
libri habeant,cui tutorem credidi,ſed præcedens eſt verior. &
1 ita habuit glo.in verbo ſtipulatus,& communiter Doc.¶†No.
ex ver.numeraui.Si numero tibi pecuniam ex cauſa mutui,&
ſtipulor hanc pecuniam alij,ſtipulatio eſt nulla:quia alij ſtipu-
lari nemo poteſt.§.alteri.& §.alij.Inſtitu. de inutil. ſtipul. Con-
tra iſtud no.oppo.dupliciter.Primò ſic. Nam licèt nemo poſ-
ſit alteri ſtipulari,& ſic per ſtipulationem, & actum ciuilẽ non
poſſit alteri acquirere,tamen per actum naturalem numera-
tionis poteſt alteri acquirere, ſicuti ſibi. Text. eſt in §. ſi num-
mos.cum ſeq.infra ead.l.& l.2.in fi. C. per quas perſonas nobis
acquiritur.& eſt regula Iuriſcon.in l.ea,quæ ciuiliter.ff. de acq.
rerum domin.Sed hic interuenerunt duo actus,vnus naturalis
numerationis,alter ciuilis,ideſt ſtipulationis. Vnde licèt nõ po
tuerit quæri alteri per ſtipulationem,& ſic per actum ciuilem,
tamen per numerationem,& ſic per actum naturalem vide-
tur,quòd potuerit acquirere.Reſpon.quòd argumen. procede
ret, ſi numeratio fuiſſet facta nomine illius tertij. Sed in iſto
text.oportet neceſſariò intelligere text.quòd numerauerim ti-
bi pecuniam nomine meo,& ſtipulatus ſum alij, tunc alteri
quæri non potuit per actum naturalem numerationis.Et ſi di-
a cis, [a] iſtud reſtringit tex.qui ſimpliciter dicit numeraui tibi de-
cem.Reſpondeo,quòd ita neceſſariò debet intelligi tex.per re-
gulam proximè relatam. Secundò, & notabilius reſpondeo,
quòd text.hic non aperit, an numerauerim nomine meo, an
2 nomine alterius:& ſic in caſu dubio.† ſed regula eſt, quòd in
dubio quis præſumitur numeraſſe nomine ſuo, non tertij. l. &
magis.ff.de ſolu.¶Secundò ad idem oppo.contra text.ex ſtipu
latione facta ſuper re mea alteri quæritur actio.l.pe.C.ad exhi.
&

A D D I T I O.

a ¶Et ſi dicis, Ad hoc facit.l. 3. cum gloſſ.1. C. de contrahenda ſtipulatione. PVRPV.

& l. Publia. in princip. quæ melius facit. infra depositi. Ad hoc
* respon. Barto. dupliciter. Secunda solu. *approbatur per omnes vsque ad hęc tempora.* Contraria loquuntur, quando quis stipulatur super re sua, quæ durat sua, tunc alteri quæritur actio. Sed hic ista pecunia, licèt à principio esset sua, tamen ex numeratione non durabat sua, sed in alium transferebatur, ergo alteri per alterum non quæritur actio ex stipulatione, excepto in donatione. l. Quoties. C. de dona. quæ sub modo. Item fallit fauore dotis. l. Caius. ff. solutio matrimon. secundum Barto. in sequen. §. in 2. colum. Et istam solu. & doctr. ponit idem Barto. in l. stipulatio ista. §. si stipuler. in 5. & 7. fallen. & ibi Modern. ff. de verbo. oblig. & in d. l. Publia. in princip. Istam doctr. communiter approbant Docto. Nec dicas, quòd in d. l. Publia. illud procedat propter coniunctionem sanguinis, & personarum, quia mater stipularetur filio, prout ibi dicit Pau. de Cast. quia licèt pater possi stipulari filio: ècòntra tamen mater non potest stipulari filio, sicuti nec extraneo. l. pactum. vbi Barto. ad hoc no. C. de pac. con. Idem in l. quod dicitur. in vlti. colum. de verbor. oblig. & in d. §. si stipuler. in 8. fallen. Circa istam doctrin. Barto.
* *communiter approbatam*, inquantum vult, quòd in isto text. quàuis iste stipulans stipuletur super re sua, tamen, quia non durabat sua, alteri stipulari non potuit. Ego pondero, quòd alibi Bartol. dicit oppositum de directo subtiliter intuendo in l. si mercedem. §. fina. in fin. iuncto tex. ff. de actio. empti. Nec video, quomodo saluari possit à contrarietate. Ibi est tex. vendo tibi domum, quæ est mea, & stipulor, quòd non possis expellere talem, qui sit in domo, nominando eum. dicitur ibi, quòd per stipulationem alteri quæritur actio. Bar. ibi. in fin. opponit contra. Alteri stipulari nemo potest, & respondet, quod ibi stipulatur super re sua. Ideo quæritur actio alteri, nec dicit plus Barto. Pondero, quòd ibi stipulatur super re sua, quæ non durat sua, quia alteri tradebatur. Secundo subtilius pondera: licèt Barto. hic, & vtrobique communiter omnes tenuerint istam
3 regulam Bart. † quòd quando quis stipulatur super re sua, quæ durat sua, quæritur actio alteri, & ita limitatur regula, quòd alteri stipulari nemo potest, iuribus vulgarib. Nam si velles, posses tenere hanc nouam conclu. contra Barto. & Docto. quòd imò isto casu alteri stipulari non possit, nec alteri quæratur actio. Nam considera, quòd mouentur per duos text. Si ostēdo, quòd nihil faciunt, remanebit regula firma. Primum mouetur per text. in l. pen. C. ad exhib. Certè Barto. multum ignorauit super illo tex. quia ibi non loquitur, quando quis stipulatur super re sua, imò super re illius tertij, cui stipulabatur, & ab hoc non potest Barto. excusari. Dicitur ibi, deposui apud te res aliquas, & non meas, stipulatus sum illas reddi ei, cuius erant, & sic agnoui bonam fidem, iuxta l. bona fides. infra depositi. Ideo ex æquitate illi tertio, cuius erant res, datur vtilis actio depositi. Sicut in simili in l. si cùm venderet. ff. de pigno. actio. super qua l. Moder. multa dicunt in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. & sic illa. l. pen. C. ad exhib nihil facit, per quam semper mouetur Barto. q̄ mirandum est. Et si dicatur, q̄ saltem pro Bar. & Docto. est tex. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. de verbo. obliga. in ver. planè. Ibi, *vel suam, vel nostram pecuniam*. vbi videtur text. q̄ non sit differentia, an quis suam pecuniam propriam numeret, vel eius, cui stipulatur. & ita videntur sentire Docto. alleg. illam. l. pen. q̄ non sit differentia. Sed ad §. Chrysogonus. respondeo, q̄ loquitur, quando alteri quæritur per solam numerationem, & sic per actum naturalem. Nam per actum naturalem, & corporeum alteri per alterum acquiri potest. §. si nummos. infra ead. l. & tunc bene fateor, q̄ non est differentia, an quis numeret pecuniam propriam, vel eius, cui stipulatur. Sed quando quis vult acquirere per stipulationem, vel per pactum alteri, est magna differentia: quia per stipulationem, vel per pactum alteri regulariter non acquiritur. l. ea, quæ ciuiliter. ff. de acquir. rerum domi. Restat solum respōdere ad l. Publia. ff. deposi. Illa bene loquitur, quādo stipulatio fiebat sup re sua, quæ durabat sua. Sed aduerte, quòd ille tex. non stringit pro Bart. Ibi enim loquitur, quando mater deposuit quasdam res suas proprias, & stipulata est, si quid humanitus contingeret, reddi filio. Tex. dubitat ibi, cui debent reddi, an marito, an filio? & dicit ibi reddi filio, aliud non dicit. Tunc sic, quamuis text. dicat, quod debeant reddi filio, tamen non probat, quòd filio quæratur actio, licèt gloss. ibi subaudiat: probo per text. in l. bona fides. ff. deposi. vbi potest reddi vni, & tamen illi non quæritur actio. Confirmo per illud, quod decidunt Pet. & Cy. in l. ad probationem. prima, in fin. C. de probatio. vbi quærunt. Pone, depono pecuniam penes te, & stipulor illam reddi cuicunque portanti literas manu mea. Vnus portat literas meas, non est dubium, quòd depositarius potest illi restituere, tamen illi non quæritur actio contra depositarium. Ita determinat Cyn. ibi, non est ergo bona consequentia, debet reddi filio, ergo illi quæritur actio, quamuis de hoc vltimo dubitauerit Pau. in d. l. Publia. Ita posset disputando attentari contra Bart. Non tamen recedas ab opi. communi in decidendo, & iudicando.

¶Secundò principaliter not. in versicu. Idem erit si à pupillo.
4 tex. singu. secundum Ludo. Roman. hic, quòd † quemadmodum stipulatio facta per solùm pupillum est inutilis, quando per talem stipulationem conditio pupilli efficitur deterior. Insti. de autho. tuto. in princip. hic est tex. singul. quòd etiam si pupillus stipulando non faciat conditionem deteriorem, si non facit meliorem, tamen stipulatio est nulla Nam in isto tex. pupillus receperat pecuniam auctoritate tutoris, & sic efficaciter erat obligatus, si illammet pecuniam promisit per stipulationem sine tutore, per istam stipulationem est in nullo deterior: tamen, quia non melior, est nulla. Per hoc infert Ludo. Roma. quod per stipulationem factam à pupillo, non nouatur actio prima, etiam quando conditio non fit deterior. Ad hoc vltimum alleg. glo. not. in l. nouare. §. pupillus. ff. de nou. licèt contrarium secundum eum teneant glo. & Barto. in l. is cui bonis. ff. de verborum obligatio. Sed prima verior est secundum eū: & aliud non dicit. Idem dicit Pau. hic, qui tenet, quòd ideo hic non fit nouatio: quia per stipulationem factam à pupillo, licèt non efficeretur deterior conditio, tamen non efficiebatur melior. Alij nihil tangunt. Tu autem diligentius attende ad text. & in primis considera, quando solus pupillus per stipulationem promittit illam pecuniam, quam receperit aucto. tuto. ad quam erat efficaciter obligatus, dicens, q̄ non efficitur deterior conditio, dico, q̄ imò fit. nam in primo casu, quando recipit pecuniam cùm aucto. tuto. pupillus potest habere regressum contra tutorem suum. Sed in secundo casu, quando solus pupillus per stipulationem eandem promittit, si obligaretur, non posset habere regressum contra tutorem suum: ergo fieret deterior conditio eius, quàm in primo casu. Secundò pondera, inquantum præsupponunt, q̄ dicitur fieri deterior conditio pupilli, quando non efficitur melior. Text. habes contra istud de directo. text. est in l. in pupillo. ff. de sol. qui est mirabilis tex. & ne te decipiat, intellige eum, vt declarat glo. & Barto. in l. 1. §. impuberes. ff. commo. Tertiò, & subtilius pondera, q̄ in isto text. in omnibus quatuor exemplis non potest tractari de nouatione, prout ipsi præsupponunt: quia quando in stipulatione deducitur idem, quod in præcedenti obligatione erat, nunquam fit nouatio, si nō interuenit noua persona, & nō solū iure nouo est clarum. l. fi. C. de noua. sed ēt de iure foa rum. a l. scire debemus. in princip. l. si seruum. §. fina. infra de verborum obliga. declarat magistraliter Barto. in l. pen. ff. de præto. stipu. q̄ non possit tractari de nouatione, hoc dicit expressè Barto. in §. sequen. in prima combinatione. versicu. tertio casu. Et si tu subtilis dicas, Caue, quia erras. nam in primo exemplo, quando stipulatus sum alij, potest tractari de nouatione: quia noua persona intercessit, cùm alij stipulando saltem naturalis obligatio quæratur. Respondeo no. quòd non. Nam per interuentum nouæ personæ tunc demum fit nouatio, quando per interuentum illi quæritur obligatio l. 1. ff. de noua. Sed in isto casu non quærebatur etiam naturalis obligatio, sic ergo in isto tex. non potest tractari de aliqua nouatione. Sed dubium istius tex. erat, cùm habeamus regulam, q̄ quando numero pecuniam, & ante numerationem, vel post stipulor eandem, hic nō sunt duo contractus, & duæ obligationes, sed vna tantū actio, & obligatio oritur ex stipulatione, quia numeratio censetur facta ad implendam stipulationem. verba sunt Iurisconsul. in l. cū stipulatus. §. fina. & l. sequen ff. de noua. l. si ita stipulatus. §. Chry-
b sogonus. ff. de verbor. obligatio. Ex numeratione b ergo non oritur actio, sed ex stipulatione. Fuit ergo dubitatum in isto tex. quid si stipulatio sit nulla, vt hic quatuor exemplis, nunquid in istis casibus saltem oriatur actio ex numeratione? Videbatur, quòd non, cùm isto casu non sit nisi vnus contractus, & vna obligatio, si stipulatio est nulla, videbatur, quòd nulla
5 oriretur actio. Contrarium deciditur hic. ¶ † Tertio principali-
c ter not. c q̄ conditio impossibilis vitiat stipulationem, vt hic. l. impossibilis. ff. de verborum obligatio. §. impossibilis. Institu. de inutil. stipulatio. Adde, quod quemadmodum conditio impossibilis vitiat stipulationem, & sic contractus stricti iuris: tamen idem est in contractibus bonæ fidei. text. est in l. non solùm.

ADDITIONES.

a ¶De iure fforum. Vide Alex. infra in §. si nummos. col. 3. PVRPV.
b ¶Adde, & vide quæ scribit Prac. Pap. for. lib. act. hypo. ver. ac restituere. nu. 3. & 4. & seq. BELLAC.
c ¶Tertio principaliter not. Vide Alexan. vbi de donatione agit. lib. 3. consilio 15. colum. 2. versic. 2. Iason in l. 1. col. 3. C. de institu. & in l. quæ de legati. de lega. 1. PVRPV.

lùm.ff.de actio.& oblig. Secus est in vltimis volun. l. obtinuit.
ff.de condi.& demon.gloss.magistra.& ibi latè Docto.in l. 1.ff.
de condi.insti.Similiter conditio impossibilis non vitiat dona.
causa mor. l. quæ sub conditione.§. hoc edictum.ff.de condi.
instit.Quæ.l.est ad hoc sing.secundum Lud.Rom. hic, tamen
loquitur in legatis.Sed suadetur ratione,quia dona.causa mor.
postquam est in esse producta , æquiparatur vltimæ volunta-
ti.glo.approbata in l.2. de dot.præleg.Bart.& Doct.in l. 2. ff.de
legat. 1.Secus est in modo impossibili,glo. est in l. donationis.
in glo.mag.circa fin.C.de transac. De cuius veritate dic , vt ibi
6 per Docto.& ibi soleo dicere.¶†Nota quartò in versi. sed & si
a ei,quod prodigus [a] æquiparatur pupillo , vt hic , & in l. Fulci-
nius.§.adeo.ff ex quib.cau.in pos.ea.De quo dic , vt per Doct.
in l.is,cui bonis.de verbo.oblig.& in l. si curatorem habens. C.
C.de in integ.resti.mi.cum concor.hic alleg.per Alex. & vide
hic latè per Ludo.Rom.in 4.not.ponentem , quid in iudicijs,
quid in vltimis volun.quid in contractibus,quid in præscriptio
nibus,quid in priuilegijs.¶Vlti.no.ex toto isto.§. secundum gl.
7 & Barto.†Vtile per inutile [b] non viriatur , & inducitur ad ali-
b quas no.quæstio.per Bald.& Ludo.Roman.hic,& per Moder.
in l.1.§.pen.de verbo.obligatio.& latè Ioan.Fab.in §.si quis alij.
Insti.de inutil.stipul.Bald.in capit. Messanæ ecclesiæ. per illum
tex.de elect.& Ludo.Roman.in consi.66.incip. Vir eximie.vi-
de Dom.Alexan.in dicto §.pen.de verbo. oblig. Vltra tradita
in istis locis no.pulchrum tex.in c.dilectus.de præben. vbi Pon
tifex dicit.*Nos facto legati illicito reprobato,quod est licitum approba
mus.*vide glo.no.in c.querela.in versi.potuit. de simo. quam ibi
Panorm.& Ioan.de Ana. multum notant. & habui in facto il-
lam gloss. Ideo eam bene not. & text. not. in §.neque illud. in
Auth.de reb.eccl.non alien.& Barto.per illum tex. in Authen.
qui rem.C.de sacrosanct.eccles.vbi soleo dicere.Bald.in Auth.
si quas ruinas.eod.titu.in 1.colum.& sic ecclesia, quæ potest lo
care res ad modicum tempus,si locet ad decem annos , & vl-
tra,non seruatis solĕnitatibus,nunquid valebit locatio ad mo-
dicum tempus , vt ad nouē annos? Habes decisio. Bald. quòd
non in l.quicunque.in 1.colum.C.de bon.quæ lib.& Alexan.in
consi.16.inci.viso instrumento locationis.in 2. colum. libro 4.
Non omitto,quòd in isto text. videtur posse colligi aliud. s. ꝙ
8 †per actum inualidum non videtur recessum ab actu valido ,
nec ei derogatum. Et ista regula videtur procedere nō solùm
in contractibus,vt hic,sed etiam in vltimis volunt.l. sancimus.
C.de test.l.si quis priore.ff.ad Treb.& in l.si vir. ff. de lega. 3. In
cōtrarium imò per actum inualidum reuocatus dicitur actus
validus,videtur facere tex.in l.planè.la prima , in princip.ff. de
leg.1.& tex.not.in l.legata sub conditione.§.fina. de adim. leg.
De quo facit festum Bald.in l.à filia.in 3.q.C.de leg. & in rubri.
C.de verbo.signifi.circa fin.& ad hoc vide Bart. in l. & si trans-
feram.ff.de adim.lega. Pro veritate istius regulæ vide Imol. &
alios Moder.in l.si cùm dotem.in princip.ff.solu. matrimo. sed
9 pro nunc sufficit punxisse prædicta.¶†Glo.in ver.coniunctim.
Istam glo.inducunt Iac.But.& Barto.ad not.decis.stante statu-
to , quod debitum vltra viginti lib. non possit probari per te-
stes,sed per publicum instrumentum: si ego per publicum in-
strumentum probo, quòd promisisti resarcire damnum , &
quantitatem damni probo per testes: dato quòd sit vltra 100.
lib.admittitur probatio,non obstante statuto,quia non sit per
c solos testes,sed per testes, [c] & instrumentum,& sic volunt , ꝙ
statutum prohibens probationem fieri per testes , non habet
locum , quando fit probatio per testes simul cùm instrumen-
to,cùm iste sit casus mixtus non comprehensus in statuto.Idē
dicit glo.in l.4.ff.pro soc.Istam decisi.sequuntur omnes hic, &
Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de fruct. & interesse. in §. primo,
in addi.quæ incip.istam q.Barto. in Authē. sed nouo iure.in 4.
colum.eod.titu.& plenius in repe.l. 1.ad fi.ff.de leg. 1.cum mul
tis concor.quas hic allegat Alexā, vltra quas adde, quòd idem
in terminis tenet Albe.de Ros.vbi recitat totam dispu. Iacob.
Butr. in Authentic.offeratur. C. de lit. contesta. tenet Petr. de
Ancharan. in consilio 362. Angel. in consilio 197. Alexand. in
consil.143.incip. in præsenti causa. ad fi. Pau.de Castr.in rubr.
C.de proba.in 1.colum.Pro ista decisione facit bene tex. in ca-
pitu.series & ibi Anto.de Butr. & magis in specie Imo. de test.
quem text.ad hoc allega.Roman.hic,& in l.2. in princip. ff. de
verborum obligatio.& text.in capitu.auditis. vbi præfati Doc.
de in integrum restitut.Ad idem adde bene facere illud, quod
signanter decidit Bald.in capitu.pastoralis.§.quia vero.in 7. co-
lum.de officio delega. vbi pulchrè determinat , stante statuto,
quòd sententia liquida mandetur executioni,certè secundum
cum sufficit,vt sit locus statuto,quòd sententia fiat liquida ex
coniunctione actorum , licèt appellatione sententiæ non ve-
niant acta , tamen illud satis est fieri liquidum ex coniunctio-
ne,sicut fit coniunctio instrumentorum & testium,ita senten-
tiæ & actorum.Quod bene not.quia multi crederent contra-
rium.Vide etiam quod propter istam doctrinā Barto. decidit
Angel.in consilio 200.quod incip. In ciuitate Lucana. in vlti.
10 colum. † Quòd vbi ex forma statuti non admittitur proba-
tio nisi per instrumenta,sufficit factum principale per instru-
mentum probari:sed cohærentiæ, & reliqua liquidantia factū
possunt probari per testes. Vide etiam ad istam doctrinam il-
lud,quod determinat Bald.in l.si ex cautione. in septima quæ-
stione,vbi notabilius Salic.in quarta columna , C. de non nu-
merata pecun. Aduerte etiam inquantum Doctor. hic in fun-
dando eorum decisio.dicunt, quòd aliud est debitum : aliud
quantitas debiti.Adde ad hoc duo. Primò illud , quod voluit
Barto.in l.admonendi.in 12. columna , in versicu. quæro quid
si testis deficiat.infra titulo primo,& istam decisio. Barto.ibi se
quitur Butr.in capitu.fina.in quinta colum. de iureiuran. Ale-
xand.in consilio 12. quod incipit iuxta facti narrationem. in
secunda colum.ad fin.Secundò adde illud, quod voluit Barto.
in l.in commodato.§.duob. ff. commo. & in l.scire debemus.
in princip.ff.de verborum obligatio.& Scribentes in l.quidam
* æstimauerunt.infra eodem.Istam decisio. *Barto.approbatam per*
d *omnes* indifferenter limitat [d] Dominus Alexan. in consilio 88.
viso processu causæ vertentis inter Ant.libro tertio , columna
prima.procedere,quando instrumentum esset factum cum il-
lo , contra quem testes producuntur , tunc testes cum tali in-
strumento possunt produci, non obst. statuto , secus si instru-
mentum esset factum cum alio, vt in casu suo : Nihil allegat,
nisi,quia alias de facili fiat fraus statuto.Tamen licèt nihil alle-
get, puto , quod sit bona limitatio,& eam confirmo . Primò
11 per aliud simile,stante statuto,†quod non possit opponi exce-
ptio, nisi solu.contra instrumentum,certè istud debet intelligi,
vt habeat locum, quando agitur contra illum , contra quem
est factum instrumentum , secus si ex illo instrumento agatur
contra tertium possessorem , quia ille poterit opponere om-
nes exceptiones.Ita determinat,& limitat Ioan. Imo. in l. fina.
ff.quis,& à quo appellatur.in antepen.char.in versic. Aduerte
tamen inquantum dixi &c.Angel.in l.si vnus.§.ante omnia. ff.
de pact.Ioan.de Imo.in clem. 1.de re iudic.& ibi glo.no. in ver
bo contra se,quam multum notant Docto. Quæ vult , quòd
e licèt sint latæ tres sententiæ [e] conformes , non potest amplius
opponi de nullitate, vt ibi in tex. illud non habet locum con-
tra tertium comparentem pro interesse suo,quia potest oppo
nere de nullitate,nō obstātib. tribus sententijs. Illam gl. ponde
rat Imol. ad illud , quod proximè retuli. Confirmo per illud,
quod apertè decidit Bald.in l. 1.C.commu.de lega.quòd statu-
tum tribuens priuilegium instrumento guarentigiato , puta ,
quòd habeat executionem paratam , tale statutum habebit lo
cum,quando agitur personali , vel hypothecaria contra prin-
cipalem debitorem,contra quem factum est instrumentum :
secus si contra tertium possessorem ageretur hypothecaria.
Sequitur Petr. de Ancharan. in commento capitu. canonum
statuta.de constit.in versicu.circa istam extensionem,alibi &c.
Tertiò confirmo per illud,quod not.vult Bald.in l.si pater.pri-
ma,C.de dot.præleg.stante statuto, quod instrumenta confes-
sionata mandentur executioni ,dixi quomodo intelligatur sta-
tutum passiuè ex parte conuenti , & quomodo actiuè . Nam
debet intelligi ad petitionem principalis debitoris, cum quo
factum est instrumentum,non respectu tertij,etiam si eius in-
12 tersit.†Quartò facit bonus text.in capitulo super eodem . de
officio delegati , quòd quando princeps causam committit
appellatione remota,certè non impeditur tertius,qui compa-
ret,appellare:quamuis principalis non potuisset, prout etiam
not.Barto.in l.prima.§.primo,ff.à quibus appella.non licet. Se-
cundò principaliter dispositionem prædicti statuti nolentis
admitti

ADDITIONES.

a ¶Prodigus.Adde Fely.in c.cum non liceat.de præscr. in 4.col.
b ¶Vtile per inutile.Adde regulam vtile.de reg.iur.lib.6. Cy.in regula l. sanci-
mus.C.de dona.
*Et dic,quòd hanc Reg. in separabilibus,& diuiduis procedere dicit Roma.
consi.66.vbi limitat:secus in indiuiduis, quia tunc vtile per inutile vitiatur.
Rom.consi.450.nu.4.consi.454.ante nu. 13.Nat.consi.479.nu.29.lib. 3. not.
Bar.in l.Græcæ.§.illud.de fideius. MASVER.
c ¶Per testes.Vide Are.in c.series.de testib.& limita tale statutum in conscien-
tia ex Bar.hic.Alex.tenet in Auth.at qui semel,in magna aditione.C.de pro-
ba.& pro eo vide Bald.in rub.C. de proba. circa princ.Et generaliter infert
Alex.lib.3.consi.82.viso processu. col.5. PVRPV.
d ¶Limitat.His adde Ias.in l.iuris.§.prætor.5.no.ff.de pac.plenè Dec. in c. su-
per eo.4.not.de off.deleg.& in consi.198.col.4.& consi. 11.col. 1.& 3.ver.2.
vbi aliter limitat.& istud consi.Alex.in lib.3. consi.68.reperit lib.5.consi.36.
vbi omnino vide,qui alias limitationes, & ampliationes ponit. PVRPV.
e ¶Sententiæ.Adde Card.Alex.in c.tua nobis.de appel.

admitti probationem per testes limitant Barto.Ludo.& Alex. hic.refert,& sequitur Franc.de Aret.in capitulo secundo, in 6. colum.de probatio.vt procedat si pars aduersa opponit: sed si aduersarius nihil opponeret,& producerentur testes,valerent probationes,non obst.statuto, quia debuit pars opponere de statuto,vt in simil.not.Barto.in l.1.C.de rela.Pro ista limitatione Alexan.hic addit remissiuè aliqua similia, quæ vide per eū. Vltra allegata per eum,confirmo istam limitationem per glo. not.in clemen.2.in verbo,producere,de testibus. Domin. Anton.in cap.in causis.& in capitu.vltra tertiam.de testibus. in vltim.colum.Dicit illa gloss.quod regula, quæ habet,quod post
a publicatos testes a non possunt de nouo produci alij, timore subornationis.Authen.at qui semel.& in corpore vnde sumitur.C.de probatio.& in dicto capit.vltra tertiam. dicit verum esse,si pars opponat: Sed si nihil opponeret pars, & producerentur testes,valerent,& probarent.Ad idem facit quod dicit Specu.in titu.de testi.§.primo,versicu.quid ergo si aduersarius.
13 Illud,quod diximus,†frater non est idoneus testis in causa fratris,nec vxor in causa mariti,& ècontra,procedit si opponatur à parte,secus si nihil opponeret. Ad idem facit regula, quam tradit Barto.in l.post mortem.§.fina.ad fin.ff.de adopt.per glo. ibi,in omnibus casibus in quibus non admittitur procurator, debet intelligi parte opponente. Ideo si interueniret procurator,& pars non opponeret, valeret iudicium. Idem sequitur Ludo.Roman.in l.quod vulgò.ff.de in litem iuran. vbi allegat concor.glo.in cap.1.in versic.criminalis.de iudic.in sexto.Hinc videmus in specie, quòd in causis criminalibus non admittitur procurator.l.penul.§.ad crimen.ff.de public.iudic.l.seruum quoque.§.pub.ff.de procurato. Istud debet intelligi parte opponente.secus si pars nihil opponeret.glo.in l.quamuis indubitati.C.de adulter.quæ glo.non est alibi,secundum Bal. in cap. ex conquestione.de probatio. Tamen eam reprobat Barto. in dicto §.ad crimen.in penul.colum. Simile videmus in omnibus casibus,in quibus quis non potest esse aduocatus, debet intelligi,si opponatur,secundum Barto.in l.filiusfamil.§. veterani.ff.de procura. Tertiò, & vltimò limitat prædictum statutum singul.Salyc. in l.si quis argentum.§.finali. C. de dona. per
14 illum text.in verbo monumentorum.†Quòd stante statuto, quòd debitum à viginti libr. supra non possit probari per testes,sed per instrumentum publicum,pone de debito non habeo instrumentum, sed testes, dicit Salyc. quod non obstante statuto possum producere testes in iudicio, non ad finem, vt condemnetur(quod non posset fieri,) sed ad fin. vt per testes cogatur facere instrumentum, quo confecto poterit condemnari. Hoc probat per illum tex. nam donatio vltra 200. aures sine insinuatione non valet. Pone,quis fecit donationem sine insinuatione vltra illam summam : habeo de hoc testes, possum cogere eum,vt faciat fieri insinuationem.Alexan. hic refert istam limitationem Salyc.nec eam approbat, nec reprobat,sed dicit,quòd non ponit pro constanti. Ego pono pro cōstanti,quod non sit bona.Moueor tribus fundamentis. Primò in isto statuto non potest assignari nisi ratio vna,propter timorem subornationis,vt inquit Imo.in cap.series.de testi.& in capitu.auditis.de in integrum restitutio. ergo ratio debet haberi prò expressa in statuto, gloss. singularis in l. quamuis.& ibi expressius Bald.& Paul.C.de fideicommis. & Bald. in l. maximū vitium.vbi multa allega.in 3.colum.C.de liber.præte.& in l.fina.vbi Imo.in 4.colum. ff.de hæred. institu. Paul. de Castr. & Raph.Cuman.in l.si vero.§.de viro.ff.soluto matrimonio. Sed ista ratio subornationis testium militat vtroque casu. Item, quia fieret fraus statuto: quia per indirectum probatio fieret per testes contra statutum.contra l.non dubium.C. de legi. & l.fraus.& l.quod verò contra.ff.eodem,scilicet de legi. item secundum limitationem Salycet.esset imponere legem verbis, non rebus,contra l.2.in fin.C.commu.de leg.Gloss.in verbo,& puto posse.diuiditur in quinque partes principales. Primò declarat text.Secundò oppon.contra text. & pro eius solutione ponit plenam doctrinam.Tertiò format quæstionem.Quartò colligit ex tex. nota. & allegat concordan. postea opponit, & non soluit.Quintò ponit extensionem. Secunda ibi, sed videtur prima obligatio.Tertia ibi,Item quid si pro parte. Quarta ibi.Item no.hic argumē. Quinta ibi.& hæc omnia locum habent,& materiam huius gloss. Barto.& Docto.ponunt in §.sequen.& ibi reseruo.& dum gl.dicit,quòd nascitur actio ex numeratione,sed fingitur non nata, malè dicit, & est contra tex. quem alleg.in l.si ita fuero stipulatus.§.primo, cum l. sequent.
* de noua.*& eam reprehendunt omnes* hic, & Barto. in §. sequen .in 3.combinatione.¶In pen.parte glo. dum opp. de l. parui. aliàs incip.Pedius.§.primo,de arbi. Responde,quòd in separabilib. vtile per inutile non vitiatur,vt hic.& l.1.§. pen. de verborum obliga.secus in his,quæ sunt inseparabilia,tunc vtile per inuti-
15 le vitiatur;†Inseparabile autem dicitur multis modis, natura, forma,voluntate:& isto vltimo casu loquitur d.l. parui. §.primo.Nam voluntas compromittentium fuit compromittere in duos,non in vnum:& ideo si non valet quo ad vnum, nec quo ad alium,vt declarat Barto. in l. Grçcè. §. illud. infra de fideicommiss. multum latè Alberic. hic. contra tamen primum membrum prædictæ distinctionis facit illud, quod not. Salic.per illum tex.in l.donationes,quas parentes.in versic. amplioris quantitatis.C.de donatio.inter virum,& vxo.vbi voluit quòd si donatio sit facta vltra summam legitimam, sine insinuatione,quòd in totum est nulla,etiam in quantitate,quæ est infra,& tamen sumus in his,quæ sunt separabilia.Sed dic, ꝙ in contrarium est veritas,& contra Salyc.est tex.in l. sancimus. in princip.vbi ponderat Bald.C.de dona.& facit etiam tex. in l. si quis redemptione.§.fina.eodem titu.nec tex.in d.l donationes, quas parentes,probat opin.Salyc.necessariò, quia debet distingui per d.l.sancimus.cum similib.¶In glo. in verbo stipulatus. ad fin.nam ex gloss.habes duas conclusiones. Prima est,quòd text.noster debet intelligi, quando quis stipulatur à pupillo sine authoritate tutoris, illud ad quod pupillus efficaciter tenebatur, tunc per talem stipulationem non nouatur obligatio præcedens efficax: secus si quis stipuletur à pupillo sine tutore illud,quod alius sibi efficaciter debet, tunc per talem stipulationem,licèt pupillus efficaciter non obligetur,tamen tollitur obligatio præcedens. Et si dicis, quæ sit ratio diuersitatis inter istos casus.Barto.hic assignat tres rationes,tamen in effectu nō videntur nisi duæ,quia prima,& vltima reincidunt in idem.primam solutionem Barto.sequuntur Salyc.& Pau.de Cast. Ludo.Roman.& Alexan.hic,licèt Fulgo.aliter velit: contra verò secundam stringunt duo. Primò, quia diuinat. Secundo,quia secundum Salyc.est contra text.nostrum,quia si pupillus fuisse infans stipulando,non acquireret sibi,vt traditur in l. 1. ff. de noua.sed tu dic clarissimè,ꝙ ratio diuersitatis est de iure.forū quando stipulatio sequens idem continebat quod prima obligatio,& non interueniebat noua persona, non fiebat nouatio per stipulationem.l.scire debemus.in princip.l.si seruum. §.fin. infra de verborum obliga.declarat magistraliter Barto.in l.penul.in 2.colum.de præto.stipu.sed in alio casu interuenit noua persona,quia pupillus promittit,quòd alius debet: ideo fit nouatio.Secundò habes ex glo.limitationem ad §.præterea. insti. quib.mod.tol.obligatio.vbi si quis stipuletur à pupillo sine tutore illud,quod alius debet,tollitur obligatio illius: quamuis pupillus non obligetur efficaciter. Nam istud vltimum est verum,nisi pupillus sine tutore promitteret pro eo, cui erat obligatus: quia cùm ab eo liberetur per delegationem, ipse efficaciter tenetur.l.in personam.§.qui pecuniam.allega.in gl.quem text.stringo,quia si ille.§.procedit in seruo, multomagis in pupillo debet procedere, per text.in dicto §.præterea, & cùm gl. transeunt Barto.Bald.& Salyc.& Alexan.hic, quamuis Iacob. Butr.Alber.& Fulgos.contradicant per aliqua, quibus responde,vt per Alexan.hic. Iason.

ADDITIO.

a ¶Testes. Adde capitu.fraternitatis.de testibus,& capit.iurauit. de probat. & vtrobique per Docto.

SVMMARIVM.

1 *An tertio quæratur actio ex numeratione facta nomine absentis.*
2 *An alteri per alterum quæri possit.*
3 *Pecunia largè sumitur,& quid in nummo.*
4 *Actio qualiter quæratur ignoranti.*
5 *Bonum est argumentum à solitis fieri,& ècontra.nu.29.*
6 *Omnis dispositio,& omnis clausula etiam in bullis Apostolicis, recipit interpretationem à consuetudine.nu.7.*
8 *Similiter in Papa,& Episcopo,& in contractu.nu.9.10.11. & 19.*
12 *Similiter in Doctore conducto ad legendum.*
13 *Similiter in procuratore constituto ad vendendum, qui potest ponere omnia pacta etiam pœnalia,nu.20.*
14 *Similiter in habente mandatum,nu.22.*
15 *Similiter in ambasiatore.*
16 *Similiter in promissione.*
17 *Similiter in locatione emphyteutica.nu.18.*
21 *Similiter in conducente operarios.*
23 *Similiter in venditione.*
24 *Similiter in notario simpliciter rogato.nu.25.& 26.*
27 *Similiter in consuetudine.nu.28.*
30 *An per consuetudinem possit induci, quòd alteri per alterum quæratur.*
31 *An actio oriatur ex numeratione, vel ex stipulatione.*

Clausula,

32 *Clausula, sola facti veritate attenta, quid importet. nu. 33.*
34 *An ex inutili stipulatione probetur confessio, vel contractus.*
35 *An vitiato instrumento principali, confessio in eo apposita sit nulla, vel iuramentum, vel pena, vel accessorium, nu. 37.*
36 *Confessio facta in iudicio perempta instantia remanet valida.*
38 *Indiuiduum quando, & quot modis dicatur.*
39 *Producens instrumentum an videatur fateri omnia in eo contenta.*

§. Si nummos. Diuiditur secundum Barto. in tres partes, sed tu cōsidera ad
tex. in secunda parte, quid addat auctoritas Iuliani, cùm dictū
præcedens loquatur in casu dubitabili, Iulianus autem in ca-
su indubitabili Nam primum dictum loquitur, quando pecu-
niam meam numero nomine ignorantis. Iulianus loquitur,
quando tuo nomine, & de voluntate tua numero pecuniam.
Alber. hic post Oldr. voluit respondere, sed diuinat: & dicit, q
in primo casu numeraui nummos meos tuo nomine tanquā
tuos, sed in casu Iuliani numeraui nummos meos, non tan-
quam tuos, licèt tuo nomine. Sed certè tex. hoc non dicit. Be-
ne verum est, quòd in primo casu, quando numero nomine
ignorantis, quamuis acquiratur ignoranti: tamen reuocabiliter
acquiritur: quia si ratum non habeat, reuocatur obligatio. l. si
absentis. C. eod. Sed in secundo casu, quando numero nomine
tuo, & tua voluntate, acquiritur tibi irreuocabiliter. Potest for
san dici, quod Iurisconsultus nolens intermittere, secūdum ca
sum, præmittit casum magis dubitabilem, hoc dicit in sum-
ma. Numerando pecuniam nomine absentis, & ignorantis, il-
li quæritur actio ex numeratione, quæ multo fortius quęritur,
1 si eius voluntate numeraui, hoc dicit. ¶ † Not. primò, quod ex
numeratione pecuniæ facta nomine tertij absentis, & ignoran
a tis, illi tertio quæritur actio, [a] & sic hic est casus, in quo per li-
beram personam non subiectam potestati nostræ alteri per al-
terum quæritur actio sine cessione, contra regulam l. stipula-
tio ista. §. alteri, & § si stipuler. de verbo. oblig. §. alteri. & §. si qs
alij. Insti. de inutil. stipul. operæpretium est videre, quę sit ratio
specialitatis, Bar. hic assignat duas rationes. Prima est, propter
frequentiam contractus. Secunda propter singularia præcepta
mutui, & secundum istam secundam rationem Bar. sequitur,
quòd iste §. solùm haberet locum in contractu mutui, non in
contractibus, qui re celebrantur, prout etiam tenuit Bar. in l. sti
pulatio ista. §. si stipuler. in 9. fallen. infra de verbo. oblig. & in l. si
cum venderet. ͡j. de pigno. actio. & hic in duobus locis in prin.
& in secunda combinatione, & idem in l. singularia. in 3. colu.
infra eod. Idem tenet glo. magna hic circa fi. & in l. cum per li
bertam, in glo. magna, in vlt. verbis. C. per quas perso. nob. acq.
Bal. hic in lectu antiq. Io. de Imo. in l. si ita stipulatus. §. Chryso-
gonus. de verborum obliga. Sed falsum est, vt statim dicam.
2 † Tu dic, [b] quòd vera, & fundamentalis ratio est, q alteri per
b alterum quæri non potest, verum est, per actus ciuiles, puta p
stipulationem. Ita loquitur dictus. §. alteri. & tex. in §. præced. in
versic. numeraui, sed per actum naturalem, & corporeum, pu-
ta numerationis, semper quæritur alteri per alterum. In istis ter
minis loquitur tex. h. c. & in l. 1. C. de acqui. possess. & in l. 1. C. per
quas perso. no. acq. & in l. traditio. §. fi. ff. de acquir. rer. dom. &
istam differentiam ponit expressè Iurisconsultus. in l. ea quæ ci
uiliter. ff. de acq. rer. dom. Et ratio diuersitatis est: quia quando
acquisitio fit per actus ciuiles, puta per stipulationem, ibi con-
sideratur etiam dispositio. l. ciuilis. quæ mandat alteri per alte-
rum quæri non posse. Sed quando fit per actum naturalem, &
corporeum, non consideramus dispositionem ciuilem, sed me
rum ius gentium, secundum quod alteri per alterum pōt quæ
ri. Ideo possessio per actus naturales alteri per alterum quæri
potest, iuribus præalleg. Illud est, quod propriè dixit Iuriscon-
sultus in d. l. ea, quæ ciuiliter. Hinc infero malè dixisse Bart. hic,
& in alijs locis, dum dicit, q istud habet locum solùm in mu-
tuo. imò dico quod habet locum in omni contractu de mun-
do, in quo fit numeratio per actum naturalem, & corporeum,
alteri per alterum semper quæritur: Ideo habet locum in depo
sito, commodato, in dote, & in indebito soluto. l. 1. §. si te roga-
uero. ff. depositi, & l. si per ignorantiam. C. de condi. indeb. secū
* dum Alber. *& omnes Moder. hic*, præcipuè Alexan. qui ad hoc al
lega plures tex. in 1. colum. cum concord. vt hic per eum. Et si
dicatur, quòd pro opin. Barto. est text. in l. 2. C. per quas perso,
no. acq. vbi dicit Imperator se meminisse de nouo, &c. Sed re-
sponde, quòd ibi hypo. & pignus non interuenerunt nomine
illius absentis, ad quod vide tex. in l. solutum. § per liberam. in
versic. non semper. ff. de pigno. actio. Fateor esse differentiam,
an numeratio fiat nomine alieno ex causa mutui, quia illi ter-
tio quæritur directa actio. l. si absentis. C. eod. Et ratio est, quia
in mutuo lex fingit te numerasse absenti, & illum absentem
c numerasse tibi, vt hic per Bart. secus si fiat ex alio contractu: [c]
quia oritur vtilis tantum. l. Publia. in princip. cum glo. ff. deposi.
secundum Barto. hic in tertia combinatione. cum quo tenent
Saly. & Ludo. Roman. hic. Idem Barto. in l. singularia, in 3. col.
versic. sumus expediti de primo. & ibi Angel. Fulgos. & Ludo.
infra eodem. Hinc etiam infero ex hac ratione, quod iste text.
solum habet locum in mutuo vero, & naturali, quod contra-
hitur mediante numeratione, secus in mutuo ciuili. Nam si cō
fiteor nomine absentis accepisse, & illi promitto restituere, nō
habere locum iste tex. nec illi quæreretur actio, secundum Ia-
cob. de Bel. Ray. & Bald. & latius Alber. hic in vlti. quæst. Ludo.
& Alexan. hic in vlti. colum. Item aduerte, inquantum dixi, re-
gulam procedere, quando acquisitio fit per actum naturalem.
Intellige copulatiuè, naturalem, & corporeum, puta numera-
tionis. Nam per actum naturalem solùm non quæritur alteri.
patet, quia per pactum nudum, quod est actus naturalis, ta-
men non quæritur alteri. Ita declarat magistraliter Barto. in
l. stipulatio ista. §. si stipuler. ad fin. de verborum obligatio. Iuxta
prædicta posset moueri difficultas. Si ista erat regula generalis,
quòd per actum naturalem alteri per alterum quærebatur, ad
quid Iuriscon. fecit istum §. in quo videtur dubitare? patet, quia
confirmat per authoritatem Aristonis. Responde, quòd istud
fuit necessarium: quia differentia est inter contractum mutui,
& alios, vt dixi nunc in versicu. fateor. Tertiò not. intellige, & li
mita regulam huius text. quando numero pecuniam nomine
tertij absentis, & ille, cui numeraui, recepit nomine absen-
tis: tunc illi absenti quæritur actio, sed non sufficeret, quòd
ego nomine absentis numerarem, nisi etiam recipiens reci-
peret nomine absentis. text. est ad hoc valde not. in l. si ita sti-
pulatus. §. Chrysogonus. versic. superest. ff. de verborum oblig.
secundum intellectum, quem Barto. ibi in 2. colum. post Iaco.
de Aret. reputat sing. ad limitationem huius text. ¶ Nunquid
autem regula huius tex. quæ loquitur in nummis, deberet in-
telligi de pecunia stricta, an verò larga, pro omni re mutuata?
* Bart. in l. singularia. in 3. colum. *vbi communiter alij, tenet quòd sic,*
3 cùm non simus in materia odiosa, † pecunia debet largè sumi
pro omni re mutuabili, vt declarant Barto. & alij. in l. talis scri-
ptura. in princip. ff. de lega. 1. solus Salic. in d. l. singularia. tenet
contrarium, quòd imò iste text. solùm habeat locum in pecu-
nia numerata strictè. Motus, cùm iste tex. sit exorbitans à regu.
iuris communis, ergo debet restringi, vt strictius intelligatur,
quàm possit. & maximè cùm sit speciale in pecunia propter
frequentiam pecuniæ, quam frequentiam multum not. iste
tex. in versicu. cum quotidie. Vltra Salic. stringo, & considero,
quòd text. dicit, si nummos, & sic non in pecunia loquitur. Vn
de dico, licèt pecunia possit capi strictè, largè, & largissimè. l.
pecuniæ appellatione. ff. de verborum significa. & l. penul. ad fi.
C. de consti. pecu. Tamen terminus nummus, nihil aliud po-
test importare, nisi pecuniam numeratam, ita dicit ipsemet Sa
licet. in d. l. singularia. in 4. colum. & Ludouic. Roman. in 3. co-
lum. Ratio diuersitatis est, propter etymologiam. Nam pecu-
nia dicta est à pecudibus, quia olim homines omnes faculta-
tes habebant in pecoribus. tex. in cap. totum. prima quæstione
d tertia. Et ideo attenta etymologia appellatione pecuniæ [d] om
nia possunt contineri, non tamen sic in nummo, qui dicitur à
nomine, vel à numero, secundum aliquos, quæ etymologia
non cadit in alijs rebus, licèt Barto. in d. l. singularia. in 4. colum.
dicat contrarium, si consideraueris. Breuiter teneas pro indubi
tato contra Sali. quòd iste text. habeat locum in omni re mu-
tuabili: quia cùm habeat locum in omni re naturali, multo ma
gis in quacunque re mutuabili, in qua cadit actus naturalis, &
corporeus: & ideo cùm militet eadem ratio in correctorijs, de
stricta significatione ad latam debet fieri extensio. glo. in clem.
prima, in verbo eligatur, de electio. & glo. in Authen. vt hi, qui
oblig. in princip. in verbo ad curationem, quam Ang. ibi no. ta
men in iuribus limitatorijs, vel ponentibus fallentias, licita est
extensio ex sola identitate rationis. tex. est in cap. cum dilecta. §.
nos igitur. de confirm. vtil. vel inutil. & ibi Panor. Et not. idem
Abb. Panor. in c. ad audientiam. in 1. no. de cle. non residen. Ad
idem tex. no. in c. post translationem. in ver. quamquam. de re-
nunc. Nec obst. tex. iste in ver. nummos, quia dato, q in princi.
dixe-

ADDITIONES.

a ¶Quæritur actio. Vide Dec. in l. contractus. columna quinta, de regu. iuris.
PVRPV.
b ¶Tu dic. Vide Imo. in l. si donaturus. 1. not. infra de condictione ob causam.
PVRPV.
c ¶Ex alio contractu. Vide Bald. in l. cum dotem. colum. 2. C. de iure dotium.
PVRPV.
d ¶Pecuniæ. Adde Bar. in l. talis scriptura. ff. de leg. 1. Doc. in l. si pecunia. ff. de ver. sign. Io. And. in c. vlt. de sol.

dixerit,nummos,tamen poſteà dicit,pecuniam. in verſicu. Iu-
4 lianus.¶†Secundò not.ex iſto text.in ver.velut tuos,ſubtiliter,
ſecundum Are. quòd ita demũ acquiritur ignoranti ſine man-
dato per ratihabitionem,quando ego mutuo pecuniam nomi
ne Titij,vt pecuniam Titij,ſecus autem ſi vt meam, quia tunc
non acquiritur ſine ratihabitione. probat ratione, vt hic per
eum. Tu allega text.in l.licèt.§.1.ff.de iur.dot. Item mouetur,
quia ſic Iuriſconſ. argueret de caſu minus dubitabili ad magis
dubitabilem, vt hic per eum. Sed in contrarinm facit fictio l.
ſingularia.infra eodem,& l.3.in fin.ff.de donat.inter vir.& vxo.
quæ iura ſimpliciter loquuntur. Secundò ſtringit d. l. licèt. §.
1.vbi inducitur fictio,nulla interueniente numeratione,ſed ſo-
la acceptilatione. Tertio,quia ſublata fictione, non vult text.
quòd alteri quæratur actio, quod eſſet contra iſtum text. in ſe-
cundo exemplo,in quo nõ præſupponitur,quod pecunia fue-
rit numerata, vt pecunia alterius, & tamen actio acquiritur,
quæ non acquireretur, ſi non induceret fictionem. Ad hunc
text. dic, quòd Iuriſconſ. volens determinare ſecundum ca-
5 ſum,præmittit caſum magis dubitabilem. ¶†Tertiò not.prin
cipaliter ex ver. cum quotidiè credituri, ſecundum Bartol. &
alios,quòd bonum argu.eſt à ſolitis fieri. Facit text. in l. certè.
§.fin.in verſic. quotidiè enim precario.ff.de preca.& text.in l.2.
§.merito.ff.ne quid in loco publ. & in l.licèt, & l.exceptio.l.cir-
ca.C.loca.& text.in l.3. C.de epiſcop.audien. Ad idem text.in
a l.vt liberis, [a] circa fin. in ver. vt aſſolet fieri,& ibi not.Alber.C.
de colla. Facit quod vult gloſſ. in l. neque natales. C. de proba.
de qua dixi in l.1.ſupra eodem, & vide not.in l. Titianus, cum
gloſſ.in verſicu.ſententiam.ff.quod cum eo. Hinc eſt,quòd in
mandato generali veniunt,& includuntur ea,quæ dominus ſo
litus eſt facere, vt ibi, & l. vel vniuerſorum. ff. de pign. actio.
Not. Bartol. in l. ſolutum. §. fin. eod. titul. Ad iſtud not. adde
text.in capit.cum M.Ferrarienſis.in verſicu. ſicut conſueuit. de
conſtitu.quem ad hoc ibi not.Anto. de Butr. Bald. & Imol. &
dicunt eſſe meliorem de iure,quòd illud,quod ſolet apponi in
b contractu, [b] habetur pro appoſito, etiam ſi non ſit ſcriptum.
Ad idem eſt text.in l.ſi prius. §. rectè placuit. & ibi Bartol. not.
c ff. de aqua pluu. arcend. Imò generalius [c] dicit Innocen. in ca-
6 pit.olim. in princ. de verbor. ſignific. † quòd omnis diſpoſitio,
ſiue legalis,ſiue vltimarum voluntatum,ſeu contractuum,re-
cipit interpretationem à conſuetudine,& ab eo, quod fieri ſo-
litum eſt. Ita refert, & ſequitur Abb. Panor. in capitu. certifi-
7 cari.in princip. de ſepul.† Eodem modo clauſulæ ſolitæ appo-
ni in bullis Apoſtolicis ſubintelliguntur in eis, quamuis non
ſint ſcriptæ. text. in capitu. accepimus. & ibi Anto. de Butr. ad
hoc not.de æta. & qualita. in d. capitu. cum M. Ferrarien. Ale-
xand.in conſil.28.in 2.volum.incip.in cauſa,& lite, & in conſi-
lio 107.incip. pro inueſtigatione prædictorum.in 8.colum. lib.
8 2. Similiter † Papa etiam ſi concedit aliquid motu proprio,
non intelligitur concedere aliter quàm ſit conſuetum reſcribi.
Ideo ſi clericus ſecularis impetrauit beneficium non conſue-
tum dari clericis ſecularibus,non valet iſta impetratio, ratione
de qua ſupra. Ita ſingulariter dicit Bald. in l. fideicommiſſa.§.
ſi ſeruo.de legat.3.Pro quo facit text.in capitu. cum de benefi-
cio.de præben.libr.6.& text. in capit. poſſeſſiones. iuncta gloſſ.
9 2.de rebus eccleſ.non alienan.† Similiter clauſula apponi ſoli-
ta in certo loco, ſi tranſponeretur, intelligitur appoſita in ſuo
10 loco. cap.cauſam quæ.de reſcript.† Similiter ſi Epiſcopus, vel
alius citauerit aliquem non expreſſo loco, non vitiabitur cita-
d tio, ſed intelligitur, vt in loco conſueto compareat, [d] ſecun-
dum Petr.de Ancha.in capitu.cum Epiſcopus.de offic.ordina.
in 6.Facit text.in l.penul.ff.de iuſti. & iur. Alibi not. Bartol. in l.
magiſtratus.per illum text.ff.ad municip. quòd officia, vel ma-
giſtratus videntur concedi ſecundum couſuetudinem, ſicuti
contractus ſimpliciter confecti intelliguntur ſecundum con-
e ſuetudinem, [e] vt ibi per eum. † Et quòd contractus ſimplici-
11 ter celebrati intelligantur ſecundum conſuetudinem, tenet
etiam Bartol.in l.nemo eſt,qui neſciat. ff. de duo.re. dum deci-
12 dit, † quòd Doctor ſimpliciter conductus ad legendum, intel-
ligitur ſecundum conſuetudinem vniuerſitatis conductus.
Ideo ſi eſt conſuetudo, quòd poſſit legere per ſubſtitutum,po
terit legere per ſubſtitutum. Sequitur Pan.in capit.cum ad no-
ſtram.de rebus eccleſ.non alienan.& in d.capitu.cum M.Ferra-
rien.& eſt bona gloſſ.in l.ſi fundus.§.in commiſſoria. ff. de lege
commiſſo. Hinc dixit Bald.in l.1.in 2. quæſtio. ff. pro ſoc. Si ita
eſt conſuetum,intelligitur tacitè actum, quia per conſuetudi-
nem tacitè factum videtur.l.licèt.C.loc.Et quod illud,quod eſt
de cõſuetudine, habeatur pro facto, firmat Bald. in rub. extra
de conſue.in 3.col. Et alibi dicit Bal. in l.1. C.de fru.& lit.expe.
quòd illud, quod conſuetudine cauetur, pro expreſſo haben-
dum eſt. Et Alibi Bald. in l. contractus. circa 4. colum. C.de
fid.inſtrumen.dicit, quòd conſuetum eſt quaſi natum, & ſicut
non ſeparatur natura à ſubiecto, ita nec conſuetudo. Et ali-
bi Bald.in l.incendium.circa fin.dicit.Illud præſumitur factum,
quod fieri conſueuit. Hinc multum egregiè dixit Bald. & An-
gel.in l.bene à Zenone. C.de quadr. præſcrip. per illum text. in
verſicu. pactis conuentionalibus. ibi eſſe caſum expreſſum, &
13 nota. † quòd procurator ſimpliciter conſtitutus ad venden-
dum rem,poteſt in contractu venditionis apponere omnia pa
cta etiam pœnalia,& ſic adijcere pœnam ſi contra faciat,quan
do conſuetum eſt apponi in huiuſmodi inſtrumentis,quod di
cunt eſſe valde quotidianum. Idem dicit Angel.in l.2. de iur.
omn.iudi. Alibi idem Angel. in l. ſi quis hæredem. in fin. C. de
14 inſtit.& ſubſtitut.† dicit.qui habet mandatum in vno actu cer
to,poteſt tamen apponere omnes clauſulas, & pœnarum ad-
15 iectiones,quæ de cõſuetudine ſolitæ ſunt apponi. ¶ † Facit ad
f hoc, [f] quod not.Pan.in cap.2.de precar.Ambaſiatores,qui ha-
bent ſimpliciter mandatum ad faciendum pacem,poſſunt ap-
ponere pœnas contrauenienti, quia ita ſolitum eſt fieri de con
ſuetudine,& dicit etiam facere ad Rectores eccleſiarũ.Ad præ
dicta adde facere,quod in practica decidit Angel.in §. emphy-
16 teuſim.in Authen.de non alie.† Promiſſio ſimplex Prælati ec-
cleſiæ de renouanda emphyteuſi conceſſa ad nouenniũ,quan-
do erit finita,intelligitur ſecundum quod eſt conſuetum reno-
uari per alios. Imò fortius dicit ſingu.Bald. in addi. Specul. in
17 tit.de locato. † Locatio in emphyteuſim [g] ſi ſimpliciter facta
g eſt per Prælatũ,tamen cẽſetur facta in tertiam generationem,
ſi erat ita conſuetum. quod nunquam tradas obliuioni. Facit
18 etiam quod tenuit Imol.in capit. potuit. de loc.† Conceſſio in
emphyteuſim facta pro ſe, & filijs ſimpliciter, an intelligatur
pro filijs natis tantum, quos habebat tempore inueſtituræ, de-
cidit Imol.quòd intelligitur etiam de futuris, ſi ita erat conſue-
tum. Ad iſta adde,quod fortius conſuluit Ludo.Roma.in con
ſil.58.incip.Ad diſcutiendum.in 2.colum. vbi mirabiliter con-
19 ſuluit.† Quod ſi Papa conſueuit in inueſtituris, quas facit re-
ctoribus temporalibus locorum eccleſiæ (puta Marchiæ An-
conitanæ) concedere iuriſdictionem mortis,ſeu vltimi ſuppli-
cij,& publicationis bonorum,iſta duo veniunt, vbi etiam non
fueirnt expreſſa per Papam. Facit text. in capitu. 2. in verſic.
20 ſi non apponatur. de reſcrip.† Ad prædicta adde, quòd pro-
curator ſimpliciter conſtitutus ad fideiubendum,poteſt renun
tiare beneficio ordinis cedendarum, & diuiſionis, quia ita eſt
conſuetum fieri. Nam ſemper notarij apponunt iſtas clauſu-
las. Ita determinat Bartol. in l. ſi fraudator. infra de his quæ
in frau. cred. Sequitur Abb. Panor. in capitu. 1. in 9. colum.
vt lite non conteſtat. Bald. in rubr. C. de reuocand. his, quæ
in fraudem credito. in vltim. colum. Imol. in capitu. cum
olim. el primo. de officio delega. Ad prædicta etiam vide
text. ſolennem in l. domini prædiorum. C. de agricol. & cen-
ſi. libro 11. & quod alibi dicit Bald. in l. liberti. 5. colum. C. de
21 oper. liber. † Conducens operarios ſimpliciter tenetur præ-
ſtare victum, (& quod plus eſt) ferramenta, ſi ita eſt conſue-
tum. Vide etiam ad prædicta, quod notabiliter tenet Bald.
in l. ſi certis annis. in 4. columna. C. de pactis. vide etiam
quod decidit Ludo. Roma. in l. 4. §. iurari. ff. de iureiurand.
vbi dicit Ludo. ſe obtinuiſſe Florentiæ contra Nellum Flo-
22 rentinum de Sancto Geminiano, † quòd ſi datum eſt manda-
tum alicui, quòd accipiat centum mutuo tantum,& accipiat
ad vſuras, quòd non exceſſit mandatum, ex quo conſuetum
eſt. Ad quod vide etiam eundem Ludo. conſil. 124. cum
conſil.59.Ad prædicta etiam adde illud quod decidit Bald. in l.
inſtrumenta. C.de fideicom.in ver.quæro quidam vẽdidit &c.
23 † vbi aliquis vẽdidit domum, & non fecit inſtr̃m venditionis,
nũquid poſteà poſſim eum cogere, vt faciat mihi inſtrumentũ
manu

ADDITIONES.

a ¶Vt liberis.Iſta omnia repetit in l. vt liberis. colum. 4. C.de cod. Are.conſil. 13.viſo diligenter.colum.3.dubio 2. Barba.lib.2.conſil.5.colum.5. & conſil. 6.colum.8.& conſil.29.col.13.& latè iſtam materiam ornat,& limitat Feli.in cap.ex literis.col.7.ver.7.decla.de fid.inſtrum. & ampliat ſeu declarat, quomodo probetur notan.Barb.lib.4.conſil.85.colum.2.contra quem tene ex dictis Iaſ.in l.de quibus.colum.penul. PVRPV.

b ¶In contractu.Adde Alexand.lib.1.conſil.27.incip.in cauſa.colum.2.verſicu. accedit. PVRPV.

c ¶ Generalius. Ampliat Felin. in capitulo primo, columna 7. de probatio. PVRPV.

d ¶Compareat.Vide Dec.conſil.162.col.6.verſicu.10.

e ¶Conſuetudinem.Ioan.de Platea.in §.ſi quem.col.1.de actio. Fel.in cap.firmiter.de ſum.trin.col.2.Dec.not.conſil.7. PVRPV.

f ¶Facit ad hoc.Felyn. refert in capitu.1.colum.7.verſicu. 2. vt lit. non conteſtat. PVRPV.

g ¶In emphyteuſim. Adde Alexan.libr.5.conſil.125.incip.attentis verbis.Barba.lib.1.conſil.63.col.8. PVRPV.

manu notarij publici? Decidit ibi. quòd ſic, iſta ratione, quia
fieri conſuetũ eſt l.quod ſi nolit. §. qui aſſidua.ff.de ædic.edic.l.
minimè.ff.de legib.& hoc dicit expreſſum in l.2.C.de diſcuſſo-
rib.lib.10.Adde etiam ad prædicta, & eſt principale in materia.
24 † Notarius ſimpliciter rogatus facere inſtrumentum, quam-
uis aliud non ſit ſibi dictum, tamen tenetur apponere omnes
a clauſulas ſolitas, & ſi non apponat, habentur pro appoſitis, [a]
tex.eſt in l.fin.ad fin.vbi glo.in ver.ſimpliciter, & ibi Bal.not.di-
cens alibi non eſſe ita expreſſum. C.de fideiuſ.& idem Bald. di-
cens illum text.eſſe meliorem de mundo ad hoc,in l.huiuſmo
di,in prin.ff.de leg.1.& idem Bal.in l.ſi quis ſub conditione.in fi.
ff.de condi.inſti.& vide quod dicit Bal. in l.cõtractus. C.de fid.
inſtru.in illo pũcto. An notarius debeat conficere imbreuiatu
25 ras.Hinc in ſpecie dicit Bald.in l.1.ad fin.ff.ſol. matr. † ꝙ nota-
rius rogatus facere inſtrumentum dotis pro muliere, debet in
inſtrumento dotis apponere obligationem expreſſæ hypothe-
cæ,etiam ſi non ſit dictum,ex quo ſolet apponi.Et idem Bald.
in rub.C.de reuoc.his,q̃ in frau.cred.in vlt.col.dicit,ꝙ notarius
ſimpliciter rogatus, debet in inſtrumento apponere renuncia-
tiones conſuetas,cum no. limitatione, & declaratione, de qua
26 ibi per eum. Alibi Bald.in l.ita demum.C.de procu.dicit, † ꝙ
notarij in inſtrumentis poſſunt apponere clauſulas conſuetas,
quando ſunt plenè rogati.Ad hæc vltima adde Bald. in l.huiuſ
modi.ff.de leg.1. cum multis concor. quas ibi addit Alex. quas
per te videas,& vide quod not.dicit Io.And.in addi.Spec.in tit.
de inſtr.edi.§.inſtrumẽtum.in 2.col.ꝙ in ſimplici rogatione no
tarij de inſtrumento veniunt conſueta apponi, puta clauſula
precarij.Declarando tamen,& limitando,vt ibi per eum. Per
iſtud not.& per prædicta exiſtimo falſum illud,quod not.An-
gel.in l.licèt.C.loca.per illum text.ſecundum vnum intellectũ,
vbi dicit eſſe caſum expreſſum, ꝙ ſi in ciuitate eſt conſuetudo
apponi certa verba in inſtrumentis, ſi reperiatur inſtrumẽtum
ſcriptum abſque illis verbis, non debent illa verba ſuppleri ex
conſuetudine ciuitatis,quod eſt not.ſecundum eum,ſed puto
euidenter falſum, per omnia quæ ſuperius dixi. Limita tamen
prædicta omnia, & præcipuè quæ ſuperius dixi, quòd in con-
tractibus, ea quæ ſunt de conſuetudine, veniunt, licèt non ſint
expreſſa,ſecundum Angel.in prædicta.l.licèt. C.loca. ſecũdum
ſecundam lect.gloſſ.ibi,ſi ſecundum formam regionis ſolitum
ſit aliquem contractum celebrari ſub aliqua forma, ſi reperia-
tur ſub alia forma, non obſtante conſuetudine ſtabitur inſtru-
mento,nec poterit intelligi ſecundum conſuetudinem,& facit
trita regula,quia in claris non eſt opus coniecturis. l. cõtinuus.
§.cum ita.in fin.ff.de verbor. oblig. Secundò intellige prædicta
omnia de cõſuetis cõiter, & vt plurimũ,non de his quæ raro,
& fortè in centum annis ſemel, eueniunt ita Barto. in l.Seio.§.
medico.per illum tex.ff.de ann.leg.idem text. in c. quod trans-
lationem.in verſi.ſæpè.de offic.leg.text.in l.pretia rerum.in §.1.
& quod ibi Barto.ff.ad leg. Falcid. Adde etiam illud, quod per
27 iſtum text.not. Lud. † ꝙ cõſuetudo facit eſſe licitum illud, qđ
b aliàs eſſet illicitum. [b] Cui adde text.ſing.in l.ſi pignore. §. fin. in
ver.nam vſu hoc euenerit.ff.de pign.act. per quem tex. Bart.ibi
not.inter cætera vnum bene ſignandum, quòd nedum non eſt
in dolo, imò nec in aliqua culpa, qui facit illud, quod eſt fieri
ſolitum,quamuis ſit illicitum.Accedat quod dicit Bal. in l.ob-
ſeruare.§.proficiſci.in 33.quæſt.in vlt.col.ff.de offic.proconſ. &
28 leg.per text.in l.cui gens.ff.de ædil.edict. † Illud,quod fit ab om
nibus,nõ dicitur vitioſum.Non omitto etiam,quòd in iſta ma
teria eſt aduertendum ad aliqua.Primò,quòd contra commu-
nem ſententiam videntur ſtringere duo. Primò text.in l.fin. ad
fin. C.de fideiuſ.qui allegatur pro communi. Sed mihi vide-
tur, quòd ſubtiliter ponderando ille text. probet contrarium,
hoc modo inducendo.Nam ſi clauſulæ ſolitæ apponi haberen-
tur pro appoſitis, fruſtra facta fuiſſet illa prouiſio per Impera-
torem,de qua ibi. Secundò contra communem ſententiam vi
detur ſtringere text.cum glo.in verbo poſtulabat. in l. licèt. C.
loc.Secundo aduerte,quòd vbicunque in lege aliquid exprimi
tur gratia frequentioris vſus, non per hoc excluditur alius ca-
ſus glo.eſt not.imò reputata per Cano.ſing.in clem.1.in ver.pr
c ſidentes. [c] de reſcript.cùm multis concor.quas dixi in Auth.ex
29 teſtã.C.de colla. † Item circa iſtud not.huius text.quòd validũ
eſt argum.à ſolitis. Adde quòd è contra argumentum ab inſoli
tis non tenet,vt not.Bald.in capit. cum ex officij, de præſcript.
30 vt ibi per eum. ¶ † Vltimò not. in illo met verbo cùm quoti-
diè,ſecundum Ludo.Roma.& Alexand.hic, quòd per conſue
tudinem poteſt induci, quòd alteri per alterum poſſit acquiri,
& quòd quis poſſit alteri ſtipulari, & valeat ſtipulatio, quo ad
alterum, & ſic limitabitur regula. l. ſtipulatio iſta.§.alteri.ff. de
verbor.oblig.cum ſimil.Adde meliorem text.in l. ſi quis dona-
turus.in fin.ff.de vſufruct.quem text.ad hoc not. Bald.in repet.
l.de quibus.in 21.colum. ff. de legi. Sicut per ſtatutum eo mo-
do poſſet induci,quòd alteri per alterum poſſit ſtipulari,ſecun
dum Bald.in cap. quæ in eccleſiarum. in 17. colum. de conſtit.
Nam cùm ſint iuris ciuilis,poſſunt per conſuetudinem, & ſta-
tutum immutari.l.omnes populi.de iuſti. & iu. iuncta gloſſ. &
Docto.in l.fin.C.ſi contra ius,vel vtil. publi. & in l.fin.de conſti-
tu.princip.& in d.capitu.quæ in eccleſiarum. ¶ Gloſſ. in verſic.
velut tuos. Primò declarat text. Secundò per viam not. op-
po. contra text. & dupliciter ſoluit. Teneas vltimam ſolu.
quia non eſt verum, quod pactum poſſit plus operari, quam
ſtipulatio,cùm ſtipulatio ſit actus ſolennior,& firmior,& con-
tineat in ſe pactum. Tertiò per viam limitationis remouet
aliud contrarium. Quartò format quæſt. & dupliciter ſoluit.
Quinto format aliam quæſt. Secunda ibi,vnde not. Tertia ibi.
item hoc intellige. Quarta ibi, ſed quid ſi nomine tuo. Quin-
ta ibi,è contra quid ſi mutuaui. In ea.gloſſ.ad fin.pro clara intel
ligentia huius gloſſ. & gloſſ.§. præce. examinanda eſt materia,
31 † quando pecunia numeratur ex cauſa mutui, deinde nume-
rans ſtipulatur talem pecuniam, vtrum actio oriatur ex nume
ratione,an ex ſtipulatione,an ex vtraque? Barto. facit quatuor
combinationes, (vt vtar termino ſuo,) ſeu quatuor caſus prin-
cipales. ¶ Primus caſus eſt,quando numero pecuniam nomi-
ne meo,& ſtipulor nomine meo,nunquid oriatur actio ex nu
meratione,an ex ſtipulatione? & diſtinguit tres caſus &c. Circa
iſtam primam combinationem Barto. ad duo habes aduerte-
re. Primò habes aduertere tu ſubtilis,quòd Barto. alleg.l.ſi ita
ſtipulatus. §. fin. cum l. ſequen. de noua. ad duos caſus, prout
etiam facit gloſ.in §.præce.& videtur impoſſibile,quòd illa lex
poſſit ſeruire ad vtrunque caſum dicit enim Barto.Aut ſumus
in caſu claro,quòd partes expreſsè egerunt, quòd ex numera-
tione non oriatur actio, & tunc ſolùm oritur ex ſtipulatione,
ad hoc alleg.illam.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.fin.& ſic vult, quòd
ille text.loquatur in caſu certo, quando partes egerunt expreſ-
sè &c. Poſteà dicit. Aut ſumus in caſu dubio, & tunc ſi incon-
tinenti ſtipulatio præceſſerit, vel ſequuta eſt, tunc oritur actio
ex ſtipulatione, ad hoc etiam alleg.illam. l. ſi ita ſtipulatus fue-
ro.§. fin. Quomodo poſſibile eſt,quòd vna lex loquatur in ca-
ſu certo, & in caſu dubio? Sed potes ſaluare Bart. hoc modo,
quia text.in illo.§.fin.iuncta l.ſequen. in ver.& quia loquitur in
caſu claro,quando partes expreſsè egerunt. Iſtud dicit gloſſ.ibi
in ver.Ibi igitur,& illum ver. ponderauit Barto. in alijs reſpon.
Verum eſt,quòd ille text.loquitur in caſu dubio. Secundò dili
gentius aduerte, inquantum dicit Bartol. ſi ego numero pecu-
niam nomine meo vni, deinde ex magno interuallo ab eo-
dem ſtipulor eandem pecuniam, de iure fiorum fiebat noua-
tio,& conſequenter tollebatur actio ex numeratione, & trans-
fundebatur in ſtipulationem, & ex ea ſola oriebatur actio. Nã
in hoc proculdubio defecit Barto. nec poſſet ſaluari, quia de
iure fiorum, quando ſecunda ſtipulatio continebat idem,
quod prima obligatio, & non interueniebat noua perſona,
nunquam fiebat nouatio, vt declarat magiſtraliter Bartol. in l.
penult.in 2.colum.ff.de præto.ſtipulat. per text. in l. ſcire debe-
mus,& in l.ſi ſeruum.§ fin.de verbor. oblig. & ita Barto. repre-
hendunt Ludo. & Alexand. hic, & Paul. de Caſtr. in l. qui bis
idem.ff.de verbor.oblig.licèt cum Barto.teneat Bald.in l.reſcri-
ptum.§. ſi pacto, quo pœnam. ff. de pact. ¶ Item attende in-
quantum Bartol.in iſta prima combinatione concludit, quòd
ſi aliquis agit ex mutuo, deinde probet ſolam confeſſionem
cum ſtipulatione de reddendo,procedit libellus,quia intelligi-
tur interueniſſe mutuum ciuile, ſecus ſi egiſſet ex numeratio-
d ne, quia probando ſolam numerationem, ſuccumberet, [d]
prout etiam tenet Bartol. in l. 1. §. ſi quis ita, in fin. & ibi Mo-
der. ff. de verbor. oblig. vbi Imol. & Moder. cum multis con-
cor.quas addit Alexand.in l.ſi ita ſtipulatus.§. Chryſogonus. de
verbor.oblig Limita iſtud vltimum de numeratione,vt ſit ve-
rum,niſi actor ageret ex confeſſione mutui, & lapſa eſſent tẽpa
ad opponendum exceptionem non numeratæ pecuniæ, tunc,
quia lapſo tali tẽpore lex præſumit numerationem interceſſiſ-
ſe,

ADDITIONES.

a ¶ Pro appoſitis. Adde Iaſ.in l.ſi auiæ,colum.penul. C. de ſucceſ. edi. Et quid
ſi in contractu non fuerit appoſitum iuramentum, an poſſit notarius illud
addere? vide Socin. & Alexand. in l. Gallus. §. idem credendũ.ff.de liber.&
poſthum.Bald.in rubr. de fid.inſtrumen.colum.4. Moder.in rubr. de verbor.
obl.Dec.in Reg.ſemper in ſtipulationibus.de regu.iu. Galiaul.in l. 1. de ver-
bor.oblig. BELLOT.

b ¶ Illicitum. Iaſ. in l. 1. 2. not. ff. quod quiſque iur. in l. certi iuris. C. de iudi.
PVRPV.

c ¶ Præſidentes. Adde de materia d.glo. diffusè per Iaſ.in l.1.vbi multa alleg. ff.
de vulg.& pup.

d ¶ Succumberet. Vide Angel. & Iaſ. in §. ſequens. colum. 4. de actio.
PVRPV.

a se,[a] l.si sub specie C.de postu.& ibi Bald.not.deberet obtinere,
licèt egerit ex numeratione.Ita Bald.in l.vnica.in prin. C. de rei
vxo.act.& in l.pecuniæ.C.de sol.de cuius veritate scribūt Imol.
& Moder.in d.l.1.§.si quis ita,& in d.l.si ita stipulatus.§.Chryso
gonus.Aduerte etiam,quia Alex.in d. §. Chrysogonus. limitat
alio modo.s.vt non procedat, qn̄ causa esset commissa sola fa-
cti veritate inspecta.Alleg.Anto.de Butr.in vno consil.motum
vna authoritate Io.And.vt ibi per eum. Ego non inuenio illud
consilium in consilijs d.Anto.de Butr.sed confirmo istam limi-
32 tationem duobus modis.† Primo,quia vbicunque causa com
mittitur sola facti veritate inspecta,receditur à reg.iu.Hinc est,
ꝙ talis, cui committitur sic causa,potest credere probationi so
lum persuasiuæ,non concludenti,secundum Bald. in l.solet.ad
fi.C.de test.quod dictum pro singulari refert Are. in consil. 84.
33 quod inci: diligenter ponderatis his. circa pen. col. † Secundò
confirmatur,quia quotiescunque committitur causa, cū clau
sula sola facti veritate attenta,intelligitur commissum,vt possit
procedi manu Regia,secūdum Bar.in extraua.ad repri. in ver.
videbitur.& Bald.in l.nemo. C.de sent.& in l.nec quicquā,in 2.
col.de offic.proconsul. & leg. & in cap.2.de no.for.fidel. Et facit,
quia princeps non attendit ordinem iudiciorum,sed merā ve-
ritatem.c.ad petitionem.de accus. ¶Successiuè in quantū Bart.
in hac prima combinatione concludit.Si in aliquo instrumen-
to reperiantur verba,qualiter Titius cōfessus est habuisse,& re-
cepisse pecuniam,seu dotem,quam per stipulationem promit
tit reddere, nunquid illa verba habuisse,& recepisse,intelligan-
tur,ꝙ receperit tunc tempore facti instrumenti, an vero quòd
receperit ex interuallo antea? concludit, ꝙ illa verba probant
recepisse tunc,& non ex interuallo ante.Vtilitas est,pone repe-
ritur instrumentum dotale, in quo maritus confitetur habuis-
se,& recepisse pecuniā nomine dotis à Seio patre vxoris, quā
promittit patri restituere per stipulationem,si illa verba intelli-
gerentur, ꝙ talem pecuniam recepisset longo tempore antea,
Seius qui dat dotem,si nō paciscitur sibi reddi,præsumitur do-
nasse vxori.l.auia.C.de iur.dot.si ergo verū esset, quod illa ver-
ba intelligerentur longo tēpore anteà, actio esset acquisita mu
lieri,& non posset repeti.Sed si intelligantur,ꝙ receperit statim
tempore contractus,præiudicat mulieri. Concludit, ꝙ intelli-
gantur recepisse tunc,cùm numerauerit, de hoc dicit text. esse
in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.j.de ver.obl.vbi seruus cō-
fessus est habuisse nomine domini à quodam liberto stipulāte
nomine patroni illam reddi.Ibi innuit text.ꝙ illa verba confes-
sionis intelligantur tunc: patet, quia si intelligerentur ex inter-
uallo ante, inanis esset dubitatio Iuriscon.qui dubitat de stipu-
latione interposita super tali cōfessione, vtrum duplex oriatur
actio,an transfundatur vna obligatio in aliam.Istud de transfu
sione esset ineptè dictum. Idem tenet Barto.in l.si post dotem.
in 1.q.ff.solu.matr.& idem in d.§.Chrysogonus,in 3.colum.vbi
34 Moder.† Successiuè inquantum Bart.quærit, si confessio sit in
stipulatione inutili facta, an probetur cōtractus, seu mutuum
ex tali confessione?concludit, ꝙ sic. Istud verbum est diligēter
notandum,ꝙ licèt contractus principalis sit inutilis,vel inuali-
dus,tamen si in illo contractu sit aliqua confessio,puta mutui,
talis confessio probat mutuum, quia nullitas talis contractus
principalis non habet annullare confessionem in eo contentā,
de hoc dicit esse text.in d.l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus. vbi
etiam Bart.ad hoc not.illum text.Ibi,stipulatio est inualida,q̄a
libertus non potest stipulari patrono suo, tamen cùm interue-
niret confessio,illa probat mutuum.Ista not. vult Bar.in l.decē.
ad fi.ff.de verb.obl. Idem Bar.l.1.§.si quis ita de verb.obl. Adde
pro cōfirmatione decisio.Bart.illud,quod dicit Ang. not. in l.1.
35 C.de præscr.30.ann.vbi quærit, † stante statuto, [b] ꝙ mulier,vel
b minor non possint contrahere, vel se obligare sine consensu
duorum propinquorum,aliàs contractus sit nullus. Pone,mu-
lier vendidit fundum suum, & non interuenit consensus pro-
pinquorum, contractus est nullus, in isto contractu celebratū
est instrumentum, in quo mulier confessa est recepisse partem
pretij. Nunquid vitiato contractu principali,etiam confessio
erit nulla? decidit ibi,ꝙ non,quia confessio probabit mero iu-
re receptionem, quamuis idem Angel. dubitauerit de hoc in
d.l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus,& ibi tenet contrarium. Et
pro ista opin. Barto. facit text. in simili in l.fin.ff.de reb.cor. Ad
quod facit text.in l.ait prætor.§.permittitur. ff. de mino. quem
text.alleg.Rom.hic. vbi confessio. non vitiatur propter inepti-
tudinem processus. De quo vltimo solet pro not.alleg. doctri-
na Bar.in l.si confessus.ff.de cust.reo.cum suis concor.Pro opi.
36 etiam Barto.potest adduci,quia videmus,† quòd confessio fa-
cta in iudicio, perempta instantia, remanet valida, secundum
Barto.in l.properandum.ad fin.prin. C.de iud. Pan.in cap.pen.
de iud. Nisi respondeas ad hoc, quòd non multū facit ad pro-
positum, quia facilius conseruatur illud, quod à princ. valuit,
quàm illud,quod à prin. fuit nullū.arg.l.patre furioso.ff.de his,
qui sunt sui, vel alie. iur. Sed attende, licèt alij transeant cum
* doctri.Bar.& ab eo non esset in *iudicando recedendum*. Tamen di-
sputando videtur,quod ex multis confundatur, & in primis fa
cit in contrarium text.in l.fin.ff.de consti.pec. quem text. Bald.
in l.si absentis.in 3.col. C.eod.titu.reputat singularem, quòd si
non valet contractus principalis, non valet etiam confessio in
eo facta.Tamen potes dicere,quod text.procedat ratione erro
ris,qui error habuit vitiare consensum,& confessionem prout
ita intelligit Bart.in rub.C.de consti.pecu.in 2.colum. Secundò
fortius contra Barto. allego illud, quod vult glo.not.approba-
ta per omnes, in l. si patronus.§.patronum. in ver. fauiana.ff.si
quid in frau.patro.quæ expressè dicit,quòd si non valet contra
ctus principalis,non valent aliqua accessoria, nec aliqua pacta.
per quam gl.dicit Bald.in l.Imperator.in pen.col. de stat.ho. ꝙ
cassato principali, intelliguntur cassata omnia in eo contenta.
Item per illam glo. dicit alibi Bald. in l. 1. C.de inoffic donat.in
37 4.col.vers.quæro vtrum iuramentum donantis &c. † quòd re-
scisso contractu principali,intelligit̄ rescissus pœnalis,& quod-
libet accessorium, imò etiam iuramentum. Quod vltimum
de iuramento,an sit verum, non affirmo, cùm in contrarium
videatur text.in cap.debitorem.de iureiu. Ideo istud vltimum
de iuro,an sit verum necne, habes egregiè disputatum p̱ Alex.
in consil.38.nu.8.lib.3. inci. visa petitione Antonij. Item contra
decisio.Bar.vr̄ facere illud,quod vult Bald. & est approbatum,
& millies allegatur in palatijs, in l.ex testamento,ad fin.C.de fi-
deicom. vbi si non tenet contractus principalis, non tenet nec
precarium,nec constitutum,& idem tenuit idem Bald.(sub du
bio tamē) in cap.2. de feudo dato in vicem leg.commis. Idem
tenet Alex.in consil.81.lib.3.inci. Lecto,& discusso.in 5. col. ad
fi.& seq.& idem Alex.& Mod.in l. quod meo. in princ.ff.de ac-
* quir.posses.Ad idem,& fortius moueor ex doctri Bar. *commu-
niter approbata* in l.græcè. §. illud. j. de fideius. quam approbant
Moder.in l.1.§.pen.ff.de verb.obl.& dixi in §.præcedenti.dum
38 quærūt, † Nunquid vtile per inutile vitietur.dixit Bart.Si sum-
c mus in indiuiduis,& inseparabilibus, vtile [c] per inutile non vi-
tiatur,sed si summus in indiuiduis, & inseparabilibus, vtile per
inutile vitiatur.Punctus est videre,quando quid dicatur indiui-
duum.Et dicit Bart. ꝙ quatuor modis dicitur indiuiduum. In-
ter alia dicit,ꝙ indiuiduum dicitur qn̄ est principale,& accesso
rium,ergo vult, quod vitiato principali, vitietur accessorium.
Et propterea qn̄ stipulatio esset inutilis super principali,vitiare-
tur & ipsa stipulatio,& confessio. Ad idem contra Bar. & præ-
dicta adduco illud,quod tenet Bal. in l.si diuersa. circa mediū.
C.de transac.& ibi Raph.Fulg. vbi tenent,ꝙ renuntiationes po
sitæ in compromisso, intelliguntur si compromissum habebit
effectum,& ponit etiam Alex.in consil.22.quod incip. viso in-
strumento syndicatus.in 1.vol.Card.in c.cum olim.de præscri.
Ista dixi,vt dem materiam cogitandi. Ad prædicta adde quod
vult Inno.in c.cum venerabilis de excep.quem refert,& sequit̄
Bar.in l.post legatū.in prin.in 2.col. de his,quib.vt indig.& Bal.
39 in l.alia C.eo.in quantum dicunt. † Quod eo ipso,ꝙ produco
instr̄m in iudicio,videor confiteri omnia contenta in instr̄o ve
ra esse,nec aliquid releuat practica procuratorum,qui dicunt,
produco instr̄m in partibus,punctis, & articulis facientibus pro
me,in alijs non.ista verba nihil releuant,quemadmodum nihil
releuant,qn̄ pars eo modo acceptat,s̄m Bal.in l.1.C.vt quę de-
sunt aduo.Pone,ꝙ instr̄m sit nullum, an etiam vitiabitur con-
fessio,quam ego intelligor fecisse producendo?distinguit Bart.
vt ibi per eum. Per hæc remanet expedita prima combinatio.
Non omitto ꝙ ad dr̄iam,quam facit Bar.hic, an stipulatio fiat
ex interuallo,an incontinenti, (quod vide) non est illud,quod
tenet Ang.in l.petens.in 3.col.per illum text. C.de pact.s̄m sex
tam lect. vbi vult,ꝙ secunda combinatio facta incontinēti de
eodem,habet vim causæ. ¶Secunda combinatio est,quando
numero nomine meo,& stipulor reddi alij,q̄ non sit iuris mei.
Concludit Barto.cùm stipulatio sit nulla, non nouat obligatio
nem prædedentem,& sic actio oritur ex numeratione. text.est
clarus in §.præcedenti,in primo exemplo, & in l. si ita stipula-
* tus.§ Chrysogonus.*& cum Bart. omnes tenent*,& nullus discrepat.
Ꝯ istā doctri.Bar.moueo pulchrā difficultatem.Punctus est,qn̄
numero pecuniā noīe meo,& stipulor noīe alterius,stipulatio
est nulla, sed ex numeratione orit̄ actio. Probo,qđ si numero
pecuniam

ADDITIONES.

a ¶Intercessisse.Adde Bald.in d.l.pecuniæ.& Alexand.libr.4.consil.25.colum.3.
PVRPV.
b ¶Statuto.Adde Bald.in cap.1.de consue.re.feud.in vsib.feu.
c ¶Vtile.Adde glo.in cap.1.16.dist.in l.sancimus.C.de donat. Reg.vtile.de reg.
iur.libr.6.

pecuniam nomine meo,& illam ſtipulor tertiò,ꝙ imò iſta ſtipulatio nouat obligationem præcedentem,& ſic impediat agere ex prima. Quando ſtipulor alteri, licèt illi alteri non quæratur actio,tamen ſtipulatio non eſt in totum inutilis,quia per ſtipulationem alteri factam, ſaltem quæritur naturalis obligatio illi tertio.gloſſ. in l. ſtipulatio iſta §.alteri. & ibi Barto. expreſsè in 3.col. de verb.oblig.Si ergo quæritur naturalis obligatio,habeo regulam, quòd ſola naturalis eſt ſufficiens ad nouandum, & tollendum præcedentem contractum l.1.ff. de noua.§.præterea.Inſtit.quib.mod.tol.obl.Quod hic inducatur nouatio,patet euidenter, quia interuenit noua perſona, quo caſu de iure ſtorum fiebat nouatio ipſo iure, vt declarat Bart. in l.pen.ff.de præto. ſtipu. Item interuenit obligatio naturalis in iſta ſtipulatione, ergo cùm ex iſta ſtipulatione alteri facta oriatur naturalis obligatio,vt prædixi,& ſufficiat iſta naturalis ad nouandum, & interuenit noua perſona, non video quare non ſit facta nouatio,& ſic non ſit ſublatus contractus principalis,ſicut in ſimili dicit Bart.ſ.in prima combinatione,in tertio caſu,quãdo numeraui pecuniam nomine meo, & ſtipulor à pupillo ſine autho.tut.licèt ſit inutilis ſtipulatio, tamen quia inducit naturalẽ obligationem,inducitur nouatio, quamuis non poſſim agere contra pupillum ex ſtipulatione.Ita in propoſito,& ſic non videretur procedere text. in §.præcedẽti. Huic difficultati rñdeo. Per ſtipulationem factam alteri, illi tertio nulla acquiritur obligatio,etiam naturalis.tex.eſt in l.ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus.in ver.*nullam obligationem*,& ibi ponderat Ang.ff.de verbor. obl.& in l.1.§.ſi ſeruus meus.in ver.*nullius eſt momenti*.ff.de ſtipu. ſer.& tex.in §.præcedenti.in ver.numeraui.Ibi,*nulla eſt ſtipulatio*. Sed bene verum eſt, ꝙ ipſi ſtipulanti quæritur naturalis obligatio,ita intelligit glo.& Bar.in d.§.alteri. & Bar.in l.ſi quis pro eo. in 6.membro principali. ff. de fideiuſ. Ita magiſtraliter declarat Alexan. verus Iuriſconſultus in d.§.alteri, & in §.præcedenti.in vlt.colum. Cùm ergo illi alteri non quæratur obligatio etiã naturalis,impoſſibile eſt, quòd fiat nouatio, quia non interuenit noua perſona, ex quo in illo tertio non cadit aliqua obligatio. Pone,ſtipulor à ſeruo extra cauſam peculiarem illud,quod Titius mihi debet.per illam ſtipulationem non nouatur debitum Titij,quia nõ interuenit noua perſona,ex quo ſeruus extra cauſam peculiarem non poteſt etiã naturaliter obligari. Ideo non cenſetur noua perſona, ex quo in eo non cadit naturalis obligatio.Ita in §.præterea.Inſtit.quib.mod. tol. obl. Sed quando à pupillo ſtipulamur illud,quod alius debet, tunc fit nouatio,quia pupillus naturaliter obligatur etiam ſine auth. tut. Iſtud eſt qđ dicit d.§.preterea. Iſtud vult Bart.ſ.in 1. cõbinatione,in 3.caſu. Hoc modo habes declaratum, quomodo procedat 2.combinatio Bar.Intellige tamen illud,quod dixi, ſtipulatione facta alteri quæri naturalem obligationem, non ipſi alteri, ſed ipſi ſtipulanti.Iſta concluſio debet ſanè intelligi, quando verba obligatiua ſunt collata in perſonam ſtipulantis,executiua in perſonam tertij,tunc procedit quod dixi, ex tali ſtipulatione quæritur naturalis obligatio ipſi ſtipulanti. Sed ſi verba obligatiua, & executiua eſſent collata in perſonam tertij, tunc nec illi tertio,nec ſtipulanti quæritur obligatio etiam naturalis.vnde ſi dico,promittis mihi, ꝙ dabis tertio, quia verba promiſsionis, & ſic obligationis ſunt collata in perſonam ſtipulãtis: executiua, & ſic dabis,ſunt collata in perſonam tertij, tunc quæritur mihi naturalis obligatio,aliàs ſecus. glo. eſt approbata in l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis inſulam.in ver.fieri.ff.de verb.oblig. per quam glo. Ang.in l.1.ff.de pact.colligit iſtam doctri. & limitationem.Et ſi dicis,quando verba obligatiua ſunt collata in perſonam ſtipulantis,& executiua in perſonam tertij, iſta ſtipulatio debet cenſeri vtilis,tanquam ille tertius ſit adiectus ſolutioni,ergo debet oriri naturalis,& ciuilis. Ad iſtud reſpondet Bar. qui nihil ignorauit, in §. ſi ſtipuler.in 1.combinatione,arg.procedere,quãdo mea id eſt ſtipulantis intereſſet,ſicut ſtipulari tertio,aliàs ſi non intereſſet,ſola naturalis quæritur.Super qua ſolutione volo, ꝙ bene,& diligenter conſideres.Per hęc eſt expedita hęc ſecunda combinatio,quamuis alij nihil dicãt. ¶Tertia combinatio eſt, quando numero pecuniam nomine alieno, clarum eſt, ꝙ per numerationem,& ſic per acta corporea quæritur actio, vt declaratur.ſ.in textualibus.Pone,ꝙ ſtipulor reddi illi tertio,nunquid illi tertio quæratur actio ex ſtipulatione? Barto.hic fuit in noua & mirabili opin. ꝙ ſicut ex numeratione illi tertio quæritur actio, vt hoc §. Ita per ſtipulationem factam ſuper numeratione illi quæritur actio,& per hoc debes limitare regulam.§. alteri. ꝙ quando ſtipulatio fit alteri acceſſoriè, quæritur alteri, ſicut ex numeratione, & ſic duæ oriuntur actiones. Mouetur Barto.per tex.in l.2.C.per quas perſo.no.acq. vbi Imperator ſtatuit de nouo, Quemadmodum per numerationem factam nomine tertij quæritur actio ſine ceſſione: pone, quòd virtute illius numerationis ſequuta ſit hypotheca, & obligatio bonorum, nunquid etiam illa hypotheca quæratur illi tertio? Dicit ibi tex.ꝙ ſic,quia acceſſoria. Ita inducit ad propoſitum Barto. ſed errat, quia quando intercedit numeratio, & ſtipulatio, ſtipulatio non cenſetur acceſſoria,ſed principalis. l. ſi ita ſtipulatus.§.fin.cum l.ſeq.de nouatio. Ideo text. in d.l.2.qui loquitur de hypothecaria,quæ eſt acceſſoria, nihil probat de ſtipulatione,quæ eſt principalis, ideo damnatur in hoc.& eum reprehendunt Bald.Sal.Raph.Fulg.*& communiter Moder.hic*, & Paul.in d. l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.& ibi Cuma. & Alex. & ibidẽ Are.in 1.col.reprobat,& admiratur.Imo.in l.ſi.ad fin. ff. de donat.& in d.l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de verb. obl. Alex. hic, quamuis Paul.idem in l.ſi pecuniã.ſ.eo. & in l. Caius.ſol.matr. & plenius in l.fin.§.fin.per illum text.ff.de donat.conetur defendere ſententiam Bart. præſupponens,ꝙ iſto caſu ſtipulatio debeat cenſeri acceſſoria.quod fundamentum non eſt tutũ.Non omitto duo.primò,ꝙ Raph.Fulg.& Lud.hic conantur ſuſtinere Bar.non per illam l.2.ſed per rationem, quia quando numero pecuniam nomine alicuius, cũ illi acquiritur actio,fingitur eius,cuius nomine numero.l.ſingularia.ſ.eo.Si ergo poſteà ſtipulor,videor ſtipulari ſuper re eius,& ſic ei acquiritur.l.pen. C. ad exhi.quæ lex nihil facit,quia loquitur,quando res ſuper qua fit ſtipulatio, erat illius cuius nomine fit ſtipulatio. Allegat etiã l.procurator ex re.ff.de procur. & l. Iulianus.§.quod procurator. ff.de act. empt. & l.ſi cùm venderet.in prin.ff.de pign.act.quib. iuribus cauetur,ꝙ quando quis ſtipulatur ſuper re alterius, illi alteri acquiritur ſaltem vtilis.Sed reſpondet ipſe Fulg. in l. ſi pecuniam militis infra eod.ꝙ hic non ſtipulatur ſuper re alterius, ſed ſuper re debita.Secundò non omitto quod Lud.Rom.hic dicit ꝙ tenendo opi.Bart.ſequuntur correlariè duo. Primò, ꝙ hodiè ſit correctus d.§.Chryſogonus. Secundò, ꝙ correctus ſit hodiè.§.quoniam.ſ.ea.l. Sed tu aduerte ad duo. Primò, ꝙ primum correlarium non eſt verum, quia opinio Bar.damnatur. vt ſ.dixi.Secundò,*quod etiam tenendo opi*.Barto. non ſequitur ſecundum correlarium,quia in d. §. quoniam. ſtipulatio non eſt facta nomine eius,cuius facta eſt numeratio, ſed nomine alterius.Quarta combinatio eſt,& clara,quando numero nomine alieno,& ſtipulor nomine meo.& in hoc Bart. bene dicit,& videas hic Bald. in vlt.quæſtio.qui diffuſè diſputat hunc paſſum, & tamen non recedit ab opin.Barto.vide etiam Bald. in l. ſi abſentis. in 3. ſua combinatione. C.eod. vbi videtur aliter dicere. Sequitur.§.depoſui.

S V M M A R I V M.

1 *Solo animo an quæratur poſſeſſio,vel dominium.*
2 *Traditio requiritur in acquirendo dominio.*

a **§.Depoſui.** Iſtum §.[a] propter legem ſeq. quę de directo contrariari videtur,eo ꝙ contrarium dicit,Alexan.hic dicit eſſe terribilem.Legitur altero de quinque modis,& duos intellectus ponit gl.Alios ponunt Docto.vt ſtatim.ſ.referam.Ideo aliter non ſumimo propter varietatem lecturarum.Præmitto vnum,quod dixi in l.ſi quis, nec cauſam.ſ.eo.ꝙ differentia eſt inter depoſitum, & mutuum,quia ſi pecunia depoſita perit,periculum ſpectat ad dominum: ſed ſi pecunia mutuata caſu fortuito perit,perit periculo eius, cui eſt mutuata. Ponamus ergo, ꝙ depoſita pecunia ſit actum, ꝙ depoſitarius vti poſſit, quia vt ſcis, depoſitarius non poteſt vti depoſito,aliàs committit furtum.l.3.C.depoſiti. quæritur, cuius erit periculum iſtius pecuniæ? Text.hic dicit,debitoris.l.ſequens videtur dicere contrarium.de concordia videbitis in gl. Diuido iſtum.§.cum l.ſequen.in ſex partes princip.Primò ponitur thema, ex quo tacitè quæſtio elicitur. Secunda ibi. Nerua, & Proculus.ponitur reſponſio Neruæ,& Proculi.Tertia ibi,& eſt verum.ponitur approbatio illius deciſionis. Quarta ibi,animo enim cœpit poſſidere. remouetur quoddam dubiũ. Nam hic deciditur fieri mutuum,ſed in mutuo requiritur translatio dominij.l.2.§.mutui.ſ.eod.ſed ſic eſt, ꝙ ad transferẽdum dominium duo requiruntur,titulus,& poſſeſſio l.traditionibus.C.de pact.ſed hic non interuenit poſſeſſio.Ad hoc rñdet Iuriſc. imò interuenit poſſeſſio,quia data licentia per dominum,cùm rem haberet penes ſe, cœpit animo ciuiliter poſſidere. Quinta ibi, ergo tranſit periculo.ponitur illatio ex prædicta deciſione,quia ſi contrahitur mutuum, periculum debet ad debitorem ſpectare,cùm regula ſit, quòd res perit illi, cuius res eſt.l.nec,& ne pignus.C.de pig.act.Sextò in l.ſequen.ponitur alia deciſio. ¶Glo. in ver. poſſidere. & quia iſta gloſſ. inordinatè procedit, diuido eã magiſtraliter in quatuor partes principales. Primò declarat text.

A D D I T I O.

a ¶Iſtum §.Not.iſtum tex.in verſi. poneret,vt per Are.in conſil.41.col.4.

tex.Secunda ibi,sed contra, quia solo animo. Habes aduertere propter illud quod glo.in vlt.parte dicit,licèt non videatur formare nisi vnum contrarium, tñ re vera sunt duæ oppo. Vnam gl.expresè format, aliam tacitè. & ad illam tacitam postea respondet in vlt.parte Expressa oppositio est,inquantum text.dicit,animo cœpit possidere. Contra,solo animo non potest acquiri possessio l.Quemadmodum.ff.de acq rer.do. & ista opp. clarè formatur in glo.dum glo.in solu.allegat l. eius. & l. hæc si
2 res.de rei vend.tacitè sentit aliam oppo. ꝙ ad transferendum dominium,prout in mutuo requiritur , non sufficit solus titulus,sed requirit,ꝙ res sit in præsentia. At gl.nō rñdet hic,sed rñdet in vlt.parte,ꝙ speciale est in pecunia,vt transferatur dominium,licèt res non sit in conspectu.Dic clarius,ꝙ in illis.ll.dum dicit,si res sit presens,nō intelligitur idest in præsentia,sed apud possessorem,vt expresè postea text. innuit. Ita declarat glo. & Bar.& Doct.ĩ dictis ll.eius.& ĩ d.l.hęc si res In 3.parte gl.format aliam oppo.contra tex. qui vr̃ velle,ꝙ etiam ex contractu iuncta patientia dñi non transferatur dominium sine possessione, qñ res est penes debitorem,& rñdet destruendo text.in §.interdum.Insti.de rer.diuis.veritas est, vt dicit Bart. ꝙ si quis ab initio habeat rem penes se voluntate domini,posteà fuit celebratus contractus habilis ad translationem dñij,transfertur dñium absque alia apprehensione. Si verò non habeat dñi voluntatẽ, secus.l.3.§.si rem.ff.de acq. possess. sed qñ non habes rem penes te,licèt interueniat contractus,vel voluntas dñi, non trãsfertur possessio,prout declarat Bart.hic,& in l.singularia.in 6.col.j.eo.
2 titu.¶†Not.ergo ex prædictis,ꝙ ex sola voluntate dñi,& ex solo contractu nunquam transfertur dominium,nisi interueniat traditio vera,vel ficta.l.2.C.de acq.pos.Fallit,nisi res illa esset penes acquirentem, quia tunc ex sola voluntate dñi trãsfertur.& istud intelligit Lud.Rom.verum,qñ dominus scit illam rem esse penes acquirentem,sed si dñs ignorat, ꝙ est res penes acquirentem, ex solo contractu non transferretur dominium.alleg. glo.singu.in l.quædam mulier.ff.de rei vẽdi.Sed de hoc est text. in l.2.in fi.C.de acq pos.In 4.parte glo.soluit contrarium, quod tacitè formauerat in secunda parte.Secunda ibi,sed cõtra. Tertia ibi,nec obstat.Quarta ibi,vel dic.¶Gl.in l.quod si ab initio. Et pro introductione,aduerte,quia ista l. videtur contrariari.§. fi.l.pręcedentis.Ideo pro concordia gl.prima fronte vr̃ ponere tres intellectus , sed caue , ne te decipiat , quia non sunt nisi duo intellectus, quia in vlt. parte repetit primum intellectum, quẽ reprobat . Ideo diuide in 4. partes principales. Primò ponit primum intellectum ad tex.quem gl. visa est sequi. Secunda ibi, & ſm hoc verbum hic positum si voles. Gl. tenendo illum primum intellectum,remouet tacitum contrarium.Tertia ibi,& erat differentia.Glo.ponit ſm intellectum. Quarta ibi, alij autem faciunt differentiam,vr̃ ponere alium tertium intellectum,sed non est,quia reprobat primum,ideo Bar.hic nō refert,nisi duos intellectus gl.¶In ea.glo.ad fi.Pro clara intelligentia gl.& tex.videndum est,qūo debeat concordari ista l.cum §. præcedenti.Glo.ponit duos intellectus.primus est,ꝙ in l.quod si ab initio,ideo non contrahitur statim mutuum,quia dictum est si voles,cuius verbi natura est,vt dato,quod semel voluerit, possit variare,& non velle. Et ideo si diceremus , quòd statim esset mutuũ,posset desinere esse,quod esset absurdum Requiritur ergo quod incipiat vti.Tenendo istum primum intellectũ, dicit gl in secũda particula,debet exponi tex. si voles idest si voluntariè vsus fueris:quare exponit isto modo? Dic quia si conditio,si voles,impletur sola voluntate,quamuis admittatur variatio l.si quis stipulatus, alleg.in glo.tamen tex.requirit actum facti,vt dicatur impleta cõditio: propter hoc dicit gl. intellige, si voles,idest si voluntariè vsus fueris,ita quod hęc conditio habeat annexum factum,& tunc non potest impleri sola volũtate,& sic amotio requiritur.alleg.text.in l.fin.de rer. diuis. vbi in simili,verbum,voluit transcendere,exponitur idest voluntariè
a transcenderit.& Bart.ibi inducit ad statutum, a quo cauetur.Si quis voluit corrumpere,puniatur,intelligi debet idest si voluntariè corruperit,non qđ sola voluntas puniatur,& pro illa decisione Bart.habes aliã gl. similem in l.1.in gl.in ver.voluerit.ff.de leg.2.quam ibi Paul. ponderat pro illa decisione. & aliam gl.in l.fi.in glo.2.C.de codicil.quam etiam ibi ponderat Paul. Idem quod Barto.tenet Bald.& Angel.in l.si quis Sempronium.ff.de hæred.insti.Iste primus intellectus glo.non est tenendus.Primò est contra tex. quem Albe. allegat in l.1.§.si pecunia apud te.j. depositi,vbi tex.vtitur verbo præteriti plusquam perfecti,si voluisses, & tamen non est mutuum, donec pecunia moueatur, ergo solutio est falsa.Secundò secundum istum intellectum esset differentia in verbis,quibus esset vsus deponens,tamen text. hic , & in §.præce. non faciunt differentiam in verbis, sed an ex interuallo deponens permiserit vti , an verò ab initio . Nec est verum fundamentum glo.quòd si iste semel voluerit vti, possit posteà variare,ex quo declarat voluntatem.Si ponamus esse mutuum, volũtas traxisset secum executionem, nec admitteretur variatio.l.apud Aufidium.vbi Barto. declarat.ff.de opt. leg.sed in l.si quis stipulatus.alleg.in glo.quamuis semel legatarius declarauerit voluntatem,tamen quia res apud se non erãt, non potuit transferri dominium in eum.ideo variatio admittitur.& ita Paul.de Castr.& Alexan.hic.Secundus intellectus gl. est,quòd in §.præce.voluntas accipientis præcessit voluntatem dantis.In l.quod si ab initio,voluntas accipietis secuta est. Aduerte,quia declarando bene,iste est bonus intellectus,& tenent Paul.hic,& Bald.in l.in ementis.in 5. oppo. C. de contrahend. emp.quem intellectum sic declarat in §. præce. voluntas accipientis præcessit voluntatem dantis.nam depositarius rogauit dominum, vt sibi permitteret vti pecunia deposita. Et ꝙ istud sit,dicit ibi text.ad eum,qui mutuum rogauit,& dominus fuit contentus.& sic in §.præce.primo præcessit voluntas accipientis,deinde dominus fuit contentus.sed in l. quod si ab initio.nō interuenit voluntas accipientis , sed sola voluntas dantis , quia dixit dominus deponens , Permitto tibi vti pecunia , si voles. ideo subdit tex.quia incertum est,an tu velis, nō est statim mutuum , nisi cœperis vti. & secundum hoc non obstat id, quod contra istum intellectum oppo.Albe.Fulg. & Alex. hic, quod in contractibus,qui re contrahuntur,non refert,quæ verba pręcesserint,vel quæ sequuta sint.Quia verum est,quando apparet de voluntate vtriusque partis.Sed in l.ista nō apparebat de voluntate accipientis. Alium intellectum extra glo. ponunt Gul. de Cun.Iacob.Butr. & sequuntur Albe.Sal.& d.Alexan.hic, & dicunt,quòd text.debent intelligi,& concordari realiter,prout expresè debent. Nam in §.deposui.dicitur, quòd ego deposui pecuniã ex causa depositi penes te , & postea (& sic ex magno interuallo) tibi roganti permisi , quòd possis vti pecunia. dicit text.statim est mutuum.Quare? quia ex quo ex interuallo post fuit apposita ista conuentio,apparet quòd partes voluerint reuocare, & sic reformare contractum sed in l.quod si ab initio. statim quando deponebatur, fuit dictum quòd posset vti,si vollet.& tunc non est præsumendum,quòd deponẽs voluerit statim discedi à deposito . Nam à principio potest apponi pactũ contra naturam depositi,& tamen remanebit depositum.l.Lucius.& l.die sponsaliorum. j. depositi. Istum intellectum multum suadet aduersatiua,quòd si ab initio, quæ denotat aliud esse,si ab initio sit conuentum,aliud si posteà.Non omitto,quod contra istum intellectum obstat tale motiuum . Nam secundum istum intellectum fit differentia an licentia vtendi pecunia deposita interueniat post depositum ex interuallo,an non, & sic non sit aliqua vis in illa conditione , si voles. Et sic secundum istum intellectum , si licentia (de qua in l. quòd si ab initio.) esset concessa ex interuallo,statim fuisset mutuum, etiam si pecunia non fuisset mota , & si non ex interuallo dixissem, permitto tibi vti, si voles, statim diceretur mutuum. & tamen id vltimum videtur falsum,per regulam.l. quoties. ff. de noua. vbi quoties post primum contractum purum.fit secundus sub conditione,ita demum secundus nouat primũ, si conditio impleatur,& non aliter,ergo etiam si ex interuallo daretur licentia vtendi,si voles,antequam ista conditio esset impleta,nõ dicitur mutuum.d.Alex. hic rñdet, ꝙ prima cõditio tacitè inest, eius ergo expressio ſm eum nihil operatur. Sed tu cõsidera,quia conditio ista,si voles,dato ꝙ tacitè insit,tñ conditio,quę continet in se actum facti,vt illa,si voles vti,de qua loquitur d.l.qđ si ab initio. non tacitè inest. Quartum intellectum ponit Bal.hic, qui dicit,ꝙ in §.fin. præcedenti fuit apposita conditio consistẽs in sola voluntate,quia dum ille rogaret mutuo pecuniam, fuit dictum , habeas mutuam si voles , quia cùm statim impleatur sola voluntate , statim est mutuum . Non obstat text. dicens permisi tibi,quia rñsio debet intelligi secũdum interrogata. quod nihil est,quia illud procederet,qñ responsio esset dubia. sed hic est clara. Sed in l.quod si ab initio.fuit apposita conditio consistens in facto &c.quem intellectum reprobãt Fulg. Paul. Lud. Rom. & Alex.hic, quia ſm istum intellectum substantia contractus conferretur in solam voluntatem.vnius contrahentiũ, quod fieri non potest,per regulam.l.in ementis.C.de cõtrahen. empt. Quintum principalem intellectum ponit Bald. hic. Sed ego clarius referam,quam ipse dicat.Debes scire,ꝙ contractus non potest conferri in voluntatem expressam debitoris,sed bene in velatam, seu voluntatem habentem factum annexum l. nonnunquam.ff.de cōdi.& demonst.l.1.ff. de leg.2.not.in d.l.in ementis.vnde in l.qđ si ab initio.si concedens dixisset,concedo tibi

ADDITIO.

a ¶Adde facere quæ scribit Crem.sing.50.si statutum dicat,si quis voluerit venenare aliquem, intelligi debet,idest voluntariè venenauerit.glo.in l.quod si ab initio,hoc titu,in l.fin.ff.de rer.diuis. MASVER.

tibi pecuniam ex causa mutui, si voles, non valeret; quia conferretur in voluntatem expressam, sed in l. quod si. contractus fuit celebratus in voluntatem velatam habentem mixturam facti. & sic valet, quia dictum fuit, Habeas pecuniam mutuo, si voles vti, quia igitur ista conditio non consistit in sola voluntate, ad hoc vt impleatur, requiritur implementum facti, & sic ꝙ incipiat vti. sed in §. præcedenti nulla fuit apposita cõditio, sed dñs absolutè permisit vti. Ideo statim fuit mutuum, prout est tex. in l. rogasti. in prin. & ibi Lud. & Alex. in 1. nota. ad hoc not. ꝯ. eod. titu. Quid tenendum? Ego puto, ꝙ nullus intellectus ex his, quos. s̃. retuli sit bonus de per se, sed iungendo tres intellectus simul habebis veritatem. Iunge intellectum glo. & intellectum Gul. & istum vltimum intellectum Bal. & habebis veritatem. Dico ergo, ꝙ in §. deposui, dñs primò deposuit pecuniam ex causa depositi. deinde non statim, sed ex interuallo posteà accipiens rogauit istam pecuniam mutuo, & sic præcessit voluntas sua, dominus permisit purè, tunc istis concurrẽtibus statim est mutuum, quia non erat conditio aliqua implenda, & partes de communi consensu intelliguntur recessisse à deposito, & fecisse contractum mutui. Et si dicas, quare requiritur ex interuallo? respondetur, quia si incontinenti tempore depositi permitterem, remaneret depositum, quia partes nõ præsumuntur mutare primum contractum. l. Lucius. & l. Publia. ff. depositi. sed in l. quod si ab initio. statim tempore, quo dominus deposuit non rogatus ab accipiente, dixit, permitto tibi si voles vti pecunia, tunc, quia non liberè permisit, sed cum illa conditione habente mixturam facti, ideo nõ statim est mutuum, sed ita demum, si incipiat vti, & sic deueniat ad factum. Iason.

S V M M A R I V M.

1 *In re exposita venali, an sit licita pœnitentia.*
2 *Quid in contractu permutationis.*
4 *Cuius gratia contractus dicatur celebrari.*
5 *Si roganti mutuum dem lancem, vt vendat, & pretium retineat, an dicatur mutuum contractum. & nu. 3.*

LEX II.

ROgasti. Pecunia redacta ex venditione rei meæ, de partium volũtate statim in causam mutui conuertitur. h. d. primò. Et periculum rei traditæ ad vendendum, vt pretio quis vtatur, pertinet ad vendentem, si talem rem venalẽ habebat; aliàs pertinet ad accipientem. hoc dicit, secundò, & sic sunt duę partes in tex. quæ patent ex summario. Continuatur cum l. præcedenti, quia. s̃. dictum, est quomodo pecunia deposita possit cõuerti in mutuum. in hac l. dicitur, quõ pecunia redigenda ex re alterius, possit in mutuum conuerti. dubium faciebat in prima parte, quia ad hoc vt sit mutuum oportet, ꝙ fiat de meo tuũ, vnde negatiuè si non fit de meo tuum, non est mutuum. l. 2. §. appellata. s̃. eod. titu. sed hic pecunia, quam habuisti ex venditione rei meæ, nunquam fuit mea, per consequens vr̃. ꝙ non fuerit mutuum, tamen ratio decidendi fuit, quia qñ tibi requirenti pecuniam mutuo dixi, Capias istam rem meã, & vendas, & habeas pecuniam mutuo, fingitur fictione iuris, ꝙ vendideris rem, & dederis mihi pecuniã, & sic habueris à me mutuo, & sic breui manu &c. tex. est in l. singularia. ꝯ. eod. Istud est mutuum naturale, cui ius ciuile cooperatur fingendo. In 2. dicto inquantum Iuriscon. distinguit, an ego prius haberem rem venalem, an non, vt habes in litera. Not. duos singulares effectus, qui non ponuntur hic in text. circa istam rem expositã ad ven-
1 dendum. ¶ † Primus est, pone, posui rem meam ad vendendũ, puta librum penes Bidellum ad vendendum, comparet vnus, petit librum à Bidello. Bidellus tradit, ille vult emere, dicit dñs, nolo amplius vendere, quia penitui, nunquid sit licita pœnitentia? Certè non, imò tunc ex quo posuit rem ad vendendũ, potest inuitus cogi ad vendẽdum. Ita limitatur regula. l. nec emere. C. de iur. delibe. Et potest cogi, vt iusto pretio vẽdat arbitrio iudicis. Ita singulariter dicit Bar. (nec memini alibi vidisse) in l. non enim. ff. rer. amo. per illum text. secũdum vnum intellectũ glo. Si istud dictum esset verum, esset singulare, & mirabile, sed non puto esse verum, & inuenio primò Cyn. & Bal. in l. 1. C. de episc. audien. in isto casu expresè dicere contrarium, & notabilius, & melius Albe. de Ros. in l. non enim. ff. rer. amo. tenet contrarium, & ostendit, ꝙ ille text. nihil probat, etiam cum intellectu glo. & contractus à principio debent esse meræ voluntatis, antequam deducantur ad esse, per regulam. l. in commo-
2 dato. §. sicut. ꝯ. cõmo. † Secũdus est effectus no. circa istã rẽ expositã venalem, licèt in contractibus innominatis habeat locũ condictio ob causam ex parte eius qui impleuit, ad repetendum, ꝙ dedit contra partem non perfectè implentem, & sic locus sit penitentiæ in contractibus innominatis. l. si pecuniam, in princi. vbi dicetur. ꝯ. de condi. ob. caus. Tamen in contractu innominato, puta permutationis, si ego exposui aliquam rem venalem, siue mobilem, siue immobilem, posteà illam permuto tecum cum alia re, & trado, tu autem nõ imples pro parte tua, quia non tradis, vel tradis rem, quæ euincitur, & sic nõ perfectè, certè ex parte mea, qui impleui, in isto contractu innominato non habet locum penitentia, nec possum per condictionem ob causam repetere rem, quam dedi, quia illa res fuit exposita venalis, quæ posteà fuit permutata. Tex. est in l. 1. secundum vnum intellectum glo. C. de rer. permu. quem ibi Docto. approbant. & dicit Bar. ibi, ꝙ est singularis tex. ad hoc. ita etiam not. illum tex. Bar. in l. 1. circa fin. in pen. quæst. vel melius, pen. dicto. ff. de rer. permu. Illum text. etiam ad hoc reputat singu. Bart. in l. 2. C. de condi. ob causam. & Ang. in l. sciendum. §. deinde. ff. de ædil. edict. Sequitur Imol. in l. Arist. in prin. ff. de donat.
3 Nec aliquis in mundo contradicit, quem ego viderim. ¶ † No. ex ista l. quòd quando quis dat alicui rem suam, vt vendat,
a & habeat pecuniam mutuo, tenetur ex causa mutui.[a] intellige secundum l. si tibi rem. in princ. ff. de præscr. verb. & l. 1. ff. de æsti. actio. & l. si margaritam. ff. pro soc. & secundum distinctionem Albe. & Paul. de Cast. hic. ¶ Not. tex. ibi, vt nummis vtereris, iuncto text. ibi mutuam pecuniam factam. hic esse tex. quẽ Lud. Rom. reputat singu. & ponit d. Alex. in 1. not. licèt non faciat de eo mentionem. Mutuum contrahitur sola voluntate, etiam antequam recipiẽs incipiat vti, quod facit ad intellectũ. §. deposui. in l. certi condictio. s̃. eod. vnde si concedo, vt vtaris, vel possis vti, non adiecta alia conditione, ipso iure statim fit mutuum, etiam antequam vtaris. ¶ Not. 2. ex tex. in fi. maximè si sine vsuris, hic esse text. meliorem de iure secundum Angel.
4 † ad cognoscendum, cuius gratia contractus dicatur celebrari. nam non debet attendi, ꝙ vterque vtilitatem percipiat, sed cuius gratia principaliter factus sit contractus. de hoc dixi in l. si quis nec causam. in princip. s̃. eod. Ideo nõn repeto. ¶ Glo. in ver. si vendideris. ad fin. glo. istud, quod dicit gl. ꝙ quando iste non vtitur pecunia, est cõtractus innominatus, & oritur actio præscri. verbis. Intellige verum, nisi iste acceperit rem vendendam causa societatis, vel ex mandato, vel ex alia causa nominata, tunc oritur actio ex illo contractu, non actio præscriptis verbis, dato etiam, ꝙ non vtatur. text. est in l. si margaritam. ff. pro soc. & in l. si tibi rem. ff. de præscr. verb. secundum Albe. & Paul. de Castr. hic. ¶ In glo. in ver. factam. Istud est difficile contrariũ, quod contrarium etiam format glo. in l. singularia. in glo. vlt. in princ. ꝯ. eod. & quia Doct. ibi plenè examinant istud contrariũ,
5 ideo reseruo ibi examinandum. ¶ † Extra gl. solus Lud. Roma. hic circa primam partem tex. mouet nouam difficultatem. dicitur in prima parte. Si amico roganti pecuniam mutuo, dedi lancem, vt ea vendita nummis vteretur, statim facta venditione contrahitur mutuum in talibus nummis: pulchrum dubiũ est, nunquid iste debitor teneatur restituere quantitem pecuniæ, an vero si velit restituere eandem lancem, possit inuito creditore? Lud. Rom. refert se in contingentia facti consuluisse, & obtinuisse contra dominum Nellum de sancto Gemi. ꝙ possit restituere illam lancem inuito creditore. Motus vna ratione, quia quoties quis est debitor quantitatis pecuniæ non simpliciter, sed respectu certæ speciei, potest illam speciem inuito creditore soluere. Ista est doctri. Bart. approbata in l. 2. §. mutui. s̃. eod. vbi alleg. quatuor leges. & ibi etiam retuli istam decis. Ludo. Imò plus tenet, dato, ꝙ in casu huius. l. iste debitor fuisset condemnatus, vt solueret quantitatem pecunię, quam recepit, adhuc non obstante sententia posset tempore executionis soluere illam lancem, quam accepit. per text. quem etiam alleg. Bart. in d. §. mutui. in l. fideiussor euictionis. ff. de excep. dol. Istũ passum alij non attingunt. Ista est vna ex conclusionibus, quas hodiè publicare feci, & propterea diligẽtius examino istũ articulum. Pro eius veritate debes tu prouectè in primis aduertere, quòd si ista decisio Ludo. est vera ad istum text. ex ea infero duas notabiles illationes, & duos notabiles effectus. Nam si verum est, quòd debitor possit soluere lancem pro quantitate pecuniæ, eo quia censeatur debitor quantitatis respectu certæ speciei, (vt dicit Ludo) sequitur, quòd cùm nos habeamus
* conclusionem *magis communiter approbatam*, ꝙ quando quis est debitor quantitatis respectu certæ speciei, liberatur perempta illa specie à debito quantitatis. Ita concludit Bar. in l. quod te. in 1. col. s̃. eo. vbi disputaui. & ibi Bar. ad hoc alleg. quatuor iura. & idem Barto. vbi Mod. ponunt, in l. si ex legati causa. de verbor. oblig. cum suis concor. sequeretur ergo, ꝙ vendita tali lance, si contin-

A D D I T I O.

a ¶ Ex causa mutui. Ampliat Bar. in l. singularia. col. 4. vers. 2. viden. s̃. eo. PVRPV.

contingeret eam consumi incendio, vel aliter, debitor etiam esset liberatus à quantitate. Secundò ex hoc sequeretur correlariè magna limitatio ad istum text. qui dicit, ꝙ si ego non habebam propositum vendendi lancem, & vt tibi mutuarem pecuniam, eam dedi vendendam, periculum est statim tui accipientis,& consequenter, si cõtingeret lancem perire, tamen tu debitor teneris ad æstimationem. Certè si decisio Lud.est vera, oportet limitare istum text. imò restringere, quod periculum spectet ad accipientem, verum sit antequam vendat, sed postquam vendidisset, non solùm periculum nõ spectaret ad eum, imò fortius si contingeret lancem perire, esset sua vtilitas, quia per hoc liberaretur etiam à quantitate. Sed quia ista sunt nimium absurda, ideo pro veritate publicaui dictam conclusionem contra Lud.Rom.hic, ꝙ non posset debitor talem lãcem soluere inuito creditore, quia si illa esset vera, sequerentur absurda, quæ retuli,& præcipuè, ꝙ perdita lance, vel consumpta, debitor, qui habuit pecuniam, liberaretur à quantitate. contra l.hominem.ff.mand.& l.quod si possessor.§.fin.ff.de pet.hæred. Nec est verum fundamentum Lud. dum dicit, ꝙ iste debitor censetur esse debitor respectu certę speciei, idest lãcis, nam dicit falsum. Ostendo oculata fide. Quãdo do tibi lancẽ vendendã, vt ea vendita nummis vtaris, secundum quod dixi in text. hic cõtrahitur mutuum naturale, cui ius ciuile operatur,& nisi ius ciuile operaretur, non posset esse mutuum verè, ex quo illa pecunia nunquam fuit mea, ideo non potuit contrahi mutuum verè, tamen quia lex fingit, ꝙ postquam vendideris lancem, tu dederis mihi pretium, & ego numerauerim tibi illam pecuniam, & sic breui manu fingitur pecunia tantum à me ad te profecta.l.singularia.j.eo.& l.licèt.ff.de iur.dot.ergo in isto mutuo non est nisi quantitas pecuniæ debita, non respectu certæ speciei, quia in mutuo nõ potest haberi respectus ad speciem. l.fin.ff.de præscrip.ver.Ita sentio,& concludo.

SVMMARIVM.

1 *An pactum possit tollere actionem.*
2 *An in minori summa prolata dispositiuè intelligatur dictio taxatiua. nume.3.*
4 *Vbicunque est consensus vtriusque partis, ibi oritur naturalis obligatio.*
5 *An ex pacto nudo de donando possit agi.*
6 *An ex pacto de luendo, seu retrouendendo, vsura committatur.*
7 *In dubio non præsumitur contractus vsurarius.*
8 *In dubio non præsumitur delictum.nu.9.*
10 *An si obligationi mutui adijcitur factum, dicatur vsura.*
11 *Si Doctor mutuet pecuniam scholari, vt secum intret, est vsura.*

§.Si tibi decem dedero. Hoc dicit.Obligatio mutui
a potest contrahi in minus, quàm sit datum, [a] sed nõ in plus.hoc
1 dicit,& habet duo dicta, quæ patent ex summario. † In primis pondera text. in verbo ipso iure. hic esse text.singu. secundum Bal.hic in lect.antiqua.& melius in lect.ordinaria.in prima oppo. per quem limitatur regula.l.si vnus.§.pactus ne peteret, cũ glo.s.de pac.vbi Doct.vbi ponitur regula, ꝙ si præcedit contractus efficax, ex quo oriatur naturalis.& ciuilis obligatio, & fiat pactum de non petendo, tale pactum non potest ipso iure tollere actionem, cùm sit nudũ, sed bene parit exceptionem. per istum tex.Limitatur singu.illa regula, vt procedat, quãdo post contractum iam perfectum fieret posteà istud pactum de nõ petendo, tunc ipso iure tollere non posset, sed si à principio tẽpore quo fit cõtractus apponeretur pactum de non petendo, istud pactum appositum à principio impediret ipso iure ortũ vtriusque obligatonis,& sic actionis. Et ad hoc bene facit vulgata regula, quia facilius quid impeditur fieri, quàm posteà, ꝙ est factum, tollatur. l. patre furioso.de his qui sunt sui, vel alie. iur.& c.quemadmodum.extra de iureiu. Ista limitatio elicitur ex hoc tex.hoc modo. Nam quando mutuo 10.obligatio intelligitur cõtracta ad decem,& tamen hic est tex. ꝙ si à principio tunc fiat pactum, ꝙ non debeantur nisi nouem, ipso iure non debentur nisi nouem, quia pactum fiebat in ipso ortu obligationis.& ante Bald. Albe.de Ros. ad hoc not. istũ text. Idem not.Paul.hic in 1.notabili.& do.Alex.hic,& idem Alex.in d.l.si vnus.§.pactus ne peteret.in 2.col.in 4.no.nec inuenio aliquem discrepare. Ego autem veritatis inquirendæ causa, publicaui hodiè conclusionem in contrarium, ꝙ talis limitatio non probatur ex hoc tex.Fundamẽtum, quo moueor, est, quia si numero tibi 10.non est verum, ꝙ ex tali numeratione oriatur aliqua obligatio, vel actio. Actio enim nõ oritur ex numeratione, sed ex eo, quod partes agunt.tex.est clarus in l.non omnis.in princ. & in l.si ego.j.eo.tit.& tex. plenius in l.obligationum substãtia. in prin.ff.de act.& obl.Ortus ergo obligationis non est in numeratione, vt præfati Doct. præsupponunt, sed est, & inde incipit ex eo, qđ partes agũt. Si ergo numero 10.& agimus, ꝙ nouem tantum debeantur, non est verum ꝙ hic impediatur ortus ex numeratione, quia cùm ex sola numeratione nõ oriatur actio, vt dixi, sed ex eo qđ partes agunt, certè illud, quod non est, non potest impediri, quia non entis nullæ sunt qualitates, vulgata.l. eius, qui in prouincia.j.eo.& sic mihi vr̃, ꝙ iste tex.nihil probet. Tamen pro primo notab.Bal.& aliorum adde text. in l.lecta.in ver.pen.j.eo. Ibi tñ vsurarum obligatio ipso iure non committeretur. Vbi pactum nudum, quamuis non posset ipso iure tollere vsuras iam commissas, tñ vt ibi dicit tex.bene ipso iure impedit vsuras committendas, ne committantur. Secundò põdera eundem tex.dum dicit, vt nouem debeas. Nam subauditur
2 dictio, tñ,& ꝑpterea hic est tex.fm Bald. Paul. & Alex.hic, † ꝙ in maiori summa prolata dispositiuè, intelligitur dictio taxatiua, tñ. Facit bene tex.in l.pen.§.fin.ff.de act.emp.not.gl.in l.venditor hominis.in prin.eo.tit.quæ rñdet ad illum tex. qui vr̃ facere in contrarium, licèt Alex.hic alleget pro concordanti. Secus est, qñ summa profertur ex parte creditoris enunciatiuè.l.rationes.vbi gl.& Bar.& Docto.not.C.de proba.Bar.& omnes.in l.si quidem.per illum tex. C.de transact. & in l.si cũ dos.ff.rer.amo.
3 † Quid autem qñ summa [b] profertur à teste, nunquid subintel
b ligatur dictio taxatiua, tñ? Exemplum. Testis productus dicit talem rem venditam valere centum, nunquid subintelligatur, tñ, ita ꝙ non plus? Ponit Bar.post gl.in l.fi.§.1.ff.de leg.2. Ludo. Rom.in l.cum furti.vbi videas tex.ad prędicta.ff.de in litem iuran.& latius Alex.in consil. incip. visa consultatione præmissa. & in consil.356.inci.visis probationibus.in 2.col.cum alijs concor.per eum adductis.lib.2. ¶ Tertiò principaliter nota ex secũda parte tex.fm ꝙ subtiliter not.Bal.non hic, sed in l.eius, qui in prouincia.in 7.col.j. eod. pro limitatione regulæ, quæ habet, ꝙ vbicunque adest consensus vtriusq; partis, ibi oritur naturalis obligatio, cũ ex consensu oriatur naturalis. l. Stichũ aut Pamphilum.§.naturalis.ff.de solu.l.1.ff.de pac.declarant Bar. & alij. in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.& Bar. in l.Iulianus verum debitorem.j.de condi indeb. Nam illam regulam dicit limitari per istum tex.vt procedat in contractibus, qui solo consensu contrahuntur.Sed in contractibus qui re contrahuntur, vt mutuũ, vbi non põt esse ꝯtus sine re, certè q̃uis adsit consensus vtriusque partis, non oritur naturalis obligatio. Istud patet in hoc tex.Nam numero 10.tibi vt 11.debeas, licèt ꝯsensus vtriusque adsit in 11.tñ 11.non debentur etiam naturãliter. Ego pro intelligentia feci publicari, nunquid illa 11. saltem naturaliter debeantur.Et considero ꝙ iste tex.per quem mouetur Bald.mihi nihil probat: dicit enim amplius quàm 10. condici non posse. Pondera verbum, condici.& sic agi. per hoc non negat, ꝙ naturalis non sit orta, q̃a dato ꝙ 11.naturaliter deberentur, non possent condici.l.iuris gentium.§.igitur nuda.ff.de pact.Considera tñ si fortè Bal.voluit inducere tex.hoc modo. licèt non dicat.& voluit ponderare tex.in secũda parte in illa aduersatiua, sed & si.Nam cùm ponatur cum copula,& denotat diuersitatem in facto, sed indentitatem in iure, gl.in l. sed & si lege. in prin.ff.de peti.hæred.cum vulgarib.Bar.in l.hoc amplius.§.de his autem. ff.de damn.infec.si ergo debet denotare idem ius, prout in casu præcedenti,& in casu præcedenti sit dictum ipso iure, & idẽ ius debeat esse in ista secunda parte, ergo ipso iure non debent nisi 11.ergo nulla obligatio erat orta. Nec dicas, ꝙ istud melius probatur in l.si tibi decem, in princ.de pact.& in l.cum vltra.ff. de non nume.pecu. quia loquuntur de obligatione efficaci, ex qua possit agi. Quicquid sit, puto ꝙ istud notabile melius; & clarius probetur per tex.in l.eius qui in prouincia.in ver. qs vero.in fi.Ibi, neque.pignora teneri.j. eo. † vbi interuenit cõsensus
4 vtriusque partis in mutuo, de quo ibi, & tñ apparet, ꝙ nõ oritẽ naturalis obligatio, vt expressè vult tex.dũ dicit, *neq; pignora teneri.* Nam si nasceretur obligatio naturalis, sola naturalis sufficit, vt pignus debeatur,& fideiussor teneatur. l. per retentionẽ. C.de vsu.l.1.ff.de fideius.¶ Vltimò not.ex hoc text. ꝙ obligatio quæ contrahitur re, non potest contrahi in plus, quàm re sit datum, ẽt si sit actum expressè, ꝙ in plus ꝯhatur, quia vt dicunt
c Docto. potius caderent sydera, q̃ obligatio ꝯhatur [c] in plus, q̃ sit datum.concor.d. l. si tibi decem. cum alijs. Intellige tñ text. procedere in mutuo naturali, secus in mutuo ciuili. Nam si in instro aliquis confiteatur habuisse,& recepisse, quamuis re vera nihil acceperit, elapso biennio, est efficaciter obligatus.Insti.de lit.obl.& l.in ꝯtib.in prin. C.de non num.pecu. Illud ideo est, quia

ADDITIONES.

a ¶ Datum. Vide notan.Ias.in l.cum quid.in 2.lec.supra eo.col.5. PVRPV.
b ¶ Summa. Adde Paulum de Leaza.in disputa.inci.contra instrumentum debiti.
c ¶ Contrahatur. Adde not.Dec.consil.141.colum.2.& fin. & Alexan.lib.2.consilio 211. PVRPV.

quia lex fingit eũm habuiſſe, & recepiſſe, ſecundum Angel. &
Lud.hic.¶Glo.in ver.condici non poſſe,diuiditur in tres partes
prin.Primò aſſignat rationem ad tex.a partibus ſufficiẽter enu
meratis.Secundo oppo.contra tex.& ſoluit.Tertiò format no.
q.Secunda ibi,ſed cùm hoc pactum. Tertia ibi,ſed pone factũ.
In gl.ibi.in l.ſi quis argentum. in §.pen.habes ex glo.rationem à
a partibus ſufficiẽter enumeratis, [a] quare 11. non poſſint peti. &
in primis dicit gl. quia non poſſunt peti tanquam vſuræ, quia
vſuræ non debentur ſine ſtipulatione.l.quamuis.j. alleg.in glo.
C.de vſu.cum glo.in hoc *tranſeunt omnes hic.* & gl.Bar.& omnes
✱ in l.ſi tibi decem.in prin.de pact.Per iſtam rationem, quam *om
nes approbant*,habes inferre,ꝙ iſte text.non procedit, niſi in pec.
num.ſtrictè tantum, quia in pecunia numerata non poteſt de-
beri vſura,niſi cũ ſtipulatione, ſed in alijs rebus mutuabilibus
excepta pecunia ſtrictè debetur vſura pacto nudo, vt in vino,
frumento,oleo, & alijs ſim.l.frumẽti.& l.oleo.C.de vſur.Certè
attenta ratione glo.approbata per omnes,infertur.Si mutuo ti
bi decem ſaccos frumenti,cum hoc,vt reddas 11.vel 10.brẽtas
vini,vt 11.reddas,quòd illa 11.tanquam vſura poſſunt peti, qa
in omnibus iſtis pacto nudo debetur vſura, & non requiritur
ſtipulatio, iuribus præalleg. Et ſi dicis,quæ eſt ratio diuerſitatis,
quare in pec.num.ſtrictè non debetur vſura pacto nudo,ſed re
quiritur ſtipulatio,& tamen in vino,frumento,oleo,& alijs re-
bus mutualibus debentur vſuræ pacto nudo.d.l.frumenti. & l.
oleo,præalleg? Ratio eſt,quia in pecunia numerata, ſi numero
tibi 10.ducatos,vt reddas 11.certum eſt,ꝙ cadit vſura. In alijs
rebus non ſic,ſi mutuo tibi 10.ſaccos frumẽti,vt reddas 11. po
teſt eſſe, ꝙ reddendo 11.non erit vſura, quia in iſtis rebus æſti-
matio variatur ex ſolo curſu temporis. In nummis nunquam
variatur.l.nummis.ff.de in lit.iur.poteſt ergo eſſe, ꝙ & tempo-
re,quo mutuaſti 10.ſaccos frumenti,illi 10. valebant plus, quã
iſti 11. quos nunc reddo. quia ergo eſt incertum, an illud plus,
qđ ego debeo, poſſet creſcere, vel decreſcere, ideo lex facilius
conceſſit,vt debeatur vſura pacto nudo.In pecunia autem nu
merata ſemper certum eſt eſſe vſuram, ideo nõ ita facilius lex
conceſſit vſuram,& noluit deberi ſine ſtipulatione interpoſita.
Iſtam rationẽ aſſignãt Fulg.Paul. & Alex.in l.ſingularia.in 1.gl.
j.eod.& Fulgo. hic, & licèt non dicant iſtam rationem.l.ſenſit
tex.in l.oleo.ibi,incerti precij ratio.C.de vſur.& bonus tex.in c.
nauiganti.in 2.& 3.reſponſo.de vſur.Illud tamẽ,quod dixi limi-
tando gl.intellige,attento iure ciuili. Quid autem ſit de iure ca
b nonico, [b] videatis in d.c.nauiganti. Item dum glo.dicit,iſta 11.
non poſſunt peti tanquam donatio, quia olim ex pacto nudo
de donando non poterat agi, hodiè autem bene oritur actio.l.
5 ſi quis argentum.§.pen. C.de donat. † Aduerte,iſta gloſſ.poteſt
dupliciter intelligi,inquãtum vult, ꝙ hodiè ex pacto nudo de
donando poſſit agi. Primò poteſt intelligi, vt non referatur ad
tex.& tunc glo.bene dicit.Secundò modo poteſt intelligi,ꝙ ad
caſum text.referatur,& glo.velit illa 11.hodiè peti tãquam do-
natio,& tunc glo.reprehenditur per Bar.& Docto.hic.& in d.l.
ſi tibi decem.in princ.eo quia iſtud pactum, de quo in tex.non
poteſt cenſeri donatio, quia non ex cauſa donationis promiſi
11.ſed vt mutuares 10. Et ideo cũ poſſit capi alia præſumptio,
quàm donationis,non præſumitur donatio, quia potius præſu
mitur fatuitas,vt inquit Bald.in l.generaliter.in 3.col. C. de non
nume.pecu. Sed tu fortius dic,ꝙ etiam ſi præſumeretur dona-
tio,tamen non oriretur actio etiam hodiè, quia licèt ex pacto
nudo donationis oriatur actio, eſt verum in donatione vera,
non in præſumpta, vt hic, ne concurrant duæ improprietates.
Ad idem tangit Bar.in l.iuris gentium.§.igitur nuda.& in l.ſi ti-
bi decem.de pact.¶In glo.ibi,odio vſurarum licèt Docto. tran
ſeant cum iſta ſolu.tamen quia eſt refugium miſerorum, vt di
cit gloſſ.in l.filium quem habẽtem.C.famil.erciſc. ideo dic,qđ
ratio eſt clara de iure communi, quia pactum de reddẽdis 11.
appoſitum iuxta contractum mutui,quare actionem nõ pro-
ducit, & ſic non informat, quia iſtud pactum eſt appoſitum
contra naturam contractus mutui. Sed ad hoc vt pactum iux-
ta contractum informet, vel capiat fomentum à contractu,
oportet ꝙ det legem contractui.l.iuris gentium. §. quinimo.ff.
de pact.Ibi,*ea enim pacta inſunt, quæ legem contractui dant.* hoc eſt,
oportet,ꝙ talia ſint,ꝙ poſſint deduci in cõtractum,ergo iſtud
pactum non poteſt informare contractum mutui,cùm ſit cõ-
tra naturam ipſius.Ita declarat Bart.in l.iuris gentium.§.quini-
mo.in 4.colum.præalleg.& Alexand.in l.in bonæ fidei.in 1.not.
C. de pact. vbi alleg. concor. Iſtam ſolu.in terminis iſtis voluit
Barto.in d.l.ſi tibi decem.ſupra de pact.ſi bene videbis.¶In glo.
ibi.habet enim locum hæc diſtinctio in alijs contractibus. Not.
multum iſtam gl.quæ eſt ſing.in iure.ſecundum Paul.de Caſt.
hic,ad ea,quæ habentur in cap.illo vos.de pign.& in cap.ad no
ſtrum.de empt.& vend.in quibus locis habetur, & millies acci-
6 dit in facto. † Ego vendo domum, vel fundum pro modico
pretio,& minori, quàm valeat, poſteà cõduco in perpetuum,
cum pacto de reluendo,vel retrouendendo, nunquid iſtud ſit
vſura? Docto.dicunt, quod ſic,cùm ex modicitate pretij cum
pacto de retrouendendo præſumatur vſura,maximè in ſolito
fœnerari.hic habes ſolennem glo. quod an ſit ſolitus fœnerari,
vel non,habet locum in alijs,preterquam in mutuo, quia ſem-
per eſt vſura. de hoc Alexand. hic alleg. plures remiſſiones, an
7 debeat fieri illa diſtinctio. ¶†Not.tamen diligenter id,quod di-
c cit Bald. circa fin. hic, quòd in dubio nunquam præſumitur [c]
contractus vſurarius.alleg. text. in l. qui per retentionem. C.de
vſu. vbi in dubio non præſumitur vſura vltra legitimum mo-
dum. & text. in l. ampliorem. in fin. C. de appel. & meliorem
text. omnibus in c.nauuiganti. in 2. & 3.dicto. de vſur. & iſtud
dictum Bald.refert,& ſequitur Alexand.in conſil.266.ſuper tit.
quæſtionis tranſmiſſæ.in 2.col.lib.2.& aliud non allegat præter
Bald.hic.Sed tu adde,quòd iſtud idem dicit Bald. ad literam in
8 rub.extra de offic. iudi. in 8. colum. † Pro iſto dicto facit regu-
la.In dubio non præſumitur delictum,vel illicitum.l.merito.ff.
pro ſoc.iuncto eo,quod per regulam d. l. merito. decidit Bart.
in l.gerit.in 6. colum.ff.de acquirend. hæred.Facit,quod voluit
Gul.Angel.Paul.& Alexand.in l.1.per glo.ibi.C.de his. quib. vt
9 indig. † Si ergo dico alicui. Ego vindicabo eum,qui fecit mihi
iniuriam,& ille reperiatur mortuus, nunquid præſumatur per
iſta verba,quòd fuerim ille,qui occiderit eum? Dico,quòd nõ,
quia illa verba vindicabo,poſſunt intelligi via facti,& via iuris.
In dubio debent intelligi via iuris, vt excludatur præſumptio
delicti,an tamen faceret indicium ad torturam, ibi videas. Fa-
cit,quod not.Barto.& omnes in l. non ſolùm.§ ſed vt probari.
ff. de oper. nou. nunc. cum mille concord.ibi traditis per Alex.
& alios,quæ poſſent hic referri. ¶In glo.ibi præterea decretum
dicit. Dic, quod eſt 14.q.3.cap.1.2.& 3. & c.conſuluit.de vſu.
10 ¶†In fin.glo. habes ex gloſſ.quòd ſi obligationi mutui adijcia-
tur factum,quòd eſt vſura, vt eſt quando mutuo 10.cum hoc,
vt vltra illa 10.aliquid facias pro me.Iſtam glo.intelligunt, & li
mitant Barto. & Angel. vt procedat, quando tale factum eſt
augmentatiuum obligationis, ſecus ſi non eſt augmẽtatiuum
obligationis,ſed per illud magis cautum eſſet creditori.Exem-
plum. Mutuo tibi decem cum pacto,quòd tenearis mihi dare
tot pignora,vel aliud ſimile. Iſtud dare pignora non auget obli
gationem,ſed facit,quòd creditori magis cautum ſit. Ita intelli
git glo.in l.ſed & ſi quis.§.fin.ff.ſi quis cau. Hinc dicunt Docto.
quòd Bononienſes vſurarij exercebant talem cautelam. Mu-
tuo tibi centum ducatos, cum pacto, quòd tenearis venire ad
ſtandum ſuper hoſpitio,donec ſolueris,& ſi non feceris,tenea-
ris dare 20.nomine pœnæ. Illi dicebant non eſſe vſuram,quia
illa pœna adijciebatur facto,ſecus ſi adijceretur quantitati. An
iſta ſit vſura,vel ne,tangunt Alber.& Alexand.hic,ſed quia iſte
paſſus tangitur ordinariè per Bart. & omnes in l.ſtipulatio iſta.
§.alteri. cum multis concor. quas ponit ibi Alexand. ideo non
tango hic. Ponit etiam Bartol.in l.cum ſeruus. ff. de condi. &
demonſtr. Quantum vero ad propoſitum Fulg. & Ludo. Ro-
ma.hic melius dicunt,quòd gloſſ.in d.l.ſed,& quis.§.fin.non eſt
contraria. Nam iſta gloſſ.loquitur,quando obligationi quan-
titatis adijcitur factum. Exemplum,mutuo tibi 10. vt vltra 10.
tenearis mihi ſcribere librum,tunc eſt vſura,ſed in glo.contra-
ria obligationi facti eſt adiecta pœna. vt ſiſtere in iudicio, & ſi
non ſiſtetur, promiſit pœnam, & ſic ille caſus eſt diuerſus à gl.
noſtra. Tamen cum ſolo Barto. hic tenet Alexand. in conſil.
60.incip.ſtantibus his,quæ ſupra narrata ſunt.in 2.colum.libr.4.
11 ¶† Item facit iſta gloſſ. quòd ſi Doctor mutuet [d] pecuniam
d ſcholari,vt ſecum intret, quòd eſt vſura,vt per Abb.in cap.fin.
de vſu. Et per iſta eſt expeditus vtiliter iſte.§. vt puto.

ADDITIONES.

a ¶Enumeratis.Adde l.filius.in §.filius.de leg.1. Bal.in d.l.conuenticulam. C.de Epiſcop.& cleri.Barb.in cap.cum venerabi. de excep.

b ¶Canònico.Adde Lauren.de Rodul.in repe.cap.conſuluit.de vſu.

c ¶Præſumitur.Vt in cap.fin.de conſuet.colum.8. PVRPV.

d ¶Mutuet.Adde glo.& Bald.in l.1.in §.item ſolent.ff.de off.præſ.Bald.in proœ. Decret.Petr.de Ancha.in regula peccati.in 8.quæſt.de re.iu.lib.6.Io.de Ana. in rubr.de vſur.

SVMMARIVM.

1 *Seruus,cui dominus conceſſit liberam peculij adminiſtrationem,an poſſit mutuare.nume.2.*

3 *Procurator ſi mutet conditionem in deterius, an intelligatur reuocatum mandatum.*

4 *An ex conſumptione pecuniæ reconcilietur mutuum.nu. 5. & in d.l.rogaſti.§.ſi à furioſo.nume.5.*

6 *Per ſeruum non quæritur domino certi condictio.*

§.Si

§.Si fugitiuus. Ex numeratione pecunię facta per seruum voluntate domini tacita,vel expressa contrahitur ab initio mutuum : aliàs secus, nisi consumptione postea bona fide sequuta.h.d.& habet duo dicta,quæ patet ex summario.¶In tex.ibi,aut si dolo malo desinant possideri poterit ad exhibendum agi. Iste tex.vr̄ velle, ꝙ si nummui mutuati per seruum fugitiuum sint cōsumpti mala fide,dn̄s agere debeat actione ad exhibendum , & sic innuit, ꝙ non possit agere rei vend.prout in primo casu,qn̄ tales nummi extant. Et ita intelligit Alex.in suo summario. Sed iste sensus licèt conueniat verbis literæ,tn̄ non videtur bonus,quia ad hoc,vt possit conueniri rei vendi.paria sunt,vel ꝙ nummi extent,vel qd̄ dolo desinant extare.l.is quis dolo.& l.sinautem.§. sed is.& l.qui petitorio.in prin. de rei vendi. & l.parem.de reg. iur.& in specie istud tenet glo.in l.si filiusfamiliàs.in ver.condidictionem.j̄.eo.& expresse Raph.Fulg.& Pau.hic in fi. Et propterea licèt litera videatur aliqualiter refragari, tn̄ veritas est vtroq; casu : siue nummi extent: siue dolo malo desierint extare,possunt vendicari, & vtroq; casu poterit ad exhibendum
* agi.¶No.ex tex.ibi, *& quidem si seruus, cui concessa est peculij admi-*
1 *nistratio.* † Seruus,cui dn̄s concessit administrationem peculij, potest mutuare,& consequenter transferre dn̄ium , & sic alienare.Intellige istum tex.procedere nō simpliciter,prout iacet, sed qn̄ dominus concessisset seruo administrationem. Nam si dn̄s simpliciter concessisset seruo administrationem peculij, non posset mutuare,nec alienare,sed bene qn̄ concessit administrationem cum libera : tunc potest mutuare , & transferre dn̄ium.tex.est in l.quam tuberonis.§.filia.& ibi gl.ff. de pecu.& in l.cum fundus.§.seruum tuum prudens.versi.quod ad peculiares nummos tuos attinet , & ibi expresse gl.in ver. euanescit. circa.fin.j̄.eod.& ibidem expresse do. Alex.in 6.not. & Pau.de
2 Cast.ibidem in summario.¶ † No.secundò ex text.ibi in versi. fugitiuus autem. ꝙ seruus fugiendo à dn̄o , ipso iure priuatur libera administratione peculij,quam dn̄s concesserat,vt hic,&
3 l.libera.ff.de pecu.† Ex quo inferunt Bald. Ange.& Mod.hic,ꝙ si procurator, cui dn̄s dedit mandatum , mutet conditionem in deterius,puta,quia bannitus efficiatur, vel ribaldus, ipso iure intelligatur reuocatum mandatum, quod est vtile ſm eos pro mercatorib. qui habent institores , seu factores præpositos apothecæ,vel mercaturæ,qui possunt obligare dn̄m principalem.Tamen si mutent conditionem in deterius, statim intelligitur reuocatum mandatum.Ad idem est tex.in l.cum quis.in prin.& ibi Bar.& in l.Stichum.§.vsumfructum. vbi Ange. not. limitat.& in l.cum Cornelius. & in l.si quis seruo. in princ.ff.de sol.& in l.eum,qui ita.§.qui filio.vbi Bar.& Mod. ff.de verb.ob. & in l.pater hæredi.§.fi.de testa.tut. vbi idem deciditur in tutore.& ibi ponunt Cyn.& Bal. Et ista est vna extensio ad dictam regulam, & pro ea facit etiam text.in l. in confirmando , & ibi Bart.ff.de confir.tut .Idem est in executore vltimæ voluntatis. tex.est in l.liberto.§.largius.ff.de ann.leg.ſm Ioan. de Imo.in d. l.eum qui ita.§. qui sibi, aut filio. Et ista est alia extensio ad dictam regulam. Amplia tertio,vt procedat etiā si statum mutaret in melius prout hic per Alex. Amplia quartò, quia licèt aliàs qn̄ reuocatur procurator, necessaria sit certitudo dn̄i. l. sed & si pupillus.§.proscribere. ff.de insti.glo. & Bart.in l.vnica. C.de satisd.Can.in c.ex parte decani.de rescri.in c.2. de procur. in 6.& in cle.1.vbi glo.de renun.Tamen, qn̄ sine facto domini reuocatur procur.per mutationem status in deterius, non requiritur certioratio dn̄i.Ita Bal.hic.Ratio est,qn̄ reuocatio procedit ex facto dn̄i, ideo est necesse, ꝙ certioret , quia possent decipi contrahentes.Sed qn̄ lex reuocat,reuocat etiam domino ignorante.¶Limita dictam regulam quatuor modis. Primò, vt procedat,quo ad debitores scientes conditionem mutatam : Secus si non scirent,ſm Cy.& Bal.in d.l.pater hæredi.§. fin.per tex.in l.si non sortem.§.qui filio. ff. de condi. & demon. Adde bonum text.in l.inter causas.ff.manda. Secundò limitat Rom.hic, vt per Ange.in l.Stichum.§. qui vsumfructum.ff.de sol.& refert Alex.vbi vide,in l.eum qui ita.§.qui filio.ff.de verb. oblig.Tertiò limita, vt per Alex.hic in versi.& prędicta intellige,&c.Quartò limita,vt procedat in procuratore simplici. Secus in procuratore in rem suam , quia mandatum procuratoris in rem suam non reuocatur mutatione status. Ratio,quia est mixtus procurator.Ita Bal.in d.l.si non sortem §.qui filio.in 2.col.Comprobo per simile. Nam videmus, ꝙ licèt mandatū finiatur morte mandantis , tn̄ fallit in mandato procuratoris in rem suam,ſm Bart.in l.2.§.1.ff.de dona.& text. in l.illam. vbi Docto.C.de don. ¶Not.tertiò ex eo.tex.licèt per seruum fugitiuum,seu existentem in fuga quæratur dn̄o possessio.l.1.§.per seruum,qui in fuga.& l.per eum.§.1.de acq.pos. Tn̄ per seruum fugitiuum mutuantem pecuniam non quæritur dn̄o certi cōdictio, eo quia non potuit transferre dominium pecuniæ mu-
4 tuatæ,& sic contrahere mutuum.¶ † No.quartò ex fine,quòd consumptione pecuniæ reconciliatur mutuum , qn̄ consumptio fit bona fide : secus si mala , & sic iste , qui consumit , seu expendit talem pecuniam,si sit in bona fide,quia credat,ꝙ ille, qui mutuauit,esset dn̄s,vel posset mutuare : tunc reconciliatur mutuum. Secus si mala fide,quia sciret fugitiuum, vel ꝙ non esset pecunia mutuantis. Et proptereà dicunt Pau. Lud.Ro.& Alex.hic, ꝙ hic est tex.melior de iure,ad declaranda iura, quæ volunt,ꝙ consumptione reconciliatur mutuum , quòd intelligantur,qn̄ ille expendendo,vel aliter, cōsumit bona fide:aliàs secus.Et dicit Lud. Ro.ꝙ ad hoc iste text.est sin.sed habes consimilem in l.Cassius.in verbo,sine dolo, vbi Barto.not.ff.de sol. no.gl.in l.si filiusfam.in verbo,conditionem.j̄.eo.& vltra rationem,quam assignat tex.in d.§. Cassius. adde tn̄ claram rationē. Nam qui dolo malo consumit , cùm dolo desierit possidere : certè eius odio fingitur res extare, & potest ꝯueniri rei vendic. sicut si extaret,vt dixi in apostillatione text. ergo cùm fingatur extare,& sit aliena , non potest dici contractum mutuum. Intellige tn̄ secundum.l.non omnis.§.pupillus.j̄. eod. & in specie declarat Alex.hic in fin.¶Item per istum tex. Bart.in l.si alieni. ff.de sol.limitat illum tex.qui vult, commixtionē nummorum reconciliari solutione,& dominium acquiri , vt procedat , qn̄ commixtio fit bona fide,secus si mala fide. Et idem vult Bart.
5 in l.si pœnæ.§.si falso.ff.de condi.inde.† Sed contra istum text. & istud no.moueo difficultatem.Dictum est,ꝙ si pecunia,quę non erat mutuantis,sit bona fide consumpta,recōciliatur mutuum . Contra. Nam ſm hoc sequitur euidens absurditas,ꝙ melioris conditionis erit, qui mala fide consumpsit, & sic, qui fuit in dolo,quàm ille qui bona fide consumpsit.Quod probo. Quando quis consumit bona fide, cùm reconcilietur mutuū, potest ille,qui mutuauit agere ex mutuo, nec habet necesse aliter probare se dn̄m,quia agenti ex mutuo non potest ille , qui habuit pecuniam mutuo, referre quæstionem dn̄ij , vt volunt Doct.post gl.in l.nam & si fur.in prin.j̄.eo. Sed qn̄ quis consumit pecuniam dolo malo,est in meliori conditione. Probo.Ex quo non reconciliatur mutuum,ille qui mutuauit,non potest agere ex mutuo : oportet ergo,ꝙ agat rei vend.& consequenter probet se dn̄m,& difficilis est probatio dominij , vt per gl.in l.cum res.C.de proba.per Bar.& alios in l. rem quæ nobis.ff.de acquir.pos.& in l.rem alienam.in 2.col. de pign.act.Ergo,cùm difficile admodum sit probare dominium , certè,qui consumpsit mala fide, est in meliori conditione , quia non potest conueniri,nisi agens probet se dn̄m : sed si consumpsit bona fide, quia potest conueniri ex mutuo reconciliato,non est necesse, ꝙ agens probet se dn̄m pecuniæ,& tanto magis, quia qn̄ mala fide consumpsit, si agens non posset probare se dn̄m , nullum remedium habet aduersus illum,qui mala fide consumpsit, & sic esset in meliori conditione, qui malæ fidei est , quàm bonæ fidei,contra l.Seruius.j̄.quod vi,aut clam. Potes rn̄dere,& tollere obiectum. Quod qn̄ pecunia dolo malo consumpta est, dominus si vult potest vendicare , vt dicit text.sed erit sibi difficilius,quia oportebit probare dn̄ium,vt dixi. Debet ergo ratificare mutuum,quo casu,licèt mutuum non fuerit reconciliatum consumptione dolosa,tn̄ reconciliabitur ratihabitione domini.Ita declarat Bar.in l.2.§.appellata.circa fin.s̄.eo. & hoc modo ratum habendo poterit agere ex mutuo , nec sibi magis poterit referri quæstio dominij,quàm qn̄ agitur ex consumptione bona fide facta.Isto modo potes euadere contrarium : super quo tn̄ cogita . Aduerte etiam,quia nonnulla sunt, quæ
* videntur probare *contra communem conclusionem.* Et primò text. in l.nam & si fur.§.1.j̄.eo.vbi dicit tex. si admonitus. quo casu est mala fides : pro parte consumpsi: pro parte habes cōdictionem,ergo innuit , ꝙ si totos consumpsissem , ad totos haberes cōdictionem ex mutuo,quamuis essem in mala fide.Secundo contra communem vr̄ stringere , quia text. noster non probat nisi à contrario sensu. Tertiò stringit tex.in l.non omnis.in §.si pupillus.j̄.eo.de quo tex.vide hic scripta per Alex. Tn̄ pro cōmuni pondera text.in l.si à furioso.j̄.eo.ibi,cùm eum compotem mentis esse putares,& sic, quòd erat in bona fide, vt consumptio inducat recōciliationem. Item pro communi est bonus text.in §.nunc admonendi.Insti.quib.alie.licet,vel non.Tamen ꝯ communem potes quadrupliciter inducere text.in d.l. nō omnis.§.si pupillus. Primò in prin.vbi ille accepit mutuo à pupillo sine tutoris auctoritate,& sic fuit mala fides in accipiē do,& etiam propria fuit mala fides in consumendo.Secundò, & fortius stringit ille tex.in ver.nam omnino. Nam dictio,omnino , intelligitur omni casu,gl.in l.si cum exceptione.§.quatenus.ff.quod met.causa. ergo siue consumpserit mala fide , siue bona.Tertiò,& fortius,quia illa dictio, omnino, saltem debet verificari in duob.cùm sit vniuersalis,omnino. Sed si intelligeretur solùm in eo,qui bona fide consumpsit,non verificaretur nisi

nisi in vno. Quartò,& adhuc fortius stringit ille ver.nam om-
nino.Ibi enim assignatur ratio ad principium.l. sed in prin.lo-
quitur,qñ mala fide consumpsit.ergo similiter text.in d. versic.
nam omnino. debet intelligi, quando mala fide consumpsit:
aliàs in illa ratione ineptè loqueretur tex.& non ad propositũ,
si loqueretur,qñ bona fide consumpsit. Sed potes respondere,
(vt superius dixi,) quod loquitur in pupillo proximo puber-
tati,quo casu non dicitur in mala fide,qui secum cõtrahit sine
tutore.l.2.§.si à pupillo.ff.de vsucap.ꝓ emptore.Et si fortiter di
catur,ꝙ istud est diuinare. Rñdetur,ꝙ ex quo ille tex.nihil dicit
de mala fide,debet capi præsumptio exclusiua delicti, per re-
gulam.l.merito.ff.pro soc.Aduerte etiam,quia tenendo cõem
habes vnam limitationem ad illud,qđ dr̃,ꝙ consumptione re-
conciliatur mutuum. Limita secundò, vt licèt mala fides ex
parte consumentis impediat reconciliationem, tamẽ ex parte
dantis non.l.nam & si fur.in prin.j̃.eo. Tertiò limita,vt colligi-
6 tur ex dictis Bart.in d.l.nam & si fur.in ;.not.¶† Vltimò not.ex
isto tex.ꝙ licèt per seruum fugitiuum quæratur possessio dño.
l.1.§.per seruum,qui in fuga.ff.de acq.poss.cum sim.tamen per
seruum fugitiuum non quæritur domino certi condictio.

S V M M A R I V M.

1 *An gerenti negotium absentis, vel furiosi competat actio.*
2 *Consumptio pecuniæ tantum operatur, quantum à principio translatio dominij.*
3 *An furiosus contrahat mutuum.*
4 *An stipulatione mutui quæratur actio statim.*
5 *Ex pecunia aliena tibi mutuata, teneris actione ex mutuo, si est consumpta.*
6 *An depositarius teneatur reddere tertio contradicente.*
7 *An debitor ex mutuo possit opponere exceptionem non facti mutui.*

L E X XII.

SI à furioso. Ista.l.cum l. seq. vsque ad §. si seruus communis, habet plura responsa, & sic posset diuidi in plures partes. Sed diuide sm Pau. de Cast. hic in tres partes prin. Primò loquitur Iurisc. qñ mutuum nõ potuit ꝯhi ꝑꝑ defectũ consensus in mutuante,qui erat furiosus à principio tp̃e numerationis. Secundò loquitur, qñ defectus consensus non erat à principio in mutuante, sed posteà superuenit ante cõsumptionem,quia cœpit furere. Tertiò loquitur,qñ impedimentum non erat propter cõsensum mutuantis, sed propter defectum dominij,quia mutuans non erat dñs pecuniæ, sed erat fur, vel non erat dñs pecuniæ in totum, sed pro parte vnà cum socio. Secunda ibi,item si is,qui seruo.Tertia ibi, nam & si fur.h.d.in effectu. Quamuis à principio non contrahatur mutuum propter defectum consensus in mutuante, vel quia mutuans non erat dñs pecuniæ in totum, vel in parte, tamen sequuta consumptione reconciliatur mutuum,quia tm̃ operatur consumptio pecuniæ facta ex post facto, quantum translatio dominij à prin.h.d.vsque ad §.si seruus communis,& dubium faciebat, quia non potest dici mutuum,nisi fiat de meo tuum. Sed certè ius ciuile propter cõsumptionem fingit fuisse,& ideo est mutuum naturale,cui ius ciuile cooperatur.¶In tex.ibi,quasi mu
a tuam.dic,ꝙ ideo tex.vtitur dictione,quasi [a], quia iste, qui recipiebat,erat in bona fide.Credebat.n.qđ ille,qui mutuabat,esset sanæ mentis.In tex.ibi,ea quæ in rem tuam versa fuerit. Nõ intelligas,ꝙ istud de necessitate requiratur,ꝙ pecunia vertatur in vtilitatem recipientis,quia dum dicimus consumptione recõciliari,est siue vtiliter,siue inutiliter consumpserit. ¶In text.ibi, nam ex quib.causis. Iuriscon.in hac ratione solum ponit maiorem: minorem autem, & conclusionem omittit. Vnde aliqui (vt Mod.) supplent istam rationem ex verbis seq. Ego vero suppleo ex §.fin.precedentis.l.& ideo ad istam rationem.nã ex quib.causis,&c.supple,ꝙ si pecunia aliena mutuatur sine voluntate domini, & per recipientem consumatur bona fide,certè sequuta cõsumptione,acquiritur actio ex mutuo dño ignoranti.§.si fugitiuus.s̃.l.proxi. Et adde,ꝙ æquiparatio, quam facit tex.de furioso ad ignorantem, non solum procedit actiuè quantum ad acquirendum,sed etiam passiuè quantum ad ob-
1 ligandum efficaciter.† Et ideo quemadmodum, qñ quis gerit negotia absentis, & ignorantis vtiliter, ille absens, & ignorans obligatur efficaciter, & tenetur actione negotiorum gestorũ, toto tit.ff.& C.de neg.gest.eod.modo si quis vtiliter gereret negotia furiosi absentis, vel præsentis, furiosus obligatur naturaliter, & ciuiliter, & tenetur actione negotiorum gestorum,& tunc obligatio naturalis non causatur ex cõsensu,sed ex æquitate,vt declarat magistraliter Bart. in l.Iulianus verum debito-
* rem.in 9.col.de condi.inde.¶In tex.ibi,*deinde seruus in rem domini id verterit.* Istud ideo dixit tex. quia si seruus pecuniam receptam non converteret in vsum domini ex contractu serui,dñs non obligatur,nisi talis seruus haberet peculium: tunc obligat dñm,quatenus est in peculio. Sed si conuertatur in vtilitatem domini,dñs tenetur ex cõtractu serui de in rem verso. toto tit.
* non posuit; *& iste communiter tenetur*. licèt Bart.attribuat istum intellectum Iaco. Balduin.& Odof.& propterea legam simul primam & vltimam partem gl. vt simul expediam omnes intellectus huius legis. Iungendo ergo primam partem gl.& vlti. habes duos prin.intellectus ad tex. Primus intellectus multum diminutè refertur per glo.& fuit Iacob.& Azo. quòd in hac l. ponuntur specialia in contractu mutui, quæ non seruantur in alijs contractibus, & secundum istum intellectum verum pecunia capitur largè pro quacunque re mutabili: creditum capitur strictè pro mutuo, quamuis Ceruotus in fi.gl. malè referat, & secundum istum intellectum effectus huius legis est, ꝙ in isto tex.speciale est in contractu mutui, respectu aliorum cõtractuum, ꝙ licèt non sit præsens pecunia, sed parata solutioni, potest cõuerti in mutuum, & sic pecunia debita ex vna causa in alijs contractibus, non posset conuerti in debitum ex alia causa, vel contractu. Sed cùm istud sit falsum; quia idem potest fieri in contractu mutui, & in alijs simi. tex. in l. si sponsalibus.§.1.ff.de iure dot.l.3.§.fi.ff.de don.inter vir.& vxo. Ideo iste primus intellectus reprobatur per omnes. Vnde secundus intellectus ponitur in fin.gl.& fuit additio ceruotina, quam Ceruotus fecit ad glo. patris sui.
* *& iste intellectus communiter tenetur*, ꝙ in hac l. ponatur speciale in mutuo contra naturam mutui. nam regula mutui est, ꝙ non possit contrahi mutuum, nisi fiat de meo tuum, & tamen hic fit mutuum, non de meo, sed de mihi debito, quia lex fingit, ꝙ sit meum. Istum intellectum sequuntur omnes, excepto Sal.hic, & in l.si ex precio. C.eo. qui reprobat per aliqua, quæ vt dicit Alex. sunt leuia, & non merentur referri. Ego autem dubito de isto communi intellectu: nec video, quomodo possit sustineri. Nam ego considero, ꝙ habemus mutuum merè naturale, & verum. Item habemus mutuum naturale, cui ius ciuile cooperatur, vt declarant gl.& Doct.in l.2.§.fin.s.eo.tunc sic, in mutuo merè naturali, & vero bene regula est, ꝙ illud mutuum non possit contrahi, nisi verè fiat de meo tuum.l.2.§.appellata.s.eod. sed aliud est mutuum naturale, cui ius ciuile cooperatur, & in isto non requiritur, ꝙ verè fiat de meo tuum, sed in eo ius ciuile operatur, fingendo, ꝙ illud, qđ erat mihi debitũ, fuerit mihi traditum, & postea ego mutuauerim. Ideo non video communem intellectum tenendo quomodo ponatur aliquod speciale contra regulas mutui. Nam ad hoc, vt fallentia, vel exceptio sit bona, oportet, ꝙ sit de terminis regulæ, vt declarat Bar.in l.si eum.§. qui iniuriatum.

ADDITIONES.

a ¶Statutum. Intelligitur statutum in vno. Felyn.in cap.omnes leges. prima distinctio. PVRPV.

b ¶In duabus personis. Sunt dicta Alex. in d.§.quod si is.1.no.Fely.in c.omnes leges.1.& 2.col.1.dist. PVRPV.

c ¶Dictio, absque. Adde gloss. in cap.non est nostrum. 23. quæst.5. Barto.in l.patronus.in §.Sempronio. ff. de lega.2. Archid.in cap.concupiscentia.15. quæstio.1.

d ¶In pluribus. In specie Bal.in l.iubemus.§.sin autem.C.ad Treb. PVRPV.

riatum.ff.ſi quis cautio. vnde ſi dico omnes homines currunt, niſi equus, non eſt bona exceptio, quia equus non eſt de genere hominum. Sed cùm in propoſito regula loquatur in mutuo vero, & mere naturali, in quo nũquam dabis fallentiam, quin verè fiat de meo tuum, hic autem in exemplis text. loquitur tex.de mutuo naturali, cui ius ciuile cooperatur fingendo, certè nõ eſt bonum ſpeciale: nam ſpecialitas eſſet bona, ſi loqueretur in mutuo vero, & naturali, prout loquitur regula. Et iſtã difficultatem ſentit Bar.licèt non aperiat.in 6.col.verſi.4.eſt videndum, quæ ſunt ſpecialia in mutuo. Niſi dicas (nec aliud potes dicere) ꝙ bona ſit ſal.conſiderato mutuo abſolutè. ¶ Tertium intellectum Ray.quem recitat gl.ſi.poſt medium, & Bar. in primo intellectu, recita, & reproba, vt per Bart.& Docto.Et ſimiliter quartũ intellectum quorũdam Antiquorum refert, & reprobat Barto.in primo intellectu, & alij poſt eum. Tamen non recedas à communi intellectu Ceruoti, quem omnes ſequuntur. Sum in ſecunda parte prin.gl.ibi, ſunt autem. Aduerte, ꝙ gl.multum inordinatè ponit iſta ſpecialia. Et primò dicit, ꝙ in tex.ponuntur duo ſpecialia, & non eſt verum, quia ponitur ſolùm vnum, ſed bene ponuntur duo exempla. Secundò aduerte, ꝙ alia ſex ſpecialia, quæ ponit glo.duo prima, & duo vlti.ſunt ſpecialia in pecunia numerata ſtrictè, quæ non habẽt locum in alijs rebus mutuabilibus. Alia duo ſpecialia gl. ſunt ſpecialia in contractu mutui reſpectu aliorum contractuum. Primum ergo eſt, quia in pecunia numerata facilius fit tranſlatio dominij, quàm in alijs reb.mutabilibus, quia in pecunia numerata ſola immixtione transfertur dominium. l. ſi alieni nũmi.ff.de ſol. Sed in alijs reb. mutuabilib. puta vino, frumento, & ſim.licèt frumẽtum alienum miſceatur cum meo, ſola immixtione non transfertur dñium: imò poteſt vendicari per dominum.l.Pomponius ſcribit ſi frumẽtum.de rei ven.§. ſi duorum.ver.qđ ſi frumentum.Inſti.de rer.diui. Et ita cum iſta differentia gl.tranſeunt Bar.*& communiter Doct.* & Alex.hic in ſpecie. Et pro iſta communi ſententia faciunt tria. Primò, quia l.ſi
12 alieni.continet caſum ſpecialem contra regul.iur.cõis.† Nam cùm regula ſit, ꝙ illud, qđ meum eſt, ſine facto meo auferri nõ poteſt.l.fi.ff.de pac.cùm ergo in illa l.auferatur ſine facto meo, illa l.dicitur continere ius ſingulare, & exorbitans, cùm glo.loquatur in pecunia numerata tñ, non debet extendi ad alias res mutuabiles. Secundò pro iſta ſententia facit ratio diuerſitatis inter pecuniã & alias res mutuabiles, quia in nummis non cadit affectio.l.nũmis. ff. de in lit.iu.ſed in alijs reb.ſic. Tertiò pro communi ſententia facit l.adeo.§.voluntas.in ver.ſed ſi voluntas.ff.de acq.rer.do.& text.in l.vſufr.venari.§.fin.ff.de vſufr. Sed tu diligentius aduerte, ꝙ iſta non eſt bona differentia, imò data paritate terminorum illud, qđ dicitur in pecunia, habet locũ in frumento, & omnib.alijs mutuabilib. Nam illud, qđ dicitur in l.ſi alieni nummi. ꝙ immixtione pecuniæ transfertur dominium, procedit illis trib.concurrentib.de quibus in tex. Primò enim procedit propter difficultatẽ, & tex.ibi expreſsè dicit, ꝙ non poterant diſcerni nummi poſt immixtionem. Et ideo ſi nummi mei eſſent alterius formæ, & immiſcerentur tuis, quia poſſent diſcerni, nunquam per immixtionem transfertur dominium. Secundò ibi concurrit tit. Tertiò bona fides recipientis. Ibi enim dr̃, ꝙ verè eras debitor meus, & ſoluiſti pecuniam alienam. Ego recipi bona fide credens tuam; & ex tit.habili ad tranſlationem dñij, tunc ſi pecunia illa miſceatur cum mea, transfertur dominium in me, propter difficilem diſcretionẽ, titulũ, & bonam fidem. Iſtis concurrentib. teneo, ꝙ idem eſſet in frumento, & in omni alia re mutuabili, q̃a pondera, ꝙ tex.in d.l. Pomponius ſcribit ſi frumentũ. loquitur qñ frumentum mixtum poterat diſcerni, & cognoſci. Ita expreſsè dicit tex.ibi, inquantum apparet in illo aceruo ſuũ cuiuſq; eſſe. Nec ibi interueniebat tit.& bona fides, quæ ſunt neceſſaria, quia ſi traditio ſine cauſa non poteſt continere tranſlationem dñij. l. nunquam nuda.ſ.de acq.rer.do. Quantominus immixtio ſine cauſa poteſt operari tranſlationem dñij. Quod autem requiratur, qđ immixtio fiat bona fide, patet in l.rogaſti.§.fi.ſ.eo. Ideo data paritate terminorum, illud qđ dr̃ in d.l. ſi alieni nummi. haberet locũ in quacunq; re mutuabili, vt concurrentib. illis trib. de quib.ibi, ſi frumentũ immiſceatur transferatur dñium. Ita concludũt Raph.Ful.& Lu.Ro.hic.quos ſequor, & Raph.Cu. in d.l.ſi alieni nũmi.& ante eos fuit opin. d. Chriſtoph.hic in fi.
13 ſui apparatus. ¶ † Et prædicta in actu practico ſunt vtilia ad quæſtionem, quam dicit Raph.Cu.ſe habuiſſe de facto in d.l.ſi alieni nummi. Nam dicit, ꝙ habuit conſulere in iſto caſu. Quidam luſit mecũ, & lucratus eſt pecu. meam, puta decem. Poſtea hinc ad decem dies reuerſus eſt ad ludendum, & portauit pecuniam alienam, & luſit, & ego lucratus ſum: Dñs pecuniæ vendicat pecuniam ſuam contra me, qui vici, & ſic habeo ex turpi lucro. Conſuluit, ꝙ cùm iſta pecunia debeat compenſari cum illa, quam perdidi poſtquã eſt mixta pecunia mea, tranſlatum eſt dominium in me, & ille non poteſt vendicare. ¶ Pro iſta deciſ.adde bene facere illud, qđ dixit Ang.hic.in 4.col.ꝙ ca
14 ſus.d.l.ſi alieni.eſt mirabilis.† Quod ſi ego furto ſubripui pecuniam, & ſolui creditori meo, tranſlatum eſt dñium immixtione, & ſum liberatus, dato ꝙ eſſet furtiua, quia conſumptione reconciliatum eſt mutuũ, qđ eſt mirabile, ſ̃m eum.Io.de Imo. in d.l.ſi alieni.dicit, ꝙ ille caſus de facili non reperitur alibi in iure. ¶ Ego ex prædictis puto, ꝙ deciſio Rapha. Cu.non ſit vera, quia vt declaraui, vt habeat locum d.l. ſi alieni nũmi. & ſic, vt per immixtionem transferatur dñium, ſola immixtio non ſufficit, ſed requiruntur tria, & præcipuè, ꝙ præcedat cauſa habilis ad tranſlationem dñij, ſicut ibi tit.verus debiti. Nam ſi traditio non poteſt operari tranſlationem dñij, quando cauſa non præcedit, multo minus ſola immixtio ſine tit. Sed in q.Raph. non erat tit. habilis ad tranſlationem dñij.ſ.acquirere in ludo.l. ſi quis cum ſciret.ff.de vſuc.pro emptore. Declarat not.Bald.in rub.C.de condi.ob.tur.ca.ergo non eſt vera deciſ.Raph.ꝙ ſola immixtione fuerit tranſlatum dominium, & dñs prohibeatur vendicare. Nec eſt verum illud, qđ præſupponit: ex quo diebus antecedentib. perdideram pecuniam, ſi contingat poſtea me lucrari, lucrata compenſetur cum perdita, quia veritas eſt in cõtrarium, & fortius. Quod ſi ego in ludo perderem denarios meos excepto vno nummo, & ſtatim cũ illo ſolo nummo recuperaui omnes denarios perditos, ſum obligatus illos reſtituere, ſicut ſi eſſent tui excepto illo meo nummo, ex quo dñium
a erat tranſlatũ in te per immixtionem. Iſtud dicit [a] gl.in l.ſi minor 25. annis filioſa.in princ.ff.de mino. In hoc me remitto, & ſubijcio iudicio Theologorum. ¶ Et ad iſtam materiam vide text.in Auth.alearum luſus.C.de relig.& ſum.fune.vbi Sal.no.
15 † ꝙ pecunia in ludo quæſita, debes dari pauperib. ¶ In eã.glo. ibi. Item pecunia, ſpeciale eſt valde obſcurũ, ꝙ pecunia ex bonis debita partem quamlibet reſpicit facultatum, ſecus in alijs reb. Non intelligas gl. ſ̃m ꝙ verba ſonant, ꝙ quando eſt debitum hæreditariũ in pecunia, illud debitũ hæreditarium in pecunia reſpiciat totum patrimonium, ſecus in alijs reb. Iſtud eſt falſum. Nam omne debitum reſpicit totũ patrimonium defuncti, ſiue in pecunia, ſiue in alijs reb.l.1.§.ſi hæres. ff.ad Treb. & ꝙ ſit verum patet, quia pro omni debito, ſiue in pecunia, ſiue in alijs reb.mortuo debitore, creditor mittebatur in poſſeſſionem omnium bonorũ defuncti: licèt hodie non mittatur, niſi pro rata debiti.l.cum proponas.iuncta Authen.ei qui.C.de bon.auth.iu.poſ.ergo apparet, ꝙ omne debitũ reſpicit totum patrimonium defuncti, etiam ſi non ſit in pecunia, quõ ergo debes intelligere gl.no.quæ ſ̃m verba eius te deciperet, ſed nõ ſecundum leges, quas gl.alleg.& declarat Bart. hic in 6.col. Nã
16 debes ſcire, † ꝙ hæres grauatus per fideicom. reſtituere hæreditatem, poteſt retinere quartam Treb.toto ti.ff.& C.ad Treb. & in iſta Treb.ſolùm computat illud, qđ percipit iure hæreditario à cohærede, aliud non, licèt in falcidia cõputet quicquid percipit iure hæreditario etiam non à cohærede, vt declarat magiſtraliter Bart. vbi laborat in inueſtiganda ratione diuerſitatis in l.in quartam.ff.ad l.Fal. In Treb.ergo computatur illud, quod hæres iure hæreditario capit ex parte cohæredis. Tunc ſic, in pecunia numerata eſt ſpeciale, vt tota pecunia reſpiciat partem hæreditatis, & ſic intelligatur tota haberi à cohærede, & ſic tota computetur in Trebel. ſecus in alijs rebus, quæ intelliguntur haberi de vniuerſali patrimonio, & ſic media pars de parte cohæredis, & alia dimidia de ſua, & ſic in alijs non computat niſi dimidiam in Trebellianicam. text.eſt in l. deducta.§.nummis.alleg.in glo.ff.ad Trebel. & ibi glo. Albe.hic refert aliam mirabilem expoſitionem ad iſta verba gl. quam dicit fuiſſe Gul.de Cun. Iacob. Butr. & aliorum, ſed quia non
17 conuenit legibus alleg.in gloſ.non curo referre. ¶ † Tertium ſpeciale glo.eſt clarum, & conſiſtit in duobus. Primum eſt, ꝙ ſolus tutor in contractu mutui, & ſic ex cauſa mutui poteſt ſe facere debitorem pupilli. Secundum eſt, quòd ſi tutor ſit creditor pupilli ex contractu mutui, poteſt ſibi ſoluere propria auctoritate, ſecus in alijs contractibus. Circa primum dic melius, quòd in hoc non eſt ſpeciale in contractu mutui, imò in omnibus contractibus eſt idem. Vnde teneas, quòd ſi tutor facit contractum cum pupillo palàm, & bona fide, quicunque contractus ſit, ſiue mutui, ſiue emptionis, poteſt facere. Text. eſt in l.non exiſtimo.ff.de admit.tut. Not.glo.in l.quoties.§.non tantum.co.tit.& glo.in l.cum ipſe.C.de contrahend.emptio. Si autem

ADDITIO.

a ¶ Iſtud dicit. Glo. allegata loquitur in diuerſis terminis. * Et contra Iaſ. hic, fac.quæ ſcribit Purp.hic.col.16.cui adde no.per Viui.commu.opi.lib.2.concluſ.463.& alijs ſeq. vbi totam ludi materiam examinat. BELLAC.

autem clàm faciat, non poſſet ēt mutuum celebrare, ſm glo.
prælleg. & latè Bar.in l.pupillus.§.fi.ff.de admin.tut.Fallit vno
caſu ſingulari,in quo ſolus tutor poteſt indiſtinctè emere rem
pupilli,qñ pupillus vendidit rem pupilli vni tertio cum aucto
ritate tutoris,& decreto iudicis, & ſic res pupilli fuit ſolenniter
alienata,tunc ſi ille tertius non ſoluit precium, poteſt ſolus tu-
tor talem rem emere,ex quo ſemel facta eſt alienabilis, tex.eſt
valdè ſing.in l.tutor rerum.ff.de admi.tu.quem Lud.Rom.hic
in 7.col.reputat ſingularem ad hoc,& multum no. Bar.in d.l.
tutor rerum.¶Stat ergo,ꝙ tutor poteſt celebrare mutuum,&
quoſcunq; ȝctus cum pupillo,dummodo palàm, & bona fi-
18 de faciat,ſecus ſi clàm.† Pulchrum ergo, & neceſſarium du-
bium eſt,qñ dicatur palàm ª fieri,& qñ clàm.Iſtud declarat ſin
gulariter Bar.nec alibi inuenies in l.frater à fratre.in princ. ff.de
cōdi.indeb.circa 18.col.ver.tertio quęro,quid in ȝctu emptio-
nis,& ibi ſing.dicit. Contractus dicitur palàm & bona fide fieri
cum pupillo,qñ fit interuenientib.conſanguineis,& amicis pu
pilli.l.tranſac.C.de tranſac.vel qñ fit in præſentia ſolius iudicis.
l.fi.in prin.ff.quod met.cauſa.Teneas perpetuò cordi iſtud vlti
mum de præſentia iudicis, ꝙ quando tutor facit ȝctum (qui-
cunque ſit) in pręſentia ſolius iudicis,talis ȝctus dicitur fieri pa
làm,& bona fide,& valet.Illud dictum refert,& ſequitur Io.de
Imo.in l.1.§.fuit quæſitum.in 3.col.ad Treb. D. Alex. in l.tran-
ſac.in fin.C.de tranſa.Facit,quod volunt Bald.Sal.& Mod.in l.
pacta nouiſſima.C.de pac.ꝙ omnis metus, & omnis dolus p̄-
ſumitur ceſſare,qñ interuenit præſentia, & decretum iudicis,
quod bene no.¶Circa ſm, quod vult gl. ꝙ ſi tutor ſit creditor
pupilli ex ȝctu mutui, poteſt ſibi propria auctoritate ſoluere,
ſecus in alijs ȝctibus.Adde,ꝙ ȝrium tenent Bar.Ange.& om-
nes Mod.hic per tex.in l.fiſtulas.§.1.de ȝhen. emp. & licèt Bal.
hic rñdeat, ꝙ ibi loquatur quo ad poſſeſſionem tantùm, quia
cùm præcederet titulus habilis emptionis celebratæ cum de-
functo,certè apprehenſio poſſeſſionis operatur tranſlationem
dñij.l.ex empto.in prin.ff.de act.emp.Et ita dixit ipſemet Bald.
in l.cum ipſe.in vlt colum.C.de ȝhen.emp.Concludunt ergo
Bar.& omnes,qñ tutor eſt creditor pupilli ex quocunq; ȝctu,
vel cauſa, ſolus tutor poteſt ꝓpria auctoritate ſibi ſoluere,vel
ſatisfacere.per d.l.fiſtulas. §. 1. Sed ego in ȝrium allego fortem
tex.in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.vbi eſt tex.Pone, ꝙ pupil-
lus ſit inſtitutus hæres, & grauatus reſtituere hæreditatem tuto
ri,nunquid tutor poterit facere ſibi reſtitui? Dicit ibi,ꝙ non,qa
tutor in cauſa propria non poteſt auctorari. Tñ ibi nullum in-
commodum poterit eſſe pupilli facta reſtitutione hæreditatis.
Bar.ibi in 1.oppo rñdet,& dicit,ꝙ quædam eſt reſtō, vel ſolu-
tio nudi facti,& iſtam poteſt facere ſolus tutor. Ita loquitur d.
l.fiſtulas.§.1.Quædam eſt reſtō facti,quæ habet mixturam iu-
ris,vt reſtō hæreditatis,per quam transferūtur omnia iura acti-
uè,& paſſiuè.Iſtam non poteſt facere tutor,vel pupillus cū au-
ctori.tutoris.Ita loquitur tex.in d.l.1.§. fuit quæſitum.Et quan-
tum ad hęc cum iſta ſol.Bar.tranſeunt Ludo.Rom. & Ale.ibi,
qui dicit,ꝙ mirum eſt de illo text.Quare ſolus tutor nō poteſt
facere reſtōnem.Iſta ſol.cōis non tollit ȝrium d.l.1.§.fuit quę
ſitum.ad l.fiſtulas.§.1.& propterea mihi non ſatisfacit. Nā ego
conſidero,ꝙ in reſtitutione hæreditatis duo debent attēdi. Aut
conſideramus ipſum reſtituere hrēditatem, certè reſtitutio hrēdi
tatis eſt facti,quia fit re,aut verbo.l.reſtituta.in prin.ff.ad Treb.
Aut conſideramus effectum reſtōnis,& verum eſt,ꝙ ex iſta re
ſtōne ſequitur effectus iuris,quia iura trāsferuntur in fideicom.
vtilià actiuè,& paſſiuè §.reſtituta.Inſtit.de fideicom. hære. Eo-
dem modo,ꝙ idem eſt in d.l.fiſtulas.§.1.j.de emp.& vend.Nā
ſi nos conſideramus ipſum tradere,vel apprehendere vacuam
poſſeſſionem,& fateor,ꝙ iſtud eſt nudi facti, ſicut etiam reſti-
tuere hęreditatem.Sed ſi cōſideramus, ꝙ ex poſſeſſione vacuá
tradita rei venditæ acquiratur dñium,ſi vendens eſt dominus,
vel vſucapiendi conditio, ſi non eſt dñs. l.in conuentionalibus
in fi.de verb.obl.certè iſte etiam eſt effectus iuris, vt in reſtitu-
tione hereditatis,& ſic vtrobiq; adeſt factum,& effectus iuris,
non video quare apprehenſio poſſeſſionis rei vēditæ poſſit fie
ri per ſolùm tutorem,non reſtō hęreditatis per fideicōmiſſum
relictæ ipſi tutori.Nam dicere (prout Bar. & Doct.) ꝙ in d.l.fi-
ſtulas.§.1.ibi ſit reſtitutio nudi facti, ſed in §.fuit quæſitum,eſt
reſtō facti,habens mixturam iuris.Imò idem in vtroq;,quia in
vtroq; ex iſto facto reſultat effectus iuris.Niſi diceres, quod in
reſtitutione hæreditatis verſatur maior effectus iuris, quia agi-
tur de iure vniuerſali transferendo, ſed in emptione agitur de
effectu iuris ſingularis, de transferendo dñium rei particularis.
Tamen conſidera,ꝙ tex.& Doct.in §. fuit quæſitum. non fun-
dant ſe in iure vniuerſali,vel particulari.Circa illud ſpeciale de
19 tutore,ꝙ poteſt ſibi ſoluere,† non omitto vnum, quod ponit
Bal.hic,quod refert Ludo.Roma.hic in 6. colum. Tutor cum
pupillo non poteſt alienare aliquam rem immobilem pupilli,
etiam ex aliqua neceſſitate,niſi cum decreto iudicis, & ſi alie-
net ſine decreto iudicis,alienatio eſt ipſo iure nulla,toto titulo.
ff.de reb.eo.& in l. quæ tutores.C.de admit.tuto.nunquid iſtud
habeat locum in patre,quando pater alienat res aduentitias fi-
lij ex cauſa neceſſaria, vel legati? Nunquid requiratur decretū
iudicis? Habes dictum ſingulare Azo.ꝙ in patre alienante rem
filij,non requiratur decretum iudicis,in ſumma de bon. quæ li
be.vltra medium,ver.Nec puto, ꝙ in alienatione immobiliū,
quod dictum Bal.hic reputat ſingu.& aureum.Sed Ludo.Ro-
ma. dicit falſum, & contra caſum l. ſi pupillorum. §. ſi pa-
ter.ff.de rebus eo.Subdit tamen tex.ibi,ꝙ iudex debet eſſe pro-
nior ad concedendum decretum in patre,quàm in tutore.Ad-
de ſimilem tex.in l.cùm emancipatis. C.de prædi.mino. quem
b Bald.ibi no.ad hoc,per quem tex.Sal.in l.præſes. ᵇ C. de tranſa.
reprehendit illud dictum Azo. breuiter iſta eſt veritas. Si eſt fi-
lius in poteſtate,quo caſu pater eſt legitimus adminiſtrator ip
ſo iure,& tunc ſi pater alienat, non requiritur decretum iudi-
cis,& ita loquitur dictum Azo.& ratio eſt, quia quando pater
eſt legitimus adminiſtrator filij,habet vſumfructum,tutor nō:
ideo quia plus iuris habet,pater poteſt alienare ſine decreto iu-
dicis.Sed ſi eſſet legitimus tutor filij emancipati,& alienat, re-
quiritur decretum iudicis.Et ita loquitur tex.in d.l. cum eman
cipatis,& l.pupillorum.§.ſi pater.Ita declarat Bald. in l.1. ff. de
reb.eo.& Bal.in d.l.cum emancipatis. Ludo. Roma.hic. Pau.&
Alex.in l.præſes.C.de tranſ.& idem Bald.in d.l. pupillorum. §.ſi
pater,& illud dictum declara tu,vt ſ. Tenet etiam Bal. in l.iuſiu
randum quod ex conuentione.§.fi. de iureiu. & in l.fi.§.ſinautē
æs alienum.de bon.quæ lib.Io.de Imo.in c.conſtitutus.de teſti.
Raph.in d.l.præſes.Et eſt veritas.Sed vnum facit me valdè du
20 bitare.Dicat mihi Dom.Azo,qua l.probet iſtud,† vnde erube
ſcimus,cùm ſine l.loquimur,vulgata l.illam.C.de collat. & ex-
preſſius §.conſideremus. in Auth. de trien. & ſemiſ. Vnde au-
ctoritas Dom.Azo.eſt probabilis,non neceſſaria. gl.in l.1. C.de
legi. Vnde dicit Bald. in c. in geneſi. in vlt. col. de elec. ꝙ paria
ſunt,vel facere contra l.vel ſine l.Sed cogitabam, quòd dictum
Azo.poteſt probari per tex.in l.fi.§.ſinautem æs alienum. C. de
bon.quæ lib.Pondera,ꝙ tex.ibi vult,ꝙ pater ſine filio poſſit,er-
go non requiritur decretum.Et ad iſtum articulum, vide quæ
ſcripſi latius in l.præſes.C.de tranſa.Item aduerte, ꝙ tex. in d.l.
fiſtulas.§.1.loquitur,quando tutor emerat fundum à patre pu-
pilli,& ſic contractus erat omnino validus.Si autē tutor emiſ-
ſet ab iſto pupillo,an procedat ille tex.Bal.Sal.& Lud. Roma.
hic diſtinguunt, ꝙ ſi tutor emiſſet à pupillo cum auctoritate
alterius contutoris, vel iudicis, idem eſſet; & haberet locum
d.l.fiſtulas.§.1.aliàs ſecus,& licèt ipſi non dicant,ante eos ita te
nuit Bar.in l.fiſtulas.§.1.in l.2.in fi.ff.de ſtipu. ſeruo,vt ibi Imo.
& Raph.Cum.& Ang.Are.in §.actionum. Inſti. de act.in 17.q.
in materia tutelarum.& hoc modo remanet expeditū, & de-
21 claratum tertium ſpeciale glo. † Non omitto vnum, quod ex
prima glo.colligi pōt Tutorem ex ſola ſcriptura abſque lapſo
biennio obligari effectualiter, & ſic in tutore non habebit lo-
cum tit. de lit.ob.& tit.C.de non num. pecu. inquantum dant
j.biennium exceptionem non num.pecu.Et ſi dicas,quæ eſt ra
tio diuerſitatis inter tutores, & alios confitentes? Rñde,prout
colligitur hic, ꝙ ratio eſt,quia in alio debitore non eſt in eius
poteſtate ſibi ſoluere, ideo præſumitur ꝙ fecerit illam ſcript.
ſub ſpe futuræ numer.ſed in tutore,cùm ſibi poſſit ſoluere,nō
præſumitur facere ſcrip.ſub ſpę futurę numer.¶Quartum ſpe
ciale gl.non eſt verum,quia in caſu. l. certi condi.§.ſi nūmos.ſ.
eo.non eſt verum,quòd actio quęrat tertio per pactū,ſed q̄rit
per numer.& ſic per actum naturalē, qa p actum naturalē,&
corporeū p̄t alteri q̄ri.Secus p actū ciuilē, vt declaraui oppor-
tunè in d.§.ſi nūmos,vbi ēt declaraui, ꝙ quēadmodū pecunia
capit̄ ſtrictè,largè,& largiſſimè, & idē ſit in diſtinctione nūmi.
22 ¶† Quintū ſpāle gl.eſt in pecunia num. ſtrictè,qa ſi mutuaui
pecuniam

ADDITIONES.

a ¶Declara,vt per Catel.ver.palàm fieri,& fac.quæ de coniunctorum, & agna torum conſenſu,& interuentu in aliquo actu ſcribit Nat. conſ.162.colu.10. idem Catel.verſ.præſentia conſang.Nat.conſ.173.circa med.conſi.166.col. 9.in prin. MASVER.

b ¶In l.præſes.Vbi vide Iaſ.tenere contra Azo.1.& 2.col.Et dic, quod licèt Iaſ. in d.l.præſes diſputatiuè teneat contrarium,eius tamen opi. magis communiter approbari dicit Catel.ver.decretum iudicis.circa fi. ex Dec.conſi.209. col.1.& procedit concluſio Iaſ.& communis in bonis mobilib. ſed quid in patre legitimo adminiſtratore filiifam.minoris? & dic quod poteſt etiam res immobiles alienare ſine decreto iudicis,quod tamen aliàs requiritur ſecundum communem per Tiraq.in l.ſi vnquam.nu.28.C.de reuo.dona.Qua in re aliqua ponit Nat.conſ.179.nu.7.Pariſ.conſi.109.lib.4.Rolan.conſil.54.nu. 18.conſ.71.nu.70.lib.2. MASVER.

pecuniam cõem,in reſtitutione non debet quilibet nummus
ſcindi ꝑ medium,vt media pars detur mihi, alia ſocio, ſed de-
bet reſtitutio fieri ad medietatem nummi. Secus in frumento,
& alijs reb.mutuabilib.quia ſi frumentum cõe mutuetur, de-
bet reſtõ fieri per ſingula corpora,diuidendo vnumquodq; gra
num per mediũ,& ſequitur Bar.hic in 3. col. & expreſsè Alex.
hic aſſignat rõnem,quia ſi pecunia ſcinderetur,non poſſet am
plius expendi,& ſic vtilitas perderetur,non ſic in frumento,qđ
non perdit vtilitatem ſic ex diuiſione, quia poteſt conuerti in
farinam.Mihi vĩ,ꝙ iſta opinio ſit ridicula, quia ſic ſequeretur,
ꝙ ſi mutuaſſem decem ſaccos milij cões,in reſtitutione debe-
rent ſcindi grana per medium:& propterea teneo,ꝙ in omni-
bus debet fieri diuiſio per numerum, vt expreſsè tenent Albe.
Ful.& Lud.Rom.hic.Pau.de Caſt.in l.nam & ſi fur.§.fi.s̃.eo.&
ibi Iaco.But. Able.& Fulg.dum referunt facetiam Iac.But.qui
emerat ficus à quadam vetula,& volebat diuidere per mediũ,
vt ibi per eos Et ɔ̃ Bar.eſt tex in l.cum Stichus,& Pamphilus,
in fi.ff. de ſol.Nec eſt bona ratio d.Alex.quia licèt grana frumẽ
ti diuiſa,ſint apta ad comedendum,non tñ ſunt apta ad ſemi-
nandum. Teneo ergo, ꝙ non fiat diuiſio per ſingula grana.
23 ¶Sextum,& vlt.ſpeciale eſt, † ꝙ in ɔ̃ctu mutui non debentur
vſuræ ſine ſtipulatione. Intellige in pecunia numerata tñ. d. l.
quamuis.alleg.in glo.ſed in frumento,vino, & ſimilibus nudo
pacto debentur vſuræ.l.frumenti.& l.oleo.C. de vſu.& rõnem
aſſignaui in l.rogaſti.§.ſi tibi.s̃.eo.Adde etiam,ꝙ fallit in ciuita
te,in qua vſuræ in mutua pecunia ſtrictè debẽtur pacto nudo.
l.ẽt.ff.de vſu.Tertiò fallit in omnib.ɔ̃ctib.bonæ fidei,vel etiam
ſtricti iuris,qñ habent naturam bonę fidei,vſuræ debentur etiã
pacto nudo,gl.eſt no.in l.Titius.in verbo,non deberi.ff.de præ-
ſcri.ver.quam gl.Ful.& Lud.Rom.hic reputant ſing.ad hoc, &
ſic habes expedita ſpecialia gl.¶Extra gl.Bart.hic latè per duas
colum.examinat aliud ſpeciale traditum per Iac.de Are.Dicit
Iac.de Aret. ſpeciale eſt in contractu mutui reſpectu aliorum
ɔ̃ctuum,quia actio,quæ oritur ex numeratione,facile impedi-
tur per ſtipulationem,vel nouatur.l.ſi ita fuero ſtipulatus. §.fi.
cũ l.ſeq.j̃. de noua.Secus in alijs ɔ̃ctib.Bar.reprehendit Iac. de
hoc.Motus præcipuè, quia iſtud non eſt ſpeciale in ɔ̃ctu mu-
tui, cùm idem videamus in ɔ̃ctu dotis. Nam ſi extraneus nu-
merauit pecuniã nomine dotis,& ſtipulatus eſt ſibi reddi, iſta
ſtipulatio impedit actionem oriri ex numeratione, & acquiri
mulieri.l.auiæ.C. de iure dot.l.1.§.accedit.de rei vxo.act.l.quo
ties.ſolu.matr.Sed iſta iura (cum reuerentia Bart.) nihil faciũt
in propoſito,quia loquuntur, qñ numeratio pecunię fuit facta
nomine mulieris,ſtipulatio autem fuit facta nomine extranei,
& ſic pro diuerſis perſonis.Sed Iaco.de Aret. in materia noſtra
loquitur,qñ numeratio, & ſtipulatio fuerint pro eodem.Ita lo
quitur. d.l.ſi ita ſtipulatus fuero.§. fin.cum l.ſeq. de noua.Item
& hic aduerte, Bar.errat inquantum ɔ̃ Iaco.de Are. alleg. gl.in
l.petens.in glo.1.in prin.C.de pac.quia ita demum pactum ve
ſtitur à ſtipulatione,qñ continet diuerſum ab eo, quod dedu-
ctum eſt in ſtipulatione. ſm Bar.in l.lecta.in 2.col. j̃.eo. & pro-
batur per tex.iuncta gl.1.per l.ſi pacto,quo pœnam. C. de pac.
In iſto tñ paſſu, qñ ſtipulatio ſequens, vel præcedens nouet, vel
impediat actionem ex ɔ̃ctu,Bar. per duas col. examinat iſtum
paſſum.Sed tu breuiter collige effectus Bar. Aut loquitur, qñ
ſtipulatio fit ex interuallo poſt ɔ̃ctum celebratum, & actionẽ
iam natam, & quicquid olim eſſet, hodie non fit nouatio, niſi
expreſsè agatur.l.fi.C.de noua.Iſta non eſt materia noſtra. Nos
ergo habemus videre,qñ ſtipulatio fit incontinenti ante,vel in-
continenti poſt,vel ſimul.Et licèt Bar. fecerit tres caſus, tñ fac
duos clarius quàm ipſe. Aut intercedit ɔ̃ctus certitudinarius,
puta ſocietatis, & tunc ſiue ſtipulatio incõtinenti præcedat,ſi-
ue incontinenti ſequatur,ſiue ſimul, & ſemel interponatur cũ
ɔ̃ctu, nunquã nouat nec impedit oriri actionem ex ɔ̃ctu.text.
habes in l.duo ſocietatem.in prin.reprobata gl.ibi.ff.pro ſoc.&
* in hoc bene dicit, *& communiter approbatur*,reiecta reprobatione
Ful.vt hic ꝑ d. Alex.Aduerte tñ diligenrer,ꝙ non inuenio alios
conſiderare,ꝙ Bar.dicit eſſe vtilitatem,quia tunc oriuntur duę
actiones,vna ex ɔ̃ctu ſocietatis, vel emptionis, quæ eſt bonæ
fidei, alia ex ſtipulatione,quæ eſt ſtricti iuris,& ſic vult Bar. qñ
fit ɔ̃ctus bonæ fidei,& ſuper eo imponitur ſtipulatio, ꝙ tñ ſti-
pulatio remanet ſtricti iuris, & nunq̃ ſumit naturam ɔ̃ctus bo
næ fidei,ſuper quo interponitur. Et per hoc adde gl.in l.in bo-
næ fidei,in gl.ſeq.& ibi Pau. de Caſt. expreſsè ad hoc not. ff. de
eo,quod certo loc. Idem tenet Bal. in l.ſi cum.§.qui iniuriarũ.
a in 2.col.ff.ſi quis cau.Breuiter puto ɔ̃rium, ꝙ ſtipulatio, [a] licet
de per ſe ſit ſtricti iuris, tamen quando interponitur ſuper ɔ̃-
ctu bonæ fidei,aſſumit naturam ipſius. Ita tenet Bart. ſibi con-
trarius in l.ſi quis cum aliter.in 2.colu.ff.de verb.obl. & in l. vi-
deamus.§.ſi actionem,ad fi.ff.de vſu.Facit bene tex.in l.1.§.bel-
liſſimè.ff.de vt leg.nomi.caue.& tex. in l.2.§. parui. ff. de priui.
cred. & quia ſtipulatio interpoſita ſuper contractu aſſumit na-
turam illius,ſuper quo interponitur. l. ſtipulatus. ff. de vſu.Ad
prædicta tamen caue,propter illud, quod dicit Bar. in l.2.in fi.
C.de condi.ob cau.de cuius dicti veritate,vide per Mode.prę-
cipuè Pau.de Caſt.in rub.de verb. obl. & Alex. & alios in l.1.in
prin.ff.de pac.& iſtum paſſum latè examinaui in rep. mea rub.
24 ff.de verbor. obl. ¶† Secundus caſus principalis Bar.eſt,ꝙ vbi
præcedit aliquid,quod non eſt ɔ̃ctus certitudinarius, ſed po-
teſt eſſe,& non eſſe,puta numeratio,& traditio,& in hoc,licèt
Bar.faciat tres caſus,tamen in omnibus concludit,ꝙ ſiue ſtipu
latio incontinenti pręcedat,ſiue incontinenti ſequatur,ſiue ſi-
mul,& ſemel interponatur,in dubio ſemper oritur actio ex ſo
la ſtipulatione, eo quia numeratio, vel traditio præſumuntur
interponi ad implementum ſtipulationis.Idem tenent Fulg.&
Alexan.& ita teneas, quicquid dicant Ludo.Roma.& Pau.de
Caſt.hic,quos reprobat Alex.hic.Subdit Bart.ꝙ ſi præcedat ſti-
pulatio,& ſequatur contractus certitudinarius incontinenti,ꝙ
ille contractus nũquam nouatur,niſi expreſsè ſit actum. alleg.
l.item illa.§.fi.j̃.de ɔſti.pe.de hoc dicit eſſe tex. expreſſum in l.ſi
mandato meo.§.fi.ff.mandati. Quem text. etiam repetit idem
Bar.hic in pen.col.& eum reputat ſing.idem Bar. in l.1.in 1.col.
ff.de noua.Pũctus eſt videre,quomodo inducatur ille tex. Bar.
dicit eſſe expreſſum, quando præcedit ſtipulatio, contractus
certitudinarius ſtatim ſequens nunquam tollit ſtipulationem.
Prima fronte ille tex.nihil probat,quia in illa lege nihil de ſtipu
latione dicitur.Puto illum tex.ſic inducendum.Ibi loquitur de
fideiuſſione;ergo de ſtipulatione;quia fideiuſſio non poteſt fie
ri ſine ſtipulatione.l.blanditus. C. de fideiuſſ. & tamen dicit ibi
tex.ſi mandaui. ecce contractus certitudinarius ſcilicet manda
ti.Per illud mandatum non tollitur ſtipulatio, & ſic obligatio
fideiuſſionis,quia tex.ibi dicit,ſi egiſſes, & ſic eſſes litem cõteſt.
tolleretur ſtipulatio fideiuſſoria,ergo ſolus contractus manda-
ti non tollit ibi ſtipulationem fideiuſſoriam præced.ſed ita de-
mum ſi fiat nouatio per litis conteſt.l.delegare. §.1.ff.de noua,
ergo ſolus contractus mandati non ſufficit ad nouandum ſti-
pulationem.Sic voluit inducere Bart. dum dicit caſus expreſ-
25 ſus.¶† Circa tamen prædicta non omitto quatuor. Primò,in-
quantum Bar.facit differentiam,an interueniat actus,qui certi-
tudinariè ſit contractus,vel non,ꝙ ratio diuerſitatis poteſt col
ligi ex l.non omnis.in prin.j̃.eo.& l.oblinationum ſubſtantia.ff.
de act.& obli quia contractus producunt ſemper actionem
de ſe:numeratio, vel traditio nunquam, niſi partes agant. Sed
quando partes apponunt ſtipulationem incontinenti, lex præ-
ſumit numerationem factam ob ſtipulationem ſequutam, &
partes tunc videntur velle,ꝙ actio oriatur ex ſtipulatione, niſi
aliud expreſsè dicatur.Secundò aduerte inquantum do. Alex.
hic circa primum caſum Bart. quem s̃. retuli reprobando opi.
Fulgo.reſpondet ad l.non ad ea.ff.de condi. & demonſt. addu-
ctam per Ful.ꝙ illa lex habet tantum locum in vlt.volunt.non
in contractibus.alleg.Bald.ita tenere in l. reſcriptum.in §. ſi pa-
cto quo pœnam.ff.de pact.Nam iſta reſponſio D. Alex.etiam
facit contra Barto.quem ipſe conatur ſuſtinere, quia iſtud eſt
verum,ꝙ illa lex habeat locum ſolùm in vlt.volunt.ergo Bar.
malè alleg.illam l.pro ſe.Vnde ego reſpondeo, quod d. l. non
ad ea procedit quando ſecundus actus fit aliter, & ſub diuerſa
forma,quàm primus,tener ſub commemoratione primi: ſed
hic ſecundus actus non fit ſub diuerſa forma, imò ſub eadem,
26 & ad confirmandum primum actum.†Tertiò aduerte inquã-
tum Bar.tenet,ꝙ in omni contractu; in quo requiritur res; &
ſic numeratio vel traditio,& ſic in contractibus,qui contrahũ-
tur re,ſi ſtipulatio incontinenti poſt,vel ante interponatur,im-
pedit actionem oriri,& oritur ex ſtipulatione. Ratio, quia illa
traditio ſemper videtur facta animo implendi ſtipulationem,
& ideo dicit,ꝙ ſi numero pecuniam ex cauſa dotis, vel depo-
no rem,non oritur actio ex depoſito, ſed ex ſola ſtipulatione,
& conſequenter ampliatur,& extenditur ſingulariter. l.ſi ita ſti
pulatus fuero.§.fi.cum l.ſeq. ff.de noua. vt habeat locum, ne-
dum quando nouatio fit ex cauſa mutui,ſed etiam quãdo fie-
ret ex omni contractu,qui celebraretur re. Ex iſta doctrina vi-
detur pulchrè inferri ad practicam.Nam de ſtylo notariorum
eſt, ꝙ in omni inſtr̃o in fine apponunt ſtipulationem.Sequitur
ergo ex iſta doctri.ꝙ ſi per inſtr̃m depono rem apud te,ꝙ non
poſſum agere ex ɔ̃ctu depoſiti,ſed ex ſtipulatiõe.Cũ hac doct.
tenent

A D D I T I O.

a * Adde,quòd ſtipulatio interpoſita in quacunque materia, ſemper intelligi-
tur ſecundum materiam illius actus, communem dicit Iaſ. in l. cum mota.
nu.10.C.de tranſ.Quam concluſionem latè examinat Gabr. commu.opi.lib.
6.tit.de reg.iur.concl.2.nu.37.& ſeq. MASVER.

tenent Ang.Ful.& d.Alex. hic. Hanc doctri.reprobat subtiliter
Pau.de Cast.in l.certi cõdictio. in §.qm̃. s̃.eo. Nã sm eum Bar.
malè extendit.d.l.stipulatus.§.fi.cum l.seq. loquentem in causa
mutui, vt habeat locum in alijs ꝯctibus, qui re contrahuntur,
qñ sunt bonæ fidei, quia qñ est contractus mutui, vel alius con-
tractus stricti iuris, ꝙ stipulatio impediat ex ꝯctu nasci actio-
nem, nihil interest stipulantis, cùm omnino sit stricti iuris. Sed
quando esset bonæ fidei, præsertim multum priuilegiata, vt ex
deposito, si dicamus, ꝙ stipulatio, quæ interponitur in fauorẽ
stipulantis, impediret nasci actionem ex deposito, esset multũ
damnosum stipulatori, quia actio ex deposito est multum pri-
uilegiata, & sic stipulatio facta in fauorem stipulatoris retor-
queretur in damnum, quod non est dicendum, iuribus vulga-
rib. Et contra Bar. per istudmet fundamentum tenet Lud. Ro-
ma. hic in 13. col.& seq.& per istud fundamentum dicit se esse
in pulchra, & vera opin. de qua gloriatur multum. Nam si non
interest stipulantis, tunc stipulatio impedit actionem nasci ex
contractu, vt s̃. proximè. Alex. hic sustinendo Bar. respondet ad
istud fundamentum vno modo. Ego respondeo alio, & retor-
queo arg. Pau.de Cast.& Ludo.Rom. ꝯ eos. Nam dicunt, ꝙ si
interponitur stipulatio super contractu bonę fidei, ꝙ si actio
non oritur ex ꝯctu, sed ex stipulatione, ꝙ esset stricti iuris. Istud
pro certo est falsum, quia licèt stipulatio de per se sit stricti iu-
ris, tamen si interponit super contractu bonæ fidei, sumit eius
naturam, & habet eius priuilegia. Ita Bar. in l. si quis cum ali-
ter. in 2. col. ff. de verb. obl.& in l. videamus, §. si actionem. ff. de
vsur. cum concor. de quib. s̃. dixi. Quartò aduerte inquantum
a Bar.[a] in l. 1. ff. de noua. vult, † ꝙ per nullum contractum, exce-
27 cepta stipulatione, fit nouatio, nisi expressè agatur. Nam con-
sidera si posset attentari noua opinio. Quòd & in foro merca-
b torum. Item & in foro Cano. per pactum nudum [b] inducatur
nouatio in illis casib. in quibus inducitur per stipulationẽ, cùm
in foro mercatorum pactũ nudum producat actionem, sicuti
stipulatio, sm Bal. in l. quintus. ff. mand. Item etiam de iure Ca-
no. oritur actio ex pacto nudo, sicut ex stipulatione, vt not. in
ca. 1. de pact. Quædam alia specialia in mutuo, vel in pecunia
numerata respectu aliarum rerum mutuabilium enumerant
28 Bal. Lud. Rom.& Alex. hic, potes per te videre. † Vltra eos nõ
omitto, ꝙ si testator legauit domum cum omnib. rebus, quæ
in ea sunt, nulla omnino excepta, tamen in isto legato sic vni-
uersali non contineretur pecunia strictè, sed bene frumentum,
& aliæ res. Tex. est mihi singularis ad hoc in l. si mihi Meuia.
§. fi. de leg. 3. Et ratio illius text. est, quia pecunia circunscribi-
tur loco. l. si fideicom. §. tractatum. ff. de iudi. Limita tamen
illũ text. per alium tex. valde not. in l. si chorus. §. 1. ff. de leg. 3.
Aliud etiam speciale multum no. quòd licèt Doct. hic indiffe-
renter ponant, tñ non habet locum, nisi in pecunia numerata
29 tm̃. † Si filiusfam. capiat pecuniam mutuo iussu patris, non ha
bet restitutionem in integrum, sed in alijs rebus bene habet re-
stitutionem, non obstante iussu patris, si reperiatur lęsus. Ratio
est, quia filiusfam. obligatur ex omni ꝯctu, præterquã in pecu
nia, idest, mutuo, ẽt sine iussu patris, & obligatur naturaliter, &
ciuiliter & in effectu. Et ideo omnes alij contractus sustinentur
in persona filij. tex. habes singu. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de min. in
ver. excepta. sm Bal. Ludo. Rom.& Alex. hic. Aduerte tamen,
quia etiam in ꝯctu mutui, qñ non fit in pecunia numerata, sed
in alijs rebus, non habet locum Macedo. nisi fieret in fraudem.
l. sed Iulia. §. quod dr̃. C. ad Maced. Barto. in l. talis scriptura. in
prin. ff. de leg. 1. ¶Glo. in verbo, non acceperis. Primò declarat
tex remouendo ꝯrium. Secundò oppo. & soluit. Secunda ibi,
sed hoc non vr̃ speciale. In ea gl. ibi. Sed ibi erant res pręsentes.
d. l. falsus, dic ꝙ glo. nouum dicit, inquantum ad l. falsus. §. sed
& si is, vbi qñ indebita pecunia soluitur noĩe meo alij, ita de-
mum facio furtum, si in mea pręsentia soluitur, aliàs secus. Ra
tio est, quia furtum non fit sine contrectatione, ergo, ad hoc vt
fiat furtum, requiritur, ꝙ sit præsens, & in præsentia, si ei nume
retur, quia illa numeratio, quæ fit in præsentia sua, censetur ꝯ-
trectatio, quæ inducit furtum. Sed dum gl. rñdet ad d. l. 3. §. de-
cem. de don. inter vi.& vxo. & dicit, ꝙ ibi pecunia erat pręsens,
* reprobatur *per Bar. & omnes*, qui diuinant. & in ꝯrium facit. l. li-
cet. §. 1.& l. nuptura. ff. de iur. dot. In quib. locis pecunia debita
mulieri non erat pręsens, & tamen conuertitur in causam do-
30 tis. Hic sumpta occasione examinant Bar.& alij hic, † qñ debi-
tum ab vna persona possit conuerti in debitum debendum ab
alia persona, ex causa mutui, non data præsentia rei, vel in de-
bitum ex causa dotis. Et aduerte, inquantum Bar. vult ꝙ si ego
creditor iubeo debitori meo, ꝙ tibi numeret, vel soluat pecu-
niam, quã mihi debet, quia volo tibi mutuare, vel donare, vel
ex cã dotis, non facio vim, si iste debitor nihil ꝓmisit tibi, certè
istud censeretur simplex mandatum, quod ego creditor possũ
reuocare. l. hoc iure. §. si qs dederit. ff. de don.& l. si cũ Corn. de
sol. Sed si debitor meus, cui ego iussi, vt tibi daret, ꝓmisit tibi, ꝙ
eam soluet, vel numerabit, ego creditor non possum amplius
reuocare, ne tibi soluat, eo quia res non vr̃ integra. Facit bene
tex. in l. vtrum. in fi. ff. de constit. pecu. Adde huic notab. decis.
c Bar.[c] illud, ꝙ fortius voluit Io. And. in Add. Spec. in tit. deposi-
31 to. super rub. Vbi vult, † ꝙ si ego creditor iussi debitori meo, ꝙ
pecuniam mihi debitam tibi numeret, vel soluat, & iste debi-
tor in libro rationum suarum posuit istud debitum ad parti-
tam illius tertij, & deuenit ad notitiam eius, qui acceptauit, nõ
potest creditor amplius reuocare, dato ꝙ debitor non promi-
serit illi tertio, vt dicit Bar. sed solùm posuit ad partitam suam,
& ille sciens acceptauerit, per tex. in l. si ego. ff. de iur. dot. Istam
decis. Io. And. refert, & sequitur Bal. in l. fi. C. de noua. Ang.& d.
Alex. in l. qui vsumfr. ff. de verbor. obl. Pau.de Cast. in l. si cum
Corn. ff. de sol. Et no. quia magna extensio est ad doctri. Bart. q̃
notabiliter limita, in quantum vult, ꝙ si ego creditor iussi, vel
mandaui debitori, ꝙ pecuniam mihi debitam solueret tertio,
si illi tertio nihil promisit, possum reuocare, quia simplex man
datum, vt sit verum, nisi creditor mandauerit debitori con-
templatione ipsius debitoris principaliter, tunc dato, ꝙ debi-
tor nihil promiserit illi tertio, tamen non possit amplius reuo-
cari. tex. habes, & exemplum not. in l. si cum fundum. ff. de pac.
quem in proposito alleg. solus Pau. hic in pen. col. Bal. in tract.
extra de pac. in 1. col. in fi. Vlt. in quantum Bar. constituit diffe-
rentiam inter contractum mutui, & alios contractus, & dicit,
quòd si iubeo debitori meo, ꝙ soluat pecuniam alicui, & pro-
mittat, ꝙ ista promissio potest conuerti in causam dotis non
mutui, quia mutuum consistit pondere, numero, vel mensura,
& sic sola obligatio non potest conuerti in causam mutui,
alleg. l. qui negotia. ff. mand. de cuius intellectu non tango hic,
quia dicam in gl fi. Fallit sm Bar. nisi pecunia esset destinata so-
lutioni, quia sufficit ad hoc, vt vertatur in mutuum. ita intelli-
git istum tex. Ita etiam Bar. in l. si me, & Titium. j̃. eo. Ita saluat
gl. fi. quæ est ibi, in verbo, peruenit. ad fi. quam multi libri non
habent, & cum eo tenent Pau.de Cast.& Alex. hic, & sic con-
cludit Bar. ꝙ si iussero debitori meo, ꝙ numeret tibi pecuniam
debitam ex causa mutui, & debitor promittat, non ꝯhitur mu
tuum, nisi aut sequuta numeratione (quod est indubitatum)
aut si debitor haberet pecuniã paratã solutioni. Istud reprehẽ-
dunt Saly.& Ludo Roma. hic. Primò per gl expressam in d. l. si
me, & Titium. in gl. fi in q. quã format in fi.& multi libri nõ ha
bent. Rñde, ꝙ illa gl. debet intelligi sm dist. Bar. hic, qñ habebat
pecuniam paratam solutioni. Sc̃do alleg. tex in l. si ex pretio. C.
eo. sed ille tex. loquitur, qñ interuenit stipulatio, quo casu bene
põt mutuum ciuile ꝯhi per stipulationem, non per pactũ nu-
dum, vt loquitur tex. noster in verbo, conueniunt. & ita decla-
rant Ant. Ful.& Pau.de Cast. hic, licèt Lud. Rom. malè referens
Bar. dicat, ꝙ loquitur, qñ intercessit stipulatio. Mouet ẽt Ludo.
32 Rom. † quia paria sunt promittere, & soluere, l. fi. C. ad l. falci.
sed si soluisset, ꝯheretur mutuũ, ergo idem dicendũ si ꝓmisit.
Rñsio patet ex fundamento Barto. quia in casu nostro non est
eadem rõ in mutuo, quæ in alijs ꝯctibus, cùm mutuũ non cõ-
sistat nisi pondere, numero, vel mensura, &c. Bar. ẽt tenet Ful. in
l. si me, & Titium. j̃. eo. quia promissio habet vim solutionis. l.
quamuis. §. interdum. ff. ad velle. in verbo, *soluit.n. qui reum dele-
gauit*. D. Alex. dicit, quod intelligendo illum tex. vt per gl. ꝓbat
ꝯrium. Tu rñde melius ex mente Bar. ꝙ illud, quod dr̃, ꝙ dele-
gatio, & solutio parificantur, est verum in ꝯctu consistente in
sola obligatione, secus in ꝯctu mutui, quia non põt sola obli-
33 gatione ꝯsistere. Teneo ergo declarationẽ Bart. † Stat ergo ex
prędictis omnib. ꝙ dñs, vel creditor põt reuocare iussum factũ
debitori suo, qñ debitor nihil promisit illi tertio, secus si ꝓmi-
sisset. Istam doctr. inducit Bar. ad vtilem, & quotidianam quęst.
34 † Pone, ego dixi cãpsori,[d] ꝙ solueret ꝓ me illud, qđ debeo Ti
d tio, ex cã pannorum emptorũ ab eo, vel ex alia cã. Nunqd ego
sum liberatus, adeo qđ si ille cãpsor cederet foro (qđ in Tuscia
dr̃, fallire) seu si mercator decoqueret, nunquid ille posset hr̃e
regressum ꝯ me? Et Bar. punctualiter determinat sm Doct. p̃-
ced.& dicit qđ si iste cãpsor ꝓmisit illi tertio, qđ solueret, ego
sum liberatus, eo quia illa promissio cedit loco solutionis l. si
pupilli. §. 1. ff. de neg. gest. l. inter cãs. §. abesse. cum gl. ff. mand.&
sic ego sum liberatus: Sed si cãpsor nihil promisit illi tertio, da-
to, qđ ego iusserim illi vt solueret, ego non sum liberatus. Et iõ
si

ADDITIONES.

a ¶Inquantum Bar. Vide Deci. in c. 1. col. 15. de iudi.
b ¶Per pactum nudum. Inn. in c. nouit. de iud. Innocen. in c. cum venissent. de institu. Arch. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1.
c ¶Decisioni Bar. Ampliat. Ias. in repet. l. admonendi. col. 65. ff. de iureiur. PVR
d ¶Campsori. Vincen. Palleotus inter consi. Alex. lib. 3. cons. 97. incip. In præsenti causa. PVRPV.

si mercator decoqueret, posset habere ille tertius regressum ꝯ me, & ita Bar. hic, & tenent Bal. & Ang. hic. Idem tenent Bal. in l. fi. in aliquibus lect. C. de noua. Bal. & Saly. in l. pro debito. C. de bon. auct. iudi. pos. Bal. in repe. l. 1. in 27. colum. C. de iud. Et pro opi. Bar. optimè facit, quia quando iubeo campsori quod soluat, quod debeo tertio, & campsor per stipulationem promittit illi tertio acceptãti, & nomine meo, ista est delegatio, vt declarat glo. magistr. & no. in l. quamuis. §. si mulier. in glo. 1. ff. ad
35 velle. Sed sic est, † quòd delegare est soluere. d. l. quamuis. §. interdum. sed per solutionem liberatur ipso iure, quia solutione eius, quod debetur ipso iure, omnis tollitur obligatio, Insti. quibus modis tolli. oblig. in prin. ergo eodem modo per delegationem ipso iure dicor esse liberatus. Et in terminis, quod per delegationem liberetur quis ipso iure, est text. in l. delegare, in verbo, *vice sua*, de noua. Istud est fortius fundamentum, ꝙ possit adduci pro opin. Bar. Istam opi. sequitur etiam d. Fran. de Are. in cons. 5. incip. In causa, & puncto ad me transmisso, per fundamentum, de quo mentionem faciam. Eandem opin. vr̃ tenere Barto. in l. delegare ff. de noua. vbi dicit, quod si aliquis promittat ꝓ me sine delegatione, ego non sum liberatus, nec fit ipso iure nouatio. Sed si ego darem debitorem meum, vel expromissorem, tunc fieret nouatio. tamen dicit se non ponere pro constanti. Raph. Fulg. hic tenet contra Bar. Motus, quia licèt de iure ffꝛorum per interuentum nouæ personæ fieret nouatio. Hodie tamen non fit nouatio, nisi expresè sit actum. §. præterea. Insti. quib. mod. toll. obl. l. fi. C. de noua. nisi consuetudo aliter se haberet, s̃m eum. l. 2. in fi. C. de consti. pecu. Pau. de Cast. hic istam opin. Fulg. refert, & dicit, quod aliàs fuit in isto errore contra Bar. sed postea mutauit propositum, eo quia l. fi. C. de noua. non habet locum in delegatione, prout dicit tenere Bar. in d. l. delegare. Et quod delegatio dicitur, qñ facio debitorem tibi promittere tanquam debitorem meum, s̃m gl. in l. quamuis. §. si mulier. ff. ad velle. Subdit etiam, quod Bart. errat in formatione quæstionis, quia si iussi campsori, quòd solueret pro me, & ipse promisit, non fecit illud, quod iniunxi, & sic non sum liberatus. tex. est in l. si debitorem. cum gl. & in l. si Stichum. ff. de noua. Et dicit, quod ista est veritas in hoc art. per neminem benè declarato. Adde etiam, quod Barto. in consi. suo inci. Tertius promisit mihi. videtur tenere contrarium eius, ꝙ hic, secundum quod ponderat Ludo. Roma. hic. Quærit enim Bart. Pone, quod tertius promittat tibi illud, quod ego debeo, nunquid ero liberatus? Determinat, quòd non, eo quia per iura noua nunquam fit nouatio, & sic extincto præcedentis obligationis, nisi expresè agatur. d. l. fi. C. de noua. Vnde iste, qui ꝓmittit, censebitur fideius. iuxta gl. quam dicit singu. in Auth. de fideius. in prin. Sed caue tu, quia Bar. ibi non loquitur, quando iste tertius promittit præced. iussione mea, prout loquitur hic, & declarat expresè Bar. in d. l. delegare. Ludo. Rom. hic etiam audacter tenet contra Bar. eo quia tenet, quod lex fi. C. de noua. habeat locum non solùm in nouatione simplici, sed etiam in delegatione, vt nullo modo fiat nouatio nisi expresè agatur à partibus, de h. d. esse casum rotundum in §. præterea. Insti. q̃b. mod. toll. ob. iuncto prin. cum si. Sed si tu referas ad casum proximè præcedentem, nihil obstabit. Secundò mouetur Ludou. per d. l. fi. vbi. h. d. expressum, inquantum tex. ibi dicit, ꝙ si quis promittit id, quod ego debebam, quo casu est delegatio, non fit nouatio, & sic tex. necessariò loquit̃ in delegatione. Sed ante Ludo. Rom. istud argumentũ format Bar. in d. l. delegare. la 1. & r̃ndet, ꝙ non sequitur, aliquis promittit id, quod ego debeo, ergo est delegatio, quia requiritur, ꝙ sit debitor meus, qui de voluntate mea promittat. Alia principalis fuit opi. Ang. in l. 2. ff. de noua. qui dicit, Aut quærimus, an de iure ffꝛorum facta esset nouatio, & dicendum est, ꝙ sic, quia de iure ffꝛorum quoties interueniebat noua ꝑsona, semper fiebat nouatio. d. §. præterea. Aut quæris, an attento iure nouo. C. & sic. d. l. fin. fiat nouatio, & tunc, Aut quæris, an fiat nouatio ipso iure, & dicit ꝙ non. d. l. fin. Aut quæris, aut fiat nouatio ope exceptionis, & dicit, ꝙ sic. Motus per vnam regulam, quam. ĩ. reprobabo, quia in omnibus casibus, in quibus de iure ffꝛorum fiebat nouatio, ipso iure, hodie per iura noua. C. quamuis non fiat nouatio ipso iure, tñ fit ope exceptionis. Istam regulam ponunt gl. & Bar. in l. 2. ff. de noua. Bar. & Ang. in l. pen. de præto. stipu. & in l. certi condictio. §. si nummos. s̃. eo. Sentit gl. in l. fi. & ibi clarè Bart. C. de noua. Alia fuit opi. eiusdem Ang. in l. delegare. ff. de noua. qui dixit. Aut quæris, nunquid propter promissionem campsoris debitor liberetur virtute nouationis, & teneas ꝙ non, quia nouatio nunq̃ fit, nisi expresè agatur. Aut quæris, nunquid liberetur virtute delegationis, hic aduerte. Aut campsor promisit per solennem stipulationẽ, & tunc debitor liberet̃. Aut promisit pacto nudo, vel per constitutum, & tunc non liberetur, nec ipso iure. nec ope exceptionis. l. Item illa. §. si. cum glo. ff. de consti. pec. Istæ sunt opi. maiorum nostrorum in hoc art. quas retuli breuius q̃ potui. ¶ Quid tenendũ pro veritate huius notab. passus? Oportet ante oĩa tria videre, ex quib. elicit̃ veritas huius quotidiani art. In primis necessarium est scire, qñ dicatur nouatio, & qñ dicatur delegatio. Vñ debes scire, quòd iste terminus, nouatio, põt capi largè, & strictè, sicuti terminus, adoptio. l. 2. ff. de adop. Si capiatur largè, & sic tanq̃ genus, comprehendit sub se delegationẽ, & nominationem in specie, prout declarat gl. in rub. ff. de noua. & Cy. in rub. C. eo. Cognito ergo quid sit propriè delegatio, in specie cognosces, quid sit nouatio. Nam declarando, quæ requirantur, vt sit nouatio, præsuppone, ꝙ vbi aliquid ex illis defecerit, non sit delegatio, sed no-
1 Ludo.Rom. & Alex. hic. † Quòd scholares donec sunt in studio,dicuntur esse in via. Et ideo infertur,ꝙ stante statu. ꝙ qui venerint ad habitandum in tali ciuitate,sint immunes,ꝙ scholares non erunt immunes,& ideo nunquam contrahunt domicilium illius loci,vbi sunt causa studij.Tamen iste text.nihil facit,sed melius facit bon.tex.in l.Seiæ. §. Pamphilæ. & in §. præced.ff.de fundo instru.& tex.in l.quæsitis.in princ.ff.de leg.3.vbi Bar.Facit tex.in l.1.C.de verb.sign.declarat Bart.in l. lex Corne.
b §.domũ.& §.si tamen.de iniur. Intellige, nisi scholaris [b] stet vltra decennium causa studij.tex.est,& gloss. expressa in l.2. C.de inco.lib.10.declarat Bar. in locis prealleg. & vide ad prædicta, quod not.Bal.in l.qui sub prætextu.C.de sacrosan.eccles. Et vltra glo. primam hic, quot modis sumatur ille terminus, viati-
c cum, [c] habes c.quod in te.& ibi gl.1.declarat de pœn.& remis. ¶Secundò not.ex hoc tex.in verbo,extraordinario iudicio,iũ-
2 cta gl.secundum Bar. & Docto.hic,ꝙ † extraordinarium iudicium intelligitur officium iudicis,prout etiam est text. in l.1.& ibi Bart.not.ff.de furibus balneorum.& in l.1.& ibi glo.& Bald. C.de lib.& eo.liber.& istos duos tex.allegat Albe.hic, vltra tex. quos alleg.Alex.hic. Et propterea dum tex.in l.2. C.de instit.& subst.sub cõdi.fac.dicit,*extraordinario auxilio non indiges*,licèt Bar. in l.testamento.ad fin.ff.de condi.& demon. dicat se non intelligere,satis patet ex prædictis,cum his tamen,quæ dixi in illa l.2.
3 ¶†Tertiò principaliter not.ex hoc text. propter absentiam patris permittitur filiofam. illud, quod aliàs non permitteretur.
d Hinc est,quod licèt filiusfamiliàs [d] nõ possit esse in iudicio, nec agendo,nec implorando officiũ iudicis,nisi interueniente consensu patris.l.fin.§.& filius simili modo C.de bon. quæ libe.c.fi. ad fi.de iud. in 6. tamen quando pater est absens potest implorare officium iudicis in figura iudicij.tex.est hic.& tex.apertior in l.si longius.§.1.ff.de iudi.quicquid dixerit Ludo. Roma.hic, & malè,quem reprehendit do. Alex. Intellige tamen, quando imploratur officium iudicis, vt in figura iudicij, secus quando imploratur extra ordinem,& non in figura iudicij, vt est gl.singu.& ibi Bar.multum not.circa fi.in l.1.C.qui admi. cum concor. quas ibi dedi. Sic ergo propter absentiã patris aliquid conceditur,qđ aliàs non concederetur.concor.tex.in l.sed si vnius. §.filio.ff.de iniur.Hinc est,ꝙ propter superioris prælati absentiã aliquid permittitur,quod aliàs non permitteretur.tex.est notabilis in cap.cum nullus.ad fin.in ver. Episcopo autem in remotis agente.de temp.ord.lib.6.secundum Paul.de Cast. in consil. 146.Et ideo dicunt Cano.in cap.cum dilecta.de rescript. ꝙ vbi Abb.est absens,ita ꝙ commodè non potest haberi eius licẽtia, ꝙ Monachus potest agere sine eius licentia. Et propterà non sunt 15.dies, ꝙ consului in casu, in quo requirebatur cõsensus Episcopi,& quia erat absens ab Episcopatu Romæ,consului ꝙ propter absentiam sufficit habuisse licentiam Vicarij, vel eius locum tenentis.Ad hoc allegaui in terminis Arch.63.distin.ca. Reatina Ecclesia. vbi dicit, quòd si ex ꝯsuetudine in electione alicuius

ADDITIONES.

a ¶Et ista lex.Adde latè Fely.in c.dilectus.el 2.colum.6. versic.ad domicilium, de rescrip. PVRPV.
b ¶Nisi scholaris.Adde Bar.in l.hæres absens.in §.1.ff.de iudi.Bal.in l.1. vbi de crim.agi oportet.Io.de Imo.in c.dilectus.el 2.de rescrip.
c ¶Terminus viaticum.Adde Io.And.in c.in his. in versi.viaticum,de priui.
d ¶Filiusfamiliàs.Adde Bal.in l.nec quicquam.in §.de plano. ff.de offic.procon. Bal.in l.3.In §.sed vtrum.ff.de minori.Alex.de Imol.consi.59.incip.Viso processu causæ.in 2.vol.

5 alicuius prælati debet interuenire conſenſus Regis,vel Archie piſcopi, vel Epiſcopi, & ſi contingat Regem eſſe extra regnum, vel Epiſcopum ab Epiſcopatu, ſufficit habere conſenſum Vicarij,vel eius locum tenentis: alleg. Compoſt.ita tenere in capitu. quod ſint. de elec. qui refert ita obtinuiſſe in cauſa Cantuarienſis Epiſcopi,vel Canonicorum Roſentium.argum. capitu. ex frequentibus. de inſtit. & illam deciſ. Arch. videntur referre Anto. & Pan. in capitu. quod ſicut. Illam deciſ. expreſsè ſequit Bal.in c.cū venerabilis de cõſue.Illud dictū Arch. refert etiam Ang. licet communiter corruptus habeatur in l. adoptio.circa me. ff. de adop. & ita conſului:quis illud dictum Arch.reprobet Lud.Ro.in conſ.703. inc.Ex longæua, & inueterata conſuetudine. & bene facit text. in d.c.cum nullus. verſ.
4 Epiſcopo autem.¶Quartò not.ex iſto tex.† quòd filius abſente patre poteſt eſſe in iudicio, implorando officium iudi.ſuper contractu mutui per eum celebrato, ꝙ non poſſet patre præſente:niſi pater conſentiret, vt prædixi. Sed pulchrum, & neceſſarium dubium eſt pro intellectu huius text. & d. l. ſi longius.§.1.inueſtigare: nunquid in caſu iſtarum legum, ad hoc, vt filius poſſit implorare officium iudicis, requiratur, vt filius caueat de rato, quòd pater habebit ratum? Text. iſti nihil dicunt:tamen Bald.in l.1.in 3.col.C.de bon.mater. format quæſtionem, & decidit, in caſu iſtarum legum requiri, ꝙ filius caueat, ꝙ pater ratificabit, & ita limitat iſtas ll. alleg.ſimpliciter text.in l.filiusfam.ff. qui ſatiſd.cog. ſed ille text.nihil facit, quia non loquitur de cautione de rato, ſed de iudicato ſoluendo. Ratio eſt, quia nemo quantumlibet coniunctiſſimus eſt idoneus defenſor ſine ſatiſdatione,ne iudicium ſit deluſorium, & ſic loquitur, quando filius vult comparere pro patre abſente, vt omnino defendat. Nos loquimur,quando filius agit pro ſe, non pro patre, & ſic illa lex nihil facit. Primò, quia loquitur de cautione de iudicato ſoluendo. Nos in cautione de rato. Secundò loquitur, quando filius vult agere pro patre abſente tanquam defenſor, & non poteſt, niſi ſatiſdet de iudicato ſoluendo. Nos loquimur in alio caſu, &c. Poterat Bald. alleg. text.fortè meliorem de iure in l. ſi cum dotem.§.ſi patri. ff.ſol. matr. vbi in fortioribus terminus in actione de dote, quæ eſt communis patri & filiæ, pater non poteſt ſine conſenſu filiæ agere.l.2.§. voluntate. ff.ſolu. matr. Tamen ſi pater ſit abſens, imò ſit bannitus, filia abſente patre non poteſt intentare actionem de dote, niſi caueat, quod pater ratificabit: quanto fortius in caſu noſtro, vbi de iure iſto in mutuo celebrato per filium,actio in totum quærebatur patri: filius non poterit agere,niſi caueat patrem ratificaturum, & per illum tex.videretur debere intelligi, & limitari. d.l. ſi longius. §. 1.& iſtam l. Tamen Bald.in illa l.ſi cum dotem.§.1.ſibi contrarius tenet, ꝙ in caſu iſtarum legum filius abſente patre poteſt agere abſque cautione:prout iſti text.requirunt. Nec obſt.text.in d.§.ſi patri. quia reſpondet Bald.quod aliquando requiritur conſenſus patris ratione communionis, quam habet in re: prout in dote: tunc, quia agitur de præiudicio patris, eo abſente non poteſt filia agere, niſi promittat patrem ratificaturum. Ita loquitur text.in d.§.ſi patri. Aliquando requiritur conſenſus patris, non ratione communionis, ſed ad fin. vt ſuppleat defectum perſonæ filijfa.qui aliàs non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio: tunc data abſentia patris, filius poteſt eſſe in iudicio abſque eo, quod caueat patrem ratificaturum. In iſtis terminis loquitur iſta lex, & l.ſi longius,quia non tractatur de præiudicio communionis,quam habet in re, & ſic non videtur tractari de iure, quod habet in re. Iſtam ſolutio.ſequitur Raph. Cum.& ibi idem Alex.in fin.in d.§.ſi patri.Iſta ſolutio non euacuat difficultatem, nec me reddit clarum: imò iſta ſolutio magis auget dubitationem.quia in § ſi patri.vbi ſolùm eſt præiudicium communonis, hoc eſt, quod patri ſit præiudicium in actione,quam habet communem cum filia: propter iſtud præiudicium communionis requiritur, quòd filia agens abſente patre caueat patrem ratificaturum. quanto magis iſtud debet requiri,quando actio eſt inſolidum ipſius patris,vt in caſu iſtarum legum,vbi tractatur de maiori præiudicio? Sed dicas ſuſtinendo,& declarando ſolu. quantum potes, ꝙ in caſu iſtius legis,& l.ſi longius.§.1.licèt actio quæratur in totum patri, quæritur tamen mediante ꝯtu filij, quia filius mutuauit,
5 quo caſu debes ſcire, ꝙ † quando actio,vel obligatio quæritur mediante contractu filij,licèt in totum quæratur patri,tamen debitor poteſt ſoluere filio,imò ſeruo, & ipſo iure liberatur à patre,tex.eſt in l.cum ſeruus,in prin.& ibi Bar.not.ff.de ſolu.& l.filius paciſcendo,iunctis his,quæ expreſsè no.Bar. C. de pact. Sicut ergo iſto caſu poſſet debitor ſoluere filio, & ipſo iure liberaretur à patre,ſtatutum eſt his legibus, ꝙ filius abſente patre poſſit eſſe in iudicio,nec requiritur,ꝙ caueat ratificaturum patrem,ſicut ſi ſibi ſolueret.Iſtud ceſſat in ꝯtu dotis,vbi actio non quæritur patri ex contractu filiæ,ideo non poſſet dos ſolui filiæ ſoli,nec ſoluens liberaretur.d.l.2.§.volūtate,& l.ſed non ſolum. ff. ſol. matr. Ideo nimirum ſi filjus abſente patre agens, cauet de rato.d.§. ſi patri. Prædicta ſunt pulchra,& ſubtilia,ſed non ſine difficultate ¶Glo.in verbo extraordinario.Primò declarat text. Secundò reſpondet tacitæ quæſtioni.Tertiò remouet tacitum contrarium. Secunda ibi, item vtilis certi condictio.Tertia ibi,nec eſt abſurdum.¶In gl.ibi. j. de act. & ob.l.filiusfam.& l.in factum.Habes ex iſta glo. duas principales conclu.Prima eſt,ꝙ ex mutuo celebrato per filiumfam.ſi pater eſt abſens,non ſolùm filius poteſt implorare officium iudicis, ſed etiam ei competit vtilis certi condi.Intellige gl.quando pecunia mutuata fuiſſet conſumpta, quia reconciliaretur mutuū.l. rogaſti. §.fi. cum ll.ſeq.s.eod.Nam ſi pecunia extaret, quia filiusfam.non potuit mutuare,certè non eſſet ꝯtum mutuū, & non competeret vtilis certi conditio, ſed vtilis rei vendicatio,ſm Alex.& Ful.hic.Facit l.filiusfam.in verbo,vendicanti.s.
a eo.quicquid dicat Albe.hic in vlt.no.Secundò habes [a] ex glo. ꝙ cū de iure. fforū quicquid acquireret filius, acqreret ſtatim patri.l.placet ff..de acquir.hęred. l.1. in prin. ſi quis à pa. fuerit numiſſ.plenè traditur in l.cum filio.ff.de leg. 1. Eodem modo actiones omnes ex ꝯctibus per filium, vel ex alijs factis in totum quærebantur patri.& penes filium nihil remanebat. Fallit ſm gl.in quinque caſibus, & ſic in quinque actionibus poſitis in l.filiusfam.& in l.in factum.alleg.in gl.& gl.in illa l.filiusfam. addit alios caſus.Caue tamen circa iſtos quinque caſus glo.inter quos eſt depoſitum,& commodatum,quòd in illis directa actio quæritur filio, non patri. Multum obſtat text.in l. ſi longius.§. 1.in verbo vtili iudicio.s.de iudi. vbi loquitur in depoſito,& tñ dicit,ꝙ filius habet vtilem actionem. Gl. ibi dupliciter
* *reſpondet, & communiter tenetur*,vltra ſolu.ꝙ exponatur vtili, id eſt,efficaci, re vera fortiter obſt.tex.Et ſi dicis, quæ poteſt eſſe ratio ſpecialitatis,quare in iſtis quinq; caſib. de iure. fforū qratur actio filio,& non patri, ſecus in omnibus alijs? quare non ſic in mutuo,& in omnibus ꝯctibus bonæ fidei? Bart. in d.l.filiusfam.aperta fronte fatetur,ſe neſcire, & nunquam potuiſſe inuenire fundamentalem rationem. Ego ſæpius audiui à præceptoribus non poſſe dari rationem ſpecialitatis,tamē vt dem materiam cogitandi,cogitabis,ſi iſta poſſet eſſet ratio.Nam in interdicto quod vi,aut clam, & in actione in factum pro omnibus interdictis Bal.in d.l.in factum,dicit, ꝙ iſta ſunt remedia iuris prætorij,non iuris ciuilis:prætor autem non cõſiderat niſi ſolam æquitatem,& non curat patriam poteſtatem, ideo nimirum ſi in omnibus interdictis quæritur actio filio.Cogita tamen,quia eſt nimis latūm verbum,quia ſequeretur, ꝙ omnes actiones prętoriæ acquirerentur filio,non patri,quod ego non pono pro conſtanti in alijs actionibus commodati,& depoſiti, quia acquiritur actio filio,& non ſic in mutuo,& alijs ꝯctibus bonæ fidei.Inuenio ꝙ ſolus Raph.Cum.inter Mod.ſubtiliſs.in d.l.filiusfam. dicit ſe putare iſtam eſſe rationem.Nam in commodato,& depoſito non transfertur dominium, ſed agitur de
6 reſtitutione nudæ tenutæ, quæ eſt meri facti,& † in iſtis, quæ ſunt nudi facti,vt tenuta,filiusfam.& ſeruus eſt capax. l.ſtipulatio iſta.§.hæc quoq;.ff.de verb.obl.cum ſit capax tenutæ, eodem modo debet eſſe capax actionis competentis pro tenuta, ſicut in ſimili in deportato.tex.eſt not. in l. ſi mandauero. §.is, cuius.ff.mand.& ſic, quia iſtæ duæ actiones ſunt bonæ fidei,& in vtraque non transfertur dominium,& ſic in vtraque agitur, vt reſtituatur,propter hoc ſtatutum eſt, ꝙ filiofam. quæratur actio directa.& non acquiratur patri, ſicut in mutuo, in quo transfertur dominium,& ſic in alijs agitur ad poſſeſſionem, p ut eſt iuris.Quæ autem ſit ratio in actione iniuriarum, poteſt dici,ꝙ ſit ratione contumeliæ.iſta ratio Raph. licèt ſit colorata,mihi nõ ſatis facit pp duo.Primò,quia non procederet, qñ re commodata, vel depoſita perempta petitur intereſſe,licet
* *communiter concludatur*, quod re perempta poſt moram petitur res,& reſtitutio rei,quia fingitur extare,quod non eſſet, ſi ante moram,vt declarat Bar.in l.in re furtiua.ff de condi. fur.& plenius in l.ſtipulationes non diuiduntur.in prin. ff.de verb. oblig. Fortius,quòd ratio Raph.ſit falſa, oſtendo. Nam in locatione non transfertur dominium, & eſt bonæ fidei, & agitur pro reſtitutione ſolius tenutæ,ſequeretur,ꝙ actio ex locato quæreretur filio,& non patri,quod eſt falſum.¶In ead.gl.ibi, nec eſt abſurdum.gl. hic voluit remouere tacitum contrarium. Nam
7 † tex.dicit,filiæ competere extraordinarium iudicium, & ſic officium iudicis,tamen glo.ſupra dixit,ꝙ iſto caſu competit vtilis certi cõdictio.Contra,remedium extraordinarium,& ſic officium iudicis nunquam habet locum,quando competit ordinarium.

ADDITIO.

a ¶Secundo habes.Deci.in c.1.col.37.de proba. MASVER.

uarium,& sic actio.l.in causæ,de mino. Not. in l.in prouinciali.in prin.ff.de oper.nou.nunc. Sed fortius fortifico illud tacitũ motiuum glo. Nam si in casu isto competit officium iudicis, ego habeo, ꝙ officium iudicis nullam præsupponit obligationem.l.qui per collusionem. de act. emp.l. Quintus.ff.de annu. leg.cum limitatione,quam dat Bar.in l.fin. ff.de iniur.gl.& Angel.in l.si seruum.§.sequitur, de verb. oblig. si nulla obligatio, ergo impossibile est competere certi condictionem, quæ est actio personalis,& præsupponit obligationem. §.1.Institut. de actio.l.certi condictio.supra eod. Gl.voluit respõdere vtrique difficultai,dicens non esse absurdum quod duo remedia concurrant,cùm ambo sint ex æquitate,quasi dicat gl.quod si vtilis certi cõdictio competeret ordinariè, certè cessaret officium iudicis,quod est extraordinarium, sed hic ambo remedia dantur ex æquitate,ideo simul concurrunt: quia benè possunt concurrere duo remedia extraordinaria. Ista solu. satisfacit primo argum. Ad secundum respondeo ex eadem solu. Quando filius mutuat pecuniam,& pecunia consumitur, ex isto mutuo nascitur actio directa, & obligatio, sed ista actio, & obligatio quæritur patri,& cùm ista præsupponat obligationem, non ꝯcurrit cum officio iudicis.Sed si pater sit absens,competit filio vtilis certi condictio,quæ nullam præsupponit obligationem, sed datur à lege ex æquitate,& sic est actio datiua,ergo illa,quę præsupponit obligationem, datur patri, sed ista cum nullam præsupponat obligationem, nimirum si concurrat cum officio iudicis.Et per prædicta est vtiliter expedita ista lex,quæ solet frequenter dari in punctis.

SVMMARIVM.

1 *Quando dissensus impediat contractum.*
2 *Indebitum soluens an repetat.*
3 *Voluntas vnius partis an attendatur.*
4 *Reconciliatio quando confirmet mutuum.*
5 *Appellatione contractus non venit distractus,& quid in statuto.*
6 *Pecunia extante an remaneat dominium penes ipsum dantem.*

LEX XVIII.

SI ego. Ista lex secundum Barto. est multum pulchra,& nota.hoc dicit.Dissensus in specie contractus impedit contractum, & dominij translationem, quę reconciliatur secuta cõsumptione, & quantum ad dandam actionem inspicitur animus recipientis,quãtum verò ad dandam excep.inspicitur animus dantis,hoc dicit,& licet Bar.& Ang.summando istum text.dicant errorem in specie contractus; tamen hic non est propriè error,sed dissensus, quasi diuersus sensus. Diuiditur ista lex in tres partes,prout tria habet responsa. Secunda ibi, & sic ego. Tertia ibi,idem est.Et in omnibus tribus exemplis istius text.recipiens semper habuit animum restituendi; dans autem non habuit animum in primo casu,vt rehaberet, quia dedit animo

1 donandi,sed in alijs duob. sic. ¶ Not.ex hac l. ꝙ dissensus partium in tit.seu in specie contractus impedit contractum. Ratio secundum Ang.& Ludo.Rom. est, quia debet concurrere voluntas vtriusque,vt est text.not.in l.in omnibus,vlt.& in l.ex consensu.ff.de act.& obl.& in l.inter stipulantem. §.1.ff.de verborum oblig.Istud no.limitat Alex.nõ habere locum in quasi contractu per text.in l. 5.in fi.ff.de neg.gest.& glo.in d.l.in om

a nibus.Sed ista limitatio [a] non est ad propositum, quia in d.l.5. interuenit error in eo,qui credebat gerere negocia Titij absentis,& erant Sempronij,& sic non fuit dissensus,sed error.¶No.

2 ex hoc tex.secundum Pau.de Cast.& Alex.hic limitationem ad regulam,quæ habet,ꝙ qui scienter soluit indebitè, videtur donare.l.cuius per errorem.ff.de reg.iur. l. 1. ꝟ.de condi.indeb.

a nam illa regula optimè limitatur per istum tex.† ꝙ ad hoc,vt soluens scienter indebitum videatur donare,non sufficit scientia ex parte soluentis,sed etiam requiritur,quòd qui recipit, recipiat tanquam scienter indebitum,tunc contraheretur donatio,aliàs dissensus impediret donationem,vt hoc tex.Et ita declarat Bar.in l.1.in 1.colum.ff.de dolo, & Bald.in l. falsus, in 4. colum. C.de furt.& ibi Ange.in repe.in 5.col.& in l.dispensato rem.ff.de solu.& Pau.de Cast. & Alex.in l.1. ꝟ.de condi.indeb. & est glo.in l.qui fundum.§.seruus,in glo.fi.ante fi. ff.de vsuca.

3 pro empt.¶† No.3.ibi,quia secundum voluntatem dantis.Ad impediendum actionem inspicitur voluntas solius dantis, eo quia istud respicit eius damnum.Quantum autem ad eius vtilitatem secus esset,quia ad eius vtilitatem voluntas vnius partis non attenditur.l.si repetendi. C. de condi.ob cau. l.1,§.sed si parendi. infra. de condi.ob cau. & vide Bartol. hic in 2. oppo,

4 ¶† Not.etiam ex isto tex.ꝙ quando partes dissentiunt in contractu, & sequitur consumptio, talis consumptio reconciliat translationem dominij,sed non potest operari reconualidationem contractus,vt dicunt Bar.& Ange.hic.¶Glo. in verb. non fieri. diuiditur in 4.partes prin.Primo fortiter oppo.cõtra text. in verbo,magisque,& dicit Paul. de Cast. ꝙ istud est vnum de difficilioribus contrarijs, quæ sint in iure. Secundò soluit vno modo,sm Rogerium.Tertiò soluit alio modo, & ita communiter tenetur.Quartò tacitè quærit, & se remittit. Secunda ibi, solu.hic erat certa.Tertia ibi,vel dic, ꝙ ibi promissio. Quarta ibi,& potes hic dicere.¶In glo. ibi, sm Rogerium. Ista solu.est vera in se,sed quia diuinat,ideo reprobatur.In ea. gloss. ibi, hic

* autem debitum non præcessit.*Ista secunda solu.communiter approbatur à Doctο.* secundum quam limita istum text. dum vult, ꝙ dissensus impediat contractum,& translationem dominij, vt non procedat,quando debitum verè præcedebat. Nam fauore liberationis transfertur dominium tamen istam communẽ solu.reprehendunt Fulg.& Lud.Rom. hic, per aliqua, quib.respondet Alexan.hic.Sed vltra eos aduerte primò,quia pro ista

5 communi solu.facit,† quia appellatione contractus non venit distractus.l.fi.& ibi Bar.C.si tuto.vel cura. inter. Secundò facit simile,quod videmus.Nam confessio extraiudicialis ad liberãdum sine causa,valet,vt probatur in l.tale pactum, in princ. & ibi Doct. ff.de pac. Bald.in l.creditori.C.de pac.& in l.generaliter. C. de non nume. pecu. & tamen secus est in confessione ad obligandum,quæ sine causa non valet.l.cum de indebito.§. fi.ff.de proba.gl.in l.1.in fi.C.de interrog. act. Tertiò facit aliud simile.Nam videmus, ꝙ confessio ad liberandum facta absente parte,tenet,vt est gl.& Bar.in l.non solùm. in §.si liberationis verba.ff.de lib.leg.glo.& omnes in l.idem in duobus.§.fin. ff.de pac.& tamen confessio ad obligandum facta absente parte nõ valet.l.certum.§.si quis absente,& ibi glo.& Barto.ff.de confes. Secundò aduerte,quia contra prædicta faciunt aliqua similia. Primò,quia videmus,ꝙ sicut dolus dans causa contractui bonæ fidei,illum annullat ipso iure l.eleganter. in prin. ff de dolo, idem est in distractu,vt probatur in l.de tutela.C.de in integ.restit.mino.Ponunt Docto.in l.sub prætextu. C.de trans. Secundò facit,quod not. Bar.in l.ab emptione.in 2.no.per illum text, ff.de pac.& Bal.in l.1.C.quando liceat ab empt.disce.Tertio facit,quia lex quantuncunque exorbitans loquens in contractu habet locum in distractu,seu liberatione, gl.in l.3.§.contrariũ.

b ff.de contrario iud. tut.Quartò facit, quia statutum loquens [b] in contractu,habet locum in distractu,secundũ Bal.in l. pactũ. in 21.q.C.de collat.& in rub.C.de pact.& Bart. & Docto. in l.si vnus §.pactus,post gl.ibi.ff.de pac.& ibi dixi, quamuis contrarium tenuerit Bald.in l.siue apud acta,& ibi D.Alex C.de transact.vbi etiam posui de ista materia. Tertiò in ista materia, an error impediat liberationem,vide tex.in l.cum quis. §. si debitorem.ff.de solu. qui tamen tex. loquitur in terminis diuersis à nostris,quia ibi tertius recipiens erat in dolo,quia sciebat reuocatum mandatum.Aliam solu. dabat Raph. Fulg hic, & dicit, ꝙ vsque à iuuentute eam cogitauit,& adhuc sibi placet. Nam dicit ipse,se tenere,ꝙ dissensus in contractu (dummodo vterq; contractus tendat ad translationem dominij) non impediat translationem dominij.Et ꝙ istud sit verum, probat ipse sic. Nam ad transferendum dominium duo concurrunt, contractus,& traditio:contractus est causa remota: traditio est causa proxima.Vnde dicit Fulg.dissensus in causa remota non impedit translationem dominij.probat per tit.ff.& C.de condi.inde. Secus si dissentiremus in causa proxima. Et si dicatur, quid respondes ad istum text.vbi vterque agebat transferre dominiũ, tamen non transfertur?respondet Fulg.se intelligere istum tex. ꝙ in hac l.ponantur quatuor dicta,& ꝙ ver.magisque, non legatur cum prin.tex.continuatiuè,sed ponatur alius casus,& licèt ipse non dicat,potest illud persuaderi,quia Iurisc.in prin.loquitur in prima persona:in ver.magisque,mutat.Tamen litera refragatur,& copula magisque,obstat.Ideo non facio vim,nec curo de hoc intellectu.Præterea,& secunda consideratio Fulg. est falsa,quia dato, ꝙ vterque contractus sit habilis ad transferendum dominium, tamen dissensus in contractu vitiat contractum,ex quo traditio remanet nuda,& sine causa, & traditio nuda non est sufficiens ad transferendum dominium.l.nunquam nuda.ff.de acquir.rerum dom.Non obst tit.ff.& C.de ꝯdi.indeb.quia traditio ibi non est nuda à causa, saltem putatiua,licèt sit nuda à causa vera.Aliam etiam solu.ad illud contrarium dabat Old.hic,& in d.l.cum in corpus, & vtrobique sequitur Alb.de Ros.sed quia est ferè idem intellectus cum illo Ful. non curo referre.Inuenio,ꝙ alium,& quartum intellectũ satis colora-

ADDITIONES.

a ¶Sed ista limi.Vide pro limi.sum.Ang.in verb.reo.§.7.

b ¶Statutum loquens.Adde Bal.in rub.extra de iureiur.

PVRPV.

coloratum dedit.d.Pet.de Bexu. Doct. Mediolanen. & multũ ſubtilis,& inſignis. Nam dicit, ꝙ in l. contraria,cùm in corpus. ego dedi tibi pecuniam animo donandi, tu accepiſti ex cauſa mutui,dicit ibi text. (licet diſſenſerimus in cauſa) iſte diſſenſus non impedit translationem dominij: ratio eſt, ſecundum eũ: quia ego, qui dabam animo donandi, neſciebam quo animo tu acciperes.Credebam te accipere eo animo,quo dabam.Eodem modo tu recipiens ignorabas animum meum dantis: credebas me dare tibi ex cauſa mutui,prout tu accipiebas: propterea,quia neuter ſciebat voluntatem alterius, ideo ibi non impeditur trãslatio dominij.Sed in iſta l. ego, qui dedi pecuniam ex cauſa dona.ſciebam te recipere ex cauſa mutui,non ex cauſa donationis:& etiam tu,qui recipiebas ex cauſa mutui, ſciebas ꝙ ego dabam tibi ex cauſa donati. & q̃uis ſcires nolebas habere dono: & ſic quia hic erat expreſſa conditio, propter expreſſàm voluntatem impeditur translatio dominij. Et ſi dicis:quis reuelauit,ꝙ in iſta l. vterq; ſciret animum alterius? reſpondet,iſtud expreſsè dicitur in tex. Nam ſi donator ſciuiſſet, ꝙ ille reciperet animo mutui, quomodo ageret ad repetendã pecuniam?Item quomodo iſte conuẽtus opponeret exceptionem doli,niſi ſciuiſſet? prout dicit text.Tamen iſtud vltimum non probatur neceſſariò in iſto tex.quia,dum dicit Bar. hic,in fi.dum quærit,quomodo probetur iſte error,poteſt eſſe,ꝙ ſciẽtia ſuperuenerit ex poſt facto:tamen à princ. vnus neſciret voluntatem alterius.Quid tenẽdum? aduerte in l.cum in corpus. ponuntur duo exempla.Quantum ad primum exemplum vera eſt ſolutio,quam dat Old.Laud.& Bar.hic ſequitur. Quantum autem ad ſecundum exemplum,vbi videtur idem exemplum,quod in hoc tex. Vbi ſi ego dedi animo donandi,tu accepiſti tanquam creditum,dominium in te transfertur,quamuis in cauſa donandi,& accipiendi diſſentiremus.In hoc tex.in ver.magis.de directo dicitur contrarium.Tu conſidera, ꝙ tex. in illo ſecundo exemplo differt ab iſto in vna dictione.Hic dicitur,quaſi mutuatam,ibi autem dicitur,quaſi creditam,vnde conſidera, ꝙ ſi ibi dictio quaſi creditam, intelligeretur.i.mutuatam,prout capitur in multis legib.huius tit.præſertim in d. l.tibi.ĩ.eo.ille tex.ineuitabiliter obſtaret.Sed debes in illo tex.intelligere dictionem,creditam,largè,quia tu capiebas quaſi creditam,hoc eſt quia illa pecunia erat tibi credita largè,hoc eſt,debebatur tibi,& ſic licèt ille daret ibi pecuniam cauſa donandi, tu, qui ſciebas pecuniam creditam, ideſt ab illo tibi deberi, eam accepiſti,quaſi creditam largè, certè in te transfertur dominium.Hoc eſt,quod voluerunt dicere gl. & Doct.hic, dum dicunt,quòd pecunia ibi erat debita illi recipienti.Nam ꝙ eſſet debita in illo text.diuinarẽt ad illum tex.niſi intelligeres prout declaraui,creditam largè,non pro mutuata.¶Gl.in verbo,cõſumpſerit.Habes ex gl.magnam extenſionem ad hunc text. inquantum vult,ꝙ pecunia data,in qua partes diſſenſerunt, ſi ſit conſumpta,quod in effectu non poteſt agi,quia obſtat excep. doli,quod iſte tex.procedat etiam in pecunia,quæ non ſit conſumpta,ſed adhuc extet.Mouetur per tex.in l.poſt rem. §. 1. & fi.ff.de tranſact.vbi poſt rem iud. & ſic poſtquam res eſt liquida,ſi fiat tranſactio,eſt inualida, quia tranſactio debet fieri de re dubia. Tamen ſi pecunia ſit data ex cauſa tranſactionis, & ſic ex cauſa inualida,poteſt retineri ex cauſa valida rei iud. Tamen ille tex.nihil ad q.glo.quia in quæſt. gl. nulla cauſa valida interceſſit. Tamen cum conclu gl.tenent Bar.Ange.Paul.Alex. hic,& Raph. Cum.in l.ſi tibi dederim.ff.de dona.& dicunt pro opin.glo.eſſe tex.in d.l.ſi tibi dederim.Sed certè ille tex.(dicant Docto.quantum velint) nihil facit,quia in illo text.translatum eſt dominium, eo quia tradens, & accipiens conſentiebant in cauſa,licèt forma non ſeruaretur, quia tradens debebat tradere nomine alterius,& tradebat nomine ſuo. Hic dicitur cõtrarium,quia dominium non transfertur.Pro iſta conclu. gl. Do. Alex.hic facit fundamentum nouum, & dicit, quòd cùm iſte tex.dicat,conſumpta pecunia,agenti obſtare excep.doli,oſtendit quòd idem debet eſſe,ſi extet, quia conſumptio pecuniæ, ſecundum eum,licèt operetur translationem dominij, tamen non facit,quòd impediatur repetitio,ſicuti ſi non eſſet cõſumpta. De quo fundamento valde admiratus ſum,per text.in l. ſi filiusfam.s̃.eo. vbi conſumpta pecunia impeditur repetitio,& tamen ſi extat poteſt vendicari.Pro conclu.gl.ego puto, quod magis facit regula,quam tradit hic Barto. Quòd quantum ad dandum excep. inſpicitur animus dantis, ſi inſpicias animum dantis,impeditur repetitio.Breuiter puto, quod contraria opi. contra gl.ſit verior,quam tenent Odoffr.Oldr.Cyn.Ray.Bald. & Raph.Ful.hic per tex. in verbo, quare ſi eos conſumpſerit, qui vult, quòd ſequuta conſumptione pecuniæ, bene agenti obſtet excep.doli,ergo vult,ſi pecunia extet,non debet obſta-
6 re excep.doli.probatur ratione. † Quia pecunia extante dominium remãſit ipſius dantis,vt expreſsè dicit tex. hic. Sed quando ego ſum dominus, & tu recipiens tractas de lucro, & ego de damno, in pari cauſa pecunia extante melior eſt conditio dantis l.apud Celſum.§. 1.ff.de excep. dolo, & ibi Bar. in l.in re obſcura.§.cum par.de reg.iur. Et tenendo iſtam partem, nihil obſtant in contrarium alleg.& ad tex.in gl.alleg.s̃.reſpondi.Et non obſt.text.in d.l.ſi tibi dederim, quia etiam. s̃. reſpondi.Et non obſt.fundamentum, quod ego feci ad regulam, quam tradit Bar.hic,quia reſpondeo,ꝙ Bart.loquitur quantum ad dandum excep.ſed quando vnus tractat de damno,alius de lucro, dico ꝙ datur replicatio.Et ita teneo,omiſſa diſtin.Alb.& Lud. Roma. hic. Non omitto,quòd per d.l. ſi tibi dederim. de dote prælega.Flor.de S. Petro, & Ioan.Imo.in d.l.ſi tibi dederim.dicunt,ꝙ aliàs voluerunt defendere quendam iuuenem, & non potuerunt,quia Poteſtas fecit eũ ſuſpendi,prout & dicit Imo.
7 in l.Caſſius. ff.de ſolu. † Quidam mercator habebat quendam iuuenem,quem tenebat ad banchum ſuum: Dedit 200. ducatos iſti iuueni,vt numeraret Sempronio. Iſte iuuenis tenuit pecuniam,& conuertit in vſus ſuos,& ſic contrectauit inuito domino.Formata fuit inquiſitio de furto contra eum.præfati Docto.volebant defendere illum per illum tex. vbi dicit, ꝙ de rigore facit furtum,ſed non de ęquitate.Tamen ille eſt multum diuerſus caſus,quia ibi nuncius dedit pecuniam, licèt nomine ſuo,non domini,in quęſt.prædicta retinuit.Ego puto,ꝙ ad defendendum illum iuuenem poterat alleg.glo.ord. in l.eius, qui in prouinciam.in ver.quas verò.in verbo, nam & ſi tibi, quam Bar.ibi commendat,& ſequitur in 4.col.in ver. & item ad ſecundum opponitur, ĩ.eo. vbi gl.eſt ſolennis, ꝙ qñ datur certa quantitas pecuniæ ad numerum nuncio, dominium illius pecuniæ dicitur translatum in ipſum nunciũ. Si ergo erat tranſlatum dominium pecuniæ,non poterat committere furtum, quia furtum eſt contrectatio rei alienæ. l.1.cum ſi. ff.de fur.Eſt verum,ꝙ gl.& Bar.ibi damnantur per Mod.vbi reſeruo dicendum,per tex.ad literam,vbi eſt caſus clarus contra iuuenem illum,in l.ſi is cui.ff.de fur.licet Imo.in præalleg.l.conetur reſpõdere ad illum tex.& minus benè. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Ex quibus reuocetur donatio.*
2 *Donatio cauſa mortis quando reuocatur,& quando dicatur reuocata, 3.& 4.*
5 *Quando ſit mentio hæredum,an dicatur donatio cauſa mortis,vel inter viuos.*
6 *Quando ſit locus repetitioni.*
7 *An ante lapſum temporis oriatur obligatio.*
8 *Quando integrum tempus ſit expectandum.*

LEX XIX.

NOn omnis. Actus numerationis non operatur, vt quis obligetur vltra intentionem contrahentiũ,quod per duo exempla comprobatur, hoc dicit vſque ad §.ſi pu-
a pillus. Et diuide vt hic per Bar. Et ſic no.ex tex. [a] illud,ad quod millies allegatur. Actus agentium non operantur vltra intentionem eorum.concord. l. obligationum ſubſtantia. ff.de act. & oblig.intellige de voluntate explicita, & implicita, text.habes,& exemplum in l.ſi is,qui.§.fi.ff.commo.alleg.in gl.Secun-
b dò intellige de voluntate primitiua,ſeu ſecundaria. [b] l.ſi abſentis,& ibi declarat Bal.in 2.oppo.C.eod. & in ſpecie refert Alex. hic.Limita iſtam regulam quantum ad dandum retẽtionem, quia datur mihi retentio,etiam ſi neminem obligare volui.l.in hoc iudicium.verſi.diuerſum. ff.communi diui.Secundo limita, ꝙ actus agentium nõ operantur vltra eorum voluntatem, ſcilicet principaliter,ſed ſecundariò ſic.l.ſi.ff.de condi. ob turp.
1 cau. ¶† No.ſecundò ex tex.duos caſus,per quos reuocatur do-
c na. cauſa mortis. [c] Primus eſt, quando donator conualuit ex infirmitate,vel liberatus eſt à periculo. Intellige tamẽ tex.ſanè, ne te decipiat,quando donator tempore, quo fecit dona. cauſa mort.erat in tali infirmitate.Nam ſi ab ea liberetur, tãquam ceſſante cauſa reuocatur donatio cauſa mort.Sed ſi aliquis ſanus donaret cauſa mortis,deinde poſt incideret in aliquam infirmitatem,ſi libераretur ab illa,non per hoc reuocaretur don.

cauſa

ADDITIONES.

a ¶No.ex tex.Are.conſ.66.poſt abſolutum.col.2. PVRPV.
b ¶Seu ſecundaria.Pau.de Caſt.lib.1.conſ.69.inci.viſa quandam commiſſione, in fine. PVRPV.
c ¶Cauſa mort.Corn.lib.4.conſ.127.inci.viſo themate. & quando donatarius præmoritur,etiam ſi iurata.Bal.lib.3.conſ.294. dona. cauſa mort. in cauſam caduci. PVRPV.

causa mort.tex.est solennis de hoc in l.si is seruus.in verbo, aut
suspicione mortis,pp quam donauit liberetur.ff.de dona.inter
vir.& vxo.Quem alleg.solus Pau. hic. Facit text.not. in l.apud
Celsum.§.1.ff.de excep.do.Secundo limita istum tex.non pro-
cedere,qñ donans causa mortis faceret expressè pactum in ɔ̄-
rium,tex.est clarus in l.si alienam.§.Marcellus.ff.de dona.causa
mort.Tertiò no. limita istum tex. non procedere in testamen-
to,vel in legato.Nam pone,ꝙ aliquis constitutus in graui infir
mitate,credens se ex ea moriturum, propterea facit testm̃, &
facit legata.Nam si conualuerit à tali infirmitate,non ꝑpterea
reuocatur testm̃,nec legata in eo relicta.De hoc tex. est sing.in
l.fi.& ibi Bal.& alij ad hoc no.C.de posthu.hær.insti.Bal.& Mo
der.hic,& Cy.in l.fi.C.de don.causa mor.Bar.vbi no.limitat in
l.alumnæ.§.fi.per illum tex.ff.de adim.leg.& in l.potest quis, in
prin.ff.de hær.insti.Alex.in l.sancimus,in 1.no.C.de testa.Adde
a sm̃ gl.nostram, ꝙ donatio causa mort.[a] reuocatur per pœni-
b tentiam donantis,[b] vt in iurib.alleg. in gl.& in hoc differt à do
c na.inter viuos,quæ regulariter reuocari non potest.[c] l.fi.C.de re
uocan.do.c.fi.de dona.Stat ergo,ꝙ dona. cã mor. potest quã-
docunq; reuocari per pœnitentiam donatoris. Ista regula cla-
rè procedit,quando dona.causa mor.est facta simpliciter. Sed
hic offertur quotidianum , & vtile dubium . Quòd si in instrõ
dona.causa mor.essent apposita illa verba, quæ notarij semper
solent apponere. s. ꝙ dictus donator promisit dictam donatio
nem,& prædicta oĩa rata,& firma habere,& nullo vnquam tẽ
pore contrauenire,&c.Nunquid per talia verba apposita in in-
strõ dona. impediatur donator talem donationem reuocare?
Et quia passus est valdè vtilis,& habui consulere,volo eum be
ne examinare.Et in primis vr̃, ꝙ non obstan.talib. verbis possit
talis donatio causa mort. per solam pœnitentiam reuocari.
Nam ego habeo, ꝙ donatio causa mort. postquam est in esse
producta, censetur vltima volunt.gl. est ord. & approbata in l.
2.in princip.ff.de dot.præleg. Quam not. & sequuntur Bart.&
Mod.in l.2.ff.de leg.1.Sed si testator fecerit testm̃, vel aliam vl-
timam volunt.& in instrõ dixerit, ꝙ vult illam vltimã volunt.
perpetuò obseruari, & nunquam posse reuocari , tñ non ob-
stan. istis verbis põt reuocare facta mentione illius inhibitio-
nis.l.si quis in prin.testamenti,cum si. ff. de leg.3. ergo idem di-
cemus in donat.causa mor.Secundò pro ista opin.est in termi-
nis gl.expressa,& ord.in l.si alienam.§.Marcellus.in verbo,acce
pit.ff.de don.cau.mor.vbi gl.expressè dicit,ꝙ non obstantib.ta-
lib.verbis potest donator per pœnitentiã reuocare talem don.
cau.mor.Tertiò tenuit Bar.vbi latè, & ordinariè examinat,in l.
2 cum quis. ff.de condi.ob cau. vbi formaliter quærit,† quando
in instrumento dona.causa mor. donator promittit perpetuò
firmam,& ratam habere,& nunquam reuocare,an poterit ni-
hilominus reuocare? Arguit ad partes, & finaliter determinat,
ꝙ sic.Inter cætera mouet pulchro fundamento. Nam illa ver-
ba,quib.promittit nunquam reuocare &c.debent intelligi sm̃
naturam actus , super quo interponuntur, vulgata. l.si vno,in
prin.ff.loca.& l.si stipulatus.ff.de vsu.Intelligũtur ergo ista ver-
ba,ꝙ non possit reuocare,nisi sm̃ ꝙ est natura don cã mort. &
sic nisi ex pœnitentia,per tex.ad hoc valde not. in l. Quæro. §.
inter locatorem.ff.loca.vbi est text.no. Quòd si locator fecerit
pactum expressum de non expellendo conductorem,intelligi
tur,nisi cessauerit in solutione : nam ex natura actus si cessat in
solutione,potest eum expellere , quamuis promiserit nunquã
expellere.Idem dicemus in proposito,& istam vlt.decis.Bal.re-
fert,& sequitur Alexan.de Imo. in l.quæ dotis,in 7.col.ff.solut.
matr.Confirmatur, quia talia verba apponuntur in instris ma-
gis ex consuetudine notariorum , quàm ex voluntate donan-
tis,ergo &c.arg.eius,quod dicit in simili Bal.in l.1.in 6.q.ff.de iu
re codicil.Accedat etiam pro hoc,quod dicit Iuriscon.in l.pe-
diculis,in §.Labeo. ff. de aur. & arg. leg. vbi dicit ꝙ verborum
multiplicatio non immutat naturam contractus.Sed istis non
d obst.teneo contrarium, [d] & ita consulerem si casus accideret.
Et no.quia quotidianum est,eo quia qñ aliquis donat cã mor-
tis , & in instrumento dicit, ꝙ nunquam vult posse reuocare,
certè licèt donet causa mortis, tamen propter illa verba dici-
tur donatio inter viuos,& reuocare non potest.text. est clarus
in l.vbi ita donatur.ff.de dona.causa mortis. Bal. in l.2.C.de iu-
re dot. Si ergo donatio inter viuos dicitur , clarum est, ꝙ non
potest reuocare, vt prædixi in terminis quæstionis superius for
matæ,licèt ille donauerit causa mortis , tamen censetur dona-
e tio inter viuos. Et sic ꝙ non possit reuocari, [e] expressè tenet
Ang.in consi. 291. incip. In Dei nomine,visis instrumentis,&c.
Pau.in cons.96.incip.In Christi nomine.notandum. & expres-
sè ita consuluit sibi contrarius.D.Alex.in consil.14. incip.circa
primum dubium, quo quæritur, nunquid donatio. in 3. colu.
lib.1.& est de mente Bart. si inspexeris in l. fin. in pen.colum.in
prin.C.de pac.Et tenendo istam partem , quã teneo, non obst.
gl.in d.l.si alienam.§. Marcellus , quia super illa glo.non posset
fieri fundamentum ,quia Iac.de Arc.Albe. & Bart. ibi expressè
reprobant illam gl. Istam conclu.multò fortius crederem esse
verissimam,quando vltra dicta verba etiam interuenisset iura
mentum,tunc proculdubio tenerem , ꝙ donatio esset irreuo-
cabilis ex pœnitentia.Ita in dubio consuluit Do. Fran.de Arc.in
cons.74.incip.diligenter, & maturè consideratis his,quę in pun
cto.in 3.col.Pau.de Cast.in præalleg.consi.96.& in consi.99.&
in consi. 101. Et sic ex prædictis bene limita regulam, quæ ha-
bet,ꝙ dona.cau.mort. reuocatur ex sola pœnitentia donantis.
Nam non procedit,quando essent verba , de quib. s̃.præcipuè
3 cum iuramento. Secundo singu.limita † ꝙ per pœnitentiam
donatio cau.mortis reuocatur, quando talis donans mortuus
est cum hærede, Sed si talis donans , qui reuocauit dona. causa
mor.decederet sine hærede , certè ex pœnitentia non reuoca-
retur illa dona.causa mortis.Ista fuit no.deci.Ang.in multis lo
cis in l.qui Romæ.§.Flauius. ff.de verb. obl. vbi dicit istum ca-
sum nouum,& inauditum, & ꝙ ante eum nemo cogitauit,&
idem Ang.in l.2.ff.de leg. 1. & in l.circa. §.si cui. ff.ad leg.falcid.
& in repe.l.eam quam,in 10.col.C.de fideicom.& in quęst.per
eum disputata,incip.Astensis,in 13.col.ad fin.Quam decisi.re-
fert,& sequitur Alexan.hic, & in d.l.2.de leg.1.Fundamentum
Ang.consistit in l.1.in fin. iuncto primo intellectu gl.ibi. ff.qui
sine manu.ad libe. perueniunt, vbi dicit tex.Si aliquis vendidit
seruum,eo pacto,ꝙ post certum tempus manumittatur,ven-
ditor nõ põt per pęnitentiã reuocare,quia in hoc vltimò mul-
ta iura contradicunt,gl.ibi dicit, ꝙ ideo est , quia venditor de-
cessit sine hærede,ideo tunc eius pœnitentia nihil nocet,eo qa
quando sine hærede decessit,non est,qui possit agere ex pœni-
tentia.Istud dictum nemo vsque huc improbauit.Ego semper
dubitaui,& dubito,quia fundamentum Ang. non videtur ve-
rum, eo quia nemo possit obijcere de reuocatione per pœni-
tentiam,quia nemo dicitur vnquam decedere sine hærede,qa
saltem vltimò fiscum habet hæredem. glo.in l.ex facto.§.fin.ff.
ad Treb.Nisi loqueris,quando etiam fiscus repudiaret, & nol-
let illa bona.Secundò moueor , quia text. super quo se fundat
Angel. in d.l.1.iuncta glo.cùm loquatur in casu,in quo tracta-
tur de fauore libertatis , non videtur,ꝙ ille casus, qui loquitur
in materia ita fauorabili, possit extendi ad casum nostrum , in
quo non est fauor libertatis. Quartò,& vltimò adde alium ca
sum,in quo reuocatur donatio causa mortis . Nam quemad-
modum legatum factum à testatore reuocatur, si testator po-
stea voluntariè alienauerit.l.fideicommissa.§.si rem.ff.de leg.3.
4 & l.rem legatam. ff.de adimen. leg. † Multo fortius si donator
causa mortis alienauerit voluntariè rem donatam, reuocatur
donatio causa mortis,quæ potest sola pœnitentia reuocari.Ista
fuit decisio Dy.in l.Stichum,qui meus erit. ff.de legat.1.quam
Bal.ibi,& Mod.& Alex.hic dicunt esse auream.Sed absq; deci-
sione Dyn. puto, ꝙ non sit aureum eius dictum, imò sit quasi
indubitatum , quia testamentum non potest reuocari ex sola
voluntate,vel ex sola pœnitentia.tex.est melior de corpore iu
ris,in §.ex eo autem solo. Institu.quibus mod.test.infirm.plenè
traditur in l.sancimus.C.de test.& tamen legatum factum à te
statore reuocatur per alienationem postea voluntariè factam,
iuribus præalleg Quanto fortius donatio causa mortis, quæ ẽt
est vltima voluntas , & reuocatur per solam pœnitentiam,re-
uocabitur per alienationem voluntariam? Confirmatur , quia
donans alienando dicitur pœnitere.l.cum hic status. §.si mari-
tus.ff.de dona.inter vir.& vxo. Confirmatur etiam ex tex.in l.
vxori. ff.de don. inter vir.& vxo.Per hoc infertur quintus mo-
dus,ꝙ quemadmodum legata reuocantur per inimicitias capi
tales,quæ posteà interuenerunt inter testatorem,& legatariũ.l.
4.§.fi. cum l.seq. ff.de adimen.legat. Multò fortius dona. causa
mortis reuocatur,si superueniant inimicitiæ capitales,quasi ex
tacita pœnitentia. Alius est casus, quando donatarius primus
decedit

ADDITIONES.

a ¶Dona.cau.mortis.Adde gl.Bar.& Doct.in l.si alienam. ff.de don.cau.mort.
b ¶Donantis.Ampliat.Alex.lib.1.cons.80. & tripliciter Deci.consi.305.col.2. PVRPV.
c ¶Reuocari non potest.Adde Bar.in l.fi.C.de pac.Bal.in l.si mortis.C.ad l.falc.
d ¶Teneo contrtriũ.Pau.de Cast.lib.2.cons.61.notãdũ.col.1.vbi de facto vide.
* Et fac.quæ scribit Dec.cons.305.cons.470.melius cons.521.nu.13.Nat.cons.
270.Alex.& Ias.in l.quæ dotis.ff.solu.matr.& quod donatio reuocabilis iura-
mento de non contraueniendo fiat irreuocabilis,no.Rol.cons.8.nu.12.lib.1.
Alex.cons.14.lib.1.plura no.idem Rol.cons.61.lib.2.Et verba perpetuò ob-
seruare, faciunt donationem causa mortis esse inter viuos.Neuiza. cons.28.
nu.9.pro qua vide Rip.Resp.148.nu.5.& seq. Aret. cons. 74.col.3.Curt.Iun.
cons.39.nu.6.Ferrat.cautel.30.Iason.in d.l. quæ dotis.nu.33. ff.soluto matri
Dec.in l.fi.nu.21.C.de pact. MASVER.
e ¶Reuocari.Ampliat Cor.eo.lib.cons.82. In ista donatio. fuit actum,si quãdo
in vno casu,quòd possit reuocari. PVRPV.

decedit ante donatorem,tex.eſt hic. Et ex hoc duo infero.Primò, q donatore viuente dona. cauſa mort. non tranſmittitur ad hæredes donatarij.† Secũdò infero,q ſi in don.cauſa mort.
5 fieret mentio hæredum,puta,quia aliquis donaret cauſa mor. Titio,& hæredib.ſuis, q iſta mentio hæredum daret intelligere,quòd non eſt dona.cauſa mort.imò inter viuos, cùm dona. cauſa mort.non tranſmittatur ad hæredes donatarij. Et ita ad literam tenet ſing.Bal.in l.2.C.de iure dot.& ibi Sal. & ita conſuluit. d. Alex. in conſi. 14.incip. circa primum dubium, quo quæritur,an dicta donatio.lib.1.& in conſi.76. in 4.vol.& Are.
6 in conſ.præalleg.¶† Quintò no.in ver.& cùm pecunia,q quẽadmodum datum ob certam cauſam,cauſa ſequuta,& impleta repeti non poteſt,toto tit.ff.& C.de condi.ob cauſam,ita do nec quid eſt in pendenti an impleatur, interim repeti non poteſt.tex.eſt hic,& in l.quod ſeruus. ff. de condi. ob cauſam. Aduertendum eſt tamen,q licèt tex.hic dicat ante Calen.nullam actionem habeo, & ſic vtatur vniuerſali termino nullam: tamen cùm ſit contractus innominatus,do vt facias, certè ſi res eſſet integra,ex capite pœnitentiæ,poſſet agere, & repetere qđ dedit.l.3.in prin.& l.ſi pecuniam.ĩ.de cond.ob cau.& ita neceſſariò debet limitari iſte text. quamuis dicat nullam actionem, prout etiam tenet Pau.de Caſt.hic.¶Gl.in verb.obl.Primò declarat tex. Secundò ponit vnum dictum remiſſiuè.Tertiò format quæſt.in qua arguit ad partes,& nihil clarè decidit.Secunda ibi,& eſt hic arg.Tertia ibi,item quid ſi decem dedi.¶In gl. ibi,obligatio,ideſt,effectus obligationis.gl.ita exponit,quia antequam iſte faciat, eſt obligatus,donec tamẽ ſupereſt facultas faciendi,non poſſum exigere, quia obſtat tempus, intra quod facere poteſt.¶In ca.gl.ad fi.Pro clara intelligentia vltimæ partis gl.ſi quæratur,quando aliquis promiſit facere domum vſq; ad certum tempus,puta vſq; ad Calen.Maij, & iam ita propè terminum eſt,q ſit certum,eum amplius ædificium facere nõ poſſe,nunquid ante terminum poſſim agere,vel ne? Licèt materia ſit diffuſa,& examinetur latius in locis.ĩ. alleg. tamen tu
7 conſidera tres caſus princ.Aliquando enim iſte,† qui promiſit facere ædificium intra tempus,promiſit certam pœnam ſi nõ faceret intra tempus, Limitatur iſto caſu, quando lapſum eſt tantum tempus de illo tempore, q intra illud non poteſt adimplere promiſſionem,ſtatim ante tempus lapſum committitur obligatio, & incidit in pœnam mero iure. Verumtamen eſt,q eam non poſſum petere ante lapſum totum tempus,q a obſtat excep In iſtis terminis loquitur lex cum ſtipulatus ſim mihi à proculo.alleg in gl.Aliquando, & ſecundò nulla pœna promiſſa eſt ab homine, ſi non fiat intra certum tempus promiſſum,tũc regula eſt,q qui promittit facere.ſi non facit,ſuccedit ex diſpoſitione legis obligatio ad intereſſe.l. ſtipulationes non diuiduntur.ver.celſus.ff.de verb.obl. l. ſi quis ab alio. in fi. de re iud.& tunc,quia mitius agitur cum lege, quam quando pœna promiſſa eſt ab homine.l.Celſus.in fi.de arb.& iſto caſu ante lapſum totum tempus etiam mero iure nõ tenetur quis ad intereſſe,ſed demum lapſo tempore. l. inſulam intra bienniũ.ff.de verb.obl.Aliquando, & tertiò aliquis dedit puta.100. alicui,vt ſibi faceret domum intra Calen.& tantum de tempore eſt lapſum, q certum eſt amplius intra terminum facere nõ poſſe,& tunc ſi quæratur, nunquid ante terminum poſſim re-
* petere pecuniam,quam dedi,& iſta eſt quæſtio gl.hic, *& in hoc eſt communis ſententia*,q non competat repetitio pecuniæ datæ, niſi tranſacto toto tempore,iurib. prealleg. licèt Fulg.hic conatus fuerit cõtradicere.Et ſic vides,q niſi agatur ad illud, quod expreſsè conuentum eſt ab homine, puta ad pœnam, q aliàs ante elapſum totum tempus,etiam mero iure agi non poteſt, quia (vt dixi) mitius agitur cum lege. Ad hoc facit tex.in cap. commiſſa.in prin.de elec.in 6.vbi eſt text. q electus ad eccleſiã parochialem,ſi non facit intra annum ſe promoueri ad ſacerdotium,priuatur beneficio.Pone,q eſt elapſum tantùm de illo anno,q certum eſt, q non poſſit promoueri intra annum, fortè conſideratis conſuetudinibus,&c.Nunquid erit priuatus ante annum? Decidit ibi Papa,q non.Ad idem facit gl.no. in c. vbi periculum.in prin. in verb. decem diebus, de elect. in 6.&
8 Bal.in c.licèt de vitanda.in penul.colum.& ſeq.de elect.† Nam mortuo Papa antequam Cardinales, qui ſunt Romæ poſſint creare alterum Pontificem, opus eſt expectare decẽ dies alios Cardinales,qui ſunt abſentes.Pone,q Cardinales ſint abſentes, adeo in remotis partibus, q impoſſibile ſit Cardinales reuerti Romam, nunquid intra 10. dies poſſint Cardinales, qui ſunt Romæ creare Pontificem? gl. arguit ad partes. Finaliter determinat,quòd non.Ad idem facit quod decidit Bald. in l.2.ad fi. C.de temp.appell.vbi not.quæritur.Statuto cauetur,quòd accuſatus,vel inquiſitus de crimine,ſi non comparuerit intra 10. dies,habeatur pro confeſſo, vel conuicto, & bona publicentur.Pone,aliquis accuſatus de crimine,prætermiſit labi ſex,aut octo dies de tempore ad comparendum, adeo q impoſſibile eſt,quòd compareat intra 10. dies, nunquid ante 10. dies poſſint bona publicari? Arguit ad partes,& determinat, quòd nõ. Ratio eſt, quia nunquam quis incidit in pœnam à ſtatuto debitam,niſi labatur totum tempus,&c. Secus, quando debetur ex conuentione hominum.¶Glo.in verbo, non fuerint.In glo. ibi, ſolu.hic cogitauit.Iſta ſolu.eſt vera in ſe,ſed diuinat ad hũc text.Ideo reſponde, quòd iura contraria procedunt, quando ego dedi tibi ſeruum meum, vt intra certum tempus manumitteres,& ſic ſeruus manumittendus erat ipſius dantis, tunc verum eſt, ſi non manumittatur, q conſequitur à l.libertatẽ. Ita loquuntur contraria, ſed in l. noſtra non dedi ſeruum, ſed dedi pecuniam,vt manumitteres ſeruum tuum intra tempus, iſto caſu,quia ſeruus non erat dantis, non conſequitur libertatem.Ita loquitur tex.hic,ſecundum Barto. in l. 3. §. 1. infra de condi.ob cau.& Fulg.Paul.& Alexan.hic.Tu tamen caue,quia huic ſolutioni obſtat text. in l. ſi is, qui. ſi man. ita fuerit alienatum.

SVMMARIVM.

1 *An pupillus ſoluendo liberetur ſine tutore.*
2 *Quid in adulto habente curatorem.*
3 *Mutuum factum per pupillum ſine tutore an reconcilietur ratificatione tutoris.*
4 *Conſumptione pecuniæ quando reconcilietur mutuum,& nu.5.*
6 *Stante ſtatuto,q mulier,vel minor non poſſit alienare ſine conſenſu cõſanguineorum,quid ſi vendunt equum ſine illa ſolennitate, & moriatur,cuius erit periculum.*

1 § Si pupillus. Ad euidentiam præmitte,† q ſi pupillus ſit verus debitor alicuius naturaliter,& ciuiliter,tamen ſi ſine tutoris aucto.ſoluat illi vero creditori,non liberat,vt hic,& l.quod ſi fortè.§.fi.ff.de ſolu.Ratio eſt,quia ſolus pupillus non habet adminiſtr. bon.ſuorum.l. iuſiurandum quod ex conuen.§.pupillus. ĩ. de iureiur. Et propterea deciditur in hoc tex.q ſi pupillus ſine tutoris aucto.ſoluat pecuniam verò creditori, quia non habet adminiſtrationẽ ſui patrimonij, & conſequenter non poteſt transferre dominium,& ſic non liberatur, quamuis Pau. de Caſt.dicat hoc eſſe mirandum in hoc tex.Multominus ſi pupillus mutuat pecuniam alteri non transfert dominium.Et ex hoc infero,q pupillus ſine tutoris aucto.non põt alienare,etiam res quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,vt eſt pecunia. Tamen vtroque caſu ſi pecunia conſumitur per accipientem, conſumptio operatur tranſlationem dominij,& conſequenter facit, q pupillus liberetur ſi ſoluit creditori, vel ſi mutuauit reconciliatur mutuũ, eo quia conſumptio facit, vt pecunia fingatur cum effectu à pupillo perueniſſe in eum,qui accepit,& iſte eſt effectus huius
2 tex.† Hinc infertur, q iſte tex. non procedit in adulto non habente curatorem,quia cùm habeat adminiſtrationem, poteſt transferre dominium pecuniæ, & ſic ſoluendo liberari, & ſic contrahere mutuum.glo.eſt reputata ſingu.in l. 1.§. fuit quæſitum,ad Trebel.quam reputat valdè ſing. Ludo.Rom. hic.Adde glo.in l.interdum.in glo.magna circa med. ff.de condi.inde.
Vnde ſi quis ſimpliciter mutuaſſet pecuniã, licèt debitor con-
ſumpſerit in refectione ædificij, non habet locum iſta lex. l.
procuratoris.§.ſi duas,in verbo planè.ff.de tribu. Item ſi pecu-
nia non eſſet conſumpta in refectione domus, licèt ad hoc eſ-
ſet mutuata, tunc ceſſaret ratio aſſignata in d.l. interdum etiã
licet.§.ſed & ſi ſic.ff.de in rem verſo. Limita primò iſtam legẽ,
vt procedat ſi domus refecta extat, aliàs ſecus.gl.in l.1.in gl.fi.
3 paruula.ff. de ceſ.bonorum. ¶ † Secundo limita iſtam legem,
& ſimiles,quæ loquuntur de priuilegio prælationis, vt habeãt
locum reſpectu ſortis principalis, non autem reſpectu pœnæ
adiectæ in contractu, & idem in tacita hypotheca ſecundum
Pau.de Caſt.in l.ideo condemnatus. per illum text. ff.de com-
penſ. Tertiò limita iſtam legem, vt procedat,quatenus pecu-
nia mutuata fuit neceſſaria pro refectione ædificij: ſecus eſt in
eo pluri, quod fuit mutuatum,vltra quàm neceſſitas refectio-
nis exigeret,quia in illo pluri ceſſat iſtud priuilegium, vt eſt op
4 timum arg. in l.fin. ad fin. prin.ff.de exer. ¶ † Quarto pro limi-
tatione

tatione prædictorum aduerte, ꝙ mutuans hæretico in refe-
ctionem,non habet priuilegium hypothecæ, vt in ſimili dicit
text.in Auth.Item priuilegium.C.de hær.Abb.in c.quia gaude
mus.de diuor. Quid autem ſi mutuaui pecuniam, vt faceres
ædificium de nouo, vel vt nouum ædificium emeres, an ha-
berem triplex priuilegium, de quo ſ.dixi? Primo dic, ꝙ in illa
re de nouo ædificata,vel empta non habeo tacitam hypothe-
cam,niſi ſit dictum.l.licet.C.in quib.cau.pign.tac.contr.Secun
dò dic, ꝙ licèt non haberem tacitam hypothecam, tñ debeo
præferri cęteris creditorib.l.ꝙ quis.ff.de priui.cre.Tertiò dic,ꝙ
etiam ſi eſſet expreſsè actum,ꝙ talis res de nouo ædificata, vel
de nouo empta eſſet mihi hypothecata, licet excludantur alij
creditores, tñ non excluditur actio dotis. §. his conſequenter.
in Authen.de æqua. dot.vnde ſumitur Auth. Quo iure.C.qui
5 po.in pign.ha.& ibi vide gl. magiſtram.¶ † Not. tñ diligenter,
ꝙ ſi mercator vendidit merces ſuas alij mercatori, & transfert
dñim,& iſte mercator promittit ſoluere in certis nundinis,po-
ſtea aufugit,& extent merces venditæ:comparent alij credito-
res:nunquid mercator,qui vendidit illas merces, habeat aliqđ
priuilegium in illis mercibus? veritas eſt, ꝙ non habet priuile-
gium,nec præfertur alijs creditoribus: quãuis extent dictę mer
ces.text.habes ad hoc meliorem de iure. in l.quidam fundum.
* ff.de in rem verſo. per quem text. ita determinat Cy. Bart. *&*
*communiter Doct.*in l.ſi cum dotem.§.fin.ff.ſol. matr.Bald. in l.fi.
C.commo.& in l.cum cui.C.de act.& oblig.& in l.in rebus.in
2.col.C.de iur.dot.quamuis contrarium, & malè tenuerit idē
Bald.in l.pro debito.C.de bo.auc.iur.poſſ. Sed ſalua Bald.vno
caſu, qñ pecunia fuiſſet expreſsè, & nominatim mutuata ad
emendum tales merces, quæ fuiſſent emptæ: tunc tales mer-
ces cenſentur obligatæ, & in illis præfertur omnib.creditorib.
priorib.tex.in l.cum quis.vbi gl. approbata.ff. de priui.cre.imò
plus mutuans expreſsè ad emendum tales merces, habet taci-
tam hypothecam in illis mercib.ita gl.in Auth.quo iure.C.qui
6 po.in pign.ha.¶ † Et no.ꝙ qñ obligo tibi aliquam rem, poſtea
in illa re facio magna melioramenta,certè quicquid ſit melio-
ramenti,qualecunque ſit,cenſetur hypothecatum. text.eſt cla
rus in l.ſi fundus.§.2.ff.de pign ꝙ intellige,qñ ille,qui hypothe-
cauit rem,eſt ille,qui fecit melioramenta:ita loquitur.d.l.ſi fun
dus.§.2.Sed ſi alius fecit melioramenta, fortè alius, ad quem
res peruenit,non autem ille,qui hypothecauit:tunc res non eſ-
ſet obligata cum melioramentis.l.fin.C.de prædi. & omnibus
rebus nauicu.lib.10.& ibi Bar.ſequitur Pau. in l. ſi cõuenerit.§.
7 ſi fundus.ff.de pign.act. ¶ † No. & diſce tu iuuenis vnum text.
valde not.in materia in l.ſi fratres.§.idem reſpondit, qui ceſſan
tis.ff. pro ſoc.ꝙ ſi res cõmunis eget refectione, & ſocius meus
nolit reficere,ſi ego reficio de mea pecunia, & illam intra qua
tuor menſes non reſtituit cum vſuris, qđ priuatur parte ſua.
Quem text alleg.gl.noſtra.& de illo text.Ang. Aret.in §.actio-
num.Inſti. de act. in materia ſocietatis facit magnum feſtum.
& ibi aliqñ plenius dixi.¶Gl.in verbo habebit,diuiditur in tres.
In prima declarando tex. declarat in quo conſiſtat priuilegiũ
text.& dicit,ꝙ in duob.dic melius, ꝙ in trib.vt dixi in text.Se-
cundò alleg.ſimile.Tertiò gl.ſe remittit de hac materia.Secun
da ibi,idem priuilegium eſt.Tertia ibi.& plenè dices.

S V M M A R I V M.

1 *Miles,pupillus,& eccleſia habent quadruplex priuilegium.*
2 *Pronomen,ſuum,eſt æquiuocum.*

LEX XXVI.

SI pecuniam. Per procuratorem mi-
litis,ſicuti per tutorem,
vel curatorem quæritur actio militi, tam contra
principalem debitorem, quàm fideiuſ.h.d.Pro cla-
ra igitur intelligentia huius tex. oppo.nam text. videtur pone-
re priuilegium in milite, ſicut in pupillo, & priuilegium ſit,ꝙ
ſi procurator militis mutuauit pecuniam,& accepit fideiuſſo-
res,quæritur actio militi.contra,hoc non videtur ſpeciale,imò
idem eſt in quacunque perſona,cui poteſt quæri per alium ex
actu naturali,& corporeo: puta numeratione,per regulã.l.ea
quæ ciuiliter.ff. de acq.rer.dom.& declaraui in l.certi cõdictio.
§.ſi nummos.ſ.cod.Debes aduertere,quòd tex.dicit,quòd pro
curator mutuauit ſuo nomine.Illud pronomen,ſuo,poteſt in
telligi,ſ.militis,vel ſuo.i.procuratoris.Si intelligis, ſuo.ſ.procu-
ratoris,tunc eſt magnum priuilegium militis. Si autem intel-
ligis,ſuo.i.militis,nullum eſt priuilegium circa actionem prin.
ſed circa actionem ꝯ fideiuiuſſores erit priuilegium. hodie tñ
ſm Bar.hic, &c. Idem tenet Bart. Sal. Pau.de Caſt.Lud.Ro.&
Sal.in l.2.C.per quas perſo. no.acq.Lud.Ro.& Mod. in l.ſtipu-
latio iſta.§.ſi ſtipuler. de verb.obl. & in l. ita ſtipulatus.§.Chryſ.
cod.titu. Nec dicas, ꝙ illa.l.2.ſit correctoria, & ꝙ non debeat
extendi,quia omiſſis multis verbis.d.Alex.non eſt correctoria,
ſed limitatoria,& ad hoc vide,quæ plenè dixi poſt Bart.in d.§.
ſi nummos.in 3.combinatione Bart.Aduerte, ꝙ intelligendo
text.1.modo,qui eſt clarior,& melior intellectus,iſte tex.ponit
clarum priuilegium, & vt intelligas text.& glo. debes aduerte
1 re, † ꝙ miles,& pupillus, & eccleſia habent quadruplex priui-
legium.Primum eſt, ꝙ ſi procurator priuati ſtipuletur nomi-
ne priuati,& conferat verba obligatiua in perſonam dñi, ſtipu
latio nulla eſt, quia debet conferre verba obligatiua in perſo-
nam ſuam,& executiua in perſonam dñi:aliàs non valeret.l.ſti
pulatio iſta.§.ſi ſtipu.præal.vbi gl.& Doct.Ratio eſt per regu-
lam tex.in l.quæcũque.ff.de act. & oblig.In hoc eſt ſpeciale in
milite, & pupillo,quia ſi talis procurator ſtipulando conferat
verba obligatiua in perſonam dñi, valet ſtipulatio.text.eſt in l.
eum qui.§.actori.ff.de conſti.pec.alleg.in glo. & ibi in text.Se-
cundum priuilegium eſt,quia per ſtipulationem procuratoris
non quæritur actio domino, ſed ipſi procuratori directa quæ-
ritur, & cedere tenetur per actionem mandati domino.l.poſ-
ſeſſio quoque.§.fin.ff. de acq. poſſ. In hoc eſt ſingulare priuile-
gium militis,& pupilli per hunc text.quia per eorum procura
torem quęritur vtilis ſine ceſſione.Tertium priuilegium eſt,ꝙ
procurator priuati ſtipulatus ſimpliciter, cenſetur ſtipulatus
nomine ſuo,& non dñi.l.& magis.ff. de ſolu.in argum.priuile-
gium eſt in procuratore militis,vt præſumatur ſtipulari nomi
ne dñi militis,vel minoris,&c.& text.eſt in l.poſt mortem.§.1.
ff.quan. ex fac.tut. & in l.1. & 2.cod.tit. Quartum priuilegium
eſt militis,pupilli,& eccleſiæ, quia ſi aliquis etiam non procu-
rator emat aliquid de pecunia iſtorum, res empta ſtatim,& ip
ſo iure efficitur ipſius militis,pupilli, vel eccleſiæ.text. eſt in l.ſi
vt proponis. C.de rei vend.alleg.in gl.licèt regulariter ſecus ſit,
quia res empta ex pecunia mea regulariter non dicitur mea.
Imò plus,ſi pecunia eſſet dotalis,& ex illa emeretur res, res il-
la non efficeretur dotalis. l. ex pecunia. C.de iur. dot.glo. in l.ſi
2 procuratoris.§. ſi duos.in verbo planè. ff. de tribut. † Ex prædi-
ctis omnibus,quæ dixi, & dicuntur in gl.habes tu iuuenis nota
re,ꝙ iſtud pronomen,ſuum,eſt æquiuocum,& propterea du-
bitauit alibi Bart. & dicit habuiſſe quæſtionem de facto. Pone,
Doctor medicinæ in teſtõ inſtituit hæredem alium Doctoré
medicinæ, & ſi contigerit illum mori, grauauit, vt reſtitueret
ſuos libros Titio:quomodo intelligitur ſuos libros,an teſtato-
ris,an verò hæredis? Eodem modo,qñ teſtator grauat reſtitue-
re bona ſuá.Bar.in l.cum in teſtõ.ff.de au.& arg.leg. notabiliter
dicit, quod in dubio debet intelligi ſuos.i. teſtatoris per illum
text.& gl.in l.ex facto.in prin.vbi Bart. & Imo. notant ad hoc
ff.ad Treb.Facit gl.in l.quoties.in §.fin.in verbo ipſe.ff.ſol.mat.
& ꝙ not. Bar. in l.vide.ff.de fun.inſtr. Et ita remaneat expedita
iſta lex cum gl.¶Gl.in verbo exemplo.Primò declarat text.Se
cunda ibi,ſic,& aliàs ponit vnum dictum. Tertia ibi.& caue.
Opponit,& ſoluit.

S V M M A R I V M.

1 *An ciuitas obligetur ex mutuo contracto per eius adminiſtratorem,*
12.13.14.Quid in alijs contractib.15.16.& 18.
2 *Et quid delinquendo,an homines de vniuerſitate, vel ſingulares teneantur.3.& 4.*
5 *An princeps obligetur ex contractu.*
6 *An ex contractu facto per principem transferatur dominium ſine traditione.*
7 *Contractus, vel epiſtola principis habet vim legis, & quid in ciuitate.*
ibi.num.8.
9 *An ciuitas, vel vniuerſitas poſſit creare ſyndicum, animo obligandi*
eas.nu.10.11.12.13.14.15.& 16.
17 *Exceptio non numeratæ pecuniæ ſemper ciuitati competit.*

LEX XXVII.

CIuitas. Iſta eſt ſolennis lex propter materiã,
quam habet, vt etiã exorditur Pau.
de Caſt.hic. Diuiditur in tres partes. Primò ponitur
vna deciſio. Secundò ponitur limitatio illius deci.
Tertiò ponitur alia deciſio. Secunda ibi, ſi ad vtilitatem eius.
Tertia ibi,alioquin ipſi ſoli.hoc dicit. Ex mutuo celebrato per
adminiſtratorem nomine ciuitatis obligatur ciuitas, ſi pecu-
nia ſit verſa in vtilitatem ciuitatis: aliàs tenetur adminiſtrator.
hoc dicit.Pro figuratione caſus aduerte,ꝙ debet poni caſus in
adminiſtratoribus,& antianis ciuitatis,ſeu prioribus,nõ in po-
teſtate,& prætore,qui ſunt deputati ad ius reddendum, vt de-
1 clarat Bart.in l.principalibus.ſ.co.¶ † Not.ex iſta lege,quòd ci-
uitas non obligatur ex mutuo celebrato per eius adminiſtra-
tores,niſi pecunia verſa ſit in eius vtilitatem. Contra iſtud no.
opponit Bart. quod imò ciuitas indiſtinctè debeat obligari ex
mutuo.

mutuo. Nam bonum est argum.de contractib. ad delicta,&
2 è contra.l.omnem. cum gl. ff.de iud. † sed ciuitas delinquendo
obligatur.l.metum.§. animaduertendum.ff. quod metus cau-
sa.ergo eo. modo ex contractu. pro sol.Bart. hic facit quatuor
casus prin.Et si consideras totam distinct. Bart. vult dicere, ꝙ
ideo in hac l. ciuitas non obligatur ex mutuo, quia mutuum
fuit contractum per actorem, qui non habebat mandatum
ad hoc,aliàs secus,si esset contractum ab habente mandatum,
tunc ciuitas obligaretur ex mutuo ,sicut ex delicto. Tu posses
clarius respondere in examine,inquantum Bart.dicit, bonum
est argum.de delictis ad contractus,&c. Non est verum : nam
pupillus,& ciuitas æquiparantur.l.respub.C.ex quib.cau.maio.
& pupillus obligatur delinquendo, non contrahendo.l. auxi-
lium.ff.de min.gloss. not.in l.si quis in tantam. C.vnde vi.ergo
non sequitur,ciuitas obligatur delinquendo, ergo & eo.modo
contrahendo deberet obligari.Item aduerte, inquantum Bart.
a indistinctè concludit, ꝙ ciuitas obligatur ex delicto. [a] Nam in
hoc est diminutus:imò debes intelligere, prout notabiliter li-
mitat, & intelligit ipse Bart. ad quem semper recurrimus in l.
aut facta.§.fin.ff.de poen.in vlt.col. nec alibi ponit illam doctr.
quam nunquam obliuiscaris, quia ciuitas tenetur, & obliga-
tur ex delicto,quando omnes de ciuitate communicato con-
b silio,& præcedente deliberatione iuerunt ad delinquendum: [b]
aliàs secus.Illam doct.Bart.refert, & simpliciter sequitur Abb.
Pan.in c.dilectus.2. & ibid.Io. de Ana. de simonia. & idē Abb.
in c.genesi.in 3.col.de elec.& ita ante omnes tenuit Io. And.in
c.fœlicis.§.fin.de poen.in 6.& in nouel. & ibidem plenius Gem.
in 2.col.& multum notabiliter Can.præcipuè Car.Flo.in cle.1.
in verbo ciuitas.in 2.quæst.de poen. Ang.in cons. 165.inc. Cū
multitudo. † Et ideo per doctr. Bart. in d.l.aut facta. §.fin.con-
suluit in specie Pau. de Cast.in cons.88.inc.In causa fortij, &c.
non sufficere,quòd probatum fuerit,homines vnius terrę cō-
bussisse certum fœnum vnius nobilis, ad hoc, vt libellus con-
tra vniuersitatem terræ procedat,cùm non fuerit probatum,
quòd fecerint prius communicato consilio. ꝙ requiritur.Vn-
de agendum est contra singulas personas, quæ ignem iniece-
runt.Item,& secundò per prædictam doctr. refert Io. de Lig.
Doct.Bon.in cle.1.de poe.se aliàs cum maximo honore defen-
disse ciuitatem Bon. coram Papa, vt non posset ciuitas tan-
quam rebellis puniri, vel subijci interdicto, etiam si homines
ciuitatis fecissent rebellionem : ex quo non apparebat, qđ de
hoc præcessisset collegialis deliberatio. Ita etiā refert ibi Imo.
in 2.col.& Car.Flo. in q. Hinc, & tertio ex prædicta doct.Bart.
& Io.And. consuluit ætate nostra Fr. Are. Iurisconf. ætatis no-
stræ proculdubio princeps in cons. 163.inc. Sicut Ioann. dicit
in Apocaly.in 17.col.& seq. ꝙ ciuitas Floren.non potuit de iu-
re excommunicari per Papam Sixtum, vel subijci interdicto:
ex eo, ꝙ Florentini interfecerant Archiepiscopum Floren. &
Cardina.captiuauerant: eo quia cùm non fecerint præcedenti
deliberatione, & consilio ad hoc,quamuis commisissent ho-
micidium, non poterant omnes puniri, sed debebant puniri
singulę personæ, quæ commiserunt homicidium. Stat ergo,
quòd ciuitas non potest puniri ex delicto facto etiam præsen
tibus omnibus de ciuitate : nisi præcesserit consiliū delinquen-
di.Limitat Bart. in loco præalleg. nisi ciuitas postea ratificaue-
rit,ꝙ factum fuit per homines ciuitatis, vt in exemplo ibidem
per eum adducto,per gl.no.in l. sed & si dolo.§.fin.ff.de dolo,
& gl.in l. aliud.§. refert.ff.de reg. iur. & licèt Are. in l.1.§.pupil-
lus.ff.de acq.poss.reprobet istam limi.Bart. Tu tamen adde vl-
tra Bart.ꝙ ad hoc facit gl.no.in c.cū dilectus.vbi Bal.in vlt.col.
ad hoc not.de or.cog.vbi not.Bald. ꝙ quando Canonici ratifi-
cant tacitè delictum commissum à Prælato, tenentur ex ratifi
catione.Et ibidem dicit Bald.ꝙ idem est in ciuitate, vel popu-
lo, qui delictum commissum per singulas personas ratificant,
& illam limit. Bart.referunt, & sequuntur Abb. Pan. & Io. de
Ana.in locis præalleg.¶Confirmo per illud, ꝙ voluit Petr. de
Anch.in cons.158.incip. Ex narratis in facto.in 7.col. vbi dicit,
4 † quòd illa doct. Bart. quòd ciuitas non potest conueniri, vel
puniri ex delicto facto per ipsos homines ciuitatis, nisi præces-
serit consilium, &c. debet intelligi in delicto momentaneo,
prout facere homicidium, vt etiam exemplificat Bart. secus
vbi delictum haberet causam continuam, & successiuam, vt
est rebellio,guerra,& sim. In istis tenetur ciuitas: eo quia habēt
tractum successiuum, vt ibi per eum. Ita etiam refert Ioann.
de Ana.in cap.dilectus.el.2.in 11.col.de simo.Idem tenet Petr.
de Anch.in d.cle.1.de poe.& ibidem Car. Quod vltimum be-
ne pondera, quia videtur refragari consilio Io. de Lign. s.rela-
to,circa defensionem ciuitatis Bon. propter rebellionem. Nā
rebellio habet causam successiuam, & ista erit secunda limi.
Confirmo & tertiò, & erit tertia not.limitatio ad doctr.Bart.
& ex eo formaliter dicit Sal. in l.1.C. de seditiosis. vbi dicit, ꝙ

delictum in omittendo imputatur vniuersitati, & ciuitati:
quamuis non sit factum communicato consilio, vel præced.
deliberatione, eo quia habet causam successiuam. secus in de-
licto in committendo : tunc.n.procedit doctr.Bart. Ad prædi-
cta adde, quod not.decidit Pan. & dicit, quòd est suum nouū
dictum in c.constitutus.el.1. & in c. cum causa. in vlt. char.de
resti.vbi dicit, quòd licèt aliàs factum familiaris non impute-
tur domino.c.cum ad sedem.& ibi gl.magistra de rest. spo.po
nunt Doct.in c.Petrus.de homi.Istud est verum, nisi delictum
familiaris haberet causam successiuam, quia tunc dominus
non prohibendo præsumitur accommodare eius consensum,
secus si causam momentaneam haberet, vt in homicidio, &
nota prædicta, quia valde vtilia sunt. Ex prædictis tu prouectè
habes colligere quartam sol.ad oppositionem Bart.Nam supe
rius retuli tres sol.Nam dicit Bart. ciuitas obligatur delinquen
do:ergo etiam debet obligari contrahendo,& sic mutuum ac
cipiendo indistinctè.Nam non est verum,quòd ciuitas oblige-
tur delinquendo, nisi prius communicato consilio, sed com-
municato consilio si delinquat,benè tenetur:idem esset in mu
tuo, &c. ¶Secundò principaliter adde,inquantum Bart.con-
cludit, quòd si ipsa ciuitas,seu consilium(quòd totam ciuita-
c tē repræsentat) contrahat mutuum, [c] quòd non habet locū
ista lex,tūc.n.ciuitas indistinctè obligaretur ex mutuo, & istud
probat duplici fundamento. Primò, quia si ciuitas obligatur
delinquendo: ergo, & contrahendo. d.§. animaduertendum.
Secundò probat subtiliori ratione : nam non est dubium,
quin ciuitas potest condere legem,vel statutum super aliena-
tione rerum suarum.l.prohibere.§.planè.ff. quod vi,aut clam.
& tale statutum potest allegari vt lex: ergo, &c. Adde, quòd
istam concl.Bart.reprobant Raph.Fulg. & Alex.hic, in 6.colu.
eo quia istæ duæ rationes Bart.nihil valent. In primis inquan-
tum dicit,ciuitas obligatur delinquendo, ergo eo.modo con-
trahendo.Non est bona consequentia,per illud,quod superius
dixi.Sed fortius dico, quòd nec ciuitas obligatur etiam delin-
quendo,nisi præcedente consilio,& deliberatione omnium. vt
s.dixi.Item secunda ratio Bart. non videtur vera : imò probat
magis contrarium. Nam dum dicit, quòd ciuitas potest con-
dere legem,vel statuta,&c.est verum.Item dum subdit, quòd
contractus celebrati ab eo, qui habet potestatem condendi,
habent vim legis, & istud est verum. Sed dum postea infert,
quòd ciuitas ligatur, & tenetur ad obseruantiam suorum cō-
tractuum,& istud non est verum,nec est illa bona consequen
tia, quia lex non ligat condentes, & sic ciuitas non ligatur le-
ge sua.l.pe.ff.de arb.No.Can. in c.1.de const.in 6. & Bart.in l.1.
ff.quòd quisque iuris. Nec legislator potest sic legem conde-
re, quin ad sui libitum liceat ab ea discedere.l. si quis in princ.
testamenti.ff.de leg.3. Nisi saluando istud fundamentum Bart.
dicas,quòd quando lex transiuit in contractum(in quib.termi
nis loquitur Bart. hic) tunc non est amplius reuocabilis, per l.
item eorum. §. ex his.ff. quod cuiusque vniuer. l.quod semel.
cum gl.ff.de decr.ab or.fa.Bart. in l. omnes populi. in 4.quæst.
tertiæ quæstionis prin. ff. de iust. & iur. Cyn. & Bald. in l.digna
vox.C.de legib.Fusius Can.in c.nouit.de iud.tū pro conclusio-
ne Bart. quæ est vera, licèt eius rationes non sint bonæ, habes
text. in cap. quòd quibusdam. de fideius. & in cap. 1.de depo.
¶Tertiò principaliter adde, inquantum Bart. concludit, &
millies allegatur, quòd omnes contractus celebrati à ciuitate,
d vel Principe,qui potest legem condere, habent [d] vim legis,&
ita possunt allegari in similib.causis,sicuti si essent leges, vt per
Bart.hic,& in l.si vnus.§.pactus.ff.de pact.in vlt.col. Et pro hoc
est melior text.de iure,qnem alleg.Bart.in l.pe.in verbo, *vt po-
tè contractibus imperialibus legis vicem obtinentibus.* & ibi Bartol. &
Bald.not. C. de dona. inter vi. & vxo. Bartol.in l. Cęsar.per il-
lum

ADDITIONES.

a ¶Ex delicto.Fel. limitat tripliciter in c. dilectus. el.2.col.fin.de simo. tangit
in cap.grauem.de sent.excom. PVRPV.
b ¶Delinquendum.Pro quæstionis resolutione adde glo. & Doct. in l. aliud.§.
refertur.de reg.iur.Bart.in l.sicut §.si quid vniuersitati.ff.quod cuiusque vni-
uer.nom.vbi quomodo vniuersitas ex delicto teneatur, & not. Lanfr. Balb.
concl.80. Doct. ad Dy. in Reg.Delictum. de regu. iur.in 6. omnium plenius
Corn. consil.224. litera. L.& M.lib.4.Quando autem teneatur communitas
ex delicto ciuium quos prohibere potuit,tradit Dec. & ibi Doct.in Apost.in
Reg.culpa caret.num.2.de reg.iur.& quomodo ea puniri debeat, & fieri exe
cutio,not.Alex.cons.13.num.11.lib.6.Aym. cons.45.Foler.pract. Crim. ver.
Banniantur. nu. 33. & seq.Item quomodo citanda, & in contumacia consti-
tuenda.Cagnol.in Reg.non potest dolo.eod.tit.de reg.iur.& an sufficiat cita-
re primates,vel Rectorem?Foler.d.pract.1.par.2.par.num.23.Qua in mate-
ria plura scribit Natt.cons.83.num.9. MASVER.
c ¶Contrahat mutuū.Vide Rom.cons.453.de prælat.Soc.lib.1.cons.15. & 29.
PVRPV.
d ¶Habent. De hoc vide Curt. cons.40. col.16. vers. ad Tertium, & cons. seq.
Deci.cons.187.col.2. PVRPV.

lum text.ff.de pub.& Bald.in l.1.circa princip.& ibi Pau.de
5 Caſt.ff.de conſti.princ. Et ibi dicit Bald. † quòd contractus fa-
cti à Principe,vel à ciuitate,vel ab alio, qui poteſt legem con-
dere, non ſolùm habent vim legis, imò plus,licèt princeps ſit
ſolutus legibus.l.Princeps.ff.de legib.l.digna vox.C.eo.tamen
Princeps bene ligatur lege conuentionis,ſeu contractus,vt di-
cit Bald. in l.2.C.de ſeruit.& aqua.licet Deus ſubiecerit leges
Principibus, tamen non ſubiecit contractus(cum ſint de iure-
gen.)quin ipſi ligentur contractib.per eos celebratis.Adde etiã
Bal.in l.1.in 2.col.C.de hære.vel act.vend.vbi dicit,ꝙ eod.mo-
do contractus fiſcales habent vim legis, & contractus. Et ad
prædicta adde,ꝙ per iſtam regulam decidit Pau. in conſ.24.in
2.parte.ꝙ inc. Illud de iure quæritur,;ꝙ cùm pacta inita cum
habente poteſtatem legis condendæ,habeant vim legis: ſequi-
tur, ꝙ quemadmodum lex poſterior recipit interpretationẽ
ſecundum præcedentem: ita pacta ſecunda ſimpliciter prola-
ta facta cum Principe debent intelligi ſecundum antiqua ca-
6 pitula.† Adde etiam, ꝙ per iſtam regulam ego infero nouam
rationem:quare ex contractu facto per principem transfertur
dominium ſine traditione, vt per Bald.in prælud ijs feudorum.
in 10.col.quem ſequitur Alex.in conſ.331.ꝙ incip.In hac cau-
ſa,& lite.in vlt.col.& in l.3.in princ.ſ.de acquir.poſſ.cum con-
cor.quas poſui in l.quoties.C.de rei vend. Nam huius credo eſ
ſe rationem, quia ex quo contractus principis habet vim le-
gis,vt per Doct.hic,ego habeo,ꝙ per legem transfertur domi
nium ſine traditione,ſecundum Bald. in l.1.in 1.not.C.eod.de
leg.& in l.fin.in 4.col.C.de ſacroſ.eccl.Cano.in cap.cum dile-
7 ctus.de conſue.† Adde, ꝙ eo.modo epiſtola tranſmiſſa [a] per
a Principem,vel ciuitatem, vel quemcunque alium, qui habet
poteſtatem legis condendæ,habet vim legis,& poteſt in ſimili
alleg.pro lege.Ita not.Ang.in l.item veniunt.§.cæterum per il-
lum tex.ff.de pet.hæred.& ibi dicit Ang. quòd iſta quæſtio vi-
gebat tunc de facto in ciui.Taruiſij,ad cuius Poteſtatem quæ-
dam epiſtola fuerat tranſmiſſa per Sereniſ. Dominium Vene-
tiarum.Nam fuit dubitatum:nunquid epiſtola faceret ius quo
ad alios.In ſimili caſu dicit Ang.fuiſſe determinatum,quòd ſic
per illum text.Ad idem eſt text.in l.1.in verbo, qui epiſtolam.
ff.de conſti.princ. Iſtud idem not.Pau.de Caſt.in d.l.1.in verbo
per epiſtolam. Ibi tamen Pau. limitat iſtud vltimum eſſe ve-
b rum,quando tales epiſtolæ ſint redactæ in volumen iuris [b] cõ-
munis, vt ſunt decretales epiſtolæ editæ à Pontificib.quæ ſunt
redactæ in volumen decretalium:ſecus ſi non ſunt redactæ in
volumen iuris communis,vel ſtatutorum. Et ſi iſta limitatio
eſt vera,deciſio Ang.in d.§.cæterum.non erit bona.Alio,& ſe
cundo modo limitat not.idem Ang. in l.1.in prin. ff.de fer.per
gl.ibi valde not.ꝙ verum eſt,quòd Papa, vel Imperator reſcri
bendo, vel epiſtolam tranſmittendo, dicitur legem condere,
quia talis epiſtola habetur pro lege.Iſtud ſolùm habet locum
in Papa,vel Imperatore, vel alio Principe, qui non recogno-
ſcit ſuperiorem,vel priuilegio,vel conſuetudine, vt ſunt Vene
ti,vt per Bar.in l.hoſtes. in 2.col.ff.de cap.& poſtli.reuer. Sed ſi
epiſtola mitteretur à Rege,Comite,Barone,vel à ciuitate reco
gnoſcente ſuperiorem,non haberet vim legis. Iſtam limit.ſe-
quuntur Rap.Fulg.& Alex. in d.l.1.ff.de fer. Ita conſuluit Ale.
in conſ.562.incip.Aliàs de facto conſultus reſpon. Leon.Iſtud
idem incidenter dicit Alex.hic, in vlt.colu. Facit.l.1.& ibi not.
Bart.& Fulg. C.de off. preto. Et cogita quare ſecus in contra-
ctu inferioris à Principe,qui habet vim legis.Stat ergo ex præ-
dictis,ꝙ contractus celebrati à Principe,vel ab alio,qui poteſt
legem condere, ſunt vt lex. Iſtud vltimum limitat Barto. Ve-
ron.ĩ trac.de ſer.ruſt.præd.in titu.de ſeruitute viæ. in 10.q.in 4.
col.illius 10.quæſtionis, vt procedat quando contractus fieret
ſuper reb.ciuitatis, vel ciuium:ſecus in his, quæ non ſpectant
8 ad ciuitatem,ſed ad ſuperiorem,vt ibi plenius per eum.† Item
attende,ꝙ omnis contractus factus à principe, vel ciuitate,nõ
c ſolùm habet vim legis, [c] ſed habet naturam contractus bonę
fidei.Ita dicit ſing.Bald.in titu. de pace. conſtan. §.ſi quis vero.
9 nec alibi ab alio tactum legi. ¶ † Quarto principaliter adde
(& hoc aduerte,quia eſt difficilis paſſus)in quantum Bar. con-
d cludit, ꝙ ciuitas, vel vniuerſitas poteſt creare ſyndicum, [d] &
dare illi poteſtatem obligãdi ciuitatem, vel vniuerſitatem, &
ſingulas perſonas,& res, & bona ſingularium perſonarum,&
dicit,ꝙ iſtud prouenit, quia ꝙ ciuitas facit, habet vim legis.Si
iſtud eſt verũ,ſequitur ĩ practica. Pone, ciuitas Patauij creauit
ſyndicũ, & in inſtr͞o dedit poteſtatem obligandi ciuitatem,&
etiam ſingulas perſonas, & bona eorum: certè ſm hoc pote-
rit fieri executio ꝯ ſing.perſonas,& bona eorũ. Adde, ꝙ iſtud
idem tenet Bart.in l.ſicut.in prin.ff.ꝙ cuiuſque vniuer.no.& in
l.4.in prin.& ibi Lud.Ro.& Mod.ff.de re iud. & idem Bar.in l.
pe.vbi Bal.idem tenet.C.de do.inter vi.& vxo.Bar. in conſ.94.
inc.Viſo puncto quæſtionis.Idẽ tenet Ang.hic,& Raph.Cum.
in l.cõtinuus.§.cum quis.ff.de verb.oblig.Bald.in l.1.§.quib.in
2.col.ff.ꝙ cuiuſq; vniuer.no. Bal.vbi no.limitat in l.etiam.in 3.
col.C.de exec.rei iudi.Iſtam deciſ.Bar.reprobat Bal.in l.1.C.ne
fi.pro pa. Motus, quia illud,ꝙ dicit Bart.ꝙ ꝯ̃ctus celebratus à
principe, vel ciuitate habet vim legis, procedit qñ talis ꝯ̃ctus
fieret animo condendi legem,& adhibita forma,quæ requiri-
tur in l.condenda.Sed qñ creat ſyndicũ, non facit animo con-
dendi legem.Et ideo, vt deci.Bart. procedat,eſſet opus, ꝙ an-
tea ciuitas conderet ſtatutum,ꝙ oĩs ꝯ̃ctus ab ea celebratus ha
beret vim legis.Iſtam opin. Bal.ſequitur Pau. de Caſt.hic.& in
l.4.§.actor. ff. de re iud. & pro iſta opi. ꝯ̃ Bart. conſuluit Alex.
Imo.in conſ.44.inc.Viſo themate.s̃.ſcripto, & omnib. dedu-
ctis in eo.in pen. col. de quo non parum admiror. Addo bene
facere pro iſta opi.(licet ipſi non dicant)illud, ꝙ dicit Bart.in l.
cõtinuus.§.cũ quis.in vlt.col.& ibidem Pau.de Caſt. ff.de verb.
oblig.& Bal.in rub.C.de ꝯ̃h.emp.in 4.q. ꝯ̃ Bar.tenet etiam Sal.
hic,qui allegat bonã,& no.gl.ꝯ̃ Bal.in l.2.in glo. mag.poſt me.
C.quæ ſit longa conſue.vbi vult gl.ꝙ princeps, vel ciuitas non
põt per ſtatutum obligare,vel alienare res vnius priuati,etiam
ſibi ſubditi,etiam principaliter iſtud agendo.Quid tenendum?
Teneant alij quicquid velint: ego in iſto notabili, & vtili paſſu
puto ſic debere diſtingui, & ſi caſus accideret,ita conſulerem.
10 † Aut ciuitas creauit ſyndicum,& dedit ei poteſtatem,vt poſ
ſit obligare vnam,vel duas perſonas in ſingulari,& eis non cõ-
ſentientib.& credo,ꝙ non poſſit in effectu,& probo per funda
mentum Bart. ꝙ retorqueo ad oppoſitum per limitationem
eius:Creatio ſyndici facta à ciuitate habent vim legis,vel ſtatu-
ti.Eſt verum, ſed qñ ciuitas facit ſtatutum, debet illud facere
generaliter,ſed ſi facit ꝯ̃ ſing.perſonas, non habet vim legis,&
factũ non valet,quia obſtaret exceptio doli. text. eſt melior de
iure in l.1.ad fin.ff.de exc.do.per quem text. ita in ſpecie deter-
minat ipſe Bar.in l.oẽs populi.in 5.q.prin.ad fin. anteq̃ incipiat
ſextam.ff.de iuſt. & iur.& idem Bar.in l.fin.in 1.col.ff.de appel.
reci.& in l.quoties.ff. de polli. & in l.Antiochen.ff.de priui.cre.
Ang.& Mod.in l.2.ff.ꝙ quiſque iur.Cano.in c. cum omnes.de
conſt.Abb.Pan.in rub.extra de conſt.Et propterea alibi quęrit
Bar.in l.nemo exterus.C.de iud.Nunquid ciuitas, vel commu
nitas poſſit ſtatuere præcium reb.vendendis in ciuitate, & de-
terminat,ꝙ ſic,dummodo ſtatutũ generaliter fiat.Sed ſi ſtatu-
tũ faceret ciuitas ꝯ̃ particulares perſonas, nihil valeret. Imò
plus dicit, ꝙ ſi iſto caſu ciuitas faceret ſtatutum ꝯ̃ iudæos, ni-
hil valeret.Imò plus dixit Bal.in l.cum quis.C. quorum appel.
non reci.& in c.cum ordinem.de reſcr.ꝙ etiam ſi ſtatutum eſ-
ſet gñale quo ad verba tm̃,in effectu eſſet ſingulare, & ꝯ̃ certas
perſonas,nihil valeret, & poſſet cõtra id opponi exceptio do-
li,per tex.quem dicit ad hoc not. in l.1.ad fi.ff.de exce.dot. Pro
iſto vlt.adde bene facere,ꝙ conſuluit Pet.de Anch.in conſ.13.
inc.Super dubio tranſmiſſo,& in conſ.155.inc. Optimis ratio-
nib. vbi egregiè conſuluit non valere in effectu ſtatutum ciuit.
Spoleti,licèt eſſet conditum per verba generalia, ex quo in ef-
fectu dirigebatur ꝯ̃ molendina, quæ habebat Archiepiſcopus
ex liberalitate Regis Vngariæ.Iſtam deci.refert, & ſequitur ip-
ſemet Pet.de Anch. in commen.c.canonum ſtatuta de conſti.
in 11.q.prin. in ver. ego quæro quæſtionem, in qua conſului,
& iſtam deciſ. ſequitur Alex.in conſ.367. inc. Viſa facti narra-
tione.in vlt. col. & ſic ex prædictis conclude, ꝙ ſi ciuitas crea-
ret ſyndicum ad obligandum vnam, vel duas perſonas, non
valeret in effectu. In iſtis terminis propriè loquit gl. quã alleg.
Saly.in d.l.2.in gl.mag.poſt me.C.quę ſit lon. cõſue. & ibi Bal.
ita not.declarat in 3.col.Aliqñ creatur ſyndicus à communita-
te,vel ciuitate,cum poteſtate, vt poſſit obligare omnes perſo-
nas ipſius vniuerſitatis, non reſtringendo ad particulares per-
ſonas, & tunc concludo, ꝙ ex cauſa publicæ vtilitatis poſſit
ſyndicus obligare:aliàs ſine cauſa non poſſit, ſed obligare ſin-
11 gulares perſonas non reſpicit publicam vtilitatem.† Quia nos
habemus,ꝙ princeps,vel ciuitas non põt facere ſtatutum, per
ꝙ auferatur ius priuati,nec obligare res ſubditorũ, niſi ex cau-
ſa publicæ vtilitatis.gl.in l.ſi priuatus.ff. qui & à quib. text.in l.
Antiochenſiũ,& ibi not.Bart.ff.de priui.cre.latè Bart.in proœ-
ſſorum.gl.& Doct.in l.fin.C.ſi ꝯ̃ ius,vel vtil.pub.Can. in c.quæ
in eccleſiarum.de conſt. & iſtud vltimum tenet Fulg. & Lud.
Ro.hic in vlt.col. Bene fateor, ꝙ poteſt diſponere etiam de re
priuati,ex cã publicæ vtilitatis, iurib.præalleg.in l.item ſi ver-
beratum.

ADDITIONES.

a ¶Tranſmiſſa.Adde Fely.in c.1.in 4.col.ver.in tex.ibi.de probat.Et vide,quæ
addidit Alex.vltra Iaſ.in l.1.ff.de ferijs. PVRPV.
b ¶Iuris.Adde Doct.in c.ſi Rom.19.diſt.& Do.in c.paſtoralis.de fid.inſtr.
c ¶Habet vim legis,Vt contractus principis ſint bonæ fidei. Dec.in c.1.col.2.
de præben.conſ.4.ver.2.vbi de ciuitate. PVRPV.
d ¶Syndicum.Adde Bart.in l.procuratione.C.de decur.lib.10.

beratum.in prin.ff.de rei vendic. vbi dicit Ange.ꝙ mentiuntur per gulam, qui dicunt, ꝙ princeps non possit obligare, vel alienare res priuati cā necessitatis, & vtilitatis publicæ, sed in proposito, qn̄ creatur syndicus ad obligandū omnes personas, &c. non magis est causa obligandi istum, quàm illum: ergo, &c. ita
12 teneo, & concludo in hoc vtili passu. ¶ † Quintò principaliter adde, inquantum Bar. concludit, ꝙ si administrator habet speciale mandatum ad accipiendum pecuniam mutuo, & illam accipiat, ciuitas obligatur, licèt nō probetur versum in eius vtilitatem, per l. habebat. §. si duo. ff. de insti. act. Eod. modo inquātum dicit, ꝙ si habebat mandatū ad accipiendum pecuniam in certam causam ciuitas tenetur, ēt si non appareat ꝯuersum in vtilitatem ciuitatis. Adde bn̄ facere illud, ꝙ decidit Bart. in l. doli mali ff. de noua. in 2. col. & in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. in pen. col. Est verū, ꝙ Raph. Ful. & Lu. Ro. pungunt Bar. dicentes, ꝙ leges alleg. per eum loquuntur in procuratore priuati, hic autem in administratore ciuitatis, qui habet priuilegium. Tu tn̄. id esse verum, qn̄ administrator haberet speciale mandatum ad accipiendum rem certā: sed hic simpliciter habebat administrationem, in quo non habet priuilegium.
13 † No. secundo priuilegium, qd̄ habet ciuitas in contractu mutui, ꝙ non habent alij priuati, quia ciuitas ita demum obligatur ex mutuo ꝯtō per administratorem, si probetur in vtilitatem eius fuisse versum. a Istud idem habet locum in ecclesia. text. est in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. & in corpore vnde sumitur. Istud idem habet locum in pup. tex. est in l. 1. C. si aduer. cred. Et propterea dixit Bal. in Auth. hoc ius porrectum. in 4. col. C. de sacros. eccl. inferēs ex prædictis, ꝙ qn̄cunq; ꝯuenitur ecclesia ex mutuo, potest opponere istam exceptionem, ꝙ pecunia non sit versa in eius vtilitatem, & nisi creditor agens probet, semper ecclesia defenditur illa exceptione. Istud idem dico hr̄e locum in pupillo, & ciuitate, & ita tenet Ludo.
14 Ro. hic in tertio no. ¶ † Nunquid aūt ista l. quæ dicit, si ad vtilitatem eius pecunia versa sit, habeat solùm locum in pecu. numerata tm̄, an in quacunq; re mutuabili mutuata administratori ciuitatis? inuenio, ꝙ solus Bal. in l. singularia. in 12. speciali. s̄. c. visus est mirabiliter restringere istam l. vt solùm habeat locum, qn̄ mutuum cōtrahitur cum ciuitate in pecu. numerata tm̄: secus si ciuitas acceperit per administratorem alias res mutuo, tunc nō habebit istud priuilegium, de quo in hac l. quia facilius inuitatur ad capiendam pecu. numeratam mutuo, quā alias res. Ideo lex voluit in hoc subuenire arg. l. doli. in versi. diuersum. ff. de noua. Sed ego puto, ꝙ ista restrictio non sit bona, per tex. istum, qui in prin. dicit, ciuitas mutua datione obligare potest, & non dicit de pecunia. Dato, ꝙ loquatur de pecunia (vt subdit) nos non sumus in materia odiosa, sed fauorabili, patet per gl. primam, quę extendit priuilegium istius l. ad pupillū, & collegia: sed pecunia in materia odiosa nō capitur largè, sed strictè, vt per Bar. & Doct. in l. talis scriptura. in vlt. col. ff. de leg. 1. Et propterea Bald. in d. 12. speciali, ad fi. mutat sententiam, &
15 non ponit pro constan. † Nunquid aūt ista l. & similes, quæ loquuntur in mutuo, habeant locum in alijs ꝯtib. celebratis cū vniuersitate, vel administratore: de hoc est gl. fin. & solitaria in l. 1. C. de ven. reb. ciui. lib. 11. quæ extendit istam l. loquentem in mutuo, vt habeat locum in omni cōtractu, ꝙ ciuitas non obligetur nisi probetur in eius vtilitatē versum. Sed illa glo. est falsa, quia ista l. solum loquitur in ꝯtu mutui in ciuitate, & propterea illam expresse ibi reprehendit Bal. Imo. & alij Can. in c. 1. de deposito, Alb. Pau. & Lu. Rom. hic. & Bal. in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacros. eccl. Et istud probatur ratione: nam ciuitas, & pupillus æquiparantur. gloss. in l. respub. C. ex quib. cau. maio. sed pupillus nō habet istud priuilegium, nisi in ꝯtu mutui. l. 1. & ibi gl. & Doct. C. si aduer. cred. Hoc idem dicemus in ciuitate, & ex hoc infert Pau. ꝙ si administrator ciuita. emeret pannum pro vestiendis seruitorib. ciuita. & non vestientur illi, an obligaretur ciuitas? & dicit, ꝙ sic, quia non habet locum,
b nisi in cōtractu mutui ista l. ¶ No. tertio, & vlt. ex tertia parte b l. ibi, alioquin, qn̄ mutuum non est versum in vtilitatem ciuit. quamuis nō teneatur ciuitas, tn̄ tenetur administrator, qui accepit. Hinc sumpta occasione quærit Bar. qua actione teneatur administrator, & in hoc licèt videatur facere plures casus, tn̄
16 facit solùm duos casus. † Not. diligenter ex verbis Bar. ꝙ si administrator ciuit. tempore quo accepit pecuniam mutuo nomine ciuitatis, expresse protestatur, ꝙ nō vult teneri ex tali mutuo, ista protestatio facit, ꝙ ex mutuo conueniri non poterit, tn̄ non obstante ista protestatione poterit conueniri, vel actione de dolo, si non probet se legitimum administratorem, vel condictione ob causam, si non conuerterit in vtilitatē ciuit. & ista decisio est valde notab. & signāda. Istud idem, & clarius firmat Bald. hic, & probat, quia fraudulenta protestatio nihil releuat protestantem. tex. est no. l. quæro. ff. de act. emp. Ad idem alleg.

* tex. in l. si quis mācipijs. §. Proculus. in fi. ff. de insti. *& idem tenent omnes Moder.* hic. Item aduerte, inquantum Bar. alleg. l. 1. C. cred. euict. pig. non debere. Nam per illam l. 1. dicit ibi Bart. se dixisse pluries, quàm millies in contingentia facti, ꝙ licèt ille, qui vendit rem ex officio, non teneatur de euictione, tn̄ dicit Bart. per illum tex. ꝙ debet probare qualiter habebat tale officium: alias si non probauerit se legitimè habuisse illud officium, tenebitur de euict. Idem sequuntur Bal. & Ang. ibi, & idem tenet Bart. in l. licèt. in 1. col. C. de procur. & ibi hoc sing. limitat esse verum, nisi afferens se tutorem illi vendidit rem, qui sciebat eum non esse tutorem, vel procuratorem, tunc quia scienti non infertur dolus, non debebit probare, &c. Tertiò aduerte, inquantū Bar. vult, ꝙ si administrator, qui recipit pecuniam mutuo nomine ciuit. expresse protestetur, ꝙ non vult teneri ex mutuo, tn̄ ista protestatione non obstante tenebitur actione de dolo, si non probauerit se fuisse legitimum administratorem. Attende subtiliter, ꝙ loquitur isto casu Bar. qn̄ administrator probat pecuniam esse versam in vtilitatem ciuitatis, sed non probauit se legitimum administratorem, non vult Bar. isto casu, ꝙ administrator teneatur actione de dolo. Et ꝙ Bar. sic loquatur, probo, quia ad hoc, vt differat iste casus ab vlt. casu Bart. necessario sic est intelligendus. Nam in vlti casu loquitur, qn̄ administrator neutrum probauit, sed in hoc credo Bar. malè dixisse, quia ex quo administrator probauit, ꝙ pecunia erat versa in vtilitatē ciuit. certè ciuitas tenetur, quia omnis ille, in cuius vtilitatem versa est pecunia, tenetur vtili actione de in rem verso. l. ei qui, in fi. C. ꝙ cum eo. ergo cùm ciuitas teneatur, non debet teneri administrator in subsidium actione de dolo, s̄m Fulg. & Mod. hic. ¶ Vltimò pro complemēto textualium aduerte ad aliqua. Et primò, ꝙ illud, ꝙ dr̄, ciuitas est priuilegiata in mutuo, intelligitur passiuè. s. qn̄ accepit pecunias mutuo, non actiuè, quādo ipsa daret alijs, quia tunc non magis est priuilegiata, quàm priuata persona. l. nihil. vbi bonum exemplum. ff. ad Mace. vbi ciuitati mutuanti pecuniā filiofamiliàs, ita obstat exceptio Maced. sicut alij mutuāti, & in hoc est magis priuilegiatus minor, qui etiam actiuè est priuilegiatus. l. verum. §. fi. ff. de min. glo. in
17 d. l. nihil. † Secundò pondera probari ex isto text. ꝙ excep. non num. pec. quæ aliàs non potest opponi vltra biennium, tn̄ ciuitati semper competit, ita probatur hic, si diligenter consideras, s̄m Bal. in Auth. hoc ius porrectū. in 4. col. C. de sacros. eccl. confirmatur, quia lex noua Imperato. quæ statuit istam exce. non posse opponi vltra biennium, non debet trahi ad casum specialem istius l. iuxta gl. in l. sciendum. in prin. ff. qui satisd. cog. & adde, ꝙ istam eandem conclu. ꝙ excep. non nu. pecu. perpetuò competat ciuitati, extenditur ad ecclesiam, s̄m Bal. in l. 2. §. fi. s̄. eo. & Ang. in consi. 245. incip. Quia omne datum optimum. in 3. col. & Lud. Ro. in repe. Auth. similiter. in septimo speciali, qd̄ habet pia causa circa iudicia. C. ad l. fal. & idem Lud. Ro. hic, in 3. no. Adde, qd̄ idem tenent Host. & Io. An. in c. fi. de sol. & Hostiens. c. 1. de deposito. Mouetur, quia l. in ꝯtib. C. de non num. pecu. quæ hanc excep. restringit ad biennium, est lex Imperialis, quæ non ligat ecclesiasticas personas. Contra istam opin. in hoc vltimo de ecclesia tenent Anto. de But. Pan. & Imo. in d. c. fi. de sol. Mouentur: nam ante legem Codicis, si debitor opponebat exce. non nu. pec. tenebatur illam probare. Sed Imperator de nouo adinuenit exce. non nu. pec. priuilegiatam sine alia probatione huius excep. sed eam restringit ad biennium, ergo sequitur, quod si ecclesia vult vti isto priuilegio excep. debet vti cum sua causa, hoc est, cum suo tp̄e, nec in hoc grauatur ecclesia, quia potest omittere beneficiū legis ciuilis. Et pro ista opi. adde tex. in l. si quis curialis. C. de epis. & cler. vbi est tex. s̄m qd̄ Bal. ibi. not. qd̄ lex ciuilis potest negare priuilegia sua ecclesiæ, nisi ea accipiat cum suis qualitatib. Et tenendo istam partem, de responsione ad istū tex. vide Pan. vbi supra. Et pro confirmatione huius opin. facit ratio, quia qn̄ lex ciuilis aliquid inducit, & non reperitur aliud statutum de iure cano. & non sumus in materia spirituali, nec in materia, quæ inducat expresse peccatum, seruatur de iure can. s̄m gl. in c. licèt ex suscepto, de foro compe. & Bar. in l. priuilegia. C. de sacros. eccl. cum multis concord. quæ ad hoc possent adduci. Tertiò aduerte, quia text. ibi, alioquin ipsi soli, &c. videtur probare duo. Vnum expresse, aliud tacitè: primò expresse, qd̄ quando pecunia non est versa in vtilitatem ciuit. administrator solus tenetur duplici ratione. Primò propter malam administrationem. Secundò lex præsumit, quòd administrator conuertit in suam priuatam vtilitatem.

ADDITIONES.

a ¶ Versum. Qui obligentur ex mutuo, nisi versum probetur in vtilitatem, limita: Rom. consi. 440. incip. non est dubium. Pau. de Castr. lib. 1. consi. 34. Ego Pau. PVRPV.

b ¶ Parte. Adde, cui incumbat probatio negatiua, Bar. consi. 94. PVRPV.

tem.Secundò,quia iſte tex.videtur probare tacitè, qđ probata
verſione in vtilitatem ciuit.non ſolum tenetur ciuitas,ſed etiã
tenetur ipſe adminiſtrator.Et iſtud vult Bar.in diſt.ſua hic,alle.
no.in l.ſi pupilli.ff.de neg.geſt. & iſtum tex. & iſtud idem eſt de
mente Bal.in l.procurator,qui pro euictione. ff.de procu.dum
alleg.tex.in l.ſeruum filij.ff.man. cõtrarium tenet ipſemet Bar.
in d.l.ſi pupilli.in §.1.in 2.col.vt ibi per eum.Et iſta opinio con-
firmatur, quia ex quo procurator accipit pecuniam admini-
ſtratorio nomine,& ſic expreſſa qualitate officij, non vr̃ ſe ob-
ligare proprio nomine.l.pen.in fi.ff.ſi quis cau.vbi tex.in arg.d.
Alex.hic.in 4.col.perpendit de iſta ꝯrietate Bar. & concordat,
vt hic per eum.Tu verò aduerte ad duo. Primò,ꝙ ſua concor
dia vr̃ eſſe contra mentem Bar. hic, qui parificat iſtum text.&
no.in d.l.ſi pupilli.§.1.Secundò aduerte,quia iſta concordia po
teſt confirmari ratione. Nam qñ procurator poteſt ſola rece-
ptione dñm obligare, non vr̃ haberi reſpectus ad procurato-
rem,ſed ad ſolum dñm.l.fi. ff.de inſtit. ſed qñ vltra receptionẽ
requiritur conuerſio in vtilitatem domini, tunc vr̃ haberi re-
ſpectus non ſolum ad dñm,ſed etiam ad procuratorem,& per
conſequens tunc vterq; obligatur,& ita procedit tex.hic. ¶Gl.
prima diuiditur in tres par. Primò extendit iſtum text.Secũdò
ponit dictum. Tertiò quærit qualiter diſtingui debeat in hac
materia,& ſe remittit.Secunda ibi,ſed & ipſe.Tertia ibi,& ple-
nè diſtingue.In gl.ibi,idem dici debet in collegijs.habes ex glo.
extenſionem ad hanc l.ratio eſt ſm Bart. & ita cum extenſione
gl.tenent Bar.Ang.Fulg.& Lud.Ro.hic,licèt Gul. & alij diſtin-
guant inter collegia magna, & collegia parua, & ſic etiã in ſi-
mili diſtinguit Bar.in l.1.ff.de albo ſcrib.& circa hoc Alex.mul
ta verba effundit.¶Gl.in verbo non ciuitas. Primò ponit q. ad
tex.Secundò ponit dictum pro extenſione huius tex. Secunda
ibi,item & res.In gl.ibi.l.1.lib.11. Illa lex probat poſt medium,
ibi, qđ exſolutũ eſt ratione reip.profeciſſe doceatur, tñ parum
facit,quia non loquitur in eo, qui habebat adminiſtrationem,
prout hic ſm Ful.Lud.Ro.& Alex.hic.Circa iſtã gl.quæ vult,ꝙ
creditor debeat probare,ꝙ pecunia ſit verſa in vtilitatem ciui-
tatis,occurrit dubiũ,qualiter probabit gl.in Auth.hoc ius por-
rectum.C.de ſacroſan.eccl.dicit, ex ſolis coniecturis, nec aliter
declarat, & certè, qñ acciperet præſente populo, vel conſilio,
18 nõ requiritur alia probatio. † Hinc offertur pulchrum dubiũ,
pone,ꝙ ciuitas indigebat illa pecunia tp̃e quo adminiſtrator
non præſente populo,vel conſilio acciperet mutuum, nũquid
ſufficiat, dato ꝙ aliter non probetur pecuniam verſam in vti-
litatem? tex.in l.fi.ĵ.de exer.probare vr̃,ꝙ ſic, & ita per illũ tex.
tenẽt Antiqui & Sal.& Pau.de Caſt.hic, & Iac. Bu.& Bal.in l.1.
C.ſi aduer.cre. Contrarium, & melius *tenent communiter Docto.*
hic, ꝙ illa l.fin.ſolum habeat locum in perſona priuati,non in
priuilegiata,vt eſt eccleſia.Ita Gul.Bar.Alb.Ful.Alex. Lud.Ro.
hic.& Bart.in d.l.fi.de exer.in Auth.hoc ius porrectum.in pen.
col.C.de ſacroſ.eccl.glo.ord.in §.ſi vero quis.in Auth. de ali.&
emp.Iſtud idem tenet. Io.de Imo. in c.1.de depo. vbi dicit iſtã
eſſe communem opi.Idem tenet Ang. in conſi.245.inci. Quia
omne datum optimum.in 4.col.& pro qua communi opin.d.
Alex.hic inducit tex.in l.qđ quibuſdam. de fideiu.in verbo ma
nifeſtè conſtiterit.licèt forſan poſſet rñderi, ꝙ illud verbum ve
rificatur etiam in præſump.ll.per multa, quæ pono in l.1. C.de
teſt.milit.Conclude ergo,ꝙ d.l.fi.non habet locum in ciuitate,
& ſic non ſufficit probare,ꝙ ciuitas tp̃e celebrati mutui egeret
pecunia,niſi probetur pecuniam eſſe verſam in vtilitatem ciui
tatis.Aduerte tñ,quia prima fronte videntur Bald.& Docto.in
iſta materia ſibi contrarij. Nam inquantum in ſuperiorib.alle.
text.in l.1.§.nunc tñ. ff.de exer. videntur velle,ꝙ illa lex habeat
locum in ciuitate,& tñ poſtea volunt,ꝙ l.fi.co.titu.non habeat
locum in ciuitate.Sed pro concordia conſidera,ꝙ Bar.in ſupe-
riorib.dũm alleg.d.l.1.loquitur,qñ adminiſtrator habet manda
tum à ciuitate,vel ſimplex,vel limitatum. Nã tunc ciuitas vti-
tur iure priuati.ſed in q.iſta Bart.loquitur,& Doct.qñ admini-
ſtrator nullum habet mandatum. Iſtam cõem conclu.limitat
Lud.Ro.hic,niſi creditor duo copulatiuè probaret. Primò,ꝙ
ciuitas tunc egeret pecunia.Secũdò,ꝙ eo tp̃e fuerit prouiſum
neceſſitati ciuitatis,quia præſumit fuiſſe prouiſum ex illa pecu
nia.Iſta limitatio probatur per not.per Bar.in l. fi.per illum tex.
C.de ali.pu.præſtan.& per Bar.in l.cum ſeruus.ff.de ver.ob. Fa-
cit,qđ vult Bar.in l.fi.§.& ſi præfatam.in fi.C.de iure delib.Facit
ẽt,qđ no.Bar.in l.fi.ver.ſed,& ſi quis. per illũ tex.C.ad maced.in
l.ſi ventri.§.fi.ff.de priui.cre.Niſi dicas, ꝙ iſta ſimilia loquuntur
in perſonis non priuilegiatis.Nos in priuilegiatis.Secundò limi
ta ſingulariter cõem ſententiam,quæ habet, ꝙ l.fi.de exer.non
habet locum in ciuitate, vt ſit verum,niſi ciuitas exerceret ar-
tem illam quæſtuariam,puta mercaturã nauigationis in mari.
Ita ſing.limitat Bal.in rub.C.de exer.in 6. col.licèt Alex. hic ali-
quid pungat ad oppoſitum.¶In ea.glo.ad fi.habes ex glo.ꝙ qñ
adminiſtrator acciperet pecuniam mutuo nomine ciuitatis,ꝙ
verè poteſt obligare res ciuitatis pro tali mutuo,intellige etiã ſi
non habet mandatum ad hoc.l.ſi is qui.de pig.alleg.in gl. con-
tra iſtam conclu.gl.obſtat.fortiter tex.in l.dñm.ff. qđ iuſſu. Rñ.
ad illum tex.ſm Pau.de Caſt.hic loquitur in priuato:nos in ad-
miniſtratore publico.Ratio diuerſitatis,quia adminiſtrator pu
blicus ciuitatis cenſetur habere mandatum à lege.l. vel præſes.
vbi Doct.no.C.de tranſ.Ideo nimirum ſi habet maiorẽ facult.
vt poſſit obligare res ciuitatis,vt hic latius per eum.Alibi tñ in-
uenio,ꝙ d.Abb. Pan.in c.nulli.de reb.eccl. non alien.ponderat
ibi eſſe text.not.in verbo,ſpecialiter hypothecæ,ꝙ prælatus ec-
cleſiæ pro contractu,quem facit in vtilitatẽ eccleſiæ,poteſt ge-
neraliter obligare bona eccleſiæ, ſed in ſpecie non põt obliga-
re rem eccleſiæ,puta illam,& illam.Idẽ not.Abb. Pan.in c.2.in
2.not.de preca.tñ conſidera,quia contra Pan.in d.c.nulli. vr̃ fa-
cere tex.in d.l.ſi is qui,in verbo,rem.Pondera,ꝙ non dicit res:
ergo vr̃,ꝙ ſpecialiter poſſit obligare. Et aduerte,quia Ange.&
Pau.de Caſt.hic dicunt plus,qđ adminiſtrator ciuitatis,& eccle
ſiæ,pro ꝯctu vtili ipſi ciuitati,vel eccleſiæ nõ ſolùm poteſt res
obligare,ſed etiam apponere pœnam in ꝯctu,ſi ſit ſolita appo
ni,& pro hoc alleg.tex.in l.bene à Zenone. C.de quadr.præſcr.
19 quem ibi multum no.Bal.& Ang. † ꝙ adminiſtratores,& am-
a baſciatores [a] ad pacem contrahendam poſſunt in capitulis pa
cis apponere pœnam,licèt non habuerint mandatum ad hoc,
& maxime ſi ſint ſolita apponi, & bene facit tex.iuncta glo.in
verbo,ſententiam.in l. fi. ff. quod cum eo.

A D D I T I O.

a ¶Et ambaſciat.Adde l.qui iuriſd.ff.de iuriſdi.om.iud. & Ange.in l. bene à Ze-
none.C.de quadri. præſcrip.

S V M M A R I V M.

1 *An pignus in dubio præſumatur idoneum,nu.2.*
3 *Veneti nolunt ſubijci legibus.*
4 *Quòd duplex eſt pignus.Et quod iſta.l.creditor non habet locum in præ-*
torio pignore.nu.5.

LEX XXVIII.

CReditor. Qui accipit pignus non idoneũ
non per hoc intelligitur renun-
ciare reſiduo.h.d. Habes ergo ex hoc tex.qđ credi-
tor, qui non accipit idoneum pignus, per hoc non
ſibi præiudicat,quin poſſit petere reſiduum, in quo pignus nõ
ſufficit.vltra concor. glo. adde text.in l.1.C.de pig. & ibi glo.&
Doct.& tex.no.in l.quæſitum.§.fi.ff.de diſtra.pig.quem text.de-
buit allegare gl.dum corruptè alleg.l.qđ in pignorib.ff.de diſtr.
pig.quia illa non eſt,& ibi iuriſc. ponit caſum valde no.ad pro-
1 poſitum tex.noſtri. † Nunquid autem pignus in dubio præſu-
matur idoneum,habes gl.no.ꝙ ſic,gl.eſt in l.2.in verbo redige-
2 re:C.de pig.quam pro not.alleg. Bal.hic, † & per eam infert,ꝙ
cùm pignus præſumatur idoneum,in dubio creditor non po-
teſt facere capi debitorem tanquam ſuſpectum de fuga, & ſe-
quitur Alex.hic.Adde etiam ad hunc tex. ꝙ eo.modo nõ præ-
iudicat ſibi creditor, qui ſtipulatus eſt à debitore ſi non ſoluat
pœnam,vel intereſſe,& illa pœna ſit minor,quàm debitũ prin-
cipale,certè per ſtipulationem pœnæ non præiudicat ſibi quo
ad debitum principale, text.habes ſolennem de hoc in l.apud
Celſum.§.item quæritur ſi eum.ff.de exce.do. Ad idem eſt tex.
in l.prædia.ff.de act.emp.Facit tex.in l.ſi ita ſtipu. à patrono fa-
cta.ad fi.ff.de oper.libe. ¶Gl.in verbo non amitti.Primò ponit
rationem dubitandi ad tex.iſtum.Secundò decidit ꝯtrium. Ter
tiò ponit vnum dictum. Secunda ibi,ſed tñ contra eſt. Tertia
ibi,ſed Veneti non ſeruant. ¶In glo.ibi.ſed Veneti non ſeruant
iſtam l.Iſtud idem dicit gl.in l.1. C.de pig.& glo.in l. ſi pro mu-
a tua.C.ſi cer.pet.& ibi Ang.dicit,ꝙ iſta lex [a] nõ habet locum in
fœneratorib.vel vſurarijs,& ſic in iudæis,& iſtud vltimũ ſe-
quitur ſimpliciter Alex.hic,quãuis ꝯrium in iudæis teneat Bal.
hic in prin.quẽ intellige circunſcripta ꝯſuetudine. Item ad iſtã
gl.& ſimiles,quæ dicit,ꝙ Veneti non ſeruant iſtã l.adde facere,
3 qđ Bal.in l.milites.in vlt.col.C.de teſt.mil.vbi dicit, † ꝙ Veneti
reputant ſe ita ſapientes,ꝙ legib.viuere nolunt,& volunt viue-
re non legib.ſed ſua naturali iuſtitia,ſm Raph.Cu.in conſi.140.
Extra gl.reſtat pulchrum dubium, nunquid iſta l. quæ propriè
loquitur in pignore conuentionali, habeat etiam locum in pi-
4 gnore prætorio, vel iudiciali? Et pro huius intelligentia † de-
bent

A D D I T I O.

a ¶Iſta lex.Adde ſecundam limit. Pau.de Caſt.qui ponit tres lib.2. conſil.295.
incip.Si data pignora. PVRPV.

bent scire iuuenes, quadruplex esse pignus in iure nostro. po-
nit gl. in l. 2. & ibi Bart. no. C. qui po. in pig. ha. & glo. in l. 2. C. de
præt. pig. quæ ponunt differentiã inter pignus iudiciale, & præ-
torium pignus. Est etiam pignus legale, de quo loquitur totus
tit. in quib. cau. pig. ta. contra. ff. & C. Quæ autem sit differentia
inter pignus cõuentionale ex vna parte, & prætorium pignus,
vel iudiciale ex alia parte, habes gl. in l. 1. & ibi Bar. clarius. ff. de
pig. act. & vltra differentias, quas ponit glo. & Bart. ibi. scias vnã
aliam differentiam. Debes scire, ꝙ qui habet rem pignoratam
ex conuentione, ad quemcunque res perueniat, habet eam sibi
obligatam: tamen non potest agere hypothecaria aduersus
extraneos possessores: nisi prius excusso debitore principali.
Auth. hoc nisi. C. de pig. tamen in prætorio pignore secus, quia
possunt non excusso prius principali agere actione in factum
aduersus extraneos possessores, ad quorum manus peruenerit
res, in quam missus eram, & sic habebam prætorium pignus.
Istud fuit sing. dictũ. Bal. in l. 1. in vlt. col. C. de his, q̃ in frau. cred.
5 ¶ † Ad propositum ergo dico, quòd ista l. non habet locum
in prætorio pignore, vel iudiciali. per l. à diuo Pio. §. si pignora.
cum ibi no. per Bar. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit institor, vel exercitor.*
2 *An obligent dominum, num. 3.*

LEX XXIX.

INstitorem. Ex contractu institoris
etiã serui, obligatur do-
minus propter eius iussum. h. d. Ad euidentiam de-
1 bes scire †, quis sit exercitor, quis institor. Breuiter
institor in terra, exercitor in mari. Institor est, qui negotiationẽ
a vniuersalem, & quæstuariam in terris exercet, ᵃ siue sit seruus,
seu liber. aliàs si vnum ex istis deficeret, non erit institor, sed pro
curator magnus. de istis est tex. in l. si institor. cum duabus ll. se-
quen. & in l. si cum villico. ff. de insti. declarat plenè Inno. in c. fi.
vbi plenius Imo. de fideiuss. Bar. & Bal. in d. l. institor. & Bald. in l.
mandatum. in 3. opp. C. mand. & in rubrica. C. de exer. in 4. col.
& tu iuuenis habes gl. de hoc in l. liberto. in prin. ff. de neg. gest.
declarat Abb. Pan. in consi. 16. incip. Ad claram deci. præsentis
dubij. in 1. col. & ad declarationem huius tex. adde text. in l. fin.
Insti. ꝙ cum eo. & si dñs fideiussit pro suo institore, tenetur in-
stitoria, & fideiussoria. tex. est no. in l. in eũ. §. tabernæ. ff. de instor.
2 Bal. in l. si mandator. C. ꝙ cum eo. ¶ † Item amplia, & extende
istam l. vt habeat locum non solùm in institore vero, sed etiã
in eo, qui gerebat se pro institore, & dominus sciebat, ſm Bart.
in consi. quidam vendidit institori carnificis vnum porcũ. Facit
vulgatum dictum Inn. in c. ex parte decani. de rescr. Item adde,
3 ꝙ mirabiliter tenet Ange. in l. cum te in Gallia. ad fin. C. eo. † ꝙ
quemadmodum ex contractu facto cum institore obligatur
b dominus, ita ex contractu facto cum dño obligatur institor, ᵇ
seu factor, per tex. in l. 1. §. pe. ff. de exer. quod no. secũdum eum.

ADDITIONES.

a ¶Exercet. Quis dicatur institor, vide Alex. lib. 2. consi. 44. * Et ꝙ confessio in-
stitoris non inducat obligationem, sed probationem aduersus dominum, cu-
ius negotia gerit, tex. est in l. fi. ff. de insti. & an inducat obligationem contra
confiten. non administratorem? Dic, quòd sic, per tex. in l. quidam. ff. de const.
pecu. vbi Castr. & Alex. De quo videri potest Ro. sing. 423. Quid de factore?
Vide Dec. consi. 510. col. fi. De administratore? Apostil. ad Bar. in l. eandem.
col. 3. circa fi. ff. de duob. reis. MASVER.
b ¶Institor, seu factor. An institor obligetur, vide Pau. de Castr. lib. 2. consi. 20.
visis & consideratis. in primo. dubio * Et Adde in hac materia, q̃ scribit Spec.
tit. de obligatis obliga. generali. §. prænotandũ. nu. 2. Aret. in §. si igitur. nu. 7.
Insti. ꝙ cùm eo. Ias. in §. Actiones autem. nume. 48. & 55. Instit. de act. Afflic.
Dec. 64. Boer. q. 282. Bar. consi. 79. lib. 1. Bart. & Bald. in Auth. hoc ius porre-
ctum. C. de sacrosan. eccl. in Rub. nu. 10. C. de consti. pec. Barto. in l. si pupilli.
ff. de neg. gest. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ quando, & quibus competat. nu. 2. &*
3. cum sequentibus. 4. 5. 6. 7.
8 *Quid in ecclesia, & clericis.*
9 *Quid in pupillo.*
10 *Qui promisit accipere pecuniam, an possit non accipere.*
11 *Quando competat exceptio doli.*

LEX XXX.

QVi pecuniam. Qui spe futuræ nu-
merationis promi-
sit, non habet necesse recipere. h. d. iuxta istum text.
loquentem de eo, qui promisit sub spe futuræ nu-
merationis, Bal. aliqua ponit circa istam materiam non nu. pe.
Ego autem, vt istam materiam clarius tradam, expedio per sex
not. extensiones, & quinq; notab. fallentias. Scis, ꝙ in contractu
mutui, si aliquis confiteatur in apocha, vel publico instrumen-
to habuisse, & recepisse pecuniam, non potest conueniri debi-
tor ante biennium in effectu, quia potest opponere exceptio-
nem non num. pecu. de ista loquitur tit. Insti. de literarum obl.
& C. de non num. pecu. maximè in l. si ex cautione. vbi glo. ma-
1 gistr. Amplia in primis, † ꝙ ista exceptio non num. pec. ᵃ com
a petit debitori, qui in instrumento cõfiteretur se habuisse, & re-
cepisse. 110. mutuo à tali, & dicit, istã confessionem facio non
spe futuræ numerationis, sed quia habui, adhuc competit ista
exceptio. Bal. in l. si ex cautione. in 1. col. in fi. C. de non nu. pecu.
quæ verba multum exclamat Ioã. de Imo. in c. si cautio. de fid.
instr. & vltra Bart. confirmo per duo similia. Primò, quia qua
fragilitate inducitur debitor propter necessitatem ad confiten
dum recepisse id, ꝙ non recepit, eadem fragilitate inducitur ad
renuntiandũ l. doli mali. ff. de noua. Secundo cõfirmo per illud,
ꝙ decidit sing. Bar. in l. fi. §. idem quæsijt. circa principium. ff. de
condi. inde. vbi dicit singulariter, & nunquam obliuiscaris, ꝙ si
aliquis dicit, renuntio condictioni indebiti, condictioni ob cau
sam, exceptioni doli, & metus, &c. Ista renunciatio non facit,
quin possim intentare condictionem indebiti, vel ob causam,
2 &c. ꝙ an sit verum, ibi reseruo dicendum. † Secundò extendo,
ꝙ dicta exceptio non num. pecu. competit, etiam si debitor re-
nuntiaret, quia exceptioni non nu. pecu. non potest renuntiari.
* *Istud tenent omnes Doct.* in l. si ex cautio. prædicta. Imò plus, si fa-
ceret pactum expressum de non opponendo exceptionem nõ
nume. pecu. non obst. renunciatione, & pacto expresso, poterit
nihilominus opponere. Ita dixit sing. Bald. in l. in contractib. in
prin. in 3. q. C. de non nu. pec. & ante eum Spec. in tit. de obl. &
sol. §. 1. ver. sequitur. dum ponit formam in hac materia. Ratio
est propter fragilitatem, vt dixi. Tertiò extẽdo, ꝙ ista exceptio
competit, etiam si quis confessus esset in instrumento guaren-
tigiato, nisi statutum specialiter prohiberet contra tale instrm
opponi excep. non nu. pecu. Istud dicit Bal. hic, & idem in add.
Spec. in tit. de exec. sen. in §. 1. & in add. Spec. in tit. de app. versi.
sed nunquid contra præceptum, & in l. si causam. C. de exec. rei
iud. & in d. l. in contractib. in fin. prin. Quartò amplia, ꝙ ista ex-
ceptio potest opponi, etiam si esset statutum in ciuitate, ꝙ cõ-
tra instra publica non possit opponi aliqua exceptio, nisi solu-
tionis, vel simulationis, & nulla alia: ratio est, quia illa confessio
facta in instrõ dicitur quædã simulatio, ita determinat Bart. &
no. Bal. in l. 3. C. de postul. & Bal. in l. pecuniæ. C. de solut. Quintò
amplia, ꝙ ista exceptio habet locum etiã si confessus in instru-
mento recepisse pecuniam mutuo dedisset pignus. text. habes
ad hoc valde no. in l. 1. C. de non nu. pec. vbi Bald. multum not.
3 † Sextò amplia, ꝙ exceptio non nu. pecu. habet locum etiam si
quis confiteretur expressè cum iuramento. tex. est in l. fin. & ibi
Bar. & alij declarant. C. de non nu. pecu. & ille tex. est vnicus in
iure ad hoc. ſm Bal. in c. quæ in ecclesiarum. in 12. col. de cõsti.
licèt Can. dubitauerint per c. cum contingat. de iureiur. Istam
regulam sic ampliatam limita nunc quinque notab. modis, li-
cèt possint addi aliæ limita. sed sunt aut vulgarissimæ aut non
veræ. ¶Primò ergo ista regula singulariter fallit, qñ aliquis in
testamento confitetur recepisse pecuniã mutuo, quia vel ipse,
vel hæres eius poterit conueniri, & nõ poterit opponere exce.
non nu. pecu. quia lex præsumit, ꝙ magis cogitat de morte, q̃
de numeratione. Istud ad literam dicit gl. in l. 1. in gl. fi. circa me
dium, quam Bar. Bal. & omnes Doct. sequũtur, & multum no.
C. de fal. causa adie. le. & illa gl. est vnica, & sing. in iure ſm Bald.
in c. literis. in 3. col. de præsum. & in tit. de pac. constan. in verbo
4 vasalli. el. 1. ad fin. ¶ † Secũdò prædicta regula singulariter fallit,
qñ esset geminata confessio, quæ facit, vt non possit opponere
excep. non nume. pecu. s. quando fieret ex interuallo. Ita voluit
glo. no. in l. in contractib. §. sed quoniam. in ver. penitus. in prin.
illius gl. C. de non num. pec. quam gl. ad hoc no. & reputat sin.
Lud. Ro. in l. si vero. §. de viro. in 31. fall. ff. sol. ma. Idem expres-
se tenent Bal. & Ang. in l. in contractib. §. sed quoniam. & istud
idem ante omnes voluit Io. An. in addi. Spec. in tit. de don. inter
5 vi. & vxo. in rub ad finem. ¶ † Tertiò principaliter fallit, qñ de-
bitor renuntiaret expressè exceptioni non nu. pecu. & iuraret:
tunc sibi præiudicat. ita Bal. hic, & Bar. in d. l. fi. C. de non nume.
pecu. & ibi alij Doct. plenius. An sit verũ, nunc non disputo. vi-
de Doct. in illa l. fi. & Bal. in repe. l. 2. ff. de iureiur. circa medium.
¶Quartò fallit, quando post confessionem debitor inciperet
soluere aliquid ex debito, & sic agnouit soluendo partem, quia
præiudi-

ADDITIO.

a ¶Non nu. pec. Fel. in c. si cautio. de fi. instr. * Cui adde Imbertum in enchirid.
iuris Galliæ. ver. Exceptio perpetua. & fac. quæ scribit. D. Osa. Dec. 143. nu. 3.
4. & 6. Afflict. Dec. 105. 110. Guid. Pap. q. 292. q. 362. Abb. in c. fi. nu. 18. de sol.
Pract. Pap. for. li. hypo. ver. mutuo. nu. 9. vbi dixi. MASVER.

præiudicat,vt poſſit opponere exce.non nume.pec. tex.in l.cũ
fidem.vbi Bar.& Bal.no.C.de non nu.pecu.ꝙ intellige, & limi-
6 ta,vt ibi per Bar.¶†Quinto ſunt qui limitant,vt excep.non nu.
pecu.non habeat locum in mercatoribus, vel campſorib.pro-
pter publicam fidem, & ita ſæpe audiui à præceptoribus meis
per ſing.gl.in §.ſi.qui incipit argentariorũ.in Auth.de fideiuſ.&
retuli in l.ſingularia,ſ̃.e.tit.& alleg. Bal.in l.fruſtra. C.de non nu.
pec.vbi Bal.alleg.iſtam gl.pro ſing. Sed ego volui reuidere Bal.
qui non dicit ſic,ſed bene dicit, ꝙ qñ campſor, vel mercator
promittit pro alio, qui confeſſus eſt ſe recepiſſe pecuniam mu
tuo,tunc dicit Bal.ꝙ campſor non poteſt opponere excep.nõ
nume.pecun.per illam l.fruſtra.& d.gl.in illo.§. argent. Et pro-
pterea Sal.in illa l.fruſtra.dicit.Intellige, ꝙ campſor non poſſit
opponere excep.non nu.pec.eſt verum, qñ vult opponere ex
perſona ſua,ſed qñ vellet opponere excep.pro eo, pro quo in-
7 terceſſit,tenet ꝙ poſſit.† Alius caſus eſt in confeſſione facta in
iudicio, quia ſi quis in iudicio confiteatur ſe recepiſſe pecuniã
mutuo non haberet aliquã exce.gl.iuncto tex.in l.1.C.de ꝯfeſ.
in gl.2.in primis verbis, & per illã gl.iſtud firmat ibi Sal.in 1.&
3.opp.Sed contra iſtam limi.ego adduco aliqua.Primò no.per
Bal.in l.ſiue apud acta. C.de tranſac. vbi non facit differentiam
in iudicio, vel extra, tamen duo reddunt me dubium ad iſtam
limit.primum, ꝙ ſi quis confiteatur ſe recepiſſe ex cauſa mu-
tui,& iuret,tñ habet exce.non nu.pecu.l.fi.C.de non nu.pecu.&
ſ̃.dixi,& tunc iuramentum habet vim iudicij.l.qui iuraſſe.in fi.
ff.de in lit.iu. imò habet vim lit.cont. etiam ſi ſit iuramentum
extraiudiciale.l.nã & poſtea.in §.ſi is,qui temporali, & ibi Bart.
ff.de iureiu.Confirmatur iſta pars, quia etiam etiam ſi cõfeſſio
ſit facta in inſtrumento guarentigiato, ꝙ vim habet ſententiæ,
tñ habet locum exce.non nu.pec. vt ſ̃.dixi. conſiderabam prę-
dictam limi.ſuſtineri poſſe hoc modo, vt procedat, qñ confeſ-
ſio fit in iudicio per viam cõtentioſæ iuriſdictionis: tunc enim
non competit exce.non nu.pecu. & ita loquitur Sal.vbi ſupra.
Sed alia,quæ allegaui,procedunt in confeſſione voluntariæ iu-
riſdictionis.talis n.confeſſio non tollit exce.non nu. pecu. & ex
hoc collige pulchram limit.ad d.l.fi.C. de non nu.pec. vt intel-
ligatur in confeſſione volunta.ſecus in cõtentioſa.¶Vltra iſtas
fall.ꝙ excep.non nu.pecu.de iure ciuili non poteſt opponi,niſi
intra biennium, ſaluo niſi debitor aſſumeret onus probandi in
ſe.d.l.in contractib.in prin.vbi glo.tñ de æquitate Cano. poteſt
perpetuò opponi,etiam vſq; ad mille ann. Iſtud fuit verbum
Dy.in regula locupletari.ad fi.de reg.iur. in ſexto, ꝙ dictum re-
fert,& ſequitur Ang.in conſi.156.incip. Vr̃ prima fronte, dictã
dominam Ang.vbi dicit,ꝙ dictum Dy.haberet locum in om-
nib.terris ſubiectis Eccleſiæ, quo ad temporalitatem. De quo
etiam habes Bal.in terminis in l.ſi ex cautione.in 9.q.& l.in con
tractib.in prin.in 2.no.C.de non nu.pec.& Bal. in l. cum quis.in
11.& in 14.col.C.de iur.& fact.ign. Hinc dubitabam de vno, in
quo laborant Can.Hoſt.Io.And.Imo.& Pan.in c.fin.in vlt. col.
8 de ſol.† Quærunt ibi,nunquid eccleſia,& clerici in bonis patri-
monialib.poſſint opponere exce.non nu.pec. perpetuò? Hoſt.
tenet,ꝙ ſic:nam pupillus perpetuò opponit.l.fin.C.in qui.cau.
in integ.reſt.non eſt neceſſ.ergo etiam eccleſia, cum æquipare-
a tur [a] pupillo, & quia leges ciuiles non ligant perſonas eccleſia-
ſticas, qñ ſunt præiudiciales, niſi ſint approbatæ per Pontif. &
multa alia arg.adducit. Breuiter Pan.ibi reprehendit, & tenet
contrarium,ꝙ in clericis,quo ad bona patrimonialia excep.nõ
nu.pec.tollitur elapſo biennio, & iſtud idem tenet Ant.de Bu.
& ibi Pan.& alij in c.ſi cautio.de fid.inſtr.ponit Lud.Ro.in rep.
Auth.ſimiliter.C.ad l.fal.in ſeptimo ſpeciali, ꝙ habet pia cau-
ſa inter iudicia,& in ſimili dixi in l.ciuitas.ſ̃.eo.Non inuenio,ꝙ
iſti Can.faciant mentionem de illo dicto Dy.ꝙ de æquitate ca-
nonica illa exceptio perpetuò duret. Secundo principaliter di-
cit Bart.hic in fin.ꝙ Iuriſc. per hanc l.determinat quæſt.l.pen.ff.
qui po.in pi.ha.(eſt corruptus Bar.debuit alleg.tex.in l.pen.quę
res pig.ob.poſſ.quem text.alleg.glo. noſtra) & ſic habes ex hoc
9 tex.† ꝙ debitor,qui promiſit accipere certam pec.mutuo, po-
teſt dimittere ſi vult. Hinc offertur pulchrum dubium, quid
ècontra,creditor ꝓmiſit mihi mutuare.100.aureos gratis vſq;
an annum; poſtea non vult, an poſſim eum cogere? vr̃ ꝙ ſic,
quia quæ à prin.ſunt voluntatis; ex poſt facto ſunt neceſſitatis.
l.in commodato.§.ſicut.ĩ.cõmo. Bar. in terminis in l.fideiuſſor
creditoris.ff.de fideiuſ.determinat, ꝙ non poſſit cogi creditor
mutuare,per glo.in l.ad pœnam.ff.de verb.ob. Ego confirmo
per regulam iſtius l.Nam ex natura correlatiuorũ eſt, vt quic-
quid ſtatuitur in vno, & in alio vr̃ ſtatutum.l.fin.de indi. vi.tol.
vbi Bar.& alij no.ſed debitor,qui promiſit accipere,poteſt non
accipere,ergo & creditor poteſt non mutuare.Facit text.in l.ſi
voluntate,cum gl.C.de do.promiſ. Eſt verum, ꝙ Lu.Rom.&
Bal.hic determinant contrarium.ponunt Pau.de Caſt.& alij in
l.1.ff.ſol.mat.Vltimò ex iſto tex.vr̃ poſſe notari,ꝙ etiam in con
tractu nominato locus eſt pœnitentiæ ſaltem in effectu.In cõ-
trarium videtur facere regula.l.in cõmodato.§.ſicut. ff.cõmo.
Pro ſol.poteſt primo dici, ꝙ in contractu mutui celebrato nõ
eſt locus pœnitentiæ,& ita loquitur contrarium,ſed in mutuo
contrahendo bene eſt locus pœnitentiæ. vt hic ſ̃m Bal. vel ſe-
cundò poteſt dici, ꝙ in iſta l.iſte tenetur ex ꝯctu mutui nomi-
nato,& ſic ad factum, ſed ad factum quis præcisè non obliga-
tur; imo ſoluendo intereſſe liberatur.l.ſi quis ab alio.§.fin.ff.de
re iud.cùm ergo nullum intereſſe ſit creditoris, non tenebitur
debitor ad intereſſe. ¶Glo.in verbo obſtringat.primo m̃.tacito
contrario.Secundo quærit de no.q. Secunda ibi, ſed quid. ¶In
gl.ibi,quæ res pig.obl.poſ.l.pen.Habes ex prima parte glo. duas
10 principales concl.† Prima eſt,ꝙ illud, qđ dicit text.ꝙ qui pro-
miſit accipere pecuniam,poteſt non accipere; nec ſe obligare;
debet intelligi.ſ.cum effectu, & cum iſta ſuppletione ad text.
* tranſit ſimpliciter Bart. & *magis communiter alij*: ſed iſta ſupple-
tio non eſt neceſſaria.Debes aduertere,ꝙ eſt differentia, an quis
confiteatur in ſcriptis,an non.ſi in ſcriptis mero iure obligatur,
ſed habet exce.non nu.pecu.quia propriè habet locum excep.
non nu.pecu.qñ confeſſio fit in ſcriptis,in ſcriptura publica,vel
priuata; ſed qñ confeſſio non fit in ſcriptis,ſed coram teſtibus,
non obligatur,& non habet locum illa excep.gl.l.ſi non ſingu-
li.C.eo.gl.& Bart.in l.ſi ex cautione.C.de non nu.pec.& in ſpe-
cie ita intelligunt text.noſtrum Alb.& Fulg.hic. Eſt verum,ꝙ
arti.eſt diſputabilis. vide plene Io.de Imo. & Alex. in l.ſi ita ſti-
pulatus.§.Chryſogonus.ĩ.de ver.ob.Secundò habes aduertere
ad glo.ne te fallat,inquantum dicit, qđ licèt mero iure oblige-
tur,tñ habet exce.non nu.pec.vel doli. Tamen ſi conſideras le-
ges,quas alleg. gl. vr̃ habuiſſe alium ſenſum, qñ quis promittit
per ſolennem ſtipulationem ſine aliqua cauſa,habet exce.doli,
licèt mero iure obligetur l.2.§.circa.ff.de exce.do. Et vt habeas
veritatem iſtius gl.aliquis ꝓmiſit ſub ſpe futuræ num. &c. ego
puto,qđ in iſta materia habeamus tres exce. licèt nõ inueniam
declaratum. Aliqñ confeſſio facta eſt in ſcriptis, tunc propriè
competit exce.non num.pecu.& de iſta loquitur tit. C.de non
num. pec. & Inſti.de lit.obl.Aliqñ,& confeſſio eſt facta coram
teſtib. & non in ſcriptis, tunc competit except.doli.non autem
excep.non num.pec.Iſte eſt caſus in illa l.2.§.circa. ff.de excep.
11 do.quia dolo facit,qui petit pecuniam,quã non dedit.† Quæ-
dam eſt excep.in factum,qñ in ſcriptura confeſſus ſum habuiſ-
ſe pecuniam, & promiſi illam reddere per ſolennem ſtipulatio
nem,iſto caſu non competit excep. non num. pecu. ſed excep.
in factum.tex.eſt in l.cum vltra.C.de non nume.pecu. vbi gl.&
Doct.Inuenio,qđ Abb.Pan.in c.fi.in vlt.col.de ſol. ponit aliam
doctri.ſed errat.¶In ead.gl.ad fin.habes ex deci.gl.in q.per eam
formata no.limitationem ad legem iſtam; vt procedat,quãdo
quis volebat accipere pecuniam ſub vſuris vſq; ad annum,nõ
poſſet ſoluere intra annum vſuras,vt ſe liberet. Limitãt Doct.
iſtam gl.niſi creditor inueniret alios, quibus daret pecuniã ſub
vſuris æquè bene mutuando.allegant l. diem functo. ff.de offi.
aſſeſ.& gl.in l.ſed & addes §.fi.in gl.fi.ff.loc.& iſtud vr̃ tenere gl.
in l.q Romæ.in prin.ff.de ver.ob.ꝯrium tenet Iac.But.hic.licèt
in contractib. innominatis aliqñ ſit locus pœnitentię,tñ in con
tractib.nominatis (etiam re integra) non eſt locus pœnitentiæ.
l.ab emp.ff.de pac.l.1.& 2.C.qñ lice. ab em.diſc.ſed contractus
mutui eſt nominatus; ergo &c.aliàs ſequeret̃ ſi vera eſſet opin.
glo.quam Bar.refert, qđ ſi vendidiſſes mihi domum pro mille
ducatis,& ego dicerẽ,nolo emiſſe, quia eſt hic vnus æque ido-
neus,qui vult emere,vendas ſibi,ſequeretur,qđ eſſet licita pœ-
nitentia,quod eſt falſum. Secundò pro hoc adducitur tex.in l.
mandato meo. in princip. ff. mand. vbi nemo cogitur mutare
debitorem,etiam ſi dandus eſſet magis idoneus. Breuiter Bart.
hic fuit in mirabili opi.vt hic per eum, & dicit d.Alex. qđ om-
nes hic,& in l.qui Romæ,in prin.tenent cum Bar. Tu aduerte,
quia Bart.videtur malè loqui, quia in contractib. innominatis
bene eſt licita pœnitentia ex parte creditoris adimplentis, non
ex parte debitoris,vt etiam cõtra Bar.pungit Ful.hic, ſaluo niſi
ſaluares Bar.vt intelligatur,quando vinum,vel frumentum nõ
fuit actualiter mutuatum,ſed tantum fuit conuentum,& vide
ad iſtam q.aliã glo.in l.fi.ſuper verbo emiſſe. C.de præto.pig.&
plenius per Mod.in l.qui Romæ.in prin.ff.de ver. obl. Iaſon.

ADDITIO.

a ¶Aequiparetur. Adde gl.in verbo,comparuerint, in c. inquirendum. de pecu-
cle.quam ibi Barb.allegat ſingularem.

SVMMARIVM.

1 *Fructus, & intereſſe in contractibus ſtricti iuris, vel bonæ fidei à quo*
tempore veniant nu.2.cum limitationib.& nu.3.

4 *Iudicium à quo tempore incipiat.*

5 *Clauſula in libello, peto fundum cum omni cauſa, quid denotet.*

LEX XXXI.

CVm fundus. In certi condictione cũ sit actio stricti iuris, ve-
a niunt accessiones à tempore lit.conte.[a] h.d.¶ † No.
1 ex ista.l.regulam, quòd in contractibus stricti iuris (prout est certi condictio) veniunt fructus, vsuræ, interesse, & aliæ accessiones à tempore lit.contest.& non ante.sed in actionib.bonæ fidei statim veniunt à tẽpore moræ, concor.l.mora.§.in bonæ fidei.l.videamus.in princ.& §.si actionẽ. ff.de vsu.Et si quæratur,quæ sit ratio differentiæ,quære in contractib.stricti iuris nunquam veniunt,nisi lit.conte.in actionib.bonæ fidei secus.Respon.Bal.in l.1.in vlt.col.C.de vsur.& fru.leg.ꝙ ratio diuersitatis est propter exuberantiam bonæ fidei,quæ requiritur in actionib.bonæ fidei, de qua materia traditur ꝑ Bart.& alios in l.si filius.§.1.ff.de ver.ob.Ponit Bal.in l.pen.in 2.col.C.de ꝯdi.inser.& ibi declarat Bald.quid iuris sit in contractu emphyteutico, quid in contractu feudali, à quo tempore veniant acces-
2 siones,ponit Bal.in l.si traditio.in 4.q. C.de act.emp. † Stat ergo regula,ꝙ in actionibus stricti iuris, dato, ꝙ debitor sit interpellatus extra iudicium (& sic sit in mora) tamẽ fructus, & accessoria non veniunt à tempore moræ, sed à tempore lit.contest. Istam regulam limita quatuor no.modis.Primò limita,vt procedat,q̃n quis petit id, qđ sibi debetur; tunc veniunt à tempore lit.contest.sed si peterem id,qđ est meum,vel aliquando fuit meum; tunc etiam in actionibus stricti iuris veniunt vsuræ, & fructus,& accessoria à tempore moræ.Istam limitationem ponit Iurisc.in l.videamus.la.2.§.si actionem.ff.de vsu. Hinc est,ꝙ in l.2.C.de pac.inter empt. & vendi. in actione præscri. verbis, quæ est stricti iuris, veniunt fructus à tempore moræ; eo quia ibi agitur ad illud,qđ aliquando fuit meum.Istud est,qđ subtiliter dixit Bal.in repe.l.petens.C.de pac.reprobando Bar.ibi declaro.Et si dicis,quæ potest esse ratio istius fallentiæ; quare isto casu in actione stricti iuris magis veniant fructus à tẽpore moræ,quàm q̃n ago ad illud,qđ est debitum.Pau.de Cast.hic dicit rationem esse, quia quando ago ad id, qđ fuit meum, ago ad restitutionem rei meæ, vel quæ fuit mea; sed vbi ago ad restitutionem debiti,restitutio denotat plenitudinem,& sic veniũt fructus,& accessoria à tempore moræ.Et ꝙ sit verum de restitutione,declarat Iurisc.in d.l.videamus.§.in Fauiana.ff.de vsu. Aliam rationem assignat Sal. in l. vinum.in vndecima oppo.s̃.eo.vbi dicit,ꝙ q̃n peto,qđ est meum,vel fuit meum,ago ratione plenioris iuris,quia plenius ius dicor habere; ideo nimirum si fructus prius veniunt, quàm alio casu, quando ago ad mihi debitum. ¶Secundò principaliter limita in casu.l.filius.§.fin.ff. de col.dot.& ibi gl.& clarius Bar.qui rationem assignat, declaro,& induco illum text. & dicit Bal.in l.si soror.C.de col.ꝙ casus d.l.filius.§.fi.est in hoc singularis,& mirabilis;in quo fructus veniunt à tempore moræ in actionib.stricti iuris. Tertiò considera,si ista regula posset limitari, (sed non audeo firmare, quia non inuenio ab aliquo tactum) nunquid possit limitari ex eo, ꝙ dicit sin. Bal.in tit.de pace constan.in verbo, si quis vero.vbi dixit, ꝙ omnes contractus celebrati cum principe habent naturam bonæ fidei per illum text.qđ multum not. & potest esse ratio,quia in principe debet exuberare bona fides,& ideo licèt sit contractus stricti iuris, t̃n propter exuberantiam bonæ fidei in principe,dr̃ habere naturam bonæ fidei. Si ita est, fructus,& accessoria veniunt à tempore moræ,sicut in contractib.bonæ
3 fidei.¶Quartò cogita,an ista regula possit etiam limitari † quarto modo (& istud etiam non inuenio in specie tactum) vt ista differentia non procedat de iur.cano. imò de iu. cano. non sit differentia,an actio sit bonæ fidei,an stricti iuris, vt semper fructus veniant à tempore moræ,eo quia attento iur.cano.vbi attenditur bona fides, omnes contractus censentur bonæ fidei. Istud probo per illud, qđ dicit Bald.in c.1.in vlt.col.prope fi.de plus peti.vbi expresse dicit se putare de æquitate Can. omnes contractus esse bonæ fidei, & dicit licèt aliàs habeamus aliam differentiam inter contractus bonæ fidei, & stricti iuris, ꝙ dolus dans causam contractui bonæ fidei, reddit contractũ ipso iure nullum,sed dolus dans causam contractui stricti iuris,non reddit contractũ nullum ipso iure,sed ope excep.l.eleganter.in prin.ff.de dolo.de æquitate Can.nõ erit ista differentia.Et si eius opi.est vera,est magna limitatio ad prędicta; t̃n non audeo firmare istud vltimum,per regulam,quæ habet, Nisi de iur.can. decidatur expresse contrarium eius,qđ est de iur.ciui.non recedimus à iur.ciui.c.2.de ope.nou.nun.No.Bar.& alij.in l.priuilegia.C.de sacrosan.eccl.Item vr̃ mihi, ꝙ imò de iur.cano.habemus tex.facientem mentionem de actione stricti iuris, in c.cũ venera.de exce.nisi diceres,ꝙ ibi sit narratio facti. Quid autem
b si contractus est bonæ fidei, sed actio stricti iuris;[b] puta, quia triticaria, vel certi condictio generalis proponitur ex cõtractu bonæ fidei; quomodo tunc venient fructus,an à tp̃e moræ,an verò lit.conte? vide sin.Bal.in l.vinum.in 4.col.s̃.eo. & Mar.La. hic. ¶Dictum est à quo tempore incipiant venire fructus, seu accessoria;nunc videndum est vsq; ad qđ tempus.text.in l.Iul. scribit si hominem.§.1.in verbo.vsq; ad rei iud.tempus. & ibi gl.fi.ff. de rei ven.dicit, qđ veniunt vsq; ad sententiam. sed gl. in l.qui restituere.in verbo,condemnatio.s̃.de rei ven.fortè melius tenuit, qđ fructus veniunt etiam post sententiam vsq; ad actualem executionem; aliàs mora debitoris esset illi vtilis, de quo etiam habetur per gl.Bar.& omnes in l.in hac.ff.de triti.Secundò pondera text. ibi post iudicium acceptum, iuncto text. ibi,si lit.conte.tempore,hic esse tex.expressum pro eo,in glo.& Doct.vtriusq; censuræ dubitant.s.à quo tempore incipiat iudi-
4 cium,† hic habes tex.qđ iudicium[c] propriè incipit à lit.conte.
c non à citatione,vel oblatione libelli,vel similib.& ratio est, q̃a omnia ea,quæ præcedunt,dicuntur esse prẹludia,seu præparatoria iudicij. Et qđ alia,quæ præcedunt,dicantur præludia,seu prẹparatoria,dixit expresse gl.in §.fi.super verbo ex proœmijs. in Auth.in medio litis non fieri sac.iussio. per quam glo.ita expresse dicit Bal.in Auth.cler.C.de epis.& cler.& in l.1.§.similiq; modo.el.2.C.de lat.lib.tol.Ang.in l.1. C.de præscri.long.temp. Est verum,ꝙ s̃m diuersas materias quo ad aliqua dicitur iudi-
d cium inchoare[d] à citatione, vt dicit tex.cum gl.in l.vbi cẹptũ. ff.de iud.& tex.in §.fin.Insti. de pœ.tem.liti. Benè no.ꝑ Doct.in
5 rub.C.de in ius voc.¶ † Tertiò principaliter no. ibi causa omnis restituenda sit.hic esse tex.no.s̃m Ang. Lud.& Alex.hic pro declaratione verborum,quæ ponuntur in libello, q̃n peto fundum cum omni causa.quid denotẽt illa verba,cũ omni causa, tex.declarat,s.omnia accessoria, & omnia quæ haberem, si dedisses mihi in tp̃e. Adde similem text.in l.Iul.scribit si hominẽ. §.1.& in l.præterea.ff.de rei vendi.& licèt Alex. alleget multas alias leges ad hoc,sed illæ nihil faciunt, quamuis faciant mentionem de causa,sed non declarant,vt hic facit tex. Adde etiã in proposito gl.no.& magistram in l. sed & partus. in prin.ff.qđ met.cau.quam Ang.ibi multum no.& dicit non esse alibi in iure,vbi dicit, ꝙ plenior est petitio, petere rem cum omni causa, quàm petere rem cum fructib.quia primo casu, quando petere rem cum omni causa,veniunt non solùm fructùs, sed fructus fructuum, & partus partuum, qui aliàs non venirent petendo fructus simpliciter.& illam gl. benè no.quia est bona, & vtilis.

ADDITIONES.

a ¶A tempore lit.contesta. Vide quartam limita.per Alex.in l.vinum.col.2.supra eo. PVRPV.

b ¶Stricti iu.Bar.in l.certi condict.col.3.s̃.eo. PVRPV.

c * Iudicium.Adde,quòd Dom.Ias.hic sequitur Dec. in c.cum ecclesia. nume.4.de appel.Purp.in Ru.nume.17.C.de edend. Ioan. Bolo.in l.edita. nume.19. eod.tit. MASVER.

d ¶Inchoare.Adde Bar.in l.& quia.ff.de iurisd.om.iud. Bar.in Auth. de test. in §.si verò.Doct.in c.relatum.de offi.deleg. Doct.in c.ex parte.el.1. de verb.sign. Bal.in addi.Spec.tit.de app.ver. iudicium dicitur.

SVMMARIVM.

1 *Peculium octo modis capitur, & quid sit, & vnde dicatur.ibi.*
2 *Quando pater, vel dominus teneatur pro filio, vel seruo.nu.3.*
4 *Cui acquirat seruus possessus ab alio.*
5 *Actio an detur ex æquitate illi, cum quo negotium non est gestum.*
6 *Iuriscon.formans quæstionem, & non decidens dicitur pro parte affirmatiua decidere.*
7 *Eo ipso, quòd quis approbat contractum ab altero gestum, tenetur in solidum.*
8 *Quando venditor liberetur cedendo actionem contra bonæ fidei possessorem.*
9 *Quandoque error remouet consensum, ita quòd impediat dominij translationem.*
10 *Quid in matrimonio.*
11 *Limitatio, quòd de quantitate ad quãtitatem semper fiat compensatio.*
12 *Quomodo de liquido ad non liquidum fiat compensatio.*
13 *Compensatio est ficta solutio.*
14 *Quando dominus teneatur de in rem verso.*
15 *An sit differentia inter actionem vtilem, & directam.*
16 *An omnia, quæ dicuntur in seruis, habeant locum in monachis.*
17 *An monachi æquiparentur filijs.*
18 *An filius egrediens de monasterio debeat habere hæreditatem patris.*

a §.Seruum tuum. Iste.§.est valde difficilis,[a] & intricatus in text.& in gl.& ita exorditur Pau.de Cast. hic. Ideo pro euidentia literæ, &

ADDITIO.

a ¶Difficilis. Dicit hic Bald.ꝙ est plenus sensibus. dicit Sali. qđ erigit ingenia no.limita. PVRPV.

& eorum,quæ tanguntur in gl.habent iuuenes aliqua præmit-
tere ad euidentiam, quib.cognitis text.videbitur minus diffici-
lis,& difficultas tex.& gl.eſt circa peculium Titij ſerui, ex quo
emptus fuit alius ſeruus Pamphilus. Ideo incipiam à leuiorib.
In primis debent ſcire iuuenes, ꝙ iſte terminus, peculium, eſt
1 valde æquiuocus in iure noſtro.† Nam capitur altero de octo
modis,quos enumerat gl.magiſtra in rub.ff.de pec. ¶Sed qua-
tenus attinet ad propoſitum, & ad §.noſtrum, peculium pro-
priè dicitur illa pecunia,quam dñs dat ſeruo ſuo,vt ex ea poſ-
ſit negotiari,& de ea diſponere,prout illi placuerit, & iſto mo-
a do quid ſit peculium,[a] & vnde dicatur,declarat Iuriſcon.in l.
depoſiti.§.fi.cum l.ſeq.ff.de pac.& in l.4.eod.tit.in prin.declarat
Bar.ſuper rub.ff.de pecul.& Bal.in l.fi.in 2.& 3.col. C. quod cũ
eo.Quis autem dicatur populus peculiaris,habes tex.& ibi cla-
rius Bal.in l.1.circa fi.in verbo peculiare. C. cõia de manumiſ.
vbi Bald.dicit, quod populus peculiaris dicitur ille,qui imme-
diatè ſubeſt Regi.de quo etiam eſt gl.in c.quidam.de celebrat.
miſ.Declarat etiam Bal.in Auth.ei qui. C.de bo.auct.iu. poſ.in
15.col. ver. Quæro,nunquid habet locum miſſio in poſſeſſio-
nem ex primo decre.in hominibus. Secundò habent præmit-
tere iuuenes, ꝙ de iure ciuili dominus ſi habeat ſeruum, nun-
quam obligatur ex contractu,vel quaſi contractu ſerui,nec ex
delicto,vel quaſi delicto, eo.modo in filio regulariter, propter
hoc factus eſt titu.C.ne fil.pro pa.vel pater pro &c. Prætor au-
b tem [b] habens æquitatem ante oculos,ſtatuit,vt pater pro filio,
vel dominus pro ſeruo teneatur in tribus caſib.ſ.qđ iuſſu,quod
cum eo, & de pec.declarando, vt per Barto. pulchrè in rub.de
pec.in 2.col.per totum. Ille tit.de peculio procedit, donec ſer-
uus viuit, mortuo ſeruo dominus non tenetur de peculio, niſi
intra annum tantum de æquitate illius tit.ff.quãdo act. de pec.
eſt anna.Et de iſtis videas gl.magiſtram in l.pater, qui caſtren-
ſe.in prin.in gl.mag.ff.de caſt.pec.& ibi Bar.commendat illam,
dicens eſſe mirabilem, & ſignandam, & idem Bart.in l.ſi finita.
§.ſi de vectigalibus,in vlt.col.ff.de dam.infect.& ibi Imo.com
2 mendat etiam illã gl.† Stat ergo, ꝙ ſi dñs conceſſerit peculium
ſeruo, dominus perpetuò tenetur ex ꝯtractu ſerui de peculio,
quatenus eſt in peculio. Intellige niſi dñs, vel pater ratificaue-
rit poſtea expreſsè contractum ſerui,vel filij. Nam ſi non ratifi-
cat,tenetur de peculio etiam inuitus,ſed quatenus eſt in pecu-
lio. Sed ſi ratificauit, tenetur inſolidum, & ita vltra peculium.
Iſtud eſt,qđ dixit Iuriſc.in ver.ſed adijcere debuit Iul.Secundò
debes aduertere, ꝙ licèt dominus teneatur de peculio ex con-
tractu ſerui, quatenus eſt in peculio, & non vltra, tñ in iſto pe-
culio habet priuilegium, ſi quid ſibi naturaliter debeatur à ſer-
uo,prius deducit,in l.depoſiti §.fi. & l. ſed ſi damnum.§.1.ff.de
pec.Iſtud eſt verum, qñ ſeruus habens peculium facit contra-
ctum ignorante domino.Sed ſi faceret contractum ſciente do
mino,non habet priuilegium dñs,vt poſſit deducere ſibi debi-
tum, & ſic præferatur alijs creditoribus, ſed habet locum titu-
lus de tributoria.l.1.in prin.cum gl. in verbo tributũ.ff.de tribu.
Tertiò propius ad tex.præmittere debent iuuenes (& eſt valde
neceſſarium) ꝙ qñ dominus concedit peculium ſeruo,aliquã-
do concedit ſimpliciter; aliquando concedit liberam admini-
ſtrationem peculij,vt dicit tex no.in l. quam Tuberonis.§.alia
3 cauſa eſt peculij liberæ.cum glo.ff.de pecu.† Et quantum ad
obligandum dominum de peculio, non eſt differentia,an ſer-
uus habeat liberam adminiſtrationem peculij, ſiue non, quia
vtroq; caſu obligat dñm etiam ignorantem,& inuitum,tex.eſt
in l.ſi quis ſeruũ.§.fi.ff.de pec.& gl.hic in verbo, euaneſcit.circa
fi.melius probatur iſtud eſſe verum in hac gl. quàm in aliqua.
l.vt ponderat Sal. in 3.no. & Alex.in 6. quia ſeruus perdiderat
adminiſtrationem propter furtum, & tñ dominus tenetur de
peculio,ſed bene differentia eſt, quo ad tranſlationem domi-
nij,quia ad hoc,vt ſeruus poſſit transferre dominium alienan-
do peculium, requiritur vt habeat adminiſtrationem liberam.
d.l.quam Tuberionis §.alia cauſa.cum gl. ff.de pec.& l.procu-
rator,cui libera.ff.de procur. Hinc eſt,ꝙ licèt in iſto tex iſte ſer-
uus non haberet liberam adminiſtrationem,licèt potuerit ob-
ligare dominum de peculio, contrahendo in peculio non trã-
ſtulit dominium in emptorem,ideo dñs poteſt vendicare. Sed
ſi habuiſſet liberam adminiſtrationem, tranſtuliſſet dominiũ,
4 & dominus non vendicaret.† Quartò præmitto vnam regu-
lam, in qua etiam iacet fundamentum iſtius l. quando ſeruus
meus poſſidetur ab alio bona fide, ſi ſeruus aliquid acquirat,
nunquid acquirat mihi domino, an verò bonæ fidei poſſeſſo-
ri? aduerte, ſi ſeruus acquirat ex pecunia ſui poſſeſſoris, vel ex
operis ſuis,illud acquiri bonæ fidei poſſeſſori, ſed ſi ex peculio
veri domini,acquirit vero domino,non bonæ fidei poſſeſſori.l.
homo liber.per totam,& in l.ſi ſeruus meus.ff.de acqui.rer.do.
in §.antepe.& pen.Inſti.per quas perſo.no. acquir. Iſtud eſt ve-
rum,niſi illud,qđ acquirit, tradatur bonæ fidei poſſeſſori, quia
dato, quòd acquirat ex peculio veri domini, ſi tradatur bonæ
fidei poſſeſſori, illi acquiritur. ſed ſi tradatur ſeruo, acquirere-
tur vero domino.Iſtud eſt,quod vult text.hic. in prin. & glo.in
verbo traditus. & Bart.in prima opp. Quintò habes aduertere
pro quadam conſtructione tex. Nam ver.nam & Iulianus ait.
debet neceſſariò iungi ſimul cum ver.ſed adijcere, quia ibi Iu-
riſcon.facit duas additiones ad deciſionem Iuliani, licèt Bar.di
cat,ꝙ illud,quod quæritur in ver.nam & Iulianus.deciditur in
fi.ſed non eſt verum.Item ad intellectum iſtius tex. videas text.
optimum in l.ſi mandauero.§.fugitiuus.ff.man.ſm quem text.
dicit Albe.ꝙ Odo.figurabat caſum iſtius.l. ſed non eſt verum.
Item iſtum tex.in prin. habes repetitum de verbo ad verbum
in l.ſi ſeruus.§.1.ff.de act. empti. Vltimo (& nunc ingredior
declarationem text.) ꝙ in caſu iſtius.§. quando ſeruus fuit mi-
hi ſubtractus,& iſte ſeruus habebat peculium, ex quo peculio
emerat alium ſeruum,qui traditus ſit bonæ fidei poſſeſſori,qui
bona fide meum ſeruum emerat, dubium eſt, quod remediũ
competat mihi contra bonæ fidei poſſeſſorem, ad illum ſeruũ
emptum à ſeruo meo ex peculio. Et videtur,ꝙ nullum reme-
dium. Non.n.rei vendic.quia nõ fuit in dominio meo aliquo
tempore,nec ex contractu ſerui fuit mihi acquiſitum dñium,
quia ſeruus non fuit ſeruo meo traditus, ſed fuit traditus bonę
fidei poſſeſſori,ideo non potuit mihi acquiri dominium, quia
licèt res ſit empta ex pecunia mea, tamen non acquiritur mihi
dñium niſi mihi,vel ſeruo meo tradatur, & ſic nõ poteſt mihi
cõpetere rei vendic. Item mihi domino non poteſt aliqua ꝯdi
ctio competere,ſiue indebiti, ſiue ſine cauſa, quia cõdictiones
ſunt actiones perſonales,quæ actiones ſolùm oriuntur ex con-
tractu,vel delicto,vel quaſi. Vbi enim nullum negotium geſtũ
eſt,nulla obligatio poteſt eſſe.l.ſi in area.ff.de condi. indeb.ergo
cum inter me verum dñm,& bonæ fidei poſſeſſorem nullum
negotium geſtum ſit,nulla actio mihi vero domino poteſt cõ
petere contra bonæ fidei poſſeſſorem,& iſtud erat,qđ faciebat
dubium in iſto tex.Tñ ex quo ille ſeruus fuit emptus de pecu-
lio,& ſic de pecunia mea, & vẽdens tradidit alij, quàm cui de-
bebat,ego poſſum agere contra ipſum venditorem, qui ven-
didit ſeruo meo, & ille venditor poterit agere contra bonæ fi-
dei poſſeſſorem, ſed gratia euitandi circuitus, ſtatuit hic tex.ꝙ
ego poſſim agere contra bonæ fidei poſſeſſorẽ vtili condictio-
ne indebiti,& ille poterit agere contra me, ſi aliquid in ipſo ne
gotio expedit.Et iſtud eſt,quod dicit prima pars tex.& iſtud re-
medium,vt dicunt gl.& Doct.datur ex æquitate.Poſtea in ver.
nam & Iulianus, quæritur, quid ſi ego nolim vti iſta æquitate,
quam concedit lex,& ſic nolo agere contra bonæ fidei poſſeſ-
ſorem, án poſſum contra venditorem agere, & dicere, ſeruus
meus ex peculio meo emit à te ſeruum,tu tradidiſti alteri,quã
debuiſti, volo,ꝙ tradas mihi,an poſſim? Iuriſcon.nihil decidit:
ſed dicunt Doct.quòd ex quo format quæſtio. & nihil decidit,
videtur decidere,quòd ſic.cum iſta ſecunda parte tex.oportet,
quòd iungatur quarta pars,quæ eſt ibi, ſed adijcere,omiſſa illa
tertia parte,quo autem ad peculiares nummos, & dicit ibi,ꝙ
Iulianus fuit diminutus, quia non declarauit, quando ego dñs
volo agere ex empto contra venditorem, an tenear ad pretiũ,
& quomodo,& decidit ibi auctor huius l. ꝙ ex quo agendo
ipſum ex empto videor contractum approbare, ſum obliga-
tus ad pretium, vltra quantitatem peculij inſolidum, & ideo
pone,ſeruus habet decem in peculio, debent detrahi quinque,
quæ mihi debebantur ante omnia.Pone, emi à te ſeruum pro
viginti, ego contra te ago actione ex empto, per hoc, ꝙ ap-
probo contractum, ſum obligatus ad viginti licèt non ſint in
peculio. In verſ.idem dici debet,Iuriſc.ponit aliqua verba ob-
ſcura.Pone,ego dñs primi ſerui egi cõtra venditorem, dictum
eſt,ꝙ ego teneor inſolidum.pone,ꝙ venditor tradidiſſet ſeruũ
bonæ fidei poſſeſſori,ego ago contra venditorem, qđ poſſum
de rigore,quia tradidit alij, quam debuit, tamen quia iſte ven-
ditor de præſenti non poſſidet ſeruum venditum,nec dolo de-
ſijt poſſidere, ex æquitate conceditur, ꝙ cedendo mihi actio-
nes contra bonæ fidei poſſeſſorem liberetur, & ratio eſt, quia
ſicut in primo caſu,vt euitetur circuitus, permittitur mihi do-
mino ſerui, vt agere poſſim contra bonæ fidei poſſ. ex æquita-
te,eo. modo in fi.ſtatuitur ex æquitate, ꝙ ſi ego volo agere de
rigore contra venditorem, ꝙ ipſe ex æquitate liberatur ceden-
do actiones, & ideo erit mihi vtilius agere ex æquitate contra
bonæ fidei poſſ.quia ſi volo agere contra venditorem, facio
duo mala. Primò teneor inſolidum. Secundò habeo poſtea
neceſſe adhuc agere contra bonæ fidei poſſ.quia venditor libe
ratur cedẽdo actiones cõtra ipſum. In ver. quod ad peculiares
nummos,

ADDITIONES.

a ¶Peculium.Adde Abb.& Doct.in rub. de pec.cleric.

b ¶Prætor autem,Adde tex.in c.cum æterni.de re iudi.in 6.

nummos,ponitur caſus diuerſus à ſupraſcriptis , quia ſupra di-
ctum eſt,qn̄ dominus voluit approbare contractum. Sed po-
ne,ꝙ ego nolo approbare cōtractum,quid iuris erit iſto caſu ?
Rn̄det Iuriſcō.ꝙ ego poſſum vendicare ipſos nummos , quia
ſeruus non poteſt alienare peculium,niſi habeat liberam admi
niſtrationem,vt ſupra declaraui. obligat tn̄ dominum ex con-
tractu,quatenus eſt in peculio, vt etiam ſupra declaraui. Item
aduerte,qn̄ venditor tradidit ſeruū bonæ fidei poſſeſſori tradi-
dit per errorem , tn̄ quia tradidit bona fide, quamuis teneatur
actione ex empto,tamen liberatur cedendo actiones aduerſus
bonæ fidei poſſ.Diuiditur iſte text. varijs modis ſm̄ Docto.no-
ſtros. Bar. & cōmuniter Doct. diuidūt in quatuor partes. Bal.
diuidit in nouē. Albe. diuidit alijs modis. quicquid alij dicant,
ego diuido quinque modis.Primo ponit vnum caſum,ex quo
poteſt elici triplex quæſtio,vt apparet ex reſponſionib. Secūdò
Iuriſc.ponit primam deciſ.Sabini,& Caſſij,quę eſt de æquitate
contra rigorem iuris,ꝙ verus dn̄s poſſit condicere illum ſeruū
emptum à bonæ fidei poſſ.dato , ꝙ nullum negotium geſtum
ſit cum illo,& iſtud eſt cauſa euitandi circuitus. Tertiò ponitur
alia deciſio Iuliani, & illa eſt de rigore,ꝙ dn̄s approbet contra-
ctum ſerui,& agat actione ex empto. Quartò ponitur alia de-
ciſio,quæ etiam procedit per punctum iuris , ꝙ dn̄s non ratifi-
cet contractum, ſed vendicet nummos peculiares. Quintò &
vltimo dicant glo.& Bar. quicquid velint , ponit duas additio-
nes, & ſic duas limitationes ad deciſio. Iuliani, ideo illa quinta
pars debet ſimul iungi cum tertia.Secūda ibi, Sabinus, & Caſ-
ſius.Tertia ibi,nam & Iulianus ait.Quarta ibi, quod ad pecula
res nummos attinet.Quinta ibi,ſed adijcere debuit Iulianus,&
ſic ſummatur,quamuis alij diuerſis modis ſummant.Ex æqui-
tate propter circuitum euitandum cōtra regulas iuris permit-
titur vero dn̄o, cum quo non eſt geſtum negotium, vt poſſit
intentare cōdict. inde.cōtra bonæ fidei poſſ. & hoc ꝯ regulam
l.ſi in area.ſ.de condi.indeb.h.d.prima pars. Et ſi dn̄s approbat
contractuum ſerui, poteſt de rigore agere ꝯ venditorem ſerui
ex ꝯctu ſerui, & tunc tenebitur perfectè implere contractum,
& venditor conuentus, quia bona fide alij tradidit, liberabitur
cedendo actionem ꝯ eum.h.d.ſecunda pars. Tertia,& vltima
pars , quæ debet ſimul iungi.h.d. Si verò dn̄s reprobet contra-
ctum ſerui, poteſt vendicare nummos peculiares ſi extant,ſed
tenebitur de peculio, eis autem conſumptis , actio de peculio
euaneſcit.h.d.quarta pars,& ſic totus tex.In tex.ibi imprudens.
dic,ꝙ imprudentia hic non ſonat in delictum,ſed in quandam
tolerabilem neſcientiam,ſm̄ Alb.in dictionario ſuo, in verſic.
imprudentia.Facit tex.in l.in fundo. cum gl. 1.ff.de rei ven. Ha-
bes ex iſto text.tria,quæ poſui in euidentialib. ideo non repeto
vltra. Quædam alia no.ſatis literalia poſſent elici, de quib.non
5 curo.¶†No.tn̄ vltra prædicta quatuor ex tex.Primò ex prima
parte no.ꝙ ex æquitate datur actio illi,cum quo negotium nō
eſt geſtum, & hoc , vt euitetur circuitus, ne ſit neceſſe primò
agere cōtra venditorem, & poſtea venditor agat ꝯ bonæ fidei
poſſ.concor.tex.in l.dn̄s teſtamento.de cond.ind. quem gl.alle.
& tex.in cle.auditor.de reſcrip.& in l.ſi ita fuerit,parua.ff.de ſta-
tulib.per quæ iura,& per quam regulam decidit Io.An.in add.
Spec.in tit.de obl.& ſol.ſuper rub.vnū , quod d.Alex.hic mul-
tum extollit,qđ ſi promiſi me obligare ad decem, poteſt ꝯ me
agi etiam antequam obligauerim me. Secundò pondera text.
in ver.nam & Iulianus, vbi Iuriſc.re vera format quæſtionem,
* ſed non decidit,& licèt gl. 1. & Bar. *& communiter alij dicant*, qđ
deciſio ponatur in vltima parte huius l.mihi non placet, quia
in vltima parte non ponitur deciſio,imò ponitur duplex limi-
6 tatio ad deciſ.Iuliani. Dic ergo ideo eſſe,† quia qn̄ Iuriſcō.for-
mat quæſtionem , & aliter non decidit , præſumitur decidere
pro parte affirmatiua, qđ ſic, prout formauerat.q. & ſic no.re-
gulam , qđ qn̄ legiſlator format aliquam.q. & ei expreſsè non
rn̄det,præſumitur, qđ ei reſpondeat prout.q.formauit , ſimilē
tex.habes in l.in reb.in prin.in ver.ſed videndum, & ibi gl.ſ.cō-
mod.& tex.& l.qđ ſæpe.§.ſi res.verſi. ſed videamus.ff.de actio.
empt.& tex.in l.fin.vbi Raph.Fulg.ad hoc no.ff.de eo,qđ cer.&
tex.in l.ſi.ff.de ſer.ruſt.præd.in l.ſi indebitum.in prin. ff. rem rat.
hab.gl.in l.ſed & ſi quemcunque.§.ſi magiſter.in glo.pen.ff.ad l.
aquil.Sed tu limita iſtud no.vt procedat, qn̄ Iuriſcon.vel legiſ-
lator format ſimpliciter quæſtionē,prout hic facit: ſecus eſſet,
ſi legiſlator formaret queſtionem,& argueret ad partes,vel re-
ferret opi.tunc ſi poſtea nihil determinat, intelligitur determi-
nare pro opi.quam vltimo loco poſuit,vel pro qua vltimo lo-
co arguit,eo quia vltima opi. cenſeretur approbari per Iuriſc.
vel legiſlatorem.Ita not.Bar.in l.bona fides, per illum tex.ſ.de-
poſi.& eſt gl.ord.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad treb.no. Bald.in
Auth.ex teſtamento.in 2.col.C.de colla.Item etiam eſt tex.in l.
ſi idem cum eo.§.fin.vbi Mod.no.ff.de iur.om.iud.Iſtam fallen
a tiam, qđ vltima opin.cenſeatur approbata,limita, vt ſit vera,a
niſi prima opi.ſaperet æquitatem , vltima autem eſſet rigoro-
ſa,quia in dubio præſumitur, qđ auctor elegerit,& approbaue
rit primam , vt ſic æquitas præferatur rigori : ita in ſpecie limi-
tat nouiter Fran. Are. Iuriſconſultorum ætatis noſtræ procul-
dubio princeps in conſi.162. incip. diligenter , & maturè.in 7.
col.& pro iſta limitatione dicit eſſe glo.in l. ſi cum exceptione.
7 §.ſed ſi quis.ff.quod met.cau.¶ † Tertiò no.in ver.ſed adijcere,
qđ eo ipſo,qđ quis approbat contractum ab altero geſtum,te-
netur inſolidum,perinde ac ſi cum eo fuiſſet geſtum. Facit ad
hoc text.in l. Caius.ff.de manu.in l. Pomponius.§.cum quis.ff.
de acqui.poſ.Adde ad prædicta bonum tex.in l.ſinautem. cum
gl.ff.de pac.per quem dicit no.Bal.in l.ꝯ iuris.§.fi.e.tit.qđ is, cui
acquiritur ius ex contractu alterius , debet illum ꝯtum acce-
ptare cum omnib.qualitatib.ſuis. Facit,quod dicimus de con-
feſſione qualificata,quā quis tenetur in totum acceptare: iuxta
no.per Bar.in l. Aurelius.§.idem quæſijt. ff.de lib. leg. ¶Quarto
no.ex eo.ver.in fi.ibi,ſi tn̄ actiones. tex.quem Bar.hic in vlt.col.
8 multum not. † & dicit tenendum eſſe menti,qđ ſi venditor nō
tradidit rem venditam emptori,& ſic illi,cui debebat,ſed eam
tradidit illi bona fide, cui credebat poſſe tradi , ſi conueniatur,
liberatur cedendo actionem , quam habet ꝯ bonæ fidei poſſ.
Iſtud no.limita,vt procedat,qn̄ venditor vendidit certam ſpe-
ciem , vt hic vendidit ſeruum , ſecus eſſet ſi vendidiſſet genus,
puta frumentum, vel aliud genus, & bona fide tradidiſſet alij,
quàm cui debebat, certè ſi conueniatur ad illud genus, non li-
beratur cedendo actionem contra eum, cui bona fide tradidit.
Glo.eſt de hoc ſing.iuncto tex.in l.ſi quis vxori.§. apud Labeo-
nem.in glo.fin.ff.de fur. Quam gl.reputant ſing.ad hoc omnes
Mod.hic.no.Bal.in l.falſus.in pen.col. C.de fur. Declaratio hu-
ius fallen.eſt duplex.Prima,prout voluit gl.in d.§.apud Labeo
nem,quia qn̄ venditor vendidit aliquid in genere,id quod tra-
didit,non erat præciſè in obligatione,ideo non liberatur ceden
do actionem contra illum, cui tradidit, ſecus qn̄ vendidit ſpe-
ciem,& tradidit,quia tradidit id, qđ erat in obligatione. Et ex
his habes aliam limitationem ad regulam,quę habet,quod qn̄
debetur aliquid in quātitate,vel genere,& ſoluitur, illud,quod
ſoluitur , fingitur vſq; retro fuiſſe in obligatione.l. cū incertus.
ff.de leg.1.& in l.Meuius.§.duob.de leg.2. Illa iura procedunt,
qn̄ ſoluitur illi, cui debetur , ſecus ſi ſoluitur alij etiam iuſto er-
rore.Ita eſt gl.fin.in illo.§.apud Labeonem.in gl.fi. Secunda ra-
tio huius fallen.eſt,quia qn̄ vendita eſt ſpecies,& tradita illi,cui
nō debuit tradi bona fide, tamen illa res deſinit eſſe ſua ſine cul
pa ſua.l.quod ſæpe.§.ſi res.ff.de contrahen.empt. meritò excu-
ſat debitorem ſpeciei , adeo quod cedēdo actionem liberatur,
ſed difficultas præſtationis debitorem in genere non excuſat.l.
continuus.§.illud.ff.de ver.ob. Ideo cedendo actionem non li-
beraretur.Potes etiam ex hoc tex.no.aliud,quod no.Bar.hic in
4.col.verſi.ſumus expediti de hac ſecunda reſponſione. quem
videas,non refero, quia nihil ad rem. ¶Glo. in verbo traditus.
diuiditur in duas partes princ. Primò remouet vnum contra-
rium,quod formo nunc.Secunda ibi,ſed vr̄ nullo caſu,gl.opp.
quòd error debuit impedire,ne dominium transferatur, & ad
probandum, quòd error impediat tranſlationem dominij , gl.
alleg.ſex leges.primæ tres loquuntur , qn̄ erratur in perſona il-
lius,cui traditur:alię tres leges loquuntur,qn̄ erratur circa rem,
quæ traditur , & vtroq; caſu impeditur tranſlatio dominij , &
gl.bene reſpondet.Circa primam partem aduerte, quia gl.vo-
luit opponere cōtra tex.hoc modo.Dicitur in tex.quòd ſeruus
meus à te bona fide poſſeſſus emit ex peculio meo ſeruum,
qui traditus eſt tibi , dicit text. quòd poſſum illum ſecundum
ſeruum à te condicere. Contra,quicquid acquirit ſeruus meus
præſertim ex pecunia mea , acquirit mihi domino , per regu-
lam.l.placet.ff.de aquir.hær. cùm ergo emerit ex peculio meo,
acquiſitum eſt mihi dominium,quomodo potero condicere,
quia nullus poteſt rem ſuam condicere,niſi à fure.§.ſic itaque.
Inſti.de act.dixi.in l.ſi quis nec cauſam. ſ.eo? Gl. reſpondet,qđ
contrarium procedit , qn̄ res empta fuiſſet tradita ſeruo meo,
quia tunc bene mihi acquireretur,ſed in tex.noſtro nō fuit tra-
ditus ſeruus emptus ſeruo meo,ſed bonæ fidei poſſ. Ideo non
acquiritur mihi dominium,quia ſolo cōtractu non acquiritur
dominium.l.traditionib.C.de pac. ¶In gl.ibi.l.ſi ſeruus.quæ eſt
contra. habes notare duas concluſ. prout declaraui in euiden-
tialib. Prima concluſio eſt, ꝙ ſeruus bona fide poſſeſſus ab ali-
quo,ſi acquirat ex pecunia bonę fidei poſſeſſoris, vel ex operis
ſuis,acquirit totum bonę fidei poſſ.ſi autem acquirat ex re veri
domini,

A D D I T I O.

a *Vt ſit vera.Adde, & declara, vt per Alex.conſi.164.num.2.lib.2.Bald.tit.an
apud iudicem,vel curiam.nu.2.Alex.conſi.55.col.13 lib.4.Doct.in apoſtil.ad
Rom.conſi.516.col.fi.Iaſ.Dec.& alios in l.ſi idem.§.fin. de iur.omn.iudi.vbi
dixi.& habetur per Cano.in c.1.de conſti. MASVER.

domini,& tradatur ipſi ſeruo, acquirit vero dño, ſi autem tradatur bonæ fidei poſſeſ.prout fuit in hac lege, tunc acquiritur bonæ fidei poſſ.propter traditionem,& gl. verum dicit,& text. ſunt clari in l.liber homo.in prin.& in l. ſeruus qui bona fide.ff. de acquir.rer.do.& text.in §.de his.iuncto.§.ſeq. Inſti. per quas perſo.no.acqui.ſed dũ iſta gl.alleg.l.ſi ſeruus meus.ff.de acqui. rer.do.quem tex.etiam inaduertenter alleg.Bar.& Alb.hic,certè admirandum eſt,quia tex.ille dicit totum contrarium, & eſt fortis tex.Raph.Fulg.hic perpendit, ꝙ ille tex.fortiter vrget ad oppoſitum,& dicit,muſetis per totos dies,& annos quærendo defendere glo. ab illo text. & nunquam inuenietis reſponſum. Alex.reſpondet,& fuit reſponſio glo.in illa.l.ſi ſeruus. & dicit, ꝙ illa lex nihil facit,quia ibi res fuit tradita ipſi ſeruo,quo caſu procedit id, qđ ibi dicit,ſed tex. noſter loquitur, qñ res empta fuit tradita bonæ fidei poſ. & non ſeruo, ſed iſta ſol. non tollit difficultatem, maximè, quia text.in d.l.ſi ſeruus.non ſe fundat,eo quia emerit ex pecunia tertij, ſed quia non poſſidebam eum,& d. Alex.non eſt viſus bene conſideraſſe, vbi ſit difficultas.Habemus regulam,ꝙ bonæ fidei poſ. per ſeruũ ſolum poteſt quæri trib.caſib. extra iſtos tres caſus ſemper acquiritur vero domino. Primus caſus eſt,qñ acquirit ex re bonæ fidei poſſ. Secundus,qñ ex opera ſua,iſtis duob.caſib.quæritur bonæ fidei poſſ.vt dicit text.præalleg. Tertius caſus eſt in hoc tex.quando traditur res bonæ fidei poſſ. extra iſtos tres caſus ſemper debet acquiri vero domino. Sed in illa.l.ſi ſeruus, ponitur caſus,qui nõ eſt de iſtis trib ergo deberet quæri vero dño.Ibi enim loquitur text. quando ſeruus non acquiſiuit ex re ipſius bonæ fidei poſſ. & res non fuit tradita ipſi bonæ fidei poſſ. ſed ipſi ſeruo: quare ergo nõ acquiritur vero domino? Nec ratio Iuriſc. ibi eſt bona,quia non poſſidebam à vero dño, quia dato, ꝙ non poſſidebatur à vero domino, extra in illos tres caſus ſemper acquiritur vero dño. Tñ tex.ibi dicit,ꝙ non acquiritur nec vero dño,nec bonæ fidei poſ.Ideo credo,ꝙ Fulg. verum dicat,ꝙ non poſſit bene reſponderi. Eſt verum,ꝙ aliàs ego dabam vnã aliam ſol.quam trahebam ex quibuſdam verbis gl.ibi. Nam dicit illa gl.ꝙ tex.ibi,qui dicit,ꝙ in illo tex.res non ſit mea,nõ debet intelligi quo ad poſſeſſionem, ſed benè quantum ad proprietatem.Et ratio eſt,quia cùm ab alio poſſideatur, nõ poteſt mihi poſſideri.l.1.§.per ſeruum,qui in fuga. ff.de acq.poſ. & ſic tex.ibi dicens meam non fieri, debet intelligi meam, reſpectu poſſeſſionis,per rationem,quæ ſubiungitur, quia licèt ſeruum non poſſideam, dominium tñ per eum mihi acquiri poteſt, poſſeſſio non, & verè ratio Iuriſcon. ibi inclinat in iſtam ſolu. Huic tamen ſolutioni obſtat dictio,mei,quę regulariter importat dominium: niſi dicatur (vt dixi) ꝙ ratio, quæ ibi ſubiungitur,iſtud ſuadet.Præterea in illo tit.de acq.rer.do. non fit mentio de acq.poſ.¶In ea.gl.ad fi.gl.ponit veram ſol.pro cuius clariori intelligentia facit tres caſus principales. Aut † erratur in

9 ſubſtantia perſonæ,quia credo, ꝙ ſit Titius, & eſt alius, & iſte error, quia remouet conſenſum meum, impedit tranſlationẽ dominij.Ita loquuntur tres primæ leges alleg.in gl.Aliquando, & ſecundò erratur circa rem,ſeu circa dominium rei,quæ traditur,quia tradens credit,ꝙ ſit ſua,vel tua, vel ècontra, & iſte error impedit tranſlationem dñij. Ita loquuntur aliæ tres leges alleg.ſecundo loco in gl. Aliquando, & vltimo non erratur in ſubſtantia perſonæ,nec in dominio rei, ſed erratur circa qualitatem perſonæ cui traditur, & iſte error non impedit tranſlationem dominij. Ita loquitur tex.hic. Fallit niſi recipiens ſit in dolo.In iſtis terminis loquitur.l.falſus.in prin.de qua gl. vltimo loco opponit,& non ſoluit: ſed in l.noſtra recipiens erat in bona fide,ideo loquitur text.cũ myſterio. Iſtam materiam declarat Bart.aſſignans rationem vniuſcuiuſq; membri in l. eius qui in prouincia.in 4.col.ꝟ.eo plenius in l.1.ff.de offic.procur. Cæſ. circa tamen prædicta aduerte ad duo. Primò ꝙ.l.ſi procurator.ff.de acq.rer.do.alleg.in gl.eſt ſecunda,non prima. Secũdò ꝙ circa intellectum.d.l.falſus.videbitis in l. ſi procuratori falſo. in gl.fin.vbi Bart.in 3.col.ꝟ.tit.2.per Bar.in l.qm.ff.de condi.furt.

10 † Quid autem ſit in matrimonio, nũquid error in ſubſtantia a

a perſonæ,vel in qualitate impediat matrimonium, & vitiet, & faciat illud dirimi? de hoc habetur apud Cano.29.q.1. per totũ,& eſt gl.magiſtralis in ſumma illius quæſtionis, & ibi Arch. ponit no.q. Bald.in l.cum Archimedoram. C.vt in poſ.leg. & vide omnino illud,qđ pulchrè conſuluit.d.Ant.de But.in cõſi. 65.incip.multa dubia. ¶Glo.in ver.condicere. Primo declarat

* tex.Secundo oppo.& bene ſol. & ſo. gl. *communiter tenetur,quicquid dixerit* Salic.vt habes plene per Alex.hic, cui adde,ꝙ opin. Pet.& Cyn.relatam per ipſum ſequitur etiam Albe.hic, in pen. col.¶Glo.in ver.ex negotio.circa huius gl.declarationem Bar. multa verba exprimit: plenius exemplum poteſt dari,quando bonæ fidei poſſ.feciſſet expenſas pro gabella,& pro notarijs,vt hic,per Bar.& communiter omnes.¶Glo.in verſi.acturum,timore contrarij ponit duas ſol.contrarium eſt iſtud.Nos habemus regulam,quòd qñ quis expendit ignoranter in re alterius, non poteſt agere ad tales expenſas via actionis, ſed via retentionis ſibi ſuccurritur,ad hoc alleg.tex.Bar.in l.ſi in area. de cond. indeb.poſſet alleg.tex.in l.in hoc iudicium.§.diuerſum.ff.com. muni diui. Hic dr contrarium,dicit enim acturum. Vera ſolu. eſt,quam hic Bart.poſt multa verba ponit.¶Glo.in ver.vendicare,diuiditur in duas.Primò oppo.contra tex.& pro ſol.refert duas opi.Secundo per viam not.etiam opp. & clarè ſoluit.Secunda ibi,item no.ꝙ non opponit.¶In ead.gl.ibi,ideoque non

11 admittitur compenſatio.† Habes ex iſta glo.pulchram limitationem ad regulam, ꝙ de quantitate ad quantitatem ſemper debet fieri compenſatio.l.fi. C.de compenſa.l. ſi conuenerit.ff. de pig.act.Nam illa regula limitatur,vt procedat,qñ quantitas pecuniæ debetur ſimpliciter tanquam quantitas,ſed ſi quantitas deberetur tãquam certa ſpecies, vt eſt in nummis peculiaribus,tunc de iſta quantitate,quę requiritur vt ſpecies,non debet fieri compenſatio ad quantitatem.Ita eſt gl.not.hic.Ad idẽ eſt gl.in l.fi.in gl.1.& ibi Antiqui etiam tenebãt. C.de compen. & gl.in §.in bonæ fidei.in gl.mag.Inſti.de act.& ſequitur Ludo. Rom.in l.ſi certos.ff.de verb.obl.& pro iſta concl.faciunt duo. Primò facit regula d.l.ſi conuenerit. in prin. ff. de pign.act.vbi traditur regula, ꝙ de ſpecie ad quantitatem non fit compenſatio. ꝙ autem nummi peculiares cenſeantur ſpecies, eſt fortiſſimus tex.in l.ſed ſi certos.ff.de leg.1.alleg.in glo. vbi expreſsè dicit iſto caſu,neque permutationem recipiunt, & ſic qñ pecunia debetur vt ſpecies,ſi velles dare aliam pecuniam eiuſdẽ formę,non poſſes.Super quo tex.dicit Raph.Cu.ꝙ ſemper fuit dubius,& illum tex.ergo induco ſtrictius ſic. Nam fictio in caſu ficto non debet plus operari.quàm veritas in caſu vero,tũc ſic.Qñ debetur alicui quantitas vt certum corpus, nõ poſſem ei ſoluere in alia quantitate, vt probatur ibi, & tunc dixi: ergo ſi non poſſum ſoluere verè,multominus debeo poſſe compenſare, quæ compenſatio eſt ficta ſolutio, vt declarat Barto.in l. amplius.non peti ſi rem rat.habe.& ſolu.d. Alex.hic ad illũ tex. data,bene eſt veriſſima in ſe,ſed non tollit contrarium,propter inductionem,quam nunc feci. Et pro iſta opin. facit etiam,qđ vult gl.no.in l.hæc venditio.§.1.ff.de contrahen.empt. Breuiter

* concluſio glo. *communiter reprobatur*, ꝙ imò quantitas debita, ſeu vt quantitas, ſeu vt ſpecies,ſemper compenſatur cum debito alterius quantitatis, probatur vnà ratione. Nam de vna ſpecie ad quantitatem nõ fit compenſatio, quia in vera ſpecie cadere poteſt affectio, quæ affectio impedit compẽſationem. Sed qñ debetur pecunia tanquam ſpecies, non poteſt cadere affectio, quia in nummis non cadit affectio.l. nummis.ff.de in lit.iu.ergo ibi ſemper debet fieri compenſatio, quia regula d.l. ſi conuenerit.loquitur in propria ſpecie,& ita tenent Alb. Bar. Ange.& Mod.hic,& Cyn.in d.l.fi.in 7.q. C.de compen.& ibidẽ Bald.& Ang. eſt communis ſnĩa iurib. hic alleg.per Bart. Et ſi dicis ad arg. l. Quare ergo in iſta lege non fit compenſatio de debito nummorum peculiarium cum debito perſonali peculij, qđ etiam eſt quantitatis, & tamen lex dicit,vtrunque poſſe peti? Rñdent Doct. ꝙ compenſatio non fit propter aliam regulam, ꝙ de quantitate ad quantitatem fit compenſatio, niſi qñ vtrunq; debitum eſt clarum,& liquidum.Sed ſi vnum eſſet liquidum,& aliud non,nõ fieret tunc compenſatio.Ita eſt hic, prout declarat Bar.in l.frater à fratre. in 13.col.ff.de cõdi.inde.

12 † Stat ergo regula,ꝙ de liquido ad non liquidum non fit compenſatio. Iſtam regulam ſignanter limita,& tene bene cordi, niſi debitum eſſet factum liquidum per confeſſionem meam, tunc cum illo debito liquido per meam confeſſionem debet fieri compenſatio cum eo,qđ non eſt liquidum, de hoc habes gl.valde no.in l.fi.in gl.1.in ver. conuicta. C.de compen.quam gl.ibi expreſsè no.& ſequitur Cy.in 11.q.& Bar.in vna lect. non credo,ꝙ ſit in iſta impreſſa.Idem tenet Abb. Pan.in c.fi.in pen. col.de depoſi.& iſtam limitationem multum no.d.Bar. Vero. in cau.112.& in cau.163. quamuis cõtrarium tenuerint Bal.& Pau.de Caſt.in d.l.fi.C.de compen.¶Gl.in verſi.euaneſcit.diuiditur in quinque. Primò format.q.& refert opin. Secundò format aliam.q.Tertiò aliam.Quartò per viam no. arguit contra tex.à partib.ſufficienter enumeratis. Quintò colligit notabile, qđ vr venire multum à remotis, ſed illud non venit, tenendo opi.Io.relatam in prima parte. Secunda ibi, item pone venditorem. Tertia ibi, item pone pretium ſerui fuiſſe. Quarta ibi, item ſeruus.Quinta ibi,item nota intereſſe. Rurſus prima pars princ.ſubdiuiditur in quatuor particulas. Primò recitat opin. Ioan.

ADDITIO.

a ¶Error in ſubſtantia.Adde Bar.in l.error.in 3.col. C.de iur.& facti igno. Cap. Alex.in c.2.in 1.col. in 1.opp. de coniu.ſer.

Io.Secundò illam reprobat. Tertiò ponit suam opin.Quartò contra illam oppo.soluit. Secunda ibi,quod non placet. Tertia ibi,tu ergo dicas.Quarta ibi,sed nonne remanet dñs, & ita glo. magis eget declaratione,quàm magna additione.Quærit ergo glo.in 1. quæst. dicitur in text.quòd si nummi peculiares soluti venditori sint consumpti, ꝙ actio de peculio euanescit.Quæro quo iure euanescat actio de peculio, an virtute compensationis,an vigore solutionis.effectus,& vtilitas resultat ex eo,quod colligitur in 2.quæst.gl.vbi notabo.Io.tenet,quòd actio de peculio euanescat iure compensationis.q.d. quòd illud debitum personale,quo tenetur dñs ex contractu serui de peculio,compensatur cum nummis peculiaribus, ad quos tenetur venditor rei vendicatione, & sic fit compensatio de illo debito personali cum illo reali, quo tenetur venditor, quod impropriè est debitum. Istam opin. reprehendit gloss. quia ad hoc vt fieri possit compēsatio,requiritur quòd tempore quo deuenitur ad conflictum coram iudice,qđ hincinde subsit debitū, aliàs non posset fieri compensatio,vt not.in l.si cōstat. C.de compen.sed hoc tempore, quo deuenitur ad conflictum, non erat hincinde debitum. patet,quia rei vend.erat extincta. Nam cùm ipse venditor de præsenti non possideret nummos peculiares, nec dolo desijsset possidere,eo quia bona fide consumpsisset, & sic rei vendi.erat extincta, ergo non est possibile, ꝙ deueniatur ad
* compensationem. *Ideo glo. nostra, quam omnes tenent*, concludit, ꝙ actio de peculio euanescat,non virtute compensationis,sed solutionis,hoc modo.Nam donec nummi peculiares extabāt, nunquam fuit dominium translatum, quia seruus non potuit transferre,& sic dominus fuit liberatus de peculio,sed consumptione sequuta,per quam transfertur dominium.l.si filius. & l. non omnis,in §.si pupilli.s̄.eod. Ideo sicut si à prin. translatum esset dominium, liberaretur dominus ab actione de peculio, ita mediante consumptione,quæ fit per solutionem, & sic virtute solutionis tollitur,& euanescit actio de peculio. Contra istam solu.oppo.glo.ibi,sed nonne. Pone, ꝙ dñs ignoret nummos peculiares consumptos esse, cùm credat eos extare, nec vult approbare contractum serui,agit rei vendi. Si dicimus,ꝙ actio sit extincta, eo quia sequuta consumptione trāseat in dominium venditoris,ergo dñs erit priuatus omni iure, quia sequuta consumptione transeat in solutum, nec contractū amplius approbare potest, ex quo semel reprobauit. l. dispensatorem.in fin.ff.de solu. Glo.fatetur contrarium,& dicit,sibi imputet dñs,quia poterat approbare contractum. Istud quod dicit glo.ꝙ sibi imputet,procedit in dño sciente,sed in ignorante gl. non bene dicit, imò si dominus ignorans nummos peculiares consumptos esse, egit ad nummos,agendo ad nummos,videtur contractum reprobare, si istud fecit ignoranter, vel etiam dubitans,non est verum, ꝙ sibi præiudicet,quia ignorās, vel dubitans nunquam intelliguntur sibi præiudicare in eo,quod dubitant,vel ignorant.l.manifestissimi,in princ.iuncto ver.finautē nescius.C.de furt.ergo licèt egerit ad nūmos, ex quo erat ignorans, poterat adhuc reprobare contractum,& agere cōtra possessorem,vel contra venditorem ex empto.Ita in effectu concludunt Sal. Lud.& do.Alex.hic.Attende autem tu subtilis circa prædicta,quòd licèt glo.s̄.reprehenderit opi.Io.vno medio, vt retuli s̄.in ver.istam opi.reprehendit gl.&c.ego puto,ꝙ gl.in vlt.par.in fi.dum dicit.Item not.ꝙ interesse. voluit subtiliter respondere, ꝙ imò consumptis nummis peculiaribus rei vendicatio non sit sublata, quia quemadmodum si res esset perempta,vel nō extaret, succederet obligatio ad interesse,ita ex quo nummi peculiares per venditorem sunt consumpti, est sublata rei vendicatio quantum ad nummos, non quantum ad interesse,& sic quantum ad interesse potest fieri compensatio, & sic procederet opin.Io. Et ideo illa pars debet iūgi cum prima, & ideo vult glo. ꝙ qui tenebatur ad speciem, perempta specie teneatur ad interesse,& ita Albe.Fulg.& d.Alex.hic.Istud tamē quod dicit gl.non est verum, quia ꝙ sequatur obligatio ad interesse perempta specie, est verum perempta specie post moram, sed qn̄ consumuntur nummi bona fide, est in totum, & radicitus extincta rei vendicatio, & sic non potest vllo modo fieri compensatio.Prætereà si verum esset,quod gl.dicit,sequeretur,ꝙ etiam ante consumptionem fieret compēsatio, quod est falsum,ideo tene, ꝙ euanescat vigore solutionis, non compensationis.¶In glo.ibi,aliàs procedit opi. contraria. Vides ergo,qualiter gl.in ista 2.par.quærit.Pone,ꝙ seruus bona fide possessus emit alium seruum pro 20.& illos 20.soluit, & bona fide consumpti sunt,pone posteà,ꝙ dominus non tenetur de peculio,nisi in 10.quia facta detractione eorum, quæ debebātur domino,non restat peculium, nisi in 10. dominus reprobat contractum,quia non vult stare contractui, tenetur tamen de peculio,& sic in 10.an alia 10.poterit repetere? Aliqui tenent, ꝙ sic,aliqui ꝙ nō.Glo.distinguit,vt in ea. quia, Aut extant,& pōt vendicare.Aut non extant, & non poterit vendicare, quia sunt soluti ex iusta causa, & bona fide consumpti,ex quo nulla condictio,nec indebiti, nec alia cōpetēt domino. Cum distinctio-
* ne glo.*tenent communiter Doct.*hic.Sed caue,quia contra istā opi. glo.approbatam fortiter vrget tex.in l.seruus cuiusdam.de cōdi.indeb.alleg. in glo. vbi creditor, qui recepit pecuniam à seruo,non potest conueniri ad illam pecuniam,etiam (quod fortius est) dato ꝙ illa nō esset peculiaris,sed propriè domini. Docto.non aduertunt ad hoc,sed gloss. ibi perpendit,& ponit tres solu quæ omnes diuinant. Ex conclusione ergo gl. s̄. facta not. duas conclusiones.Prima vtilitas ex quæstione tacta in 1. parte glo.est,an actio de peculio euanescat iure compensationis, vel solutionis.Et retenta opi.Io.ꝙ iure compensationis, posset ista 10. repetere dominus, quia non potest fieri compensatio, nisi pro debito domini, tamen ex quo alia opin.est verior,quia cō-
13 pensatio est ficta solutio, ideo non potest repetere. † Et sic habetis,ꝙ cōpensatio est ficta solutio, non solùm quando est debitum naturale, & ciuile, sed etiam quo ad naturale tantum. Nam quo ad decem, ad quæ tenetur dominus,est debitum naturale,& ciuile. Sed quantum ad 20. ad quæ tenetur seruus,est tantum naturale,& ita Fulg.hic dicit istam glo. not. ad hoc, & idem dicit d.Alex. & ante eos idem dicit do.Alb.hic in vlt.col. ¶In ea.glo.ibi.j̄.de in rem ver.l.3.in princ.quæstio gl. est. Pone in peculio serui nō sunt nisi 10. ad quæ teneatur dominus. Iste seruus emit alium seruum pro 20. qui in veritate valet 30. dominus pro isto contractu de peculio nō potest teneri nisi in 10. an ad alia 10. teneatur dominus de in rem verso,q̄a seruus potest obligare dominum, quatenus est versum in vtilitatem domini? & videtur ꝙ sic, quia est euidens vtil.domini. qō ergo gl.
14 est. † Nunquid dominus verus possit conueniri, vt soluat verum pretium serui empti, qn̄ seruus fuit emptus pro 20. ducatis, & in veritate valet 30. quia vertitur in vtilitatem domini, nunquid dñs teneatur de in rem verso?Glo. arguit pro,& cōtra.Bar.dicit,ꝙ in hac q.debet distingui, vt habetur in l.& ideo. §.1.cum glo.j̄.de in rem ver.& aliter non declarat. Voluit dicere Bart.ꝙ debet inspici propositum serui emptoris,quo animo fecerit contractum, quia aut emit principaliter animo vertendi in vtilitatem domini,& sic augendi patrimonium, & dominus tenetur de in rem verso, aut emit principaliter animo augendi peculium suum, & tunc aut animo obligandi dominū, & dominus tenetur de in rem ver.aliàs secus,& ita Bald. declarant Paul.de Cast.& Mod.Sed tu considera, ꝙ contra istam distinct.fortiter ob.tex.in l.3.in prin.de in rē ver. Sal. & do. Alex. dicunt,rn̄de vt ibi in glo.Non inuenio ibi gl.aliquid dicere. Itē aduerte, ꝙ qō glo.inquantum quærit de in rem ver.nō facit ad propositum tex.nostri.probo,quia in l. nostra seruus secundus emptus fuit traditus bonæ fidei possessori,& non domino, frustra ergo quæritur, an teneatur de in rem ver. cùm non sit versum in rem domini. Quo casu,aut dominus reprobat contractum, & tunc quomodo potest dici versum in vtilitatem domini?aut approbat,& frustra quæritur de in rem verso,quia approbando contractum,obligatur insolidum,etiā si non sit versum in vtil.vt est text.hic in ver.sed adijcere. Sed quęstio gl.debet intelligi,qn̄ seruus emptus fuit traditus ipsi vero dño,vel saltem quando fuit traditus seruo meo ab alio bona fide possesso, quo casu mihi acquiritur dominium per ipsum.& ita Alb. hic post Gul.de Cun.& Sal.& d. Alex.& tunc venit dicendum, vt s̄. ¶Glo.fin. in ver.paratus.diuiditur in 3.par.Primo videtur formare quæstionem, sed verè opponit contra text. Secundo format q.Tertiò oppo.& non sol.Secunda ibi,item nunquid liberatur.Tertia ibi,sed arg.contra. ¶Circa primam par. glo.aduerte,quia oppositio venit hoc modo.dicit tex.in fin.ꝙ venditor conuentus à vero domino actione ex empto, liberatur cedendo actionem,quam habet contra bonæ fidei possess.E contra verus dñs potest agere contra bonæ fidei possess. sine cessione,ergo non est opus cessione. Glo.respondet, ꝙ est verum, ꝙ habet vtilem,& illa non est opus,q; cedatur,sed per cessionem
* competit sibi directa. Et cum glo. *tenent omnes*, tamen dicit do. Alex.& ante eum Fulg.ꝙ posset aliter respōderi, ꝙ est verum, ꝙ hic verus dominus cōtra bonæ fidei possesso.habet certi cōdictionem generalem,& condictionem sine causa,sed nō condictionem indebiti.Errant,quia ante cessionem habet etiā vtilem condictionem indebiti ex æquitate,causa circuitus euitandi,vt tenet glo.1.& glo.in ver.condicere,& Bart.in 1. col. & ibi omnes sequuntur,& ipsemet do.Alex.Et circa prædicta, tu inuenis, si vis scire, quæ dicatur actio directa, & quæ vtilis,habes inter alias optimam glo.in l.ex legato nominis. C.de leg. & declarat magistraliter Bart.in l.1.C.de act.& obl.& in l.1.ff.eod.de
15 act.& obl.† Et an sit differentia inter actionem vtilem, & directam,habes tex.in l.penul.ff.de neg. gest. ꝙ nulla est differentia, vtrum intentetur actio directa,an vtilis. Tantum enim consequitur

quitur per vnam, quantum per aliam. Inuenio tamen, ꝙ Bald. qui nihil ignorauit, in l. 1. in 5. col. C. de priui. do. dat vnam ſing. & not. differentiam, ꝙ actio vtilis non habet ea priuilegia, quæ
a habet directa, puta actio de dote habet multa priuilegia [a] quæ enumerantur in l. 1. & per totum titu. ff. ſolu. ma. per Doct. præcipuè habet tacitam hypothecam, & vt præferatur alijs creditoribus, certè ſi intẽtaretur actio de dote vtilis, puta ceſſa à muliere, non haberet illa priuilegia, quæ habuiſſet, ſi intẽtaretur directa per ipſam mulierem. Aliam differentiam poſuit Bald. in l. 2. in 2. col. C. quando fiſc. vel priua. & Barto. in l. nomen. C. quæ res pign. obl. poſ. ſi benè inſpexeris. ¶In ſecunda parte glo. quæ eſt clara. Iſtam partem gl. Angel. reputat ſingu. & dicit, ꝙ ex ea colligitur ſing. doctrina, ꝙ quotieſcunque quis iuſto errore tradit rem alij, quam cui debet, etiam ſi tradat ſine mandato, liberatur in effectu cedendo actionem, & ita pulchrè limitatur regula. l. ſi hominem. in §. ſi nullo. ff. de ſolu. & ſequuntur Ludo. Roma. & do. Alex. hic. Limita tamen, vt dixi. ſ. in textualibus. ¶In fin. gl. oppo. de l. ſi fugitiuus. ff. de ſolu. & nihil ſoluit, & eſt in ver. ſed ſi alij, vbi eſt text. ꝙ ſi ſeruus meus gerens ſe pro libero tibi ignoranti mutuauit nummos meos poſteà iuſſit tibi, ꝙ ſolueres alij, tu exiſtens in bona fide ſoluiſti. dicit tex. ꝙ non liberaris. Rñdent Alb. Bar. do. Alex. hic, & plenius Bar. in illa l. ſi fugitiuus, ꝙ debet illa lex intelligi, ſecundum iſtam, vt non liberetur ipſo iure, ſed ope exceptionis. Sed iſta eſt violentia, ideo aliter reſpondent hic Iac. But. Albe. Sal. & Fulg. & credo, ꝙ iſta ſit bona, quia ille debitor erat debitor in quantitate, ſeu in genere, quo caſu non liberatur, quia non ſoluit illud, quod debet, vt dixi. ſ. in not. & iſta mihi placet, nec eſt verũ quod dicit do. Alex. ꝙ eſt propter nummos peculiares, quia nummi peculiares, vt dicit gl. ibi, erant extincti. ¶Extra glo. quærit Bart. hic in fi. practicam iſtius legis. Ea, quæ dicuntur in iſto text. & quæ dicta
16 ſunt. ſ. habent locum in monacho, † quia bonum eſt argu. de ſeruo ad monachum. dictum eſt originale Innoc. in cap. cum olim. el 2. de priuile. Adde inquantum Barto. tradit regulam, ꝙ omnia, quæ dicuntur in ſeruis, vendicant ſibi locum in monachis noſtri temporis. Iſtam regulam pluries repetit Barto. in varijs locis, præcipuè in l. 1. in princ. §. Item ſi fructuarius, & in l. ſi communis ſeruus ita. in 2. & 3. q. & in l. ſi ſeruus teſtamento. in fin. & in l. 3. §. quod ſeruus. ff. de ſtipu. ſeruo. & in iſtis locis infert in ſpecie ad varias deciſ. & Barto. & Mod. in l. 1. §. item acquirimus. ff. de acqui. poſſeſſ. Bal. in l. interpoſitas. C. de tranſa. & pro iſta æquiparatione habes glo. ord. in l. cum hæredes. §. fin. ff. de
* acq. poſſeſ. & licèt iſta ſit vera, *& communiter approbata* æquipa-
17 ratio, alibi tamen dubitant Bar. & alij, † nunquid monachus [b]
b debeat equiparari ſeruo, an potius filio in poteſtate, & ſic vt potius æquiparemus poteſtatem Abbatis in monachos poteſtati patris in filios, quàm domini in ſeruos. Barto. dicit, ꝙ monachi
c æquiparantur filijs [c] in poteſtate, probatur: Monachus non deſinit eſſe ſuus hæres patri, & debet habere legittmam ex teſtamento, aliàs præteritus rumpit teſtamentum, text. eſt in l. Deo nobis. C. de Epiſcop. & cler. & tamen iſta non conueniunt ſeruis, & ideo qñ Docto. dicunt, ꝙ monachus equiparatur ſeruis, melius diceret, quòd debet æquiparari filijs in poteſtate, ita proprié dicit Barto. in l. 1. in princip. in 2. quæſtio. 4. partis princip. ff. de vulg. & pup. Barto. in l. cum proponas, circa med. & ibi Bal. Paul. & Sal. & ibi dixi. C. de hæred. inſti. & Anto. de Butr. in cap. in præſentia. vbi Cano. omnes de proba. & latè Bald. in l. 1. in 10. quæſt. C. qui admit. Cyn. & Bald. in l. Deo nobis. C. de Epi-
* ſcop. & cler. *Et iſta eſt communior ſententia* per rationem prædictam. Eſt verum ꝙ Io. de Imol. in d. cap. in præſentia. & in d. l. 1. de vulg. & pup. & ibidem Alex. voluerunt ſaluare Barto. & Innocen. quòd monachus æquiparatur ſeruo. Eſt verum, quantum ad contractus, ſed quo ad vltimas voluntates æquiparatur magis filio in poteſtate propter ſuitatem, & legitimã. Placet mihi iſta cõcordia, & Bar. ſemper loquitur in contractibus, quando dicit æquiparari ſeruo. An autem monachus poſſit ha
d bere peculium, [d] quia Barto. hic videtur loqui inter dentes, vide Bald. in l. fin. in fin. C. quod cum eo. ¶Circa vltimum, circa quod Barto. reliquit cogitandum, Ang. & Lud. hic determinãt, ꝙ in dubio præſumitur, ꝙ acquiſiuerit de bonis, & de pecunia ſui monaſterij, niſi aliæ coniecturæ ſint ad oppoſitum, quia qđ dicit Fulgo. & Alexand. hic, in hac quæſtione multa profudit, breuiter habent Cano. glo. de hoc. in cap. ſint manifeſti. 12. quæſtio. 1. & gloſſ. in cap. nulli. 12. quæſtio. 5. ponunt Cano. in capit. cum in officijs, de teſta. & in cap. 1. de pecul. cle. & latius Bald. in
18 Authen licentia. C. de Epiſco. & cler. † Quid autem ſi quis ingrediatur monaſterium, & mortuo patre exijt monaſterium, nunquid debeat habere hæreditatem patris, an verò monaſterium, an conſanguinei? veritas eſt, quòd ſi ingreſſus ſit monaſterium, quod poteſt habere bona in communi, ſemper ſuccedit monaſterium, & debet habere bona patris monachi, licèt ille ſit egreſſus religionem. Sed ſi monaſterium non poſſet habere aliquid in communi, conſanguinei debent habere bona, & filius nihil debet habere. Ita conſuluit, & verè Ludo. Roma. in conſil. 168. in caſu propoſito. vbi ad hoc põderat aliquos. §§. in cle. exiui de Paradiſo. de verb. ſignifi. & licèt ipſe non dicat, videas in ſimil. Bald. in l. adultera. §. fin. per illum text. ff. de adul. Alibi Bald. in cap. in præſentia. in 6. colum. prælleg. ver. quid ſi ingreſſus monaſterium, & c. quærit de pulchra queſtione. Pone, pater habet filium, quem inſtituit hæredem. Si dicit, ſi filius moriatur ſine filijs legitimis, & naturalibus ſubſtituo Titium, ſi filius ingrediatur monaſterium, an monaſterium excludat ſubſtitutum, dato quòd filius poſteà exiuit monaſterium, & mortuus ſit extra? Et determinat, vt ſ. per cap. 1. §. 1. in titu. Epiſco. vel Abb. q̃a facta profeſſione ſtatim ius eſt acquiſitũ monaſterio. Sed ſi antequam faceret profeſſionem, exiuiſſet, ſecus eſſet, quia ſi decederet ſine filijs, haberet locum ſubſtitutio.

ADDITIONES.

a ¶Priuilegia. Adde diffusè per Campegium de Bononia, in tracta. de priuil. do.
b ¶Monachus. Adde Barto. in l. 1. §. vſufructuarius. ff. de ſtipu. ſeru. Innoc. in cap. cum olim. de priui.
c ¶Aequiparantur filijs. Adde Felin. in cap. ex reſcripto. de iureiur. in 2. colum. verſ. in ea. glo.
d ¶Peculium. Adde Docto. in cap. monachi. de ſta. mona. Docto. in cap. quanto. de offic. ordina.

SVMMARIVM.

1 *An oriatur obligatio, ſi pecunia mea peruenit ad te ſine facto meo, & nume. 3.*
2 *An fructus triennio præſcribantur.*
4 *An mutuum probetur re, vel requiratur conſenſus.*

LEX XXXII.

a SI me, & Titium. [a] Bal. in vno ſuo cõſil. inci. Facti fuerunt literæ cambij, dicit, ꝙ iſta lex eſt ſing. & q̃ deberet ſcribi literis aureis. Diuide in tres par. princ. Primo ponitur thema. Secundò dubitatio, & ratio dubitandi. Tertio ponitur deciſio, & ratio decidendi. Secunda ibi, ſubſiſto. Tertia ibi, ſed proprius eſt. hoc dicit. Si res mea, vel mihi debita ad te peruenit, & non ſubeſt cauſa, quare apud te remanere debeat, poſſum ex æquitate à te condicere, quamuis negotium verè inter nos geſtum non ſit. concor. tex. vltra. l. alleg. in glo. in l. ſeruus, quem. ver. ſecundum quæ. ff. de act. emp. & text. not. in l. ſi quis municipij. §. fin. ff. de inſti. & ibi Iuriſcon. aſſignat ratio-
1 nem rationis ad tex. iſtum. ¶†Not. iſtum moralem, & æquiſſimum text. quòd quando pecunia mea, vel mihi debita ad te peruenit, abſque quòd à me habueris, ſed ab alio, & non habes cauſam retinendi, quamuis non præceſſerit contractus, ex quo mihi obligeris, & per conſequens cùm nullum negotium inter nos ſit geſtũ, videtur quòd nulla obligatio ſit orta, quia condictio non oritur, niſi ſit geſtum aliquid inter partes. l. ſi in area. ff. de condi. indeb. tamen æquum eſt, vt mihi reſtituas, & propter talem equitatem competit certi condictio generalis. Hinc per iſtum text. Innocen. in capit. in literis. de reſtitu. ſpol. poſuit ſingu. limitationem ad omnes leges noſtras, & Ang. hic refert, & facit magnum feſtum. Scitis, quòd bonæ fidei poſſeſſor non tenetur reſtituere vero domino fructus induſtriales, quos bona fide percepit ex induſtria, & opera ſua. l. ex diuerſo. in princ. de rei vendi. Innoc. per hanc legem dat mirabilem limita. Iſtud eſt verum, niſi quatenus bonæ fidei poſſeſſor reperirietur locupletior deducta omni impenſa, & opera perſonæ, quia tenetur reſtituere ex æquitate iſtius legis. Iſtud dictum ſequitur expreſsè Bal. in l. ex diuerſo. in prin. in vlt. col. ff. de rei vendi. latè Imol. poſt Angel. in l. Neſennius. §. 1. ff. de re iudi. & Bald. in l. 1. C. de vſu. & fruc. leg. cum multis concor. quas addit Alex. hic, & in
2 d. l. Neſennius. §. 1. ¶†Not. tamen, quòd in omni materia, vbi q̃s tenetur ad reſtitutionem fructuum, prout in contractibus bonæ fidei à tempore moræ, in contractibus ſtricti iuris à tempore lit. conteſta. in his ſi prætereunt tres anni à perceptione, præſcribit, ita vt amplius nõ teneatur ad reſtitutionem fructuum. glo. eſt ſingu. in l. ſequitur. §. fructus, & ibi Bart. ad fin. ff. de vſuc. & expreſſius Bart. per illam glo. in l. 3. C. quod met. cauſ. Bald. in d. l. 1. in 6. col. C. de vſur. & fruc. leg. & in l. ancillæ. in 4. col. C. de fur. & in cap. grauis. in 2. col. de reſtit. ſpol. & in cap. vigilanti. in vlt. col. de præſcri. & in omnibus iſtis locis facit magnum feſtũ de illa

ADDITIO.

a ¶Et Titium. Amplia hanc l. vt per Soc. in §. præceden. in col. 2. Paul. in l. diſpenſatorem. col. fin. infra. de ſolu.

PVRPV.

de illa glo.Item per iſtam l.Hoſt.in c.bonæ. in 2. col. & ibidem
3 Io.And. & alij de appel. † tradunt regulam, ꝙ vbicunque quis
habet rem meam ſine cauſa, & ex ea efficitur locupletior, de
iu.can.datur officium iudi. quod fundatur in regula huius tex.
& c. quia quinque.de iudic. & volunt tale officium iudicis eſſe
nobile,prout etiam Alex.hic.Ego multoties dubitaui,quia offi
cium iudicis nobile nullam præſupponit obligationem. l. qui
per colluſionē.ff.de act.emp.& l.Caius.ff.de ann.leg.ſed in iſta l.
præſupponitur, ꝙ adſit obligatio, dum dicit text.vt obligari te
exiſtimem.Hinc tenuit Bar. & alij ſequũtur,ꝙ actio,quæ datur
ex hac l.ſit natiua,& ſic non datiua.ſi adeſt obligatio,non com
petit officium iudicis nobile. vnde fortè Cano.melius diceret,
dari officium iudicis mercenarium.Item ad iſtum tex.adde,ꝙ
ſuper æquitate huius legis fundatur deciſio l.1.§.fin. cum l.ſeq.
ff.commo.& l.reſcriptum.§.1.ff.de diſt.pign. & pulchra deciſio
gl.in l.Fulcinius.§.1.& 2.ff.ex quibus cauſ.in poſ.ea.vbi gl.alleg.
iſtam l.Item per iſtam l.dicit no.Bar.in l.ſi coloni. C. de agr. &
cenſ.lib.11. quòd ſi aliquis habet ſolam poſſeſſionem rei, & ta-
lis poſſeſſio perueniat ad te ſine vitio,ꝙ talis bonæ fidei poſſeſ-
ſor poteſt condicere talem poſſeſſionem ex æquitate huius le-
gis.Item adde,ꝙ per iſtum tex.conſuluit Petr.de Anch. in con-
ſil.23.incip.verba ſtipulationum.in penul. & vlt. col. Item facit
iſta lex,ꝙ ſi mutuaui pecuniam, vel frumentum pauperi, qui
non eſt ſoluendo, & ex illa pecu. vel frumento alimentauit fi-
lios, ꝙ poſſim agere contra ipſos filios habentes fortè res ma-
ternas,ex æquitate huius legis.Facit l.ei qui.ad fin.C.quod cum
eo.quamuis Bar.iſtud indeciſum reliquerit in l.his ſolis.ĩ.de cō-
di.indeb. Item facit iſta lex, quòd ſi aliquis habet à me manda-
tum limitatum emendi talem rem pro octo dũtaxat, & emat
pro decem,& mihi tradat,ſi valet plus, poteſt illa duo à me re-
petere ex æquitate huius.l.de quo per glo. & Docto. in l.fin. C.
4 de nego.geſt.¶†Not.vlt.ex text.ibi,niſi inter cōſentientes. quòd
* licèt mutuum probetur * re,tamen iſtud nō ſufficit, ſed requi
ritur etiam conſenſus vtriuſque,prout etiam eſt tex.in l.nō om
nis.in prin.ſ̃.eo.& ibi ponderaui, & limitaui, ꝙ iſtud eſt verum
in mutuo naturali,ſed in ciuili poteſt contrahi etiam ſine con-
ſenſu,ſed lex fingit conſenſum.l.certi condi.§.ſi nummos.ſ̃.eo.
ſecundum Fulg.& Alex.hic.¶Glo.fi.primò declarat tex.Secun
dò alleg.concor.Tertiò oppo.& non ſolu.Quartò quærit,& re-
ſpondet.Secunda ibi,& ad hanc ęquitatem.Tertia ibi,ſed argu.
contra.Quarta ibi,ſed quid antequam. ¶In ea.glo.ibi arg.con-
tra in l.cum putarem.in pen.reſpon.gl.non reſpondet. Reſpon
de,ꝙ imò pars hæreditatis non eſt ſine cauſa apud cohęredem
putatiuum:nam diceretur eſſe ſine cauſa,quando verus hæres
abſque iudice diuiſiſſet hæreditatem cum illo putatiuo, & ſibi
aſſignaſſet partem, & poteſt eam repetere per æquitatem hu-
ius l.condictione ſine cauſa:ſed text.ibi loquitur, quando diui-
ſio facta eſt mediante ſententia iudicis, & tunc propter autho.
ſententiæ non poteſt repeti pars hæreditatis, quæ tunc per ſen-
tentiam incipit deberi.l.1.de condi.indeb.quia illa lex eſt nimis
rigoroſa.Inuenio ꝙ Angel.Are.limitat ſingulariter in §.quædã.
in 4.col. Inſti.de act.vt procedat,qñ verus hæres fuit ille,q pro-
uocauit eum,quem putabat hæredem,intentando officium iu
dicis ſuper actio.famil.erciſc.Iſto caſu,quia officium iudicis nō
fuit intentatum ſine actione, ſi ſequatur diuiſſio mediante offi-
cio iudicis, procedit illa l.cum putarem, vt non poſſit repeti
pars hæreditatis, ſed ſi ille hæres putatiuus prouocaret verũ hę
redem ad diuiſionem,& officium iudicis haberet partem,poſ-
ſet poſteà verus hæres repetere,nō obſt.autho.iudicis,quia fuit
ſine actione,alleg.doctri.Bar.in l.2.in prin.de do.præle.Si iſta li-
mitatio eſt vera,certè eſt ſolēnis,& notãda.Sed ego dubito,q a
text.in d.l. cum putarem. fundat ſe in ſententia iudi. & non in
actione intentata.Contra etiam Angel.moueor ex doctri. Bar.
in l.ſi Titius.in 1.col.in fin.ff.de verb.oblig. Item contra Angel.
facit,quia Ang.præſupponit, ꝙ quando verus hæres agit iudi-
cio famil.erciſc.contra hęredem putatiuum,ꝙ iudicium valet.
Sed ècontra, quando hæres putatiuus agit contra verum,non
valet. Nam errat Angel. quia contra text. in d.l.cum putarem.
Aduerte tamen circa illum tex.quia non obſt.autho.rei iudica
tæ,de qua ibi,competit cōdictio ſine cauſa fundata in iſta l.Ita
gl.ordi.in l.fideiuſſor.§. in omnibus,iuncto text.ff.mand.& licèt
Bart.& alij communiter videantur reprobare illam glo.tamen
Paul.de Caſt.in cōſil.321.quod incip.in cauſa,quæ vertitur Par
mæ.dicit ꝙ nunquam fuit ſibi viſum, ꝙ illa glo. in illo.§.in om
nibus, meruit reprehendi, propter authoritatem. l. noſtræ, ſed
quia non eſt locus ſuus,de veritate illius glo.vide per Alex.in l.
Imperatores.ff.de re iudi.¶In ead.gl.ad fi.ex iſta glo. not. quòd
licèt in caſu huius legis non interueniſſet actualis numeratio,
ſed ſola promiſſio, olim facta fuiſſet nouatio per interuentum
nouæ perſonæ.§.præterea.Inſtit.quibus mod.tol. obl. Intellige
tamen ſecundum Bar.eſſe verum, dummodo debitor habuiſ-
ſet pecuniam paratam numerationi.Iſtud eſt,quod dixit etiam
Bar.in l.ſingularia.ver.ſumus expediti,vbi declaraui.ſ̃.eod.Ta-
men Bar.non benè dicit quantum ad iſtam.l.quia cum hic in-
teruenerit ſtipulatio, non requiritur,quòd pecunia ſit præſens,
quia tunc non requiritur numeratio, vt ſit mutuum.l.ſi ex pre
tio.C.eod.& dixi in l.ſingularia.ſ̃.eod.Tamē remitto mę ad ea,
quæ declaraui in d. l. ſingularia, vbi declaraui de illa deleg. &
nou.& ꝙ l.fin.C.de nou.non habet locum in delegatione,licèt
Paul.de Caſt.hic aliquid tangat,ſed errat, vt hic per Alex.

SVMMARIVM.

1 *Officiales durante officio an poſſint contrahere, & an confirmentur fi-
nito officio,nu.1.& 2.cum limitationibus.*
2 *An vaſalli teneantur ſuccurrere dominis,videlicet de pecunia in neceſſi-
tatibus.*
3 *An officialis prohibeatur pignus accipere.*
4 *An officialis finito officio tempore ſyndicatus poſſit contrahere.*
5 *An officialis poſſit ibi vxorem ducere.*

LEX XXXIII.

PRincipalibus. Officiales ꝑpetui poſ
ſunt pecuniã mutuo
dare, & accipere in loco,vbi ſunt officiales,ſed tꝑa-
les mutuo dare non poſſunt, ſed recipere ſic à non
ſubditis,vel etiam à ſubditis pro eorum neceſſitatibus. hoc di-
1 cit cum l.ſeq. iunctis his quæ dicuntur in gl. ¶†Not.ex hac l.re-
gulam, quòd regulariter officiales non poſſunt mutuare, nec
alios ꝯ̃ctus facere durante eorum officio. concordãtes ſunt in
gl.Adde,ꝙ eorum ꝯ̃ctus adeo ſunt prohibiti,ꝙ etiam finito of
ficio confirmari non poſſunt, etiam mutuo cōſenſu expreſſo,
vel tacito. text. eſt ad hoc not. in l.1.ver.penul. C. de contra.iu.
Adde etiam,ꝙ eo.modo proceres,ſeu curiales principis prohi
bentur emere,vel alios ꝯ̃ctus facere,& ſi contrahant, ꝯ̃ctus eſt
nullus.tex.eſt in l.fi.C.de reſcin.vend.iuncta glo.ibi,in ver.pala-
tinos.q dicit, ꝙ illa lex habet locum in omni ꝯ̃ctu. Eſt verum,
ꝙ Bal.ibi reſtringit, vt illa lex procedat in magnis cōſiliarijs ma
gnorum dominorum. Amplia etiam regulam huius legis,&
ſimilium quibuſdam alijs modis,de quibus.ĩ.dicam,& præſer
tim in vlt.col.Sed antequam vltra procedam,quæro quę ſit ra
a tio [a] prohibitiua.dicit Ludo. Rom.hanc rationem fuiſſe,qa of
ciales debent vacare officio publico,& ſic publicæ vtilitati, qđ
ita commodè facere non poſſent, ſi vacarent priuatis emptio-
nibus.agrũ.l.milites agrũ.ff.de re mil.& l.ab adminiſtratione.C.
de leg.& iſtam rationem ante Ludo. aſſignat etiam gl.in l.1. C.
neg.ne.mil.lib.12.& Bal.in quodam ſuo conſil. inci. præmitto,
ꝙ poteſtas.vbi etiam addit quaſdam alias rationes perſuaſiuas,
ſed non concludentes.Iſta ratio non vr̃ generalis, quia licèt mi
litaret in emptione agrorum,vbi requiritur cura, tamen nō mi
litaret in emptione domus. Alia melior ratio eſt pp metũ im-
preſſionis, quia lex ſuſpiciatur, ꝙ officiales pp officium metu
inducerent aliquem ad ꝯ̃hendum, non liberè.l.ſi quod per im-
preſſionem.C.quod met.cau.& argu.l.1.C.ſi rect.prouin. Quæ
autem pœnæ imponantur officialibus contrahentibus,qñ va-
rię leges loquuntur in hoc,remitto ad Bar.in l.aufertur.§.quod
à præſide.ff.de iu.fiſ.¶Iſtam regulam limita ſm Gul.& Bar.hic,
non habere locum, qñ officialis gereret officium in ſua patria,
quia niſi poſſet ꝯ̃here, quodammodo diceretur ei interdici cō
mercium.& idem ſequuntur Paul.de Caſt.& Alex.hic.Et ſi di-
cas,qñō poteſt quis eſſe officialis in patria ſua?Rñdetur,qđ po-
teſt eſſe ex permiſſu principis, vel poteſt eſſe officialis ſine iu-
riſdictione reddenda,vt traditur in l.ſi eadem.ff. de offic. aſſeſſ.
& in l.ſi cui.ff.ex quibus cau.maio. & per hoc infert Bart. quòd
priores ciuitatis, ſeu anciani durante eorum officio poſſunt cō
trahere,& iſto modo ſm eos poſſet intelligi l.ſequens. Adde,qđ
ꝯ̃rium tenet Ang.& Lud.Rom.hic, alleg. Ang.tex.in l.qui offi-
cij,in prin.ff.de contrahen.empt.ad quem tex.rñdet Alex.quòd
nihil facit. Sed ego puto,quòd Angel. voluerit pōderare illum
tex.in verbo,præterquã ſi paterna.ex hoc voluit elicere Angel.
quòd ex quo bona paterna vendebantur, quòd ille eſſet locus
paternus,tñ per hoc illud neceſſariò non probat ille text. Nam
ſtat ſimul, quòd alibi venderentur bona patris, & tñ illa non
eſſet ſua patria.Lud.refert Bald.in l.quiſquis.C.eod.qui nihil di-
cit. Mouetur etiã,quia ratio impreſſionis metus ita militat in
eo,qui gerit officium in patria, ſicut in eo, qui gerit officiũ ali-
bi.Sed rñde,prout formaliter rñdet Bart.in d. l.aufertur.§.quod
à præſide, de iur. fiſ. vltra alios pro iſta limitatione communi,
2 † quòd officialis aliàs prohibitus cōtrahere,poſſit tñ cōtrahere,
quando

ADDITIO.

* Contrahatur,
a ¶Ratio. Bald.libr.3.conſil.333.incip. in nomine domini, præmitto contra Ia-
cob.Butr. PVRPV.

quando gerit officium in ſua patria.Pondero bene facere duos
tex.ſimul iunctos. Nam habeo,qđ officialis prohibitus eſt con
trahere matrimonium in loco,in quo officiũ adminiſtrat pro-
pter periculum impreſſionis metus.l. ſi quis officium. in princ.
ff.de rit. nup. Imò plus nõ ſolùm prohibetur ꝯhere mrĩmoniũ
in loco,vbi adminiſtrat officiũ,ſed etiã ſi filius eius vellet ꝯhere
matrimoniũ de iure fforũ,non poſſet cõſentire,text.eſt in l.qui
in prouincia.ff.de ritu nupt. tamen ego habeo , ꝙ qui admini-
ſtrat officium in patria propria, poteſt ibi matrimonium con-
trahere,nec iſto caſu habent locum leges prohibitiuæ, text. eſt
in l.eos.ff.de ritu nupt.Eſt verum,ꝙ Sal.in d.l. qui in prouincia,
dicit,ꝙ ibi ſpeciale eſt fauore matrimonij,& aliud nõ dicit.Tu
poſſes addere euidentiorem differentiam inter contractus ma
trimonij,& alios contractus,quia alij ꝯctus magis prohibentur
in officiali,quàm contractus matrimonij. Nam ſi durante offi-
cio faciat certum contractum , nõ poteſt poſteà ratificari poſt
finitum officium.l.1.C.de contra.iud.tamen ſi officialis contra
hat matrimonium,poteſt finito officio ratificare.tex. eſt in d.l.
eos.& d.l.qui in prouincia.ff.de rit.nupt.ergo,&c.¶Secundò li-
mita prædictam regulam,vt procedat in officiali temporali,ſe
cus in perpetuo officiali.eſt text.in l. præſidis.quæ ſtatim ſequi-
* tur,in ver.perpetui,ſecundum Bar.*& communiter Moder.* hic,cũ
limitatione,quam dixi, niſi appareat , ꝙ per impreſſionem fa-
ctus ſit contractus,vt per Bar.in d.l.aufertur.§.qđ à Præſide. Et
ſi dicas,ꝙ illa l.Præſidis, non loquitur in officialibus principali-
bus, ſed in eis,qui ſecum ſunt. Reſpondetur,ꝙ ratio illius text,
eſt generalis,videlicet,quia perpetui ſunt.Adde, ꝙ Sal.tenet cõ
trarium hic:mouetur,quia maior metus, & maior impreſſio ti
metur in perpetuo officiali,quàm in temporali,qui in breui eſt
remouendus.Non rñdet tamen Sal.ad iſtum tex.in ver.qa per-
petui.Adde,ꝙ Bald.in l.ſolent.§.fi.in 2.q.ff.de offic. proconſ. &
leg. plenè diſputat iſtum paſſum , nunquid iſta l. & ſimiles ha-
beãt locum in officiali perpetuo. Et primo refert Gul. de Cun.
tenere id,quod ſibi aſcribit Sal.hic per dictam rationem , quia
maior impreſſio timetur in perpetuo,&c. Hoc non obſt. con-
trarium determinat Bald.& ſequitur cõem opin. ꝙ perpetuus
officialis poteſt contrahere, dũmodo non appareat metus im-
preſſionis , & probat . Nam Epiſcopus habet perpetuum offi-
cium,& tñ Epiſcopus poſſet contrahere,Authen.licentia.C.de
Epiſcop.& cler.Et iſta opin. poteſt ſuaderi , quia perpetui offi-
ciales videntur perpetuò prohibiti contrahere, & ſic videretur
eis interdictum perpetuum commercium , qđ non eſt dicen-
dum.Tamen poſſes rñdere ad iſtud arg. Nam ex quo põt con-
trahere cum non ſibi ſubditis , non eſt curandum ſi non poſſit
ꝯhere in loco,vbi perpetuò gerit officium.Facit in arg.tex.in l.
Titio centum.§.1.ff.de condi. & demonſtr. & illud, quod dr̃ in
officiali perpetuo, intelligitur dictum in officiali poſito ad be-
neplacitum,qui æquiparatur perpetuo pp incertitudinem,per
glo.in cle.2.de reſcr.& in c.ſi gratioſæ. & in c.fin.de reſcrip.in 6.
l.ſufficit.de condi.indeb.Ita determinat Bar. in l.de pupillo.§.ſi
quis ipſi prætori.ff.de oper.nou.nunc.Cyn.& Bal. in l. quiſquis.
C.eod.& Bald.in l.ſolent.in §.fi.in 4.q.ff.de offic.proconſ. & leg.
Bald.& Angel.hic.¶Tertiò limita prædictam regulã non pro-
cedere,quando officialis contrahit cum non ſubditis,quia tũc
ceſſat ratio impreſſionis metus, ſm gloſſ.& Sal.in l.quiſquis.C.
eod.& Bart.& Docto.hic. ¶Quartò limita non habere locum,
qñ emit,vel cõtrahit ex cauſa neceſſitatis,puta victualia,vt pro
bat tex.in l.vnica.ver.præter eas.C.de contra. iud. ſm alium in-
* tellectum Gul.Bart.*& communiter Doct.*hic. & idem dicit Bal.in
d.l.ſolent.§.fin. in 3. not. Hinc eſt, ꝙ prohibita alienari poſſunt
alienari ex cauſa neceſſitatis.l.alienationis.ff.famil.erciſc. eo qa
neceſſitas non ſubiacet legi,vt l. 1.ff.de offi.conſu. Facit tex.in l.
2.§.in eadem.ff.ad l.Rhod.de iac. Hinc dicunt Gul. Albe. Ang.
Sal.& Lud.Roma.& Alex.hic,ꝙ prohibitus extrahere frumen
tum de ciuitate ſub certa pœna,non intelligitur prohibitus,qñ
extrahit ex cauſa neceſſitatis, puta pro neceſſitate victus ſui.
Not.Docto.in l.cætera.in princip.ff.de leg.1.Hinc eſt,quòd qui
eſt exemptus ex priuilegio,& habet immunitatem à collectis,
non tamen intelligitur exemptus à collecta, quæ imponitur ci
uibus propter neceſſitatem inſtantem , puta propter bellum,
prout habes per Dyn. Rayn. & Bald.contrariantes ei. l. ſi ex to-
to.in princip.ff.de leg.1.Facit optimè illud,quod not. Bald. in l
iubemus nullam.in 1.& 2.not.C.de ſacroſanct. eccleſ. vbi not.
quòd de neceſſitatibus imminentibus eccleſiæ , fortè propter
guerram , nullus quantuncunque priuilegiatus intelligitur ex-
cuſatus ſiue priuilegium ſit dignitati,ſeu perſonæ, ſeu religioni
conceſſum. Hinc etiam dixit Bald.in l.1.ad fin.C.de oper.liber.
quòd tempore neceſſitatis,puta guerræ,poſſunt principes im-
a ponere ſubditis ſubſidium caritatiuum. [a] Inuenio tamen , ꝙ
Ioan.de Ana.in conſil.7.incip. viſis, & ponderatis his, quæ nar-
rantur in themate.in 3.colum. conſuluit, quòd vaſſalli non te-
nentur tempore neceſſitatis , puta guerræ , ſubuenire dominis
de pecunia,& ibi ad hoc bene ponderat tex. in cap.licèt vaſſal-
lus.in 2. reſponſo.ſi de feu.fue.contro.inter dom.& agna.Limi-
ta tamen iſtam deci.vt ibi per eum. poſſet tamen bene reſpon-
deri ad d. capit.licèt. Ad prædicta etiam adde illud, quod not.
Angel.in l.diuus.ff.de petitio.hæred.vbi dicit, quòd ſi ſit prohi-
bita arrengatio pro imponenda collecta communitati, tamen
ſi ſubſit cauſa neceſſitatis , erit permiſſa arrengatio. Adde etiã
not.text.in l.tutor,qui repertorium.in princip.ff. de adminiſtra.
tuto.per quem text.decidit Pan.in capit.fin.in 2. colum. de ec-
cleſ. ædi. quòd ſi immineat neceſſitas alienandi res eccleſiæ ca-
thedralis,poteſt prælatus inconſulto Ro.Pontif. alienare, quã-
uis iurauerit nihil alienare inconſulto Pontifice. cap. ſuper. de
rebus eccleſ.non alienan.Adde illud,quod not.Bart.in l.ſi quan
do.in fin.per illum text.C.de nauf.libr.11.vbi dicit, quòd tem-
pore magnæ ſiccitatis,ſi vicini veniunt ad macinandum in ter-
ra noſtra,non tenentur ſoluere gabellam , & ideo gloſſ. not. in
capitu.fin.in ver.perciperet.24.quæſtio.1.vult,quòd in caſu ne-
ceſſitatis permiſſum ſit confiteri peccata etiam Iudæo , & Sar-
raceno . ¶Quintò limita prædictam regulam,quando res pa-
ternæ confiſcatæ venderentur,licèt filio officiali emere propter
affectionem.text.in l.qui officij.in princ.ff.de contrahend. emp.
Alleg.tu alium text.in l.milites.ff. de re mil. ¶Sextò limita non
procedere in officiali , qui caperet donationem remuneratio-
nis cauſa durante officio.l.Aquilius regulus,vbi Barto.in 2.op-
po.in fin.ff.de donat. ¶Septimò prædictam regulam limita nõ
procedere , quando officialis contraheret palàm, & bona fide,
vel cùm authoritate alterius adminiſtratoris,ſicut in ſimili dici
tur de tutore.Ita tenet glo.in l.ſi emptione.§.fin.in 3.ſolu.argu.
illius text.de contrahend. empt. Facit bene text. in l. non exiſti-
mo.ff.de admin.tuto. & text. in l. cum ipſe. C. de contrahend.
empt.ſecundum Angel.hic,& Raph.Fulgoſ.in l.non licet.ff.de
contrahend.empt. Ita ſeruatur de conſue. ſed contrarium , &
melius tenuit glo.in l.1.C.de contra.iud.quæ gloſſ. eſt ſingu. ad
hoc ſecundum Bald.& Salic.in l.quiſquis. C.eod. vbi *idem tenet,*
*& ſequuntur communiter Moder.hic.*eo quia iura contraria loquũ-
tur in adminiſtratoribus priuatis , ſcilicet tutoribus , in quibus
ceſſat ratio impreſſionis metus , & quod ita ſit , probatur per
text.in d.l. 1. de contra. iud. vbi dicit, quòd officialis, qui vult
contrahere , debet hoc ſpecialiter impetrare , ſed fruſtra impe-
traret à Principe,quod palàm,& bona fide poſſet facere.¶Pro
alia tamen limitatione, & octaua poteſt addi, quòd illa regula
procedit per viam contractus inter viuos,ſed per vltimam vo
luntatem ſecus, & ideo officialis poteſt durante officio inſtitui
hæres,& ſibi fieri legatum.l.non dubium.in princip.in ver.pote
ſtate.C.de teſta.& ibi Barto.& Docto.& ad iſtam limita.infero,
quòd prohibitus contrahere cum certo genere perſonarum,
non prohiberetur eis relinquere per viam vltimæ voluntatis.
Facit text.in l.teſtamentum non ideo,& ibi gloſſ.& Bald. C. de
teſta. cum multis, quæ ad hoc poſſent adduci . ¶Nono limita
iſtam l.vt non procedat in officiali,qui habet ſolam adminiſtra
tionem ſine iuriſd.ſecundum Bartol.in d.l.auferetur. §. quod à
Præſide,ad fin.ff.de iu.fiſ. ¶Decimo limita,quando officiali ci-
uitatis contrahenti conſentiret Princeps.d.l. 1. in princip. C. de
contra. iud. quod non procederet in rectore prouinciæ, vt ibi-
dem eſt text.in ver.prouinciarum . ¶Vltra alios moueo circa
iſtas leges duas difficultates, ſeu quæſtiones, quæ non tangun-
3 tur à Docto.in communibus locis.† Prima quæſt.eſt, nunquid
officialis,qui prohibetur contrahere, prohibeatur pignus acci-
pere,quia (vt dixi) tactum non inuenio.Vt dem materiam co-
gitandi, arguam ad partes , & pro parte negatiua , quòd etiam
prohibeatur pignus accipere , videtur facere regula.l.fin. C.de
re.alie.non alie.vbi prohibita alienatione intelligitur prohibita
pignoris datio,vel acceptio.Secũda,quia regula eſt, quòd quan
do per legem prohibetur cõtractus principalis,intelligitur pro-
hibitus etiam acceſſorius,puta pignus,& iuramentum. text. eſt
in l.non dubium. C.de leg. Hinc eſt, quòd ſi contractus princi-
b palis non valet,non valet aliquid etiam acceſſorium. [b] glo. eſt
ſolennis in l.ſi patronus.§.patronum.ff.ſi quid in frau.pa. quam
gloſſ.multum not. Bald.in l.1. in 5. colum. C. de inoffic.donat.
& Bald. in l. Imperator. in penul. colum.ff. de ſta. homi. Hinc
videmus , ſi non valet contractus principalis, non valet etiam
conſtitutum,dixit Bald.in l.2.ad fi. C.de fideicom. & idem Bal.
(ſub dubio tñ fortè) in c.2.de feud.da.in vic.leg.commiſſ. Hinc
etiam videmus, quòd ſi non valet contractus principalis , non
valet etiam confeſſio in eo appoſita tanquam acceſſoria. ff. de
conſtit.

ADDITIONES.

a ¶Caritatiuum.Adde Bart.de Be.in tracta.de caritatiuo ſubſidio.
b ¶Acceſſorium.Barb,lib.2.conſil.33,col.2.

PVRPV.ſ

constit. pecun. l. fin. Quem text. alleg. pro singulari Bald. in l. absentis. in vlt. col. C. eod. titu. Bald. in rub. de constit. pecu. in 2. col. ergo in proposito, si officialis non potest facere contractus principales, non potest etiam accipere pignus, & sic accessoria. Et ad hoc vide etiam bene facere, quod not. Bald. in l. 3. §. hæc verba per illũ text. ff. de neg. gest. vbi quicquid statuitur in principali, extenditur ad accessorium. In contrarium non eundo per mendicata suffragia, allego gl. expressam ad hoc in l. in quorum. ff. de pign. vbi gl. dat no. doctri. in contrarium, ꝙ imò officialis, qui prohibetur contrahere cum subditis durante officio, non prohibeatur accipere pignus. Facit doctri. Barto. in l. quorum. ff. de pign. vbi reprobata Doctri. gl. dicit, ꝙ quando prohibitio est circa rem, res quæ prohibetur deduci in contractum, non potest pignorari, vt res sacra. Aliquando etiam persona prohibeantur, non res, tunc dicit Bar. quòd licèt personæ prohibeatur contrahere, non tamen prohibentur pignus accipere, & per hoc infert ad statutum, ergo in proposito cùm res nõ sint prohibitæ, sed personæ officialium, dicemus, ꝙ licèt officiales sint prohibiti contrahere, nõ prohibentur accipere pignus, &c. Ad idem facit, quod decidit Cyn. in contingentia facti in l. fi. C. de rebus alie. non alienan. in addi. & ibi refert Sali. duo Barones vicini promiserunt sub pœna, ꝙ vnus non acquireret in territorio alterius. Pone, ꝙ vnus ex eis pro mutuo accepit hypothecam in re immobili, quæ in territorio est alterius Baronis, nunquid per talem hypothecam dicatur acquisiuisse, ita vt incidat in pœnam? & determinant, ꝙ non, quia prohibitus alienare, seu acquirere, non tamen est prohibitus accipere hypothecam, & pignus. Intellige tamen sanè, prout Barto. in d. l. in quorum. nisi pignus valeret, &c. ¶Tertiò eadem pars potest suaderi, quia in pignore non videtur militare eadem ratio, quæ in contractu, quia in pignore non transfertur dominiũ, prout potest in alijs. Quid tenendum? Ego puto sic distinguendum, aut officialis fecerat contractum ante ingressum officium, vel in alio loco, ita ꝙ contractus principalis erat validus, tunc puto, ꝙ durante officio pro illo contractu possit pignus, seu securitatem accipere, quia isto modo cessant contraria, si non valet principale, nõ valet accessorium, &c. & in istis terminis videntur formare quæstionem Cyn. & Salic. in illis Baronibus in d. l. fin. C. de re. alie. nõ alien. Sed si officialis durante officio fecerit contractũ, qui non valet, si pro illo contractu acciperet pignus, credo ꝙ non valet etiam acceptio pignoris, ita concludo in hoc passũ. ¶†Secun-
4 dò quæro, ista l. & similes prohibent officiales cõtrahere durante officio, nunquid habeant locum in officiali, cuius officium est finitum, sed est in syndicatu, an illo tempore syndicatus possit contrahere? Istum passum tangit solus Ludo. Roma. hic, de quo aliquis adhuc non fecit mentionem, & tenuit mirabiliter, ꝙ officialis etiam dum est in syndicatu non possit contrahere. Ita ampliat istas leges alleg. Bald. in l. solent. §. fin. ff. de offic. procons. & leg. in 5. q. princ. vbi concludit Bald. quòd donatio prohibetur fieri officiali, vt etiam contractus prohibetur etiã paulo post finitum officium, & licèt non dicat, poterat allegare gl. in simili in l. Pomponius. §. ratihabitionis. ff. de procu. quam gl. reputat singu. Imol. in l. ex consensu. §. eum qui. in 25. col. ff. de appel. & idem Imol. in l. 2. §. prius. ff. de vulg. & pupil. Sed est gl. similis in l. 2. C. de iura. calum. qđ paria sunt fieri ante, vel paulo post, &c. Inter cætera bene facit, quod singu. vult Bal. in l. fi. C. de fideicom. in vlt. col. Ad hoc, vt testamentum valeret, oportet testes esse rogatos à testatore, vel notario ante perfectum testamentum. Idem si paulo post &c. Vltra Ludo. adde, quòd debebat allegare Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in 6. quæst. ff. de offic. procons. & leg. vbi dicit, quòd quãdo finitum est officium, sed est in syndicatu, donec durat syndicatus, debet illi tanta reuerentia, sicut si esset in officio. Et ideo infertur, quod si quis intulerit iniuriam ei, ita debet puniri, sicut si esset illata iniuria durante officio, quia adhuc remanent reliquiæ, & appenditiæ officij. alleg. l. 1. C. vt cau. post pu. Et ex hoc infertur, quòd sicut dans alapam Potestati puniri debet capite, secundum Bald. in capitu. 1. §. iniuria. de pa. iur. fir. Ita idem dicendum in eo, qui dat alapam Potestati existenti in syndicatu. Est ne vera decis. Ludo? dicat Lud. quicquid velit, non placet mihi illa decisio, quia cessat ratio, qua fundatur prohibitio huius legis, scilicet timor impressionis metus, sed quando est in syndicatu officialis, non potest dici in eo, quod sit metus impressionis, ergo, &c. ¶Secundò moueor per illud, quod argum. illius text. dicit Bal. in 2. not. in l. tribunus. in princip. ff. de testam. mili. vbi dicit text. quòd statutum disponens, quod qui offendit Potestatem, puniatur capite, intelligitur de eo, qui est nunc in officio, non de eo, cuius officium est finitum, licèt nondum recesserit de ciuitate. & idem vult Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in 3. quæstio. ff. de offi. procons. & leg. alleg. l. affinitatis. ff. de postul. ¶Vltimo pro complemento huius legis aduerte, quia ex prædictis omnibus possunt elici aliquæ extensiones ad istam legem, vltra quas extende etiam, vt per Bald. in vno suo consil. incip. Præmitto ad euidentiam. vbi tenet, quòd officialis forensis, & ad tempus deputatus, si se obligauit alicui subdito suo, ratione iurisdictionis, pro aliqua quantitate pecuniæ, etiam pro alio fide iubendo, etiam si in instrumento guarentigiato, etiam cum renuntiatione omnis legum auxilij, tamen adhuc, & ante, & post finitum officium potest se defendere, quia non potest legibus
5 renunciare, quod not. Extende etiam istam legem, † vt quemadmodum non potest cõtrahere in loco officij, ita nec ibi vxorem ducere, vt prædixi, imò nec vxorem filio ibi dare potest, vt etiam supra dixi, tamen non prohibetur ibi filias in matrimonium collocare, vt d. l. si quis officium. in fin. ff. de rit. nupt. Sicut in simili tutores non prohibentur filiam suã collocare pupillo, & tamen prohibentur pupillam ducere in vxorem. l. libertum. §. 1. & fin. ff. de rit. nupt. Rationem diuersitatis assignat gloss. in l. curatorem. C. de interdi. ma. Ioan. Fab. & Angel. in §. cum autem. Institu. quibus mod. ius patr. pot. sol. ¶Secundò principaliter pondera istum text. dum in eo ponuntur vt diuersã negotiari, & fœnerari, quòd appellatione negotiatorum, seu mercatorum non veniunt fœneratores. Ad idem est text. in l. quæsitum. §. idem respondet domo. el 2. in ver. mercatorem, ac fœneratorem. ff. de fun. instru. Facit quod vult Barto. in l. legatis seruis. in princip. ff. de leg. 3. quamuis contrarium videatur tenere glo. in l. eum. in princip. de insti.

SVMMARIVM.

1 *An officialis teneatur ex negligentia sui subministratoris.*
2 *An administrator teneatur, si fuit negligens, & nomina debitorum sunt deteriorata.*

LEX XXXV.

PEriculum. Ad euidentiam habent præmittere iuuenes, quòd ista lex legitur per gloss. & omnes Docto. altero de duobus modis. Primò legitur, vt intelligatur in administratore, vel officiali reipub. & consequenter in eo, qui administrat officium publ. authoritate, & vtilitate, & hic deciditur, quòd si officialis publicus ciuitatis, vel principis, sit deputatus ad exigendum debitores, & fuerit negligens, adeo quòd debitores sint facti non soluendo, periculum spectat ad eum, iuxta l. Imperatores, & ibi glo. mag. not. ff. ad munici. & est text. not. in l. cum alicui. ff. de nego. gest. & iste primus intellectus est verissimus in se. pro eo habes text. in l. missi opinatores. ver. quod si intra annum. C. de exac. trib. lib. 10. & ibi Barto. in 3. not. mul-
1 tum not. & isto casu sicut † officialis tenetur ex negligentia sua, ita tenetur ex negligentia alterius subministratoris. text. est in l. ad commentariensem. C. de custo. & exhib. re. & text. est in l. 5. ff. ad l. Iul. de vi. & Bald. hic, & istud procedit etiam si ille administrator non fuit electus ab eo, sed de publ. text. in l. ex facto, & ibi Bartol. ff. de nego gest. si bene inspexeris. Alio etiam secundo modo legitur ista l. per gloss. & Docto. vt intelligatur in administratoribus priuati, puta tutoribus vel curatoribus, & iux. hoc gloss. ponit, quid si essent tutores, vel curatores, quis debebit prius conueniri. & quid si dederam fideiussores, &c. Et quia gloss. non plenè dicit, recurre ad glo. vbi Bart. & omnes. C. de transact. in l. 1. & in l. 1. §. nunc tractemus. ff. de tu. & ra. dist. & latè Sal. hic, & in pluribus administratoribus reipubl. dic, vt per gloss. in d. l. Imperatores. Ego autem considero, quòd in text. isto de administratore verbum nullum, & propterea non restringo text. vt loquatur in aliquo administratore, prout faciunt glo. & Docto. Sed intelligo text. generaliter in omni eo, qui debebat exigere debitores alicuius, & fuit negligens, periculum spectat ad eum, & ideo credo, quòd etiam deberet ha-
2 bere locum in procuratore priuati, & hoc dicit. † Si debitorum nomina efficiantur deteriora, periculum spectat ad administratorem in agendo negligentem. hoc dicit. pondera text. in ver. probari potest, secundum Bald. Fulg. & Ludo. Rom. quòd culpa, vel negligentia in dubio non præsumitur, & ideo qui dicit tũc fuisse in culpa, probare debet, & probabit eo ipso, quòd debitor erat soluendo ante. Facit ad hoc regula. l. Quoties. §. qui dolo. ff. de proba. & facit ratio, quia negligentia, & culpa sonant in delictum aliquale. in dubio tamen non debet præsumi delictum. l. merito. ff. pro soc.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum à contrario sensu an habeat locum in contractibus.*
2 *Quid in legatis, & institutionibus.*

3 Tan-

3 *Tanquam,eſt nota improprietatis.*
4 *Contractus conditionalis deficit, non impleta conditione.*
5 *Debitor pendente conditione,an poſſit exigi.*
6 *Durante compromiſſo,an poſſit reus reconueniri coram ordinario.*
7 *An ex ſtipulatione conditionali oriatur actio,vel obligatio.*
8 *An ex conuentione conditionali poſſit agi.*
9 *Pœna petentis ante diem quæ ſit,cum limitationibus.*
10 *An debitor ſuſpectus poſſit conueniri ante diem.*

LEX XXXVI.

PEcuniam. Stipulatio conditionalis præcedentem ſtipulationem puram ſuſpendit, & eam nouat in conditionis euentum.hoc dicit ſecundum Barto.vel ſic,& pinguius. Debitum purum in euentum conditionis nouandum ſtat in ſuſpenſo,pendente conditione. & nouatur per exiſtentiã conditionis,ſed deficiente cõditione in ſuo robore perſeuerat. hoc dicit. In tex.ibi,ẽt ſi conditio,põdera illam dictionem,etiã,quæ eſt implicatiua,& ſolet implicare alium caſum vltra expreſsũ. l.etiam. C.ſi tuto. vel cur.interu. Nam prima fronte iſta dictio, etiam,videtur implicare,quòd ſi conditio non deficiat, poſſet peti. Et iſto modo intelligendo, reſultaret abſurdus intellectus, quia cùm primum creditum eſſet nouatum, non poſſet
a peti, propterea illa dictio,etiam,[a] neceſſario debet legi cum illis verbis credita eſſe permaneat, ſecundum Rychar. Malum. Albe. & Moder. erit ſenſus. Si conditio deficiat, etiam credita
1 remanent,ſicut à principio erant credita. † Not.ex text.ibi,tanquam ſub contraria conditione, duo principaliter. Primò, quod argumentum à contrario ſenſu habet locum in contractibus.concor. text. in l. inter ſocerum. §. cum inter.ff.de pact. dotal. quem text.ad hoc alleg.pro ſingu. Pan.in cap.cum Apoſtolica.de his quæ fi. à præla. ſine conſen. cap. ſed ante eum illum text.ad hoc not.Bald.in l.vendita.2.C.de actio.empt. & ad hoc videas not.Bald.in l.pro hæreditarijs.ad fin. C. de hære.act. & quod argumentum à contrario ſenſu etiam habeat locum in contractibus,tenet etiam Alexand.in conſil.129.incip. puto. num.1.lib.2.& in conſil.102.lib.3. inci. circa primum dubium. in 3. col. Vltra alios in iſto argum. à contrario ſenſu ego pondero,quòd iſte text.eſt not. ad alia duo, quæ Docto. non ponderant. Et in primis pondero hic eſſe text.pro eo, quod dixit Bald.in l.apud antiquos.ad fin.C.de fur.vbi dixit, quod argum. à contrario ſenſu habet locum non ſolùm in contractibus bo-
b næ fidei,[b] ſed etiam in contractibus ſtricti iuris. Sequitur Ludo.Roma.in conſil.399.incip. vt præſens cõſultatio clarior reddatur, in duo debet quæſita diſtingui. & licèt ipſe nihil alleget ad hoc vltimum,habes text.hic ad literam, qui propriè loquitur in ſtipulatione, & ſic in contractu ſtricti iuris. Confirmo, quia reſcripta, cùm ſint ſtricti iuris, & etiam ſtrictè intelliguntur.capitu.cum dilecta.de reſcrip. & tamen in eis etiam habet locum argumen à contrario ſenſu.gloſſ.eſt ſingu.in l. ſi procuratorem.§.ſi ignorantes.ff.manda.in duabus gloſſ.quas gloſſ.ad hoc reputant ſingu.Salyc. & Ludo.in l.1.verſicu. huius rei.ff.de offic.eius,cui man.eſt iuriſdi.per Saly.in l.conuenticulam.C.de Epiſco. & cler. Confirmo etiam,quia mandatum,quod datur procuratori,eſt diligenter, & ſtrictè interpretandum.l.diligenter.in princip.ff.mand.& tamen habeo, quòd etiam in mandato habet locum argumentum à contrario ſenſu.text.eſt not.in l.eum,qui duobus.§.filius. ſecundum primum intellectum gl. & ibi Bartol.in ſummario.ff.de acquirend.hæred. & iſta extenſio Bartol.in d. l. apud antiquos. eſt multum not. cum aliàs ſoleat dici, quòd in contractibus ſtricti iuris quicquid eſt omiſſum habetur pro omiſſo, & non fit extenſio.l.quicquid aſtringendæ.ff.de verbor. oblig. Bald. tamen in d.l.apud antiquos. limitat præfatam concluſionem, quòd in contractibus habeat locum argumen.à contrario ſenſu,vt procedat, quando in ſenſu contrario adeſſet contraria ratio, ſecus ſi in ſenſu contrario eſſet eadem ratio,vel maior, quia tunc non ſumeretur argum. à contrario ſenſu.l.ſi extraneus.ff. de condi. ob cau. ¶Secundò vltra alios pondera, quòd iſte text. probat aliud, quod eſt no. Nos habemus, quòd in vltimis voluntatibus, quando verba conditionaliter proferuntur, non habet locum argumen. à cõtrario ſenſu,& ideo ſi teſtator inſtitueret aliquem hæredem, & diceret, & ſi hæres meus deceſſerit ſine filijs, ſubſtituo Caium,non ſumitur argumen.à contrario ſenſu,ergo ſi deceſſerit cum filijs,filij ſint inſtituti.gloſſ.eſt ad hoc ſingu. in l. Lucius. in vltim.ver.& ibi clarius Bartol.ff.de hæred. inſti. eſt ſimilis gloſſ. in l.ſi quis ita hæres inſtituatur,ſi legitimus &c. ff. de hæred. inſti.cum infinitis concor. quas dixi in l.1. C. de pact.vbi videtur
* tex.contra illam gloſſ. *Et iſta eſt communis ſententia*, licèt artic.ſit
2 diſputabilis. † Hinc habes text. expreſſum, quòd aliud eſt in contractibus, vbi ſi apponatur conditio, ex illa conditione ſumitur argumen. à contrario ſenſu, quamuis conditiones ſint præciſæ,& debeant impleri in forma ſpecifica. l. qui hæredi, in princip.ff.de condi.& demonſtr.Facit bonus text. in d.l.inter ſocerum.§.cum inter.& firmat Bald.in d.l.pro hæreditarijs. in fin. Aduerte tamen,quia concluſio glo.de qua in d.l. Lucius. procedit in inſtit.ſecus in legatis,quia in illis bene ſumitur argum.à contrario ſenſu. Ita egregiè Angel.in l.legatis.in vna lect.C.de leg & ibi aſſignat rationem diuerſitatis, quia legata poſſunt relinqui nutu.l.nutu.ff.de leg. 3. Sed inſtitutiones debent fieri per verba expreſſa à teſtatore.l.iubemus.C.de teſt.& pro hac limitatione dicit eſſe gloſſ. in l. filiusfamil. §. cum quis. ff. de leg.1. Confirmo iſtam limita.quia licèt dicatur,quòd vltimæ voluntates ſint latiſſimè interpretandæ,quia multum fauorabiles, eſt verum reſpectu inſtitutionis, ſed legata non ſunt æquè fauorabilia.gloſſ.eſt not.in l.ſi plures.in gloſſ.fin.ff.de condi.inſti. Confirmo hoc multum.nam in legatis conditio appoſita debet impleri per legatarium quamprimum poteſt, aliàs habetur pro defecta. text.eſt in l. hæc conditio ſi in capitolium. ff.de condi. & demonſtr. & tamen in inſtitutione ſecus eſt, quia licèt non impleat hæres conditionem quamprimum poteſt, tamen nõ habetur pro defecta. text. eſt in l. ſi quis ita inſtituatur hæres in diem.ff.de hæred.inſti.quam not. Bartol. in d.l.hæc conditio ſi in capitolium.Facit l.penul.in princip. iuncto.§. illo. C. de neceſſ.ſer.hære.inſti.Quarto pondera eadem verba, tãquam ſi ſub
3 contraria conditione.† Nam dictio,tanquam,eſt nota improprietatis.gloſſ.in cap.ſolitæ.in ver.tanquam, de maio. & obed. Facit l.ſi pater.§.qui duobus. ff. de adop. Nam iſto caſu probat iſte text. nota. quòd argumen. à contrario ſenſu venit per improprietatem, non autem propriè, & ex verbis. Et ex hoc ſequitur, quod cum in ſtatutis verba debeant propriè intelligi,in ſtatutis non habet locum argumen. à contrario ſenſu, prout Bartol.tenuit in l.omnes populi.in 6.quęſtio.princip.ff.de iuſti. & iu.& d.l.1.verſicu.huius rei.ff.de offic.eius,cui man.eſt iuriſd. cum concor.ibi traditis. Et quòd argumen. à contrario ſenſu non veniat propriè,ſed ex coniectura,dicit gloſſ.in l.apud antiquos.in gloſſ.fin. C.de fur.& ibi Iacob. Butr. & Bald. & pro illa gloſſ.eſt tex.hic in illa dictione,tanquam,& ita ponderat iſtum text. Bald.in lect. antiqua.Salic. & Alexand.hic. & miror quòd non allegant Bartol. qui ante omnes plenius põderauit ad hoc iſtum text.in d.l.omnes populi.in 6.quæſtio.princip.verſi.iuxta prædicta quæro,vtrum ſtatutum extendatur,& idem Barto.in l.1.circa fin.princip.ff.de offic. eius, cui man.eſt iuriſ. ¶Quintò principaliter nota ibi, perinde eſt enim ac ſi nulla ſtipulatio.
4 † Quod quando conditio eſt appoſita in contractu,& illa deficit, habetur perinde, ac ſi nunquam contractus conditionalis
c fuiſſet factus,[c] vt hic.& l.neceſſario. ff. de pericu. & commo. rei ven.quemadmodum ſi conditio euenerit trahitur retro,& habetur perinde,ac ſi à principio contractus fuiſſet purè celebratus.Et ex hoc habes ſecundum Paul.de Caſt.correlariè inferre, an ſtante ſtatuto, quòd de contractu ſoluatur gabella, an & quando de contractu conditionali ſoluatur gabella. de quo videas Bart.in l.ſancimus.C.de conſul.lib.12.videas etiam, quod not.Bald.per illum text.in l.2.C.de enuc. & Barto. in l.fin.§.fin. vbi dixi.C.communia de leg ¶Sextò not.ex text.ibi, pendente autem cauſa conditionis idem petere non poſſum. regulam
5 generalem, quæ ſumitur ex tota iſta l. † quòd ſi habeo debitorem purum,quem facio promittere Titio ſub conditione, donec pendet conditio,nõ poſſum petere cum effectu ab iſto debitore. Ratio, quia ſi conditio eueniret,primum debitum nouaretur,& tolleretur,donec ergo pendet conditio,vt in tex. eſt incertum,an eueniat, vel non, ergo pendente dubio, non poſſum cum effectu petere. Iſtum text. limitat d.Alex.hic,vt non procedat, qñ eſſet debitor ſpeciei q̃ ſpeciẽ feciſſem promittere alij ſub conditione. Nam ſi iſte debitor ſpeciei poſt moram occidiſſet ſpeciem, ego poſſum conuenire talem debitorem occiſorem antequam eueniat conditio in perſona Titij, quia text.non loquitur in pecunia,per text.in l. eum qui ita. §. fin. & ibi gloſſ.& Docto.ff.de verbor.oblig.Sed credo,quòd in hoc errauerit,eo quia text. noſter loquitur in terminis multum diuerſis ab illa. l. eum qui ita. §. fin. Nam iſte text. loquitur, quando quis debebat mihi, & iuſſu meo promiſit tertio ſub cõditione:

quo

ADDITIONES.

a ¶Dictio etiam. Adde Bartol.in l. ſi tertius. in §. officium. ff. de aqua pluu.arcend.cap.accuſatus.in §.de quæſtioni.de hære.lib. 6. & in cle. diſpendioſam in fin.de iudi.

b ¶Bonæ fidei.Adde Bald.in l.3.in fin.C.de inſti.& ſubſti.Bald.in l.venditi.C.de act.empt.

c ¶Factus.Curt.Sen.conſil.8.col.fin.

quo casu si debuerit speciem , & eam occidat, non est verum,
quòd pendente conditione possim eum conuenire in præiudi-
cium tertij , quia posset euenire conditio , & species deberetur
illi tertio,non sic est in l.eum qui ita. §. fin. Non enim erat vllo
casu debendum tertio , sed in omnem casum debebatur mi-
hi. & si ibi creditor ante tempus agat , non est alius tertius , qui
possit prætendere interesse , sicut hic . Secundò limitant istam
l.Paul. & Alexan.hic,vt procedat, quando stipulatio conditio-
nalis fuit interposita animo nouandi primam puram,quòd in
dubio præsumitur, secundum ista iura ftorum.secus est secun-
dum eos , si stipulatio non fuisset interposita animo nouandi,
quia tunc pendente conditione posset agi ex prima stipulatio-
ne pura , nec procederet ista lex. Ad hoc alleg. text.in d.l.id, qđ
ver.sed is qui.& ibi glo. in verbo vltra. ad fin.ff.de consti. pecu.
Ista limitatio,posito quòd possit esse vera in se, tamen text.per
quem mouentur Paul. & Alexand. nihil facit ad istam. l. quia
text.in d.l.id,quòd.§.fin.loquitur quando illemet,qui erat debi-
tor purè cōstituit se soluturum illi eidem ex primo debito pu-
ro. Ratio, quia cōstitutum,quod apponitur,regulariter inter-
ponitur fauore creditoris,& non animo nouandi,& nunquam
fiebat nouatio per constitutum,nisi expresè ageretur. text. est
in l.item illa.§.fin.& in l.vbi.ff.de constit. pecu. Sed hic text. lo-
quitur in terminis diuersis , quando debitor illud , quod mihi
debet purè,promisit sub conditione, non mihi, sed alij tertio.
Vnde dato etiam,quòd stipulatio non esset interposita animo
nouandi, tamen cùm hic possit tractari de præiudicio illius ter
tij , ergo ea pendente non poterit primus creditor agere con-
tra debitorem . Tertiò limita istam l. procedere , nisi quando
creditor primus ageret de consensu illius tertij , inuito etiā de-
bitore,qui fortè vellet expectare euentum conditionis.Ita not.
Bartol.in l.post dotem.in 5. colum.ff.solu. matrimo. per illum
text.secundum primam lectu.gloss.ibi, quamuis aliqui contra-
dicat, quòd nunc aliter non examino . ¶Septimò not. ex isto
text. quòd ex stipulatione , quæ speratur in euentum alicuius
conditionis,transcendi,vel nouari non potest,sic etiam ex testa
mento, quòd speratur rumpi , non potest adiri hæreditas , nec
agnosci bonorum possessio secundum tabu.l. ventre. ff. de ac-
quirend.hæred.l.illud.§. fin. ff. contrata. & sic videtur probare
iste text. quòd si contractus purus speratur resolui in euentum
alicuius conditionis,quòd interim agi non possit,quamuis cō-
trarium teneat glo.in l.2.ff. de in diem addict. An autem in ter-
minis huius legis sit necesse, quod obijciatur exceptio contra
petentem ? Bartol.in l.necessarij. ff.de acquirend. hæred. prout
eum ibi intelligit Imo. sentit nō esse necessariam obiectionem
excep.quod ibi reprehēdit Imo. sed salua, vt ibidem per dom.
Alexand. ad quem te remitto. ¶Octauò principaliter not.text.
in fin.ibi cum incertum sit. Nam hic est text.valde no.secundū
Paul.de Cast. ad vnum, quod dicit esse tenendum menti, quia
6 quotidianum. † Pone , ego volebam tecum litigare , sed ante-
quam venirem ad iudicium, interuentu amicorum feci com-
promissum de ista lite in arbitrum, vel arbitratorem,nunquid
durante compromisso potero te conuenire coram iudice or-
dinario? Dicit Paul.per hunc text.quòd si esset statutum in ciui
tate,quòd sententiæ arbitrorum, vel arbitratorum mandentur
executioni , sicut sententiæ diffinitiuæ ordinariorum iudicum,
& eandem habeant efficaciam , non potero te conuenire co-
ram iudice ordinario. Ratio , quia donec pendet compromis-
sum, est incertum, an mihi debeatur, & sententia arbitri posset
esse absolutoria , & pareret exceptionem rei iudi. Eodem mo-
do in casibus in quibus ex sententia arbitri oritur actio, qui po
nuntur in l.ne in arbitris. C.de arb.puta,si intercessisset iuramen
tum , isto casu non potero te conuenire coram iudice ordina-
rio,secus quando sententia arbitri nō haberet efficaciam, quia
non oriatur actio,vel excep.sed solùm debeatur pœna. Isto ca-
su possem te conuenire coram iudice ordinario. text. est in l.si
quis rem.ff.de arbi.licèt ex hoc inciderem in pœnam, & in effe
ctu cum ista decisione Paul.transit Alex.hic.Ex ista decisio.ha-
bes,quòd quemadmodum quando pēdet lis coram iudice or-
dinario , non potes me conuenire coram alio ordinario , quia
obst.exceptio pēdentiæ litis.l.nulli.C.de iudi. & l. vbi cœptum.
ff.de iudi.Idem est,si quæstio pendeat coram arbitro, vel arbi-
tratore , eo casu , quando sententia arbitri potest parere actio-
nem, vel exceptionem , & licèt Paul. exclamet istam decis. &
Alexand. sequitur , & est bona , tamen si non haberem autho.
Paul.istud decideretur ex doctri.Bald.in capit.1. ad fin. de con-
tro.feud.ap.pa.ter.in vsib.feud.vbi quærit,an,& quando penden
tia litis impediat iudicium coram alio.Et dicit Bald.quòd pen-
dente lite exceptio impedit coram alio agi , quando ex senten-
tia primi iudicis potest oriri actio vel exceptio , per regulam l.
fundum.ff.de excep. & l.fundi.ff.eo.de excep.Vltra no.per Do-
cto. pondera text.hic in ver.etiam, qđ refertur necessariò ad di-
ctionem creditam esse,quia isto modo referendo est hic tex. ꝙ
pecunia,quę debetur non solùm purificata conditione,dicitur
esse credita,sed etiam ea,quæ debetur ea pendente,& sic pon-
dera hic esse text.de eo,quod dubitant Docto.in l. 1. supra eod.
Tamen posses respondere , quòd istud est in isto text. eo quia
præcedebat debitum purum,secus vbi esset merè conditiona-
7 le.Not.etiam ex isto text.iuncta gloss. 2. † quòd licèt ex stipula-
tione merè conditionali non oriatur nec actio , nec obligatio,
tamen quando interuenit prima promissio pura , & secunda
conditionalis , licèt prima resoluatur sub cōtraria conditione,
tamen talis contraria conditio non impedit ortum actionis,&
* obligationis.Ita gloss.2.hic,quam Barto.*& communiter Docto.* se-
quuntur.Ex hoc colligo duas conclusiones . Prima,quòd licèt
agens ante euentū conditionis nulliter agat, & sic non sit opus
opponere exceptionem. l. cedere diem. ff. de verbor.signifi. ta-
men si quis agat ex pura præcedenti,quæ sperat̄ tolli per euen-
tum conditionis,nō agit nulliter,& ideo necessaria est obiectio
exceptionis . Secundò ex hoc colligitur limitatio ad l. cedere
8 diem.Pondera etiam hic esse text. † quòd in contractibus quā-
do est dispositio pura, quæ venit resoluenda in cōditionis euen
tum,quod interim non habet executionem, quia obstat exce-
ptio,cùm incertum sit,an ex ea debeatur , tamen in cōtrarium
videtur dicere glo.per omnes approbata in l.2. in princip. ff. de
in diem addi. quòd imò ex pura interim pendente conditione
potest efficaciter agi, quando ipsa pura est resoluenda in euen
tum conditionis.cogita. Vide etiam circa istam l.Barto.in l.ne-
cessarijs. ff. de acquirend. hæred.vbi inducit ad q.quæ ibi tangi-
tur per gloss. & Docto. vide per te , & refero in voce . Item ad
istum text. adde quæstionem, quam format Bald. in capit.1.in
8.colum.de consti. vbi quærit, si commissa est reuisio statuto-
rum quibusdam sapientibus,an pendente reuisione possint sta
tuta vetera exequi.& si æquiparamus statuta contractibus,non
poterūt interim exequi per istam legem , si verò æquiparamus
vltimæ voluntati,possunt exequi, vt l.purè, in princip.ff. de ex-
cept.doli.Tandem concludit sequendo Barto. in l.Iulianus ve-
rum debitorem,ad fin.infra de condi.indebi. quòd possunt inte
rim exequi, quia interim habent suum esse perfectum , licèt in
futurum possint reformari , vt in l.2. ff. de in diem adidc. Facit
cap.si gratiosè.de rescrip.in 6.& l.4.ff. loc. quod intelligit Bald.
esse verum præstita cautione , & non aliter æquiparando sup-
plicationi.cap.suscitata.de in integ. restit. & per hoc infert not.
Bald.quòd si arbitrator , qui habet ex forma compromissi po-
testatem arbitrandi , & corrigendi arbitratum , ferat laudum
suum reseruata sibi potestate corrigendi (quod facere potest,
prout etiam tenet Bald. in l.idem Labeo.ff.famil. ercisc.) quod
interim laudum tale potest peti executioni mandari præstita
cautione idonea.l.fin.C.de ordi.cog.& in rep.Authen. quæ sup
plicatio. C. de precibus Impe. offer. ¶Gloss. in ver. contraria
conditione . Primò declarat text . Secundò per viam no.op-
po.contra text.& soluit . Secunda ibi,& no. & contrarium est
istud , licèt Bartol. expediat per viam quæstionis. dicitur hic ,
quod si illud , quod mihi debes purè , iussu meo promittis alij
sub conditione , quòd videris mihi sub contraria conditione
promisisse , ergo non possum petere . Sed contrarium dicit
text. quia vult quòd potest peti, non cum effectu,& ideo dicit
gloss. quòd potest peti , sed obst. exceptio , & istud quod dicit
gloss.est verum per text.ibi,*credita esse permaneat* . ¶In gloss. ibi.
l. legata inutiliter. illud , quod dicit gloss. est verissimum , sed
dum alleg.l.legata.illa lex nihil facit secundum Fulgo. & dom.
Alexand. & in contrarium contra conclusionem gloss. stringit
text.in l.si legatum,in princip.ff.de adi. leg. vbi dicitur, quòd si
legatum factum vni legetur alij sub conditione,intelligitur al-
teri sub contraria conditione legasse , si tamen primus legata-
rius moriatur pendente conditione , quæ posteà eueniat , non
transmittit . Sed responde secundum Bartol. ibi, in vltim.op-
po.quòd illud est in vltimis voluntatibus , quæ donec viuit te-
stator nullam dicuntur habere perfectionem , & ideo facilius
suspenduntur in totum, quàm contractus, qui postquam initi
sunt , omnino perfecti sunt , ideo conditio posteà non suspen-
dit,prout etiam declarat Fulgo . ¶Gloss. in versi. non possum.
Primò alleg. quatuor concor. Secundò ponit vnum dictum
ad extensionem text.Tertiò contra text fortiter oppo.& soluit.
Secunda ibi , imò solutum . Tertia ibi , sed videtur , quòd in-
terim.quia intelligentia huius contrarij aperitur medulla istius
legis, ideo hic est aduertendum . Nam in l. purè. in princip. ff.
de excep.doli.dicitur totum contrarium eius , quod hic in ista
lege.Nam hic dicitur,quod pendente conditione primum de-
bitum, quòd purum erat, peti non potest . Ibi dicitur contra-
rium . In ista difficultate quinque reperio solutiones. prima
est gloss.nostræ,vt hic per eam . Istam solu.gloss. reprobat hic
Gul.ista ratione,quia legata sunt fauorabiliora , quàm contra-
ctus,

ctus, ſed in contractibus impedit; ne poſſit peti, quanto ergo magis in legatis? Sed conſidera, ſi poteſt reſponderi huic rationi, quòd verum eſt, quòd legata ſunt fauorabiliora contractibus data paritate rationis, ſed hæc non eſt paritas rationis, quia in legatis præſtatur cautio, vt in contrario, ſed Bartol. in d.l. purè. in princip. reprobat iſtam rationem, quia etiam in contractibus præſtatur cautio. l. in omnibus. infra de iudi. l. ſi creditores. ff. de priuil. cred. Sed dom. Alexand. reſpondet, quòd in contractibus nunquam præſtatur cautio, niſi ſit ſuſpicio, ſecus in vltimis volunta. Tu adde aliud contra Bartol. nam videtur, quòd Bartol. æquiuocauerit, nam in vltimis volunta. præſtatur cautio per hæredem, qui vult agere, ſed in d. l. in omnibus, & in d. l. creditores. eſt debitor, qui præſtat cautionem, & ſic ſunt diuerſæ cautiones. Iſta 1. ſolu. licèt forſan ſaluetur ab impugnationibus prædictis, tamen videtur confundi per vnum aliud fundamentum Fulg. hic, quod ſibi aſcribit dom. Alexand. nam cautio legatorum adinuenta eſt fauore legatariorum, toto titu. ff. & C. vt leg. no. cau. ſi ergo diceremus, quòd hæres propter iſtam cautionem quam præſtat legatario, poteſt agere non obſtante conditione, certè illa cautio, quæ eſt inuenta ſolo fauore legatarij, retorqueretur in eius damnum contra l. quod fauore. C. de legi. quia legatarius, qui habet rem, eſt ſecurior, quia melius eſt rei incumbere, quàm in perſonam agere. Si ergo poſſet agi propter cautionem, retorqueretur in damnum, quod non eſt dicendum. l. 1. §. ſi debitori. ff. vt in poſ. lega. Secunda fuit ſolu. Gul. de Cun. hic, quam refert hic Bartol. & reprobat. Vide per te. Et inquantum Barto. contra Gul. alleg. l. ſufficit. ff. de condi. indebi. dic, quòd probat hoc modo. nam ibi erat pactum de non petendo factum ſub conditione. vt hic per Barto. in vltimis verbis. Ponamus modo, quòd conditio euenerit, certum eſt, quòd pactum de non petendo non tollit ipſo iure actionem. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. & tamen dicit ibi text. quod vigore talis pacti, nedum non poteſt peti, imò ſi ſolutum eſt, poteſt repeti. & côtra etiam Gul. facit regula, l. nihil intereſt. ff. de regu. iur. Tertia fuit ſolu. Petr. de Bellaper. hic; quam tenet Bald. in d. l. purè. in

* princip. Sed idem Barto. hic, & melius reprobat ipſam, *& cum eo omnes tenent*. Quarta fuit ſolu. Iacob. Butr. & Barto. hic, quòd aliud ſit in contractibus, aliud in vltimis volunta. Tamen non placet, quia rationes diuerſitatis per ipſos aſſignatæ non concludunt. Et prima ratio eorum, quòd ſit propter cautionem, vt etiam dicit gloſſ. ſuperius fuit reprobata. Secunda etiam ratio, licèt eam approbent Fulgo. & Paul. de Caſtr. hic non concludit mihi ad propoſitum, imò videtur, quòd ſi infert, inferat contrarium ſibi. Bene cogitabis. Tertiam rationem Bartol. reprehendunt Fulgoſ. & Alexand. hic, vt per Alexand. Quinta fuit ſolu. Bald. hic, quæ fuit multum ſubtilis, & dicit, quòd ideo in d. l. purè. poteſt peti cauendo, quia illa conditio fuit adiecta liberationi, non debito, & ſic virtus debiti in nullo fuit læſa, ſed in l. noſtra conditio fuit adiecta debito, & ſic virtus debiti eſt ſuſpenſa, & ſic alterat. Ideo nimirum ſi non poteſt peti, quia conditio adiecta obligationi impedit agere, vt hic, ſecus ſi liberationi adiecta ſit. vt d. l. purè. in princip. Iſta ſolu. mihi non placet. Primò, quia eſt contra d. l. ſufficit. vbi pactum de non petendo ſub conditione impedit ne poſſit agi, & tamen conditio ibi erat appoſita pacto de non petendo. Secundò, quia ratio iſtius text. ſcilicet quia incertum eſt, an poſſit agi, militat vtroque caſu. Vnde ego do aliam ſolu. & dico, quòd aliud eſt in contractibus, aliud eſt in vltimis volun. quia pendentia conditionis in contractibus impedit nè poſſit agi, & ratio eſt, quia in contractibus conditio quandocunque eueniens trahitur retro. l. cum filius. §. 1. ff. de verbor. oblig. In legatis ſecus, quia non trahitur retrò. l. 1. §. 1. ff. ad Sylleia. licèt ſecus ſit in hæreditatibus. Quia ergo in contractibus conditio traheretur retro, faceret, vt vſque à principio non deberetur eueniente conditione. In legatis non eſt ſic, quia in legatis poteſt agi, quia debitum purum, & dato quòd eueniat conditio, non trahitur retro, ideo non impedit quin poſſit agi. Tamen, vt dixi, text. in d. l. purè. non aſſignat iſtam rationem. ſed dicit, quòd eſt propter cautionem. Vltra prædicta adde, quòd Bald. in l. ſi creditoris. in 1. not. C. de fideicom. not. quod quandoque exceptio inducit ſuſpenſionem, vt hac l. Quandoque nec exceptionem, nec ſuſpenſionem, vt quando non ordinatur ad hoc. d. l. purè in princip. & not. in l. 2. in prin. ff. de in diem addic. & dicit facere ad q. quòd ſi ſtatutum dicat, quòd bannjti debeant rebãniri per quoſdam ſapientes, quòd interim antequam bannum ſit cancellatum, non poterunt offendi, quia bannum eſt inefficax, quia ſi ageretur ex eo, obſtaret exceptio, vt ibi. ¶ In glo. in ver. videor. Iſta gloſſ. quærit, quæ pœna ſit ei, qui petit ante diem, vel conditionem. & refert opin. Azo. quæ eſt falſa, & quæ reprehenditur per omnes, vt hic per Barto. Et ideo gloſſ. dedit aliam ſolu. quam vide per eam. & idem tenet gloſſ. in l. non ſolùm. §. fin. alleg. in

* gloſſ. Et pro *iſta opin. quæ eſt communis*, eſt text. in capit. 1. de plus peti. iuncto princ. cum ſim. Nec dicat aliquis, vt dicit Angel. in vna lect. quòd illud procedat de iure can. quia obſtat. Nam

a quando aliquid eſt dubium de iure ciuili, [a] & eſt text. de iure can. ſtãt deciſioni iuris canonici etiam in ciuili. capitu. 1. & 3. de oper. nou. nunc. traditur in l. priuilegia. C. de ſacroſanct. eccleſ. Et ita teneo, quamuis Gul. & Albe. hic teneant contrarium, per aliqua, quibus reſpondet Barto. hic. & vltra Barto. probo. Nam ſi quando petitur id, quod debetur in diem, duplicatur tempus. §. ſi quis agens. Inſtitu. de act. iuncto. §. penul. Inſtitu. de excep. multomagis iſtud debet eſſe, quando eſt debitum ſub con

9 ditione. † Concludo ergo, quòd eſt pœna duplicationis, non amiſſionis cauſæ, vt dicebat Azo, nec etiam arbitraria. Nec etiam mihi placet diſtinctio Bartol. hic, per vnum argu. quod erat Gul. hic, cui reſpondet Bartol. hic. Fac regulam, & etiam capias 4. fallentias. Regula eſt, quòd pœna petentis ante diem, vel conditionem eſt, quòd duplicantur induciæ, & tempus. ca pitu. 1. de plus peti. Iſtam conclu. limita ſecundum Bald. & Alexand. hic, vt procedat, niſi creditor ageret pendente condi. ſed ſi pendente iudicio conditio purificaretur, iſta conditio purificata facit, vt creditor dicatur rectè egiſſe, nec incidit in aliquã pœnam. per regulam. l. ſi rem. §. fin. ff. de pign. act. Secundò not. limita in fiſco, cui ſi quid debeatur in diem, vel ſub conditione, quòd poteſt fiſcus ſtatim petere, nec per hoc incidit in pœnam. nec duplicatur debitori aliquod tempus, quando petit ex cauſa neceſſitatis publicæ, text. eſt ad hoc ſingu. in l. 1. C. de condi. ex l. quem Bald. ibi multum not. Tertiò ego limito prædictam regu. non habere locum in debitore fugitiuo, vel ſuſpecto de fuga, quia ante diem, vel conditionem poteſt conueniri. l. quæſitum. ff. de pign. & ibi gloſſ. not. in verb. intereſt, & ibi Bartol. & Angel. in ſummario. & per illam gloſſ. dicit fortius Bald. in d. l. 1. ad fin. C. de condi. ex lege. & in l. 3. ad fi. C. commo. quòd pendente die, vel conditione non ſolùm debitor conditionalis ſuſpectus de fuga poteſt conueniri, imò capi propria authoritate. De quo vltim. dixi plenius in l. vinum. ſupra eod. Sed caue, quia licèt Barm. & Ang. in l. quæſitum. ſummant illum tex. etiã in debito conditionali, certè ille tex. non loquĩ de debito conditionali, ſed loquitur de debito in diem, nec gloſſ. ibi dicit aliquid. Ideo Albe. de Roſ. ibi dicit, quòd illud non procedit in debitore ſub conditione, & ratio eſt, quia quando eſt in diem, interim eſt nata actio, & obligatio, ſed ſecus quãdo eſt ſub con

10 ditione. l. cedere diem. ff. de verbor. ſignifica. † Secundò aduerte. quòd licèt debitor in diem poſſit conueniri ſi ſit ſuſpectus de fuga, non intellige, quòd poſſit exigi, ſed quòd poſſit conueniri, vt caueat creditori &c. Quartò limita not. d. regulam procedere in tempore, vel conditione adiecta obligationi, ſecus eſt ſi tempus eſſet adiectum nõ obligationi, ſed ſolutioni, eo quia tempus adiectum ſolutioni, intelligitur adijci cauſa miſerationis fauore debitoris, vt differat ſolu. Ita Barto. in l. ita ſtipulatus, magna, circa princip. in 1. quæſtio. ff. de verbor. oblig. cum infinitis concor. quas Alexand. refert, & latè Ludo. Roma. examinat hic. & pondera, quòd eſt text. pro iſta limitatione in §. penult. Inſtitu. de excep. alleg. in glo. in verbo tempus pactionis, vel obligationis. Et pro quinta limitatione adde, quòd duplicabuntur induciæ, non tamen pro toto tempore, ſed pro eo tantum, quod reſtat. Text. eſt in l. aut damnum. §. quiſquis. & quod ibi not. ff. de pœn. Et limita alio modo, vt per Bald. hic. Etiam ad prædicta, & ad iſtam materiam vide plures quæſt. per Bald. in l. iuſtas. C. de iure fiſ. lib. 10. Extra glo. dicit Bar. quòd iſta lex procedit de iure. ſ forĩ, quo nouatio fiebat ſuper interuentu nouæ perſonæ. hodiè nunquã fit nouatio, niſi expreſsè agatur. l. fin. C. de noua. Oporteret ergo, vt fieret nouatio, quòd expreſsè eſſet actum in hac l. & ſequuntur Bald. Angel. Paul. de Caſt. & d. Alex. Aduerte tamen (dicit Barto.) quòd in caſibus, in qui

* bus olim fiebat nouatio ipſo iure, hodiè fieret ope except. *iſtud*

b *communiter damnatur*, [b] de quo latè dixi in l. ſingularia. §. eod. vbi retuli reprobantes Barto. vide ibi.

ADDITIONES.

a ¶Iure ciuili. Adde cap. clerici. de iudi. & cap. fin. de ſecun. nupt.

b ¶Damnatur. Adde, quòd hanc ſequitur, & dicit magis communem Gabriel. commu. opin. lib. 3. titu. de noua. conclu. 1. nume. 56. Bart. in l. certi condict. o. §. ſi nummos, ſupra hoc titu. Alexand. conſil. 13. libr. 2. conſil. 173. libr. 7. in l. qui vſumfructum, de verbor. oblig. Caſtr. in l. 2. ff. de noua. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *In quacunque materia conditionali an agatur, ſi illa eſt falſa.*

2 *Stipulatio ſine cauſa, vel in diem, vel conditionalis, an valeat.*

3 An

3 *An conditio plus operetur, quàm iuramentum.*
4 *Quæ dicatur conditio.*
5 *Actus legitimi an possint fieri sub conditione de præsenti, vel de præterito.*

LEX XXXVII.

CVm ad præsens. Conditio de præsenti, vel de præterito non suspendit actum, quamuis contrahentes ignorent, secus est in conditione de futuro hoc dicit vsque ad l.secta. In primis pondera tex. ibi, & si conditio
1 vera sit, † quòd in quacunque materia vbi adijcitur conditio de præterito, vel de præsenti, si illa est vera, debetur, si est falsa, non debetur. concord. tex. in l. cum in testamento. ff. de iniust. rup. & irri. testam. & tex. in §. conditiones. Institu. de verb. oblig. Intellige tamen, & limita istum tex. & prædictum no. quòd si conditio de præterito, vel de præsenti est falsa, nihil debetur, intellige tamen sanè, quando talis conditio, quæ est falsa, tamē fuit possibilis, nihil debetur, secus si conditio de præsenti, vel de præterito non sit falsa, sed impossibilis, tūc nihil impedit, quin debeatur. l. si Mæuia. cum glo. 2. ff. de hæred. instit. & ibi Bal. no. illam glo. & reputat singu. pro limit. istius regulæ. Est verum, quòd Ioan. Fab. in §. conditiones. Institu. de verbo. obliga. reprobat illam glo. nihil tamen sufficiens alleg. ¶ Secundo no ex tex. ibi, stipulatio tenet, limitationem ad regulam communem,
a quæ habet, quòd stipulatio facta a sine causa non valet in effectu, quia obstat exceptio doli, secundum l. 2. §. communia. cū glo. ff. de excep. do. Illa regula limitatur per illum tex. quando
2 stipulatio, vel promissio fuit pura. † Secus in stipulatione facta sub conditione, eo quòd quando stipulatio fit adiecta conditione, non requirit causam, quia conditio habetur pro causa. Ita not. Barto. & alij ex hoc text. Not. etiam Barto. in l. à Titio. per illum text. de verborum obligatio. & in l. si ita stipulatus fuero hanc summam. eodem titu. & in l. si sic. in princip. ff. de leg. 1. Pro ista regula Bald. in l. hoc iure. §. fina. ff. de dona. quem referunt Ludouic. Roman. & Alexan. hic, dicebat bene facere tex. in l. præcedenti. circa fi. in versicu. causa conditionis. qui tex. parum facit, & etiam text. in d. l. hoc iure. §. primo, & si loquuntur, quando intererat stipulatoris, & per implementum conditionis multum aderat stipulatori. Sed pro ista regula, quòd cōditio habeatur pro causa, facit text. bonus in l. si quis cum debitore. infra de iureiurā. in versicu. *Est enim iusta conuentio, si quælibet causa in conditionem iurisiurandi deducta fuerit.* Hinc est, si promitto tibi centum sub conditione, si nauis ex Asia venerit, quamuis nulla alia causa subsit, conditio habetur pro sufficienti causa, ita quòd non obstat exceptio doli. Et pondera, quòd iste tex. loquitur de conditione præsenti, & de præterita, & tamen volunt Doct. quod illa sit sufficiens causa. Et sic infertur, quòd non solùm conditio propria, quæ est de futuro, habetur pro causa ad validitatem stipulationis, sed etiam conditio de præsenti, vel de præterito, quamuis sit impropria, tamen habetur pro causa. Pondera etiam, quòd conditio est iusta causa, et si nullum commodum afferat stipulatori implementum eius conditionis: puta, quia nihil intersit eius. Et propterea dixit Pau. in d. l. à Titio. quòd vidit pluries iudicari Florentiæ, vbi mercatores solent inuicem contendentes promittere sibi inuicem centum, si Papa sit mortuus. Fuit dubitatum, an ista promissio valeret. Dubium faciebat, quia sine iusta causa promissio fuit, & collata in fortunam. Dicit Pau. quòd fuit iudicatum valere, quia conditio habetur pro iusta causa. multo fortius debemus dicere, quòd valeat conuentio, quæ tota die fit Venetijs, & Genuæ inter mercatores. Pone, aliquis mercator habet nauem onustam mercibus in mari, promittit mihi centū, si nauis venerit salua in portum, & ego promitto illi omne dānum, si periclitauerit, certè ista conuentio valet, vt per prædicta, ita not. Pau. de Cast. in l. in naue saupheij. infra loca. per illum text. quem ad hoc specialiter ponderat, & dicit, quòd ista conuentio valet non solùm attento iure ciuili, sed etiam iure cano. ponderat illum text. in versic. oneris aduersi. istam decisi. Pau. refert, & sequitur Dom. Lau. de Ro. Doctor. Flo. in repe. capit. consuluit. de vsur. in tertia par. princip. & in 3. quæstione. Istud idem tenet Ioan. de Ana. in cap. nauiganti. in 13. colum. de vsur. Dom. Alexan. in d. l. à Titio, imò fortius dicit Angel. se ponderare hic esse tex. quòd istud procedit non solùm in stipulatione, quòd si stipulatio fiat sub coditione, habeatur pro causa, sed etiam si fiat pactum nudum sub conditione, sine alia causa, dicit Angel. quòd illa conditio non solùm habetur pro causa, sed etiam habetur pro implemento, ita quod ex pacto potest agi ac si esset sequutum implementum, quod reputat not. dignum, & puto (licèt non dicat) quòd voluit ponderare verba, dare spōdes, qđ verbū importat pactū nudum. Nec obstat secundum eum text. in l. si intra. ff. de pact. quia respondet: ideo ibi est, quia fuit propter contractum præambulum. Poterat melius respondere Angel. quod ibi pactum prodest solùm ad excipiendum, non ad producēdum actionem, & vide omnino ibi Angel. ad fi. Quid tenendum? Docto. hic, & in d. l. à Titio. nihil dicunt, nec faciunt mentionem de ista extensione. Ego puto, quod ista extensio non sit bona, sed teneo, quod licèt stipulatio si fiat sub conditione, habeatur pro causa, tamē secus est in pacto nudo, quia etiam si fiat pactum sub conditione, illa non habetur pro causa, nec pro implemento, & in primis allego Bald. in terminis ita declarantem istam regu. in cap. cum inter. in pen. colum. de elect. & in cap. cum Ioannes. de fide instrumen. vbi dicit, quòd ista est pulchra, & subtilis differentia apud Legistas. & vltra Bald. suadetur ratione, quia sicut in stipulatione conditio habetur pro causa, eodem modo in pacto nudo conditio habetur pro causa. Sed quod conditio habeatur pro implemento, est falsum, ne duo specialia concurrant circa idem, contra glo. in l. 2. C. de do. promis. & gloss. in l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. Nec est verum, quòd iste tex. in verbo. spondes, intelligatur de pacto nudo, ex quo text. expresè loquitur de stipulatione, necessariò illud verbum, spōdes, debet intelligi per stipulationem. † Ex prædictis infero, qđ
3 conditio plus operatur, quàm iuramentum: nam iuramētum non supplet in stipulatione defectum causæ, secundum Bal. in rub. C. de rerum permu. Facit l. fina. C. de non nume. pecu. cap. quemadmodum. de iureiur. Limita tamen prædictam reg. inquantum dixi, quòd conditio habetur pro causa sufficienti, vt procedat, quando sumus in materia, in qua quælibet causa sufficeret, sed vbi essemus in materia, in qua causæ essent limitatæ a iure, tunc conditio non haberetur pro sufficienti causa. Pone, testator in testamento dixit, exhæredo filium meum, si non venerit in patriam intra annum. Illa conditio, si non venerit, non habetur pro causa sufficienti, quia in materia exhæredationis sunt limitatæ quatuordecim causæ, quæ enumerantur in §. causas in Auth. vt cum de appel. cog. Enumerat gl. in cap. Quintauallis. de iureiuran. Ita limitat Bald. istam reg. in l. si pa-
4 ter, in 6. q. C. de institu. & substi. sub condi. fac. ¶ † Secundò not. ex l. ista, quòd illa propriè dicitur conditio, quæ est de futuro. illa quæ est de præsenti, vel de præterito non est propriè conditio, quia conditio propriè dicitur, quę potest esse, & non esse, ergo requiritur, quòd sit de futuro, quia illa, quæ est de præsenti, vel de prętertito, non potest esse, vel non esse, quia aut est, aut non est. Facit bene tex. in l. si ita stipulatus fuero hanc summā. ff. de verbo. oblig. & est tex. in l. in conditionibus. §. 1. ff. de condi. & demon. glo. in l. 2. in 1. glo. ff. de hære. insti. & in terminis gl. in l. si sic. §. 1. & ibi Bar. ff. de leg. 1. & idē Bar. in l. 1. in 1. col. ff. de condi. & demonst. & istud est vtile, secundum Lud. Rom. propter statuta, in quibus verba debent intelligi propriè, & ideo secundum ipsum si stat statutum, quòd quis teneretur respondere purè, & non sub conditione, poterit tamen respondere sub cōditione de præterito, quamuis Bald. hic teneat contrariū. Hinc infert Bald. quòd filius in potestate, licèt non possit institui sub conditione de futuro, quando est casualis, vel mixta l. si pater. C. de institu. & substi. sub condi. fac. Tamen bene potest institui sub conditione de præsenti, vel de prętertito. alleg. glo. in l. posthu. in verb. pendente. ff. de liber. & posthum. Ego allego text. in l. institutio talis. §. fina. ff. de condi. insti. & per illum tex. habes diligenter notare, quòd ad hoc, vt valeat institutio filij in potestate, non requiritur, quòd institutio sit certa, & liquida. Intellige tamen sanè, quando conditio de præsenti, vel de præterito extitit, aliàs secus. Ita ad istas leges moueo necessariam quęstio-
5 nem, quam adhuc nemo tangit. † Nunquid actus legitimi, qui non possunt fieri in diem, vel sub cōditione & si fiant, actus est nullus, an saltem possent fieri sub ꝯditione de præsenti, vel de præterito. Pono exemplum de iure cano. Canonici eligunt me in prælatum, si beneficium vacat, nunquid valeat electio? Eodem modo de iure ciuili. Si hæres adeat hæreditatem, si hæreditas est lucrosa, vel soluendo. Istam q. non legi apud quemquam ordinatè, nisi apud Ioā. Fab. quem ego summè & veneror, & colo in §. conditiones. Insti. de verb. oblig. vbi disputat, an actus legitimi possint fieri sub conditione de præsenti, vel de præterito. arguit ad partes multum latè, & quamuis non satis clarè decidat, & (vt puto) non satis viderit veritatem, tamen videtur residere, quòd possint fieri tales actus legitimi sub conditione de pñti, vel de præterito, & vltra leges, quas alle. est bona

ADDITIO.

a ¶ Stipulatio facta. Adde glo. in l. generaliter. C. de non numerata pecun. Ioan Andr. in additio. Specu. titu. de confess. §. nunc videndum. versicu. sed quæ est ratio.

na gl.de qua in fi.recordatur gl.in c.paſtoralis.in glo.1.7.q.1.vbi
quærit, an dignitas epiſcopalis poſſit conferri ſub conditione
de præſenti,vel de præterito,& eſt gl.alia in cle.1.in gl.magna,
de offi.deleg & licèt Ioã.Fab. reſideat in ſententia affirmatiua,
ego in contrarium allego tex.expreſſum, & multum not. in l.
cum qui duobus.§.fin.& ibi expreſsè Bar.no.ff.de acqui.hæred.
& ibi aſſignat rationem.Et per illum tex.inuenio, quòd Bart.
in l.& ſi conditionalis.ff.de autho.tut.format quæſtio.& relin-
* §. amittere. ff. de his quib. vt indi. *Breuiter communis conclusio* est in hac q. ꝙ hrditas nõ applicat vxori, sed alijs coheredib. vel substitutis, si non sunt cohæredes, nec substituti vadit ad venientes ab intest. ita determinat Bart. Ang. Imol. & Mod. in l. paterfam. ff. de hæred. instit. Bart. in l. vxorem. §. hæres. ff. de leg. 3. Bald. in Auth. cui relictum. C. de indi. vi. tol. & in l. 1. in 12. col. C. de his, quæ pę. nom. Iacob. de Bel. in l. quæ verò. in Auth. de nup. Pet. de Anchar. & Io. de Imo. in cap. si hæres. de test. & do. Alexan. de Imol. in consil. 138. inci. opportunè consideratis his, quæ in themate continentur. in vlt. col. & est bon. text. in l. pen. vbi ali-
4 quando dixi. C. de leg. ¶† Adde, quòd si testator post mortem legat domum impersonaliter post mortem Titij, intelligitur legare hrdib. Titij. ita decidit Bald. in l. 1. circa fi. vt act. ab hr. & cõ hr. l. 1. in fin. prin. ff. de pact. & vtrobique dicit de hoc esse tex. not. in l. si seruus legatus. §. qui margaritam. circa fin. ff. de leg. 1. Quid autem sit in iudicijs, an impersonalitas vitiet. Pone, in libello dicitur, petuntur decem, dic, ꝙ nunquam impersonalitas vitiat, quia intelliguntur peti à reo conuento; quia impersonalitas declaratur ex præcedentib. & sic. ita Bar. in §. in summa. in l. competit. ff. quod vi aut clam. Bal. in l. edita. C. de eden. in repeti. Padua. in 20. colum. & in repe. Perus. in 15. colum. & idem Bald. in l. licèt. in princip. ff. nau. cau. stab. Spe. in tit. de off. iud. §. 1. versic. porrò. latè Ludo. Roman. vbi per tres rationes comprobat in consil. 86. incip. in casu proposito resecatis superfluis. ¶Glo. fin. nihil habet. Primò declarat text. In 2. opponit, & soluit. Tertiò remouet aliud contrarium. Secunda ibi, sed contra. ff. de leg. 1. Tertia ibi, sed si simpliciter. & ad contrarium. l. si hæres. responde, vt hic per Bald. in d. l. in illa. §. 1.

SVMMARIVM.

1 *Quando iuramentum promissorium in futurum obliget.*
2 *An credatur deponenti de credulitate. num. 4. 5. 6. 7. 9. 10. & 11. Quid si dicat se pro certo scire, & quid si firmiter. ibi.*
3 *An per statutum, vel consuetudinem possit induci, quod credatur testibus de credulitate.*
5 *Testis deponens per verbum videtur, non probat, nec si iudicio suo, nec videre suo, vel secundum conscientiam suam.*
8 *Magis creditur duobus affirmantibus, quàm mille negantibus.*
10 *An sententia, vel confessio per verbum, credo, probet.*

De iureiurando, siue voluntario, siue necessariò, siue iudiciali. Rubrica.

¶Continua rub. duob. modis, vt per Bartol. Angel. Sal. & Fulgos. hic, & primam continuationem ponit gloss. C. eod. titul. Tertiò continua secundum Paul. de Cast. & Ludo. Roman. hic. supr. in titul. præced. dictum est de reb. cred. quòd credere dicimur, quando sequimur fidem alienam. l. 1. supra titul. 1. sed in deferendo iuramentum magis, quàm alibi sequimur fidem alienam: eo quia facimus partem esse iudicem, & testem in causa propria, vt inquit text. in l. fin. C. de fideicom. Ideo congruenter subiicitur iste tit. de iureiur. Et aduerte, ꝙ iste tit. ff. & C. de iureiu. differt à tit. Decret. de iureiu. prout etiam declarat Pau. de Cast. hic, eo quia isti tit. loquuntur in iuro decisiuo litis, & consequenter in iuro super eo, quod est de præsenti, vel præterito, nisi in l. si duo. §. fi. j. eod. tit. Sed tit. Decret. regulariter loquitur in iuramento promissorio in futurum, quando quis cũ iuramento promittit in futurum dare, vel facere, & ita est de mente Bar. in l. si quis pro eo. in prin. in 2. colum. ff. de fideiusso.
1 † Et ratio diuersi. est. quia de iure ciuili iuramentum promissorium in futurum conuentione nuda cum iuramento non inducit obligationem efficacem, & nõ numeratur inter modos de iure ciuili inductiuos obligationis, nisi vno casu tantum in liberto iurante in futurum se præstaturum operas patrono. l. vt iurisiurandi. in prin. & ibi declarat Bart. ff. de ope. lib. & idem Bartol. in d. l. si quis pro eo. in princip. & Bald. super ista rubr.
a secus est de iure can. quo iure iuramentum promissorium [a] in futurum est obligatiuum. ita loquitur tit. Decre. Ratio, quia de iure cano. omne iuñ, quòd potest seruari sine interitu salutis æternę seruandum est. c. cum contingat. cum si. de iureiu. nisi sit contra publicam vtilitatem. c. si diligenti. de for. compe. vel nisi sit contra bonos mores, vt in reg. non est obligatorium. in 6. vel nisi extortum dolo, aut metu, vt in c. 2. de pact. in 6. quos omnes casus plenè psequitur Bar. super hoc repet. faciens. in d. l. si quis pro eo. ¶Capio gloss. rub. quam diuide in 2. par. prin-
b cip. Primò ponit de triplici specie [b] iuñ, de qua tractat iste tit. & C. eod. Secundò enumerat octo alias species iuñ, de quibus non tractatur in hoc tit. sed in alijs. Secunda ibi, item est in litẽ. & illa secunda prin. potest subdiuidi in octo partic. quæ patent in glo. plures alias species iuramenti vltra glo. habes per Spec. in 3. parte. in tit. eo. §. vnico. Host. in sum. huius tit. & per Bart. in locis præalle. & plenius Bald. in c. 1. §. item sacramento. de pac. iur. fir. in vsi. feu. ¶In ead. glo. ibi. Item testis, & hoc de veritate.
2 † Not. ex glo. secundum Paul. de Castr. & Ludo. Rom. & do. Alexand. hic, ꝙ cùm iuramentum testis sit de veritate, regula-
c riter non creditur testi [c] deponenti de credulitate: & sic per
d verbum credo. [d] Adde glo. in l. testium, & ibi latè per Cyn. & alios omnes. C. de testib. & in l. 2. §. pe. in ver. audient, & ibi Bar. & Doct. ff. de aqua plu. arc. & in glo. in §. si vero absunt, in verbo vidisse. in Auth. de hær. & fal. in l. diẽ proferre. §. si plures. in versi. consenserunt, circa fin. ff. de arb. Glo. in cap. quoties, vbi ordinariè Can. ponunt. de test. Spe. & Io. And. in tit. de teste. §. 1. in versi. item, quòd deposuit de credulitate. Bartol. in tract. suo de teste. in 2. colum. versi. testis dixit aliqua vera esse, quia credit. Bald. in l. conuenticulam. in pen. colum. C. de Episco. & cleri. & in l. hæredes palàm. in fi. princ. ff. de test. in l. 1. ff. de exc. tut. & in l. solam. C. de testi. Angel. in §. hinc nobis. in vltim. col. in Auth. de hær. & falc. Lud. Roman. in l. 1. § fin. in 4. colum. ff. de verb. oblig. Anto. de But. in cap. cum ad sedem. in 3. colum. de resti. spol. not. Pan. in capitul. inquisitione. in 1. no. de senten. excom. no. Io. And. & alij omnes Cano. in cap. inquisitionis. §. fin. in 1. not. de accu. not. Car. Flo. & Io. de Ana. in cap. qualiter & quando. el 1. §. fama. eod. titul. de accus. Amplia primò, vt ista regu. procedat, si dixisset testis, scio, quia credo: nam non valet eius dictum, secundum Bald. in l. conuenticulam. C. de Episcop. & cleric. Amplia secundò prædictam regul. vt procedat etiam si testes dicant se pro certo credere, adhuc non probant. text. est in capit. tertio loco. in versic. testes dixerunt se pro certò credere, de præsump. per quem text. dicit Bald. in l. siue possidetis. in 2. colum. C. de prob. quòd testis, qui dicit se pro certo credere, non probat etiam præsumptiuè, nisi rationem per sensum corporeum assignet. & pondera, dum dicit etiam præsumptiuè, ad ea, quæ dicam. j. in 7. fal. Imò plus, si te-
e stis dicat se pro certo scire, [e] non probat, quando interrogatus non assignat rationem concludentem per sensum corporis, vt not. dom. Anton. de Butr. in capit. per inquisitionem, in 5. not. de elect. Bald. in capitul. cum causam. in fin. de testib. Per ista infero non esse verã vnã peregrinã, & singularem limitationem, quam ponit in hac materia solus do. Lanfr. de Oria. Brix. in commento. capit. quoniam contra falsam. de probat. in versicul. confessionis. in 16. colum. vbi dicit, quòd testimonium de credulitate non valet. est verum, nisi addatur dictio, firmiter, vt quia testis dicat, firmiter credo, quòd Titius mutuauit Sempronio centum, vel (quòd est fortius) si adijciatur dictio, bene, vel æquipollens, vt quia testis dicat, benè credo, quòd Titius mutuauit Seio, & dicit istud esse singul. dictum Bald. in l. 1. C. de fal. cau. adie. leg. Credo, quòd limitatio ista non sit vera per prædicta, quia quando testis dicit se pro certo credere, vel pro certo scire, non valet dictum: ergo si dicat firmiter credere, vel bene credere, erit idem: nec inuenio, ꝙ Bald. in d. l. 1. C. de fal. cau. adie. leg. in vtraque lectura aliquid dicat: nam solum in fin. quærit, si aliquis interrogetur an sit hæres, & respon-

ADDITIONES.

a ¶Iuramentum promissorium. Adde glo. summæ. 22. q. 4. Arch. in c. omne. 22. q. 1. Bal. in l. si ad excludendam. C. de reb. cred.
b ¶De triplici spẽ. Adde Abb. in rub. eo. ti. And. Barb. in cle. Ro. in §. j. de iureiu.
c ¶Non credit testi. Adde Malet. in tract. de teste. & q̃tũ probet testis deponẽs de credulitate, vide Io. And. in addi. Spec. in d. §. opponitur. vers. itẽ, ꝙ deposuit de credulitate. Cy. in l. testiũ. C. de test. Bar. in l. in sum. in §. item Labeo. ff. de aq. plu. arc. Et an testes deponentes de credulitate in criminalibus ad defensionẽ rei plenè probent, vide Bar. cons. suo inc. Vanutius Petri, quẽ sequit Alex. de Imo. cons. 76. inci. visa inquisitione formata cõtra fortunatum. in 1. vol. ad fi. Idẽ Alex. cõnsi. 119. inci. visis, & vt oportet cõsideratis. in eo. volu.
d ¶Credo. Vide Ias. in l. 1. sup. de iust. iur.
e ¶Pro certo scire. Adde quis dicatur scire pro certo. vide Arch. in c. in domo. de pę. dist. 4. Do. de S. Gem. in c. de capitulis. 10. distinct.

reſpondeat, credo,vel non credo, ꝙ inducatur aditio , vel re-
pudiatio.Secundò ɔ̃ iſtam limita.facit, quia non creditur teſti
interrogato,niſi deponat de his, quæ percipit ſenſu corporeo,
non de his , quæ deponit , vel percipit iudicio intellectus, vel
ſua opinione , quia tunc non deponeret,vt teſtis,ſed vt iudex,
vt not.Bar.in l.qui teſtõ.§.fin.in vlt.not.per illum text.ff.de teſt.
& in l.1.in prin.in 2.no.per illum tex.ff.de his,quę in teſt. delen.
& in l.per hanc,in vlt.not.C.de erog.mili.ann.lib.12. & in l.1.in
4.colum.vbi limitat.ſ.ſi cer.pet.Inno.& Cano.in c.cum cãm,
de teſt. Tertiò in ɔ̃rium facit, ꝙ Bald. dicit in c.1.de ſum trin.
& j̃.ſtatim referam poſt fallentias. Tertiò amplia, & extende
3 prædictam rlam , † ꝙ etiam ſtatutum vel cõſuetudo non poſ-
ſit inducere,ꝙ plenè credatur teſtib. deponentibus de creduli-
tate in caſibus, in quib.aliàs non crederetur, ita not.vult Hoſt.
in c.j.de appel. referens,ꝙ in Anglia eſt conſuetudo,ſm quam
creditur 12.teſtib. iuratis aſſerentib.ſe credere aliquid eſſe, ſed
ſm eum non valet,nec eſt ſeruanda,& ibidem ſequitur d. An-
to.de But.qui ex hoc not.ꝙ ſtatutum, vel conſuetudo non po
teſt inducere,vt ſtetur non plenè probationi, & idem ſequitur
Lud. Ro.in ſigularib.ſuis, in ſingulari inci. teſtis, & in ſingulari
inci. Quæro,an valeat ſtatutum : quamuis in hoc vltimo ɔ̃riũ
teneat Pan.in d.c.1. de app. ꝙ conſuetudo poſſit inducere, ꝙ
probatio aliàs imperfecta plenam fidem faciat. c. cum dile-
ctus.de fid.inſtru. quod ordinariè examinaui, an ſit verum, in
commento.l.admonendi.j̃.eod. ¶Not.bene iſtam extenſionẽ,
in qua concurrit tam magnus numerus teſtium 12. & etiam
conſuetudo,& tñ adhuc ex quo deponunt per verbum credo,
non probant.ad quod etiam adde d. Anto. de But. in c.2.in 3.
col.de iur.cal.Adde etiam,ꝙ quemadmodum teſti deponenti
de credulitate non creditur , & ſic per verbum credo : eodem
modo non creditur teſti deponenti ꝑ verbum vr̃.ſi dicat mihi
vr̃,quia tunc non deponit de veritate, vt debet, ſm Bar. in l.ꝙ
tñ.§.ſi arbiter.ff.de arb. in l.1.in prin.ff.de vent.inſpi.& in l.diui.
§.1.de lib.cau.& in trac.de teſte.in 2.char.Io.And.in addi.Spe.
in tit.de teſte.§.nunc tractandum,in addi.quæ incipit hic ergo
regulariter.Bal.in rep.l.de quibus,in 25.col.ff.de leg.Ang in l.1.
in prin.ff.de iuſti.& iur.& in repe.l.ſciendum.in 2.col.ff.de ver.
oblig.Io.de Ana.in c.de cętero. in prin. de homi. Eodem mo-
do ſi teſtis negatiuè dicat,mihi non vr̃,non probat,ſm Bald.in
l.data opera,in 18.colum.C.qui accuſ.non poſſ.eodem modo
ſi teſtis deponat per verbum iudicio ſuo,non probat, cùm nõ
deponat de veritate , ſm Ang. in repe.d.l. ſciendum. in 2. col.
quem ſimpliciter refert,& ſequitur d. Alex. in conſil.74. incip.
Viſo teſtamento Io.in 4.colum.& not.Bald.in repe. d.l.de qui-
bus.in 25.colum.vbi not.idẽ concludit in teſte, qui deponit, ꝙ
videre ſuo ita fuit obſeruatum,nam non probat,vt ibi per eũ.
Adde , quòd eodem modo non valet dictum teſtis , qui dicit
vera eſſe ſm conſcientiam ſuam,ita ſing.Bal. in c.niſi cum pri-
dem. in 4.col. de renun.vbi dicit,idem eſſe de ſnĩa iudicis. Su-
praſcriptam regulam ita ampliatã,ꝙ teſtimonium de creduli-
4 tate non valeat,limita.8.not.modis.¶† Primò, qñ teſtes depo-
a nunt de peritia artis [a] ꝑ verbum credo:vt in medicis, & obſte-
tricib.nam probant , glo eſt in l.1.in princip. in ver.vel duæ,&
ibi Bart.ff.de ven.inſp.& Bar.in proœ.fforum.in prin.in vlt.col.
& Can.in d.c.quoties.de teſti. Teſtis tñ deponens de peritia ar-
tis ꝑ verbum credo,non excuſatur à falſo teſtimonio, ſm Bal.
in l.data opera.in 14.col.C. qui accuſ. non poſ. quamuis idem
Bal.in c.propoſuiſti,de proba. dicat, quòd ſi ſtatutũ punit fal-
ſum teſtem, non intelligitur punire medicum, vel obſtetricẽ,
quia nõ eſt propriè teſtis, & ad hoc vltimum facit illud, quod
5 dicam infra poſt fallentias. ¶† Secundò limita prædictam re-
b gulam non procedere in his, quæ ſunt difficilis probationis, [b]
in quibus teſtis deponens per verbum credo, bene probat ſe-
cundum Barto.in l.2.§.penult. ff.de aqua plu.arcen.do.Alexan.
in conſil.166.aliàs 24. libr. 2.incip.Animaduerſis, in 5.colum.
& ponit Bartol. exemplum in probanda filiatione , quæ cùm
ſit difficilis, & quaſi quodammodo impoſſibilis.l.Lucius.ff. de
condi.& demonſtr.& l.filium eum de his, qui ſunt ſui,vel alie.
iur.admittuntur teſtes deponentes per verbum credo, & ſimi-
liter ad probandum adulterium.c.literis.de præſump. not.etiã
Bartol.in l.4.ad fin.ff.de adulte.Facit,quod not.domin. Anton.
de Butr.in capitul.vnico,per illum text.de ſcrutinio. Et ſi teſtis
dicat,ſcio pro certo, quòd Titius eſt filius talis , intelligitur de
illa certitudine , quæ poſſibilis eſt. ſ. per præſumptionem , ita
not.Cyn.& Bald.in dict.l.filium. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie.
iur.domin. Anton.de Butr.in capit.per inquiſitionem. in 5.no.
de elect.pro iſta limitatio. facit, quòd dicam infra in 5. & 8.li-
6 mita. ¶† Tertiò no.limita, niſi teſtis deponat per verbum cre-
do illud, ꝙ prius affirmauerat. nam per hoc eius teſtimonium
non euaneſcit,ita not.Bal.in l.2.§.quod obſeruari, in 2. colum.
per glo.ibi.C.de iur.calum.& in l.2.C.de teſtib. & dom. Anto.
in d.cap. quoties,vbi dicit, quòd ſi teſtis dicat, ſcio , & credo,
per verbum credo ſequens, non deſtruitur verbum ſcio,quòd
præcedit.Pro hac limit. infero nõ valere cautelam, ꝙ poſtquã
teſtis depoſuit interrogatur , an credit verum eſſe illud , quod
depoſuit, vt ſi reſpondeat, quòd non , intelligitur reuocare il-
lud, quod primo dixit. Si verò reſpondeat affirmatiuè , quòd
credit,vitietur dictum ſuum, ex quo nunc deponit per verbũ
credit, nam certè ex quo primò depoſuit de veritate , non eſt
curandum , ſi poſtea deponat per verbum credo. de qua cau-
tela habes per Ioan.And.& alios Can.in c.inquiſitiones.§.fin.de
accuſa.in 1.not.& d.Barth. Veronen.in cau.106. Quartò limi-
ta prædictam regulam non procedere, quando teſtis depo-
nens de credulitate, aſſignat cauſam, quæ concludit ſcientiam
per ſenſum corporis : puta per ſenſum viſus , vel auditus , ſm
Cyn.Bal.& Sal.in d.l.teſtium.C.de teſtib.Io.And.in addi. Spec.
in tit.de teſte.§.1.ſuper verſi.item,ꝙ depoſuit de credulitate. d.
Ant.in d.c.quoties.idem tenet Bald.in d.l.data opera.in 10.col.
C.qui accu.vbi dicit, ꝙ verbum credo , facit probationem ex
addita ratione. Adde etiam no.Bal.in l.ſi ſeruus legatus.§. quin
que.per illum text.ff.de leg.1.vbi per illum text.notat, ꝙ ratio
adiuncta facit recedere à proprio ſignificatu verborum ante-
cedentiũ,& facit,ꝙ illud quod dubitatiuè eſt dictum, habetur
pro dicto ſine aliqua dubitatione . Et per hoc infert , quòd ſi
teſtis dicat, credo , quia vidi, probat,non ratione dicti,ſed ra-
tione adiunctæ rationis, quia vidi. Vnde dicit in ſpecie Bald.in
l.conuenticulam,in 6.colum.C.de epiſcop. & cle.ꝙ ſi teſtis di-
cat,credo,quia vidi,& præſens fui,valet eius dictum,quia ma-
gis debet attendi ratio,quàm dictum.Et idem, ꝙ teſtis per ver
bum credo, probet, quando annectit rationẽ per ſenſum cor-
poris illi congruentem,tenet etiam Bal.in l.ſiue poſſidetis.in 2.
col.C.de proba.d.Alex.Imo.in conſ.109.inci. Viſis,& vt opor-
tet conſideratis.in 8.col.in fin.& in conſil.133. incip. Viſo pro-
ceſſu cauſæ vertentis inter Marcum.in 5.colu. lib.1. & in conſ.
290.aliàs 147. inci. Ponderatis his, de quibus in themate,in pe.
colum.in conſil.328.incip.In hac cauſa,& lite,in pen.col.lib.2.
& in conſil.31.aliàs 118.incip.In cauſa d.Bart.in 3.colum.ſicut
in ſimili, quando teſtis deponit per verbum vr̃ , & aſſignat ra-
tionem congruentem per ſenſum corporis , nam plenè pro-
bat,quia magis attenditur ratio, quàm dictum.ita not. Bartol.
in dict. l.quid tamen.§.ſi arbiter.ff. de arbit. & in alijs concord.
quas ſuperius dedi circa iſtud verbum videtur . Quintò ſin-
7 gulariter limita , & hanc bene not.† quando teſtis deponeret
aliquem occidiſſe, ſed ad defenſionem ſuam, nam licèt depo-
nat per verbum credo , tamen plenè probat , quia non poteſt
aliter , quàm ꝑ credulitatẽ deponere , ita expreſsè ſingulariter
determinat Barto.in conſil.incip. Vanutius Petri.circa fin. quẽ
refert,& ſequitur.d.Alex. in conſil. 77. incip. Viſa inquiſitione
formata contra Fortunatum,ad fin.& in conſil.109. incip. Vi-
ſis,& vt oportet,conſideratis.omnibus.in 9.colum.lib.1. Sicut
in ſimili in criminalibus ad probandum innocentiam admit-
tuntur teſtes domeſtici,& familiares,qui alias tanquam ſuſpe-
cti repellerentur.verbum fuit ſingulare Spec. poſt Goff. in tit.
de inquiſi.§.1.verſi.ſed nunquid eas, quod refert Ioan. de Ana.
in conſil. 59. incip. Viſa inquiſi. in 1. colum. Tertiò confirma
per illud,quod vult gloſſ.reputata ſingul.81. diſtin.in c. clerici.
quam ſic alleg. Bald. in l.data opera, in 17. colum.C.qui accu.
& eam reputat ſing. Lud. Rom. & dicit eam didiciſſe à Bald.
præceptore ſuo.ita Lud.in l.illa.in vlt. col. ff. de verbor.obliga.
8 † Nam regulariter magis creditur duob. teſtib. [c] affirmantib.
c q̃ mille negantib.glo. eſt ord.in l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de
arb.no.Bar.in l.1.in prin. cum ſi. ff. de ven.inſp. & in l. hæredes
palàm.in princip.ff.de teſta.Per illam gloſſ in dict. capit. cleri-
ci, limitatur ſingulariter iſta regula, vt non procedat in crimi-
nalibus,in quibus magis creditur duobus teſtibus negantibus
etiam laicis , quàm duobus affirmantibus delictum commiſ-
ſum. Mihi tamen videtur, quod illa gloſſ. ſit in aliquo ſingula-
ris.cùm ibi negatiua eſſet coarctata loco, & tempore:quo ca-
ſu ita creditur teſtibus negantib.ſicut affirmantibus,vt expreſ-
ſè declarat Bartol. in locis prætalleg. tamen contra illam deciſ.
de fratre,vide tex. in c.accuſatorib. lo vlt.3.q.5.& vide Are.in l.
qui teſtamento. §. ꝙ autem. ff. de teſta. vbi reprehendit illam
9 deciſ. Sextò not. limita,† ꝙ teſtes deponentes de credulitate,
licèt non probent contra illum,contra quem producuntur,ta-
men bene probant contra partem eos producentem : eo quia
produ-

ADDITIONES.

a ¶De peritia artis.Adde Doctor. in c. fraternitatis, de frig.& malef. Doctor.
in c.quia indicante,de præſcrip.
b ¶Probationis. Adde dicta Iaſo.in l.cum eod.C.de tranſact. PVRPV.
c ¶Teſtibus.Adde c.cum P.Manconella,de accuſa.Abb.in capitul.ex literis.de
proba,in pen.not.

producens vt dicta eorum ratificare ex sua productione, ita singu. Lud. Ro. in consi. 104. incip. Pater reuer. ad fi. vbi videas. Septimò limita, quod licèt testis deponens de credulitate non probet: tamen iudicium efficacissimum facit: ita expressè dicit Ang. in consi. 3. inci. Publicatus est processus. sicut in simili testis deponens de auditu, licèt non probet, facit tamen qualemqualem præsumptionem, ita dicit Anch. 26. q. 5. in c. hoc videtur, quem refert, & sequitur Lud. Rom. in repe. l. si verò. §. de viro. in vlti. col. ff. sol. mat. & d. Alex. de Imo. in consil. 77. incip. In causa recusationis de crimine falsi. in 2. col. Caue tamen, quia Bal. in l. siue possidetis, in 2. col. C. de prob. dicit, quod etiam si testis dicat, se pro
10 certo credere, non facit præsumptionem. ¶† Octauò, & vlt. limita in omnibus casibus, in quibus admittitur testimonium de auditu, in omnib. illis etiam admittitur testimonium de credulitate, ita Spe. in tit. de teste. §. 1. ver. Item, quod deponitur de credulitate. d. Abb. Pan. in cap. quoties, per illum text. de testi. Alexan. in consil. 328. aliàs 123. incip. In causa, & lite. in penult. colum. ad fin. libr. 2. Hinc est, quod cùm in antiquis admittatur testimonium de auditu. c. licèt ex quadam. & ibi d. Ant. Imol. & Pan. ad hoc no. de testi. d. Fran. de Are. in consi. 37. inci. Sequendo ordinem quæsitorum, in 2. dubio. Bal. in l. quenticulâ. in 7. col. C. de epis. & cle. eodem modo in antiquis admittitur testimonium de credulitate. ita in specie tenet Alex. in præalleg. consi. 328. in vlti. col. Confirmo, quia in antiquis est difficilis probatio, vt patet ad sensum, & dicit Bal. in Auth. quas actiones. in vlti. col. C. de sacros. eccl. sed in his, quæ sunt difficilis probationis, admittitur testimonium de credulitate, vt dixi. s. in 2. fallen. Alios casus, in quib. admittitur testimonium de auditu, vide per gl. Bart. & Doct. in l. 2. §. pen. ff. de aqu. plu. arc. & in l. testium. C. de testib. & plenius Spe. in tit. de teste. § nunc tractandum. in versi. de auditu. Vltra tamen prædictas limitationes aduerte ad duo. Primò, quod licèt testis, qui deponit per verbum credo, non probet: tamen sententia lata à iudice per verbum credo, valet, licèt non adijciat pro certo, secundum glo. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbit. & pro ea allego text. in l. si quis filio exhæredato. §. irritum. ff. de iniu. rup. & ibi Bal. & Imo. ad hoc notant illum text. idem Bal. in l. cum quis. in 6. col. C. de iut. & fact. igno. licèt alibi habeamus, quod facilius repellatur iudex, quàm testis patet, quia minor causa repellit iudicem, quàm testem, secundum gl. in c. insinuante, & in c. cum R. cano. de offi. deleg. Secundò aduerte, quia confessio facta per verbum credo, ita præiudicat, sicut si esset de veritate, secundum gl. no. in c. ex literis. in gl. fin. de iureiur. quamuis talis confessio de credulitate non sit propriè confessio, sed releuatio, secundum Bar. in l. 2. §. quod obseruari. in 1. q. C. de iura. cal. quem seq-
11 tur Pet. de Anch. in c. 1. circa fin. de iur. cal. in 6. † Pro complemento prædictarum fallentiarum duo bene no. Primum est, quòd in illis casibus, in quibus dixi admitti testimonium de credulitate, ad hoc, vt valeat, debet testis adijcere se firmiter ita credere, quòd in conscientia sua non dubitet, ita singul. & mirabiliter dicit Bal. in capitul. 1. de sum. trin. quod verbum, si est verum, est solenne in practica, sed non pono pro constanti. Secundò aduerte, quòd in prædictis casibus in quibus dixi testes admitti de credulitate absque eo, quòd reddant rationem concludentem de veritate, tamen non dicuntur propriè testes, ita dicit gloss. valde not. in l. 2. §. penultim. in versic. meminerint. ff. de aqua plu. arcend. quam ad hoc putat not. Anton. de Butr. in dict. capit. quoties, in fin. & Alexand. hic. Et ex hoc infero, quòd sententia lata per dicta talium, nunquam transit in rem iudicatam, quin semper possit retractari per alios testes melius deponentes. ita ad literam dicit sing. dom. Anton. de Butr. in capit. proposuisti. de proba. quem simpliciter refert, & sequitur Ludouic. Roma. in consil. 228. incip. Pro plena discussione. ad fin. & in l. quidam. §. quòd dicitur. ff. de acquir. hæred. Alex. de Imol. in l. si ab hostibus. ff. sol. mat. vbi reputat hoc esse singularissimum, & not. bene prædicta, quia non reperies alibi hanc materiam ita plenè examinatam. Et per hoc remanet solenniter expedita ista rubr.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum quo iure est inuentum.*
2 *Exceptio iuramenti dicitur exceptio litis finitæ, & ideo impedit compromissum fieri.*

LEX PRIMA.

MAximum. Sūma, vt hic per Bart. & pōt diuidi in duas part. Secunda ibi, qua vel ex pactione. ¶No. 1. ex hac l. quòd maximum remedium ad finiendas lites, est iuramētum, & dicitur maximum, quia per iuramentum momento lis expeditur, quod in alijs fieri non pōt. ¶No. se-
1 cundo ibi, in vsum venit iursiurandi religio. † quod materia iurisiurandi est inuenta de consuetudine, contra. c. & si Christus. de iureiu. Potes dicere, quod iuramentum sui inuentione est de iure diuino, ita ibi, sed circa finiendas lites, est repertum ex consuetudine, & ita text. hic. Postea verò prætor de eo fecit edictum, vt in l. præ-
2 tor. j. eod. ideo approbatione dr de iure prætorio. ¶† Not. etiam ex hac l. secundum Iac. de But. Fran. Tigrinum, Alb. Angel. & reliquos Mod. hic, quod exceptio iurisiurandi dr exceptio litis finitæ, vt hic, & in l. post rem. j. de re iud. & ideo impedit litis ingressum. l. nam & postea. in princip. vbi Bart. & alij. j. eo. Imò probat plus iste tex. in versi. ex pactione, iuncta gl. quæ exponit. idest extra iudicium, quod etiam iuramentum extraiudiciale dicitur excep. litis finitæ, & multomagis si in iudicio etiam in figura iudicij, & ideo hic erit text. secundum d. Alex. per glo. in c. super hoc. in gl. fin. de renun. quam pro notabili ibi no. d. Anto. de But. & Io. And. de Imo. quod etiam iuramentum præstitum non in figura iudicij coram superiore, dr litis finitæ. Et si dicas, si iuramentum imponit finem liti, per consequens & instantiæ: ergo non deberet posse ferri sententia super eo, quod est iuratum: eo quia finita instantia, vel ea perempta non potest ferri sententia, secundum Bart. in l. peremptorias. C. sententiam rescin. non poss. & tamen præstito iuro, potest ferri sententia, & debet. l. iusiur. & ad pecunias. §. fin. j. eod. ergo non est verum, quod iuramentum imponit finem liti, & sic instantiæ. Respon. quòd iste text. debet intelligi, quòd iuramentum imponit finem liti, verum est, quo ad probationem, vt finiatur probatio, & secundum iuramentum feratur sententia, & sic iuramentum non imponit finem liti, quo ad instantiam, cùm sententia ferri debeat, sed quo ad probationem, ita declarat Bartol. in l. nam, & postea. §. si damnetur, ad fin. j. cod. & Bald. hic. Adde etiam inquantum dixi, quod iuramentum est exceptio litis finitæ, nam ex hoc infertur, quod impediet compromissum, quod aliàs debuisset fieri ex forma statuti; quia solet dici, quod vbi quis habet excep. litis finitæ, non cogitur ad compromissum, vt per Bald. Sal. & Alex. in l. fratris. C. de transac. & Bal. in l. si iudex. ad fin. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. Rom. in repet. rubr. de arb. in 18. colum. Cætera circa istam legem dic, vt ibi per Bart.

SVMMARIVM.

1 *Transactio an sit genus, vel species, & an sit cōtractus innoīatus. nu. 2.*
3 *An ex iuramento oriatur actio. nu. 3. & tollatur obligatio. nu. 4. & 11. vel officium iudicis. nu. 12. & in l. ait prætor. de iure immuni.*
5 *Iuramentum, & res iudicata æquiparantur, & ideo habet quadrimestre. num. 13.*
6 *Iuramentum habet vim confessionis.*
7 *Minor aduersus iuramentum restituitur.*
8 *An à iuramento in litem, & eius susceptione possit appellari.*
9 *Instrumenta an vigore iuramenti habeant executionem paratam, & quæ dicatur executio parata. num. 10. 14. & 17. cum limitationibus. num. 20.*
15 *Singularis opinio, an sit attendenda.*
16 *Opinio singularis alicuius Doctoris non facit, vt à communi sententia recedatur in iudicando.*
18 *Dictio mox.*
19 *Quæ dicatur communis opinio.*
20 *An in materia æquiparationis fiat extensio.*

LEX II.

IVsiurandum. Non pōt breuius summari. Bar. colligit duo notabilia, quæ non sunt de ista l. sed de l. nō erit. §. si denique. vbi etiam Bar. ponit. j. eo. & ibi dicemus. ¶Gl. 1. diuiditur in quatuor par. prin. Primò remouet vnum contrarium. Scdò ponit vnum, in quo iuramentum, transactio, & sententia conueniunt. Tertiò ponit, in quo conueniant, & disconueniant iuramentum, & transactio. Quartò ponit, in quo iuramentum, & res iudicata conueniant, & in quo vnum superet aliud, &ècontra. Secūda ibi, ecce ergo tria. Tertia ibi, superat autem vnum. Quarta ibi,
1 item iusiurandum, & res iudicata. ¶† Ex 1. parte no. quod transactio potest capi vt genus: nam dicitur transactio, quasi transitus, idest recessus ab actione, & sic à lite, vt est gloss. in l. 2. C. de transact. & hoc modo, cùm per iuramentum recedatur à lite, potest iuramentum transactionis species dici. Secundo modo potest capi transactio in specie, prout est conuentio non gratuita, quæ fit super re dubia, & lite incerta, aliquo dato, vel retento. l. 1. cum gloss. ff. de transactio. & in l. transact. C. eod. & hoc modo non conuenit iuramento, sed differunt,
2 & istud patet ex diuersitate titulorum. Ex hoc not. Bart. † quod transactio dicitur contractus innominatus. Facit bene text. in l. 1. §. 1. cum gloss. super verb. transigendi, & ibi ponderat Bar. ff. de pact. & alleg. Fulgos. & Alex. hic. Sed caue, quia dum quærimus,

a rimus, an transactio [a] si ꝯtus innoīatus, loquimur de transactione in specie, & non prout transactio largè, & in genere accipitur, quia sic etiam venditio diceret̃ ꝯtus innominatus, cũ in gnāli sumpta etiam alios ꝯtus comprehendat. l. statuliberi à cæteris. §. quintus. ff. de statulib. Item esset arguere ab etymologia vocabuli affirmatiuè, & hoc modo mutuũ esset ꝯtus innoīatus: quia continet ꝯtus oēs, in quib. fieret de meo tuũ, ꝯ ea, quæ dixi in l. 2. §. appellata. s̃. tit. 1. de quo tñ puncto plenius tradit̃ in l. siue apud acta. vbi soleo dicere. C. de transact. ¶In ea. gl. ibi, quia ex eo agitur. & istud, ꝙ glo. hic vult, & j̃. in
3 4. parte. † ꝙ ex iur͂o oritur actio, intellige verum in iur͂o voluntario, vel iudiciali; secus est in necessario, ꝙ solùm tendit ad supplementũ probationis, & non ad inducendum obligationem, vt per gl. & plenius Bar. in l. nam, & postea. §. fi. j̃. eo. & latè Lud. Ro. hic, sicut nec ex iur͂o in litem de affectione orit̃ actio, vt est gl. sing. in §. præterea quasdam, in verbo arbitrio. Insti. de act. quam reputant sing. Ang. Lud. Rom. & Alex. hic, & Ang.
4 in d. l. nam & postea. §. fin. & alibi sæpè. ¶† In ead. gl. ibi, *quam*
* *vtrunque tollit.* Intellige verum in iur͂o voluntario, vel iudiciali pp consensum partium, secus in necessario, sicut, & in sententia, sm̃ Doct. hic. Item intellige, ꝙ per iur͂m tollitur naturalis, sed non ciuilis, sic intellige, §. æquè, iuncto. §. præced. Insti. de excep. super quo Lud. Ro. hic reliquit cogitandum. In quantũ etiã gl. tenet, ꝙ ex transactione non oriatur actio, intellige verum, qñ transactio fieret pacto nudo, sed si fieret mediante stipulatione, bene produceret actionem. l. cum mota. & l. siue apud acta. C. de transact. sm̃ Ang. Fulg. & Rom. hic. ¶ In ea. gl.
5 ibi, item iusiurandũ, & res iudicata pares sunt in agendo. † Adde aliam æquiparationem, quia sicut ꝯdemnatus p̱ sñiam habet quadrimestre tp̄s ad soluendum. l. 2. vbi Bart. cum fi. C. de execu. rei iud. ita ille, ꝯ quem est iuratũ. ita sing. Bal. in l. actori. p̱ illum text. C. eo. in verbo ad similitudinem, ꝙ dicit non esse alibi, & sequitur d. Alex. hic. Limita vtrunque, secundum glo. not. in l. fideicom. in prin. in glo. magna. ad fi. ff. de vsur. scilicet, vt procedat, vbi quis est condemnatus in actionib. personalibus, secus si in actionib. realibus, quia tunc statim tenetur restituere, si habet facultatem. Aduerte tñ circa illud dictũ Bald. in l. actori, relatum hic per Alex. quia in quibusdam lect. Bald. subdit ista verba, quòd fortè in iuramento habebit terminũ 10. dierum, & licèt pro hoc vltimò nihil alleger, poterat Bald.
6 alleg. rationem, † quia iuramentum habet vim confessionis. l. qui iurasse. in fin. j̃. eod. sed confesso non dantur nisi 10. dies ad soluendum. l. si debitori. ff. de iud. ergo nec ei, contra quem iu-
7 ratum est, debet dari terminus vltra 10. dies. ¶† In ead. glo. ibi, sed non ꝯ sacr͂m, intellige, qñ est præstitum ab ipso minore: secus si minor detulit alteri, quia aduersus tale iur͂m bene minor restituitur. l. nam, & postea. §. si minor, vbi Bart. in fin. j̃. eo.
8 Albe. & Mod. hic. ¶In ea. gl. ad fi. bene dicit. † Quid autem sit in iur͂o in litẽ, an ab eius delatione, vel susceptione possit appellari? ponit Bar. in l. in actionib. in vlt. col. j̃. tit. 1. Aduerte etiã, quia Doct. circa gl. nostram, & eius dñas dicunt, ꝙ istæ dñę respiciunt effectum, sed quantum ad modum producẽdi in esse, iur͂m facilius producit in esse, quã sñia, & transactio, vt declarat Bart. cuius declaratio melior est, quã sit illa, q̃ ponit glo. nr̃a fi. in verbo maiorem, quæ aliter dicit, vt in ea habes: nam licèt cum ratione gl. transeat Sal. hic, tñ non est gnālis, nec haberet locum in iur͂o extraiudiciali, in quo non interuenit auctoritas iudicis, nec in necessario, in quo non interuenit con-
9 sensus partiũ, prout dicũt Gul. & d. Alex. hic. ¶† Extra gl. no. diligẽter illud, ꝙ tenet Bar. hic ad fi. ꝙ si in instr͂o sit appositum,
b quia promissor detulerit iur͂m [b] stipulatori, & stipulator iurauerit vera esse, tale instrumentum virtute iur͂i habet executionem paratam, & dicit Bart. se mirari, ꝙ consuetudo hunc modum non inuenerit. nam de iure cōi instr͂a non habet executionem paratam. l. minor 25. ann. cui fideicommissum, in prin. in verb. *initium nouæ petitionis redegerat.* ff. de minor. quem text. ad hoc dicit esse meliorem de corpore iuris Angel. in l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. mat. not. Angel. Imol. &
10 Moder. in l. ait prætor. §. 1. per illum text. ff. de re iud. † Et habere executionem paratam est dicere, quòd non requiratur libellus, nec litis contest. secundum Bartol. in l. intra. ff. de re iud. ista fuit noua inuentio Bartol. & nouum eius dictum, vt inquit Ludouic. Roma. in repe. rubr. ff. de arb. in vlt. char. in 26. colum. & dicit Bald. in l. 1. C. eod. ꝙ ista fuit sing. opin. Barto. & pondera, ꝙ Bar. etiam loquitur in iuramento extraiudiciali. In isto artic. vtili inuenio tres sententias. Prima est Bart. affirmatiua, ꝙ instrumenta vigore iuramenti habẽt executionem paratam, & cum Barto. tenent Fulg. & Alex. hic, & Barto. in l. sed & si possessori. §. fi. in 1. no. per illum tex. j̃. eod. & ibi Sal. Fulg. & d. Alex. & ibidem tenent Ang. & Lud. Ro. qui postea alibi semper tenuerunt ꝯrium. Et ibi Lud. addit, ꝙ Bal. idem tenet in l. j̃. C. de hær. vel act. vẽd. & in l. 1. C. de execu. rei iud. sed neutro bi inuenio. cum Bar. etiã tenet Paul. de Cast. in l. nã & postea. §. si petitor. j̃. eo. vbi faciens mentionem de opi. Bal. ꝯria, dicit, ꝙ notabilior, & verior est opi. Bar. idem Pau. de Cas. hic, eam etiam tenent Paul. & d. Alex. in l. post rem. ff. de re iud. per illũ text. quem etiam alleg. Bart. hic. imò fortius, & sing. tenet idẽ Bar. in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, ad fi. j̃. eo. ꝙ adeo iuramentum habet executionem paratam, ꝙ non potest opponi exceptio precij non soluti, de quo vltimo ibi dicetur. Istam opi. Bar. etiam tenet Ant. de Canario in suo no. tracta. de executiuis instr͂is. 4. q. 270. & dicit Ang. de Arc. in §. item si quis po-
* stulãte. Insti. de act. *quòd eã tenent omnes* Doct. hic. Secũda principalis fuit opi. ꝯria, & sic negatiua, quam tenet Ang. hic. Mo-
11 uetur, † quia ex iur͂o oritur actio [c] in factum, vt hic in glo. sed
c vbi intentatur actio, ibi est necessarius libellus. l. 1. in prin. cum glo. ff. de eden. sed responde, ꝙ ex iuramento, sicut ex sñia oritur duplex remedium. s. actio, & si actio intentaretur, vtrobiq; libellus requireretur. Item competit officium iudicis pro executione, & sic loquimur hic, prout declarat idem Bart. in l. intra. ff. de re iud. & in l. 2. C. de exec. rei iud. & in l. item veniunt.
12 §. idem rectè. ff. de pet. hær. † Et ꝙ ex iuramento competat officium iudicis, est glo. in l. nam & postea. §. fin. j̃. eod. & non pōt reddi ratio diuersitatis, quare cùm iura æquiparẽt iuramentũ, & sñiam, ex iuramento non ita oritur officium iudicis, sicut ex sñia, licèt Ang. dicat, ꝙ istud nulla. l. caueatur. Scd̃o mouetur Ang. per text. qui stringit in l. iusiur. & ad pecunias. §. fin. j̃. eod. cui Bartol. nunquam respondet, sed dicit, ibi videbitis. idẽ ꝯ Bart. tenet Ang. in d. l. iusiur. & ad pecunias. §. fin. per illum
13 tex. † Nec obst. sm̃ eum, ꝙ iuramentum, & sñia æquiparẽtur, quia etiam in multis disconueniunt, vt hic in glo. idem per prædictam tenet Lud. Ro. hic, & quia iuramentum habet vim ꝯtus. l. qui iurasse. §. fi. j̃. eo. sed ꝯtus non habent executionẽ paratam sed non obstat, cùm etiam sñia habeat vim ꝯtus. l. 3. §. idem scribit. ff. de pec. & ad iura alleg. per Bart. rñdet Lud. Ro. ꝙ æquiparantur quo ad quid, non quo ad oīa, vt dicit glo. nr̃a, & maximè, quia in illis iurib. æquiparatur etiam confessio, & non hẽt executionem paratam, vt not. in l. vnica. C. de confes. idem latè tenet Lud. in l. sed & si possessori. §. fin. j̃. eod.
14 motus, quia † qñ dicimus, ꝙ iur͂m habet executionem paratam, debet intelligi. s. vt alia probatio non requiratur: tñ quia ille, qui defert iur͂m, intelligitur tacitè confiteri. d. l. qui iurasse. §. fi. & Bart. in l. nam & postea. §. fin. j̃. eo. certè in confessum requiritur sñia declaratoria l. proinde. §. notãdum. ff. ad leg. aquil. ergo idem in iur͂o, & pro hoc dicit esse text. clarum in d. l. iusiur. & ad pecunias. §. fi. cui Bar. sm̃ eum nunquam rñdet. Contra Bart. etiam tenet Bald. in l. si duo patroni §. si quis iurauerit. j̃. eo. per aliqua ex prædictis. Angel. Arc. in §. item si quis postulante, in 5. col. Insti. de act. dicit se dubitare de ista decis. Bart. quando iuramentum esset extraiudiciale, & non interuenisset auctoritas iudicis, aut saltem notarij, qñ est iudex chartularius: nihil tamen alleg. contra Bart. d. Mathesi. in no. 20. etiam dicit, ꝙ ista doctr. Bart. esset periculosa, qñ iur͂m deferretur debitori, quia ꝯrium iuraret, sed nihil est dicere, quia Barto. loquitur in creditore. Contra Bart etiam tenet Abb. in c. fi. in prin. in 2. col. extra eo. vbi dicit, ꝙ istud dictum Bart. nunquam sibi placuit. Ego aliàs in practica, dum allegarem in hoc passu, audiui per aduocatum contrarium rñderi ad aucto. Bartol. ꝙ Barto. met dicit, ꝙ de consuetudine non obseruatur: ergo non est tenendum, vt est glo. not. Cano. in c. 1. in glo. 2. ad fin. de treug. & pa. & not. dom. Anton. de But. & Pan. in cap. quia circa, de con-
15 sang. & affi. † Posset aliter responderi ad auctoritatem Bartol. ꝙ cùm sit suum nouum dictum, & sua singul. opin. vt superius dixi, certè in iudicando non debemus sequi singul. opin. l. 1. in fin. ff. de senat. vbi Bald. in vltim. not. arguit per illum text. contra sing. & peregrinas opin. & per illum text. dicit Ludo.
16 Roma. in consil. 179. incip. Amplissime Docto. in 5. colum. † ꝙ propter singul. opin. alicuius Doct. non est à communi sententia recedendum in iudicando. Alibi dicit do. Alex. in consi. 237. incip. Visis processibus, in 2. colum. libr. 2. quòd præsumitur per imperitiam iudicare, qui inhæret singul. opin. relicta communi, & in specie dicunt Bald. & Paul. de Castr. in l. fin. C. de insti. & subst. sub ꝯditione factis, ꝙ pp fantasiam Bar. non est in iudi-

ADDITIONES.

a ¶An transactio Adde Bart. in l. siue apud. C. de transac.
b ¶Iuramentum. An iuramentum habeat executionem paratam, Alex. sequitur Bart. in l. ait prætor. §. 1. colum. 2. de re iud. PVRPV.
c ¶Actio. Adde Arch. in c. nos in quemquam, circa fin. 2. q. 1. Arch. in c. iuramenti. circa fin. 22. q. 5. Anton. de But. in proœ. Greg. in 19. col. Ant. de But. in c. per tuas, in 1. colu. de arb. Ant. de But. in c. cum venissent. in 12. col. de instit. Ioan. de Imol. in repe. c. cum contingat. de iureiu.

iudicando recedendum ab opi.cōi.Tertia principalis fuit opi. Bal.in l.1.C. de reb.cred.qui distinguit, ꝙ aut iur͞m est præstitū ex interuallo post ꝯtum celebratum, & tunc habeat executionem paratam, ita loquitur Bart. hic:si autem iur͞m sit præstitum à principio tp̄e celebrati ꝯtus, & tunc non habet executionem paratam. Ratio, quia antequam ꝯtus sit absolutus à partib.non est nata actio, nec obligatio, per ꝯn̄s non potest dici decisiuum litis:de quo loquitur iste articulus.Et istam opi. Bal. sequitur. Lud. Rom.in repe.rub.ff. de arb.in 26.col.sed eā reprobat Pau.de Cast.in l.post rem. ff. de re iud. & d. Alex.hic, quia ad hoc,vt iur͞m dicatur decisiuum litis, & ꝯ̄r æquiparetur sn̄iæ,sufficit,ꝙ sit præstitum super eo, super quo in futurū posset esse lis,dato, ꝙ in p̄n̄ti non sit.l.post rem. ff. de transact.l. 2.& ibi Bart.C.de transac. & istud est, ꝙ propriè vult Bart.hic, dum dicit,quia in futurum posset super hoc dubitari, &c. Teneas opi.Bartol. pro ista opi. vltra Doctor. adduco tria. Primò

17 pondero text.in l.1. C. deposi.sic inducendo, dicit ibi text. † ꝙ instr͞m depositi de iure cōi habet executioni, paratam : & sic illico debet mandari executionem rationem assignat ibi text. p̄p bonam fidem, quæ specialiter requiritur in illo ꝯtu, sed ego habeo, ꝙ in iuramento requiritur maior bona fides, q̄ in alio actu.l.fi.C.ad l.Iul.repe. Facit l.sancimus. C.de sacrosf.eccl. Secundò pondero tex.in l.si quis maior. C.de transac. vbi text.

18 p̄p iuramentum vtitur verbo mox,† ꝙ verbum denotat actū habere executionem paratam. Tertiò adduco,nam iur͞m etiā extraiudiciale habet vim iudicij,& litis cont.l.nam & postea.§. si is,qui pro tp̄ali actione.& ibi Doct.j.eo.Bart.in l. eum qui. §. si quis iurauerit.j.eo. sed actus factus in iudicio de iure cōi habet executionem paratam.text.est in l.tale pactum.§. qui prouocauit,in verbo legitimam conuentionem.ff.de pact. f͞m intellectum Bar.

* *& communem ibi*, f͞m quem ad hoc ille text.redditur sing.vt ibi per Doct.concor. licèt aliqui reprobent, ibi dixi de veritate, qua opin.Bart. retenta, durum est respondere ad l. iusiurandū.& ad pecunias.§. fi.j.eod.ad q̄ Bar.nunquam r͞ndet, vbi post iur͞m fertur sn̄ia. R͞nde,f͞m Alex.sed plenius eo ꝙ tex. ibi loquitur,q̄n iur͞m est præstitum in causa,in qua præcesserat libellus,& litis contest & reliquus processus iudiciarius,ibi bene requiritur sn̄ia, & tunc iur͞m non haberet executionem paratam, secus q̄n iuramentum est extraiudiciale, vel est præstitum in iudicio, sed non in figura iudicij, & idem distinguitur in confessione, quia si confessio fit in iudicio in causa, in qua præcessit libellus,tunc debet ferri sententia,aliàs secus,f͞m Docto.in l.1.C. de confes.& Bart.in l. 1.ff.eo.Et si dicas, ꝙ est diuinare ad d.l.iusiurandū. & ad pecunias.§.fin.R͞nde, ꝙ cum tex. ibi velit ferri sententiam, in necessarium antecedens præsupponit libellum præcessisse, sine quo sententia diffinitiua ferri non posset,vt not.Bart.in l.prolatam.C.de senten.Vel secundò posset pro solutione attentari, quòd iuramēto p̄stito oritur exceptio peremptoria,& si opponatur ad processum,impedit vltra procedi, & tunc non requiritur alia sententia: ita procedat decisio Bart.secus si circa merita causæ,tunc si iurans vult, potest facere,quòd feratur sententia.d.l.iusiur.§.fin.istud colligitur ex doctr. Barto. in l. cum quærebatur,circ. fin.princip.ff. iudic.sol.Non obstat inquantum dicebatur,quod Bartol. met fatetur,quòd non seruatur de consuetudine,quia Bart.non sic dicit,sed bene dicit se mirari,ꝙ consuetudo non obseruet mo

19 dum, quem ipse ponit.† Non obstat etiam, dum dicebam,ꝙ ista opi.Bart.est sing. & ꝙ in iudicando non sunt tenendæ sing. opin.R͞nde,ꝙ procederet,q̄n Barto. solus ita teneret, sed cùm idem teneant multo plures Doct. vt s̄. retuli, certè illa dicitur

a cōis opin. [a] & sequenda,quæ plurium testimonio comprobatur.l.1. versicul. & sanè.ff. de offi.quæsto. dum dicit Iurisconf.

* *& sanè crebrior apud veteres opin.est*,& ibi Bald. ad hoc not.illum text.& tex. in c. nouimus, in verbo. opi.à plurib.approbata,& ibi ad hoc not.do.Ant.de But.de ver.sig.& tex. in c.de iudicijs, in verbo,in quo plurimi concor.3. q.3.glo.de pe.distin. 1. c.fin. not.Cano.in c.ne innitaris,per illum text. de constit. licèt sententia Barto. sit communiter approbata,tamen contra Bartol. vnum facit me dubitare,semper quo cogitabis.Nam Bar.fun-

20 dat se,† quia iuramentum,& sententia æquiparantur, iuribus per eum allegatis,sed regulam habemus, ꝙ ad hoc, vt virtute æquiparationis possit fieri extensio, oportet, quòd æquiparatio fiat in illa materia, de qua agitur, aliàs non procedit.gloss. in c.1.in verbo declaramus,ne cler.vel mona. in 6.& in c. licèt canon.in verbo parochialis, de elec.in 6.& in cap. ea,quæ à iure.de regul.iur.in 6.& in c.constitutionem.de reg.in 6. expressè Gem.in c.si postquam.§.fin.circa fin.de elec.in 6.idem Gem.in c.1.in 3. & 6.fallen.de temp. ord. libr.6.Et pro ista regula addo tex.meliorem de iure in l. furiosi.C.de nup. quē ad hoc alleg. Rom.pro singulari in consil.178.incip.Amplissimè Doct. in 6. col.attento maximè,ꝙ licèt iur͞m,& sn̄ia in aliquib.æquiparentur, in multis etiam differunt, vt hic in gl. Tenendo t̄n sn̄iam

* Bar.*magis communiter approbatam*, eam limita sex modis. Primò limita,vt procedat, q̄n in executione iuri implor aretur officiū iudicis,sicut in executione sn̄iæ:secus si in vtroq; casu ex iuro, vel ex sententia intentaretur actio, vbi requireretur libellus, & neutro casu haberet executionem paratam. ita declarat Bart. in l. intra.ff. de re iud. & in l.2.C. de execu. rei iud. & in l.item veniunt.§.certè.ff.de peti.hæred. Secundò limita decis. Bart. vt procedat, q̄n post ꝯtum iam celebratum fuit ex interuallo interpositum iur͞m,secus si incontinenti, f͞m Bald. in l. 1. C. de reb.cred.sed istam limita.s̄.reprobaui. Tertiò limita not. vt p̄cedat in iuramento extraiudiciali, in quib. terminis propriè loquitur Barto. hic, aliàs etiam in iuramento iudiciali non præcedēte libello secus esset, si præcessisset libellus,& litis contestatio.nam tunc cùm requiratur sententia, non haberet executionem paratam,f͞m d.Alex hic,ita r͞ndentem ad d.l. iusiur. §.fin. j.eo.& adducentem simile de confessione,& ita est restrictio ad Bart. Quartò not.limita (& ad hanc p̄cipuè attende) quando iur͞m tendit ad decisionem litis præsentis, vel futuræ, de quo propriè loquitur iste tit.vt declaraui.s̄.in rub.nam istud est iuramentum,ꝙ æquiparatur sn̄iæ,cùm etiam tendat ad decisionem litis. Vnde,vt ita sit,Bart.adinuenit modum, ꝙ dicat, quia de prædictis posset in futurum dubitari,&c.vt hic per eū, secus ergo esset si in instrumēto adesset iuramentum promissorium in futurum, vel esset iuramentum simpliciter præstitū à debitore.Et caue,quia in hoc erratur, quia aduocati putant, ꝙ omne instr͞m, in quo adsit iur͞m, habeat virtute iuri executionem paratam,ꝙ si esset verum,Bart.ineptè miraretur, quare consuetudo non obseruat hunc modum, & formam iuri ad denotandum,ꝙ oporteat iur͞m tali forma ꝯcipi,ꝙ ex similitudine sn̄iæ tendat ad decisionem litis, quæ saltem in futurum posset sequi.Et ad hoc facit,ꝙ vult Bald.in c.1.§. item sacramenta.in pen.col. in fin. de pa.iur.fir. in vsi. feu. vbi quærit, quare iur͞m decisorium pariat actionem,& non iur͞m promissorium in futurum: r͞ndet, quia iur͞m decisorium habet vim rei iudicatæ, sed promissorium habet vim nudæ pollicitationis,prout etiā dixi.s̄.in rubr.Considera t̄n diligentius in ista declaratione Bar.quia eam in specie Docto. apertè non tangunt. Quintò limita quo ad stipulatorem,vel creditorem, qui iurauit, non autem quo ad tertium,licèt eius intersit. Ratio, quia sicut sn̄ia alijs non prodest, neque nocet.l.sæpè,in prin.ff.de re iud.& toto tit.C.res inter alios acta.ita nec iuramentum.l.3. in ver.pen.j.eo.l.1.in prin.ff.si mulier ven.nom. c.quamuis, in fin. de pact.in 6.Facit,quòd in simili vult not.Bald.in l.si pro te per illum text. C.de dot.promis. quòd statutum disponens, quòd instrumenta confessionata habeant executionem paratam,intelligitur ad petitionem creditoris, non autem tertij, cuius interesit. Sextò, & vltimò limita, quando iuramentum esset in-

b terpositum super contractu simulato,quia nihil valet, [b] gloss. est singul.in l.emptione, in gloss. 1. in fin. quam Bald. & alij ibi sequuntur.C.plus vale. quod agitur. & illam gl.reputat ad hoc singul. Panor.in cap.ad nostram.in 1.col.de emp. & vend.& illam gloss.sequitur Bald.in l.1.C.de oper.lib. & supra in rubr.in vltim.colum.& Bald.& Ang.in l.fin.ff. qui satisda.cogan.& dicit Paul. de Castr. in l.si quis pro eo. in 5.colum.ff. de fideiuss. quòd tale iuramentum,cùm non habeat consensum, dicitur carere anima.& dicit Bal.in l.nec pactionis.C.de ope.lib. quòd in casibus, in quibus lex præsumit simulationem, iuramētum nihil operatur, nec est necesse adire Episcopum, pro eius relaxatione,vt ibi per eum. Et idem Bald. in l. rogasti.§. si tibi.supra titul.1.in vltim.colum.dicit, quòd tunc iuramentum non indiget rescissione,cùm sit nullum, & de prædicta gloss.in dict. l.emptione, & eius veritate habes etiam per Angel. in l.2. C. de dote cau.non nu.per Imol.in l.nemo potest.ff.de lega.1.per Can.maximè dom.Anto.de Butr.in capit. cum contingat. de iureiuran. vbi per Imol.in 46.char.Intellige,nisi etiam esset renunciatum exceptioni simulationis cum iuramento, secundum dom. Barth. Veronen. in tracta. de simulatione contractus,in vltim. præsumptione, veficul. sed circa prædicta caue. tamen cùm vtrobique deficiat consensus, iuramentum nihil operatur. l.1. C. de non numer. pecun. declarat Bartol. in l. si quis pro eo.in vltim. col. in principio in 7.membro.ff.de fideiuss.Item quia eadem fragilitate, qua inducitur ad contrahendum simulatè, & iurandum, eadem fragilitate inducitur ad renunciandum, ergo neutrum debet obesse, arg. l. doli mali. versi.

ADDITIONES.

a ¶Communis opin.Adde Abb.in c.tua nos.de vsu. Abb.in ca.prudentiam, & in c.quęrenti.de offic. deleg.

b ¶Valet.Vide Ias.in Auth. sacramenta puber. versic. limita. C. si aduer.vend. in l.filiusfam.§.diui.de leg.1. PVRPV.

verſic.diuerſum.ff.de dona. Secundò intellige, qñ ſimulatio
eſt ſuper facto:tunc iuřm non valet: ita loquitur gl. in d.l.em-
ptione.ſecus,qñ eſt ſimulatio perſonæ,& veritas facti,text.in l.
2.§.ſi ab ignoto.ff. de manu. nam tunc valet iuřm ,ppter veri-
tatem facti, vt not.limitat Bal.in l.rogaſti.§.ſi tibi,in vlt.col. š.ti.
1.Dicit etiam not.Bal. in rub. š. eo. in vlt.col.ꝙ donec res eſt in
uas probationes,quæ ſuperueniunt,vellet reuocare.l.ſi quis iu-
* ſiurandum. C.de rebus cred. *ſecundum veram, & communem ſolu.*
Barto.hic,alijs duabus reprobatis,quam ſequuntur Ang. Pau.
de Caſt.Do.Alex.hic. Sal. & Pau. in d.l.ſi quis iuſiurandum,&
2 habetur per Bar.& alios in l.fi.de præto.ſtipu. ¶† Secundò no.
ex hoc tex.iuncta.l.3.in prin.& §.fi. ſ.eod. quòd ad hoc vt iura-
mentum præſtitum valeat, tria requiruntur. Primò, quòd ſit
delatum à parte. Secundò, quòd ſit præſtitum ſub illa forma,
3 ſub qua delatum eſt.Tertiò ꝙ incontinenti. ¶† Tertiò ponde-
ra,quod verſic.proinde, facit ſecundum Albe. de Roſa. hic in
fin. poſt dominum ſuum Mar. Silla. quod ſi dico, talis domus
ſit tibi vendita pro centum,ſi tibi placet, quod niſi reſpondeas
incontinenti,ſed altera die quòd tibi placet,poteſt venditor re
uocare.Tu vide ꝙ decidit tex.ſing.in l.ꝙ ſi nolit. §.ſi quid ita.ff.
4 de ædil.edic.¶† Quartò no.ex l.remittit,quod paria ſunt quod
iuramentum præſtetur, vel ꝙ remittatur à deferente. concor.
l.nam & poſtea.§.1.ȷ̃. eod. Limita verum in iuramento deci-
ſiuo litis,ſecus in iuramento confirmatorio contractus,vbi re
miſſio iuramenti non ſufficeret,ſecundum Cyn. in Auth.ſacr.
puber.in 5.quæſt.prin.C.ſi aduerſ.vend.& declarat,& ſequitur
Alex.hic,& eo.modo potes limitare cap.quamuis.de pactis,in
5 6.† Nunquid autem ſi remiſſum eſt iuramentum, iſta remiſ-
ſio habeat executionem paratam?dicam in d.l.nam & poſtea.
Aduerte etiam,quia iſta lex probat,quod remittere iuramen-
tum,eſt facere gratiam volenti iurare.Dicas tamen,ꝙ ſi quis vi
deret alium velle iurare falſum,tenetur remittere,aliàs grauiſ-
ſimè peccat.text. eſt in c.hoc videtur.22.quæſt.5.gl.in c.presby.
6 15.q.5.¶† Vltimò no.ex hac l.in fi.illud vulgatum, ꝙ priuatio
a præſupponit [a] habitum.concord.l.decem.ff.de verbor.oblig.l.
manumiſſiones.ff.de iuſti.& iur.l.1.in princip.ff.quibus modis
vſusfru.amit.Bal.in l.moueor.C.de ſeru.expor.vltra ſcribentes
aduerte ad tria.primò pondera text.ibi,proinde ſi poſtea, &c.
7 quia probat,† quòd dictio poſtea, [b] ſimpliciter prolata, de ſui
b natura importat interuallum.ad idem eſt text. in l.iuriſgen. §.
quinimo.in fi.ſ.de pac.& in l.quoties.§.ſi quis ita ſcripſerit,vbi
Moder.not.ff.de hæred.inſtit.ponit Bart.in l.fructus. in fi.& ibi
ſcribentes.ff.ſolu.matri. quamuis vna gl.in l.ab hoſtibus. §.1.in
glo. 1. ff. ex quibus cau. maio. & ibi Barto.in 1. colum.dicant,
quòd dictio poſtea,ſignificat modicum interuallum, ſed illud
8 ibi eſt propter ſubiectam materiam. † Pondera etiam, quia
Barto.& ſcribentes in d.l.fructus.in fin.ff.ſolu.matrimo.volunt
c non eſſe differentiam [c] inter dictionem poſtea, & dictionem
poſt. quia ſicut dictio poſtea, denotat interuallum,vt hic,ita
dictio poſt,per l.poſt diem. ff.de leg. commiſſ.Ego puto quod
Barto.erret, quia licèt dictio poſtea, ſimpliciter prolata deno-
tet temporis interuallum, tamen ſecus in dictione poſt, prola-
ta ſimpliciter ſine adiuncto,de vtroque eſt tex.in d.§.quinimo.
9 vide tamen circa hæc quæ ibi latius dixi. † Secundò vltra ſcri-
d bentes pondera ex iſto text.quòd qui non ſeruat tempus [d] de-
lationis iuramenti,non dicitur ſeruare formam, & ſic proba-
tur in iſto tex.quòd qui non obſeruat tempora,non dicitur ſer
uare formam.Facit tex.in Authen.quæ ſupplicatio. in ver.niſi
ſub hac forma.C.de preci.imper. offe. & ibi Bald.& Sal.ad hoc
no.ad idem eſt text.in l.ſcire oportet. §.ſi conſequens. ff. de ex-
cuſ.tuto.hanc regulam tradit Paul. de Caſt. in l. qui Romæ.§.
Callimachus,in fi.ff.de verbor.oblig.in l.ſi in lege.§.1.ff.locat.&
alibi Bal.no.quòd qui recedit à tempore, recedit à forma con-
tractus.ita Bald.in l.obſeruare.§.fi.in 3.quæſt.de offi. procon.&
10 leg.& in l.liberti.in 5.colum.C.de oper. lib.† Tertiò vltra ſcri-
bentes aduerte ad hunc text. qui dicit, quòd quando defertur
iuramentum alicui,debet incontinenti ille iurare, ſed ex inter-
uallo non valet.nam conſidera ſuper tex.iuris canonici in c.li-
cet.de procur.in 6.vbi eſt tex.quòd qui renuit acceptare man-
datum, poteſt pœnitere,quandiu conſtituens non mutauerit
voluntatem.Vnde per illum text.dicit Bald.in l.deberi. C.de fi-
deicom.lib. quòd licèt ſemel recuſauerim officium executo-
ris,tamen poſſum iterum acceptare. & idem not. in cap. cum
non ab homine. in fi. de iud. Pro reſponſione dicas, quòd iſte
tex.procedit in materia ſpirituali, & ſic in iuramento, in quo
non præſumitur perſeuerantia eiuſdem voluntatis,niſi incon-
tinenti iuret,licèt in alia materia aliud ſit, & ad hoc facit text.
in c. pen. de iureiuran. nam licet in alia materia paria ſint ali-
quid fieri per ſe, vel per relationem ad aliud, tamen ſecus eſt
in iuramẽto,vt ibi dicit tex.Vltimò pro complemento oppo-
nitur contra text.iſtum,inquantum vult, quòd poſtquam eſt
delatum iuramentum, quòd non poteſt reuocari, l.ſi quis
iuſiurandum.in prin.& in ver. ſi quis autem. C. eod. ad illum
text. dantur variæ ſolu.& tres ponit Barto.hic, primam Gul.&
Iaco.Butr.quam ſequitur Fulg.hic.Secundò ſoluit,quod ibi iu
ramentum non fuit expreſsè acceptatum à parte, & licèt iſta
ſolu.videatur prima fronte conuenire huic legi, & illi, tamen
non eſt bona, & eam reprehendit Fulgo. quia ſi ibi iuramen-
tum non fuiſſet acceptatum, fruſtra diceret text. quòd ſi alia
pars vult reuocare,ſolùm poteſt ante ſententiã, quia niſi fuiſſet
acceptatum,non fuiſſet opus reuocatione, quia iuramentum
eſſet nullum, vt hoc text. Non obſt.l. ſi non fuerit.ȷ̃. eod.quia
ibi loquitur,quando actor, qui detulit iuramentum, nolebat
iurare de calumnia,quo caſu eſt perinde, ac ſi ſibi nullum ius
competeret,& ac ſi iuramentum remitteret in odium contu-
macis. Tertia, & vera reſponſio eſt, quam etiam ponit Barto.
hic,quòd illud,quod dicitur hic,iuramentum delatum, & ac-
ceptatum non poteſt reuocari,eſt verum,niſi deferens iuret ex
iuſta cauſa, puta, quia dicat ſe nunc habere probationes in
promptu,vt hic per Bart.& iſtam ſolu.tenent etiam Ang.Pau.
de Caſt.& Dom.Alex.hic,& Pau.de Caſt.in d.l.ſi quis iuſiuran-
dum,quamuis ſolus Fulgo.reprehendat, per generalitatem il-
lius.§.ſi quis autem.Ex iſta ſolu. habes elicere vnam ſolu. con-
tra cautelam Bart.nam ſi tu,qui defers iuramentum,vides par-
tem aduerſam nolle acceptare,ſed velle deliberare,qualiter iu
ret,potes tu durante termino deliberationis dicere,nolo,quòd
iures,quia nunc habeo probationes.Aliam ſolu. ad illum text.
dabat hic Albe.quòd iſta iura procedunt ſecundum iura.ff.il-
le tex.ſecundum iura.C.ſed iſta ſolu.non placet,quia abhorre-
ri ſolet iurium correctio.

ADDITIONES.

a ¶Priuatio præſupponit.Adde c.quod verò non formatum.32.q.2.
b ¶Dictio poſtea.Adde l.non erit.in §.fi.ff.de iureiur.
c ¶Non eſſe differentiam.Adde Docto.in l.quoties.in §. fi. ff. de hæred. inſtitu.
Docto.in l.illud ff. de acquir.hæred.
d ¶Tempus.Fel.in c.cum dilecta.col.5.ver.octauum ſignum.de reſcrip. PVR.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione rei venit pars,& contra,ibi.nu.7.*
2 *Quid in iudicijs,& quid in teſtamentis.nu.5.*
3 *Quid in ſententia.*
4 *Quid in materia odioſa.*
6 *In pœnalibus debet liquidò conſtare,nec proceditur per coniecturas.*
8 *Quid in contractu emphyteutico.*
9 *An prohibita alienatione,intelligatur prohibita alienatio dominij particularis.*
10 *Ius excipiendi an tranſeat ad ſingulares ſucceſſores.*
11 *Exceptio iuramenti eſt realis.*
12 *Exceptio iuramenti impedit litis ingreſſum.nu. 13.*
14 *Exceptio pacti de non petendo an impediat litis ingreſſum.*
15 *Quæ exceptio impediat litis ingreſſum.nu.17.*
16 *Quid de exceptione litis finitæ.nu.23.*
18 *Quando quis dicatur conſentire in iudicem, vel eſſe contumacem excipiendo.*
Clauſula,quòd non intendit conſentire in vos dominum iudicem.

Clauſula libelli,non tamen in modum libelli,ſed qualiſqualis petitionis.
19 *In dubio exceptio an intelligatur poſita ad impediendum litis ingreſſũ, an verò ad merita cauſæ.*
20 *Quid ſi ſit reiecta ſaltem tacitè per iudicem,an denuo poſt litem conteſtatam poſſit opponi.*
21 *Quid ſi reus renunciauit tali exceptioni.*
22 *Verba iſta denegetur actio,appoſita in lege,vel ſtatuto non important quòd ipſo iure tollatur actio,ſed ope exceptionis tantum.*
24 *Quando exceptio dicatur requirere altiorem indaginem.*
25 *Exceptionem per proceſſum ad vlteriora quando iudex dicatur, vel poſſit reijcere.*
26 *Exceptio,quæ incontinenti poteſt liquidari,ſemper admittitur.*

LEX VII.

AIt prætor. Iſtam legem cum ſeq. & prin.
ſequẽtis ſumma,vt hic per Bar.
1 † No.quod appel.rei [a] venit pars, concordat.l.3.§.
2 ſi quis tabulas.ff.ad Sill.vide omnino Ange.in l.1.C.
quando,& quibus quarta pars debe. lib.10. Eodem modo aliquando totum ponitur pro parte,ideo ſi teſtator inſtituit plures filios hæredes,poſtea dixit, ꝙ ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis,volo hæreditatem meam diſtribui in pauperes, intelligitur hæreditatem meam,ideſt,partem hæreditatis relictam illi ſic decedenti l. Lucius Titius.in prin.cum glo.in ver. hæreditate.ff.de leg.1.& ibi Bal.not.& inducit ad quæſt.prædictam. Facit tex.in l.Titia,& ibi not.Alex.ff.ad l.Fal.& ibi refert ſupraſcriptam deciſi.Bal.quam dicit tenendam menti perpetuò, quia ſæpè de facto accidere poteſt. Intellige regulam huius l.quan-
2 do terminus,res, profertur à l.vel à ſtatuto vt hic.† Quid autẽ in iudicijs,ſi in libello actor petit rem ſimpliciter, & non probat niſi de media?habes glo.in l.ſi in rem.in prin. in glo.2.& ibi Bar.ff.de rei vend.glo.& Bal.in l.Pomponius.§. ſed & his. ff.de procu.glo.& Doct.in c.2.de libelli obl. Bar.& alij in l. de pupil
3 o.§.qui nunciat.ff.de ope.noui nunc.† quid autem in ſententia iudicis,ponit Bar.in l. legatis vxori per illum tex.de leg,2. Limita iſtam regulam non procedere in ꝯtractibus ſm Iaco.But.Alb. Ludo.Rom.& Dom.Alex.hic,per tex.in l. ſi dictum §. in ſtip. ff.de euic.tu vide tex.in l.1.& ibi gl.& Bar. ff.eod.de euic. Secũdò limita ſm Sal.quando ea ratio eſt in parte, prout in toto.l. quæ de tota.ff.de rei vend.glo.in l.qui ſcit. in prin. ff. de vſuris. Tertiò notab.limita ſm Iaco.But.Alb.& Sal.hic, vt non proce
4 dat in materia odioſa,vel pœnali.† Pondera hanc limit.[b] quia
b facit ad quæſt.de teſtatore,qui prohibuit domum alienari extra familiam & caſu quo alienetur,ipſo iure, & de facto perueniat in alium de familia proximiorem, euenit, quòd iſte ſic prohibitus alienauit partem poſteriorem domus, non eſt dubium,quòd priuatur illa parte alienata,ſed fuit dubitatum,an pro alienatione illius partis, priuari debeat in totum tota domo.Aliqui Docto.conſuluerunt quòd ſic, per regulam huius
5 tex.quia appel.domus venit etiam pars. ¶† Secundò, & fortius facit,quod mirabiliter conſuluit Ang.in conſi.168.incip.teſtator in omnibus bonis ſuis. in 2.dub. vbi conſuluit in fortioribus terminis,ſcilicet in pia cauſa in hoſpitali,quod erat inſtitutum in diuerſis rebus, & erat facta prohibitio alienandi aliquam rem,& ſi alienaret,teſtator priuabat hæreditate, conſuluit Ang.ꝙ per alienationem vnius rei, priuetur tota hæreditate,motus quia hoſpitale cenſetur inſtitutum ſub ꝯtraria conditione tacitæ ademptionis.l.ſi legatum purè. in prin. ff.de adim. leg.vidimus in l.pecu.quam ſ.tit.1. ſed conditio eſt indiuidua. l.cui fundus.ff.de cond.& demon.not in l.2.§ ex his.ff.de verb. oblig.Facit etiam,ꝙ voluit Pau.de Caſt.in conſi.232.in vlt.col. breuiter ego conſului ꝯtrarium, motus ex limitatione proximè relata,quia in materia odioſa,ſiue pœnali,prout eſt iſta, appel.
6 rei non venit pars.† Secundò,quia in pœnalib. debet liquidiſſimè ꝯſtare,nec eſt procedendum per coniecturas. l.in teſtõ.1.ff. de condi.& demon quæ eſt ad hoc ſing.ſecundum Bal. in c.1. qualiter dñs propr.feu.priua.& in c.quintauallis.in 8. col.de iureiur.& in l.cum proponas.in pen.col.C. de her. inſt.& eſt bonus tex.in l.muita.in prin.ff.de cond.& demon. Tertiò,quia pœna non debet egredi mentã delicti l.reſcriptum, & l. hæres qui
7 tacitam.ff.de his quib.vt indig.† Quartò,quia eo caſu,quo dicimus,appel.rei contineri partem, verum eſt quo ad illam partem,ſed non quo ad totum,tex.eſt hic clarus. Vñ bene fateor, quòd teſtator,qui prohibuit alienare domum, intelligitur etiã prohibuiſſe partem domus. Vnde ſi partem alienauit, fateor ꝙ illa parte priuatur,ſed per hoc nõ debet priuari tota domo, & ita puto eſſe veritatem, ſaluo ſemper iudicio rectius ſentiẽ-
8 tis. † Et ad hanc quæſt.adde quæſt.quam poſui in l. fin. in 13.q.
c C.de iur. emphy. vbi tetigi an emphyteuta [c] alienans partem rei emphyteuticæ irrequiſito domino, priuetur tota emphyteuſi. Quã quæſt.in terminis format ſolus Raph.Cum.in l. dona. §.pen. ff. de dona. & dicit,ꝙ quæſiuit in omnib.chartaphatijs,ſed nullibi inuenit, videas ibidem vbi examinaui. Adde etiam not.per Barto.in l.ſi ita quis §.ea.l.in 1.colum.ff.de verb. oblig.& in l.filiusfam.§.diui.in vlt.colum ff.de leg.1.dum tan-
9 git, † an prohibita alienatione intelligatur prohibita alienatio dominij particularis.Caue tamen,quia dicit Bal.in l. fi. de ope. lib.reputans valde not.ꝙ non omnis lex priuans,dicitur pœnalis,ſed quæ priuat propter delictum tantum, quod diligenter not.ad iſtam materiam pœnalem, & ad regulam. l. cùm qui-
10 dam.ff.de lib.& poſthu.¶† No.ſecundò ex l.ſequen. ſecundũ Barto.& alios quòd ius excipiendi competens ſuper aliqua re, tranſit etiam ad ſingu.ſucceſſores.Iſta regula procedit nedum actiuè,vt hic,ſed etiam paſſiuè,quo ad ſucceſſores eius,contra quem competit.in l.idemque,ad fi. ff.pro ſocio, quam materiam latè examinant Antiqui poſtea Alb.Bal.& Saly.hic,tu vide Barto.in l.ſi tertius §.ſi quis prius.ff.de aqua plu. arc.Docto. in l.3.C.ꝙ met.cauſa.latè per Ant.de But.in c.quia quinque.de
11 iud.¶† Tertiò no.ex eo tex.ſecundum Ang.quòd exceptio iuramenti non cohæret perſonæ, & ſic iuramentum ex parte iurantis eſt in rem,quo ad hoc,vt non ſolùm ſibi, ſed etiam cæteris ſucceſſoribus excep. pariat. dic vt habetur in c. veritatis,
12 extra eo.cum concor. ¶† Quartò not. ex l. nam & poſtea, in verb.denegatur actio,ſecundum Bar. quòd exceptio iuramenti impedit litis ingreſſum, cùm agere ſit per litis conteſt. l. amplius non peti.ff.rem rat.hab.melius allegaſſet Barto.in gl.in l.ſi poſtea.in gl.1.ff.de pec.quæ eſt ad hoc ſingularis, ſm Bal. in c.ꝑtuas.in 7.col.de prob.idem tenet Bal.in rub. de transla. prę la.in vlt.col.quamuis idem Bal.in l.cum quis.in pen.col.C.de iur.& fac.igno.reprehendat illam gl.ſed de hoc non debuit Bar. dubitare,cum tex.ſit in c.1. de lit. conteſt. in 6.Similiter exceptio periurij eſt exceptio litis finitæ ita tenet d.Ant. de But.in c.dile
13 cta,in 3.col.de excep.ꝙ bene no.¶† Quæ aũt ſit ratio,quare exceptio iuſiurandi impediat litis ingreſſum, Bart. hic duas rationes aſſignat.ad primam vide Spec.in tit.de excep. §.dicto. ver.
14 rurſus notandum eſt.† Ex 2.no. ꝙ excep.pac.de non petendo non impedit litis ingreſſum,idẽ tenet gl.Ful. hic,& Bal. in c.de teſti.extra de teſti.Bald.in l. peremptorias. C.de ſen.reſcin.non poſſe.in l.ſi non ſortẽ.§.adeo in vlt.col. ꝯ.de ꝯd.inde. faciendo dñam,quam añ eũ ponit Bar.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.in 8.col.ff.de pac.ſed aliter vr̃ tenere Inno.in d.c. 1.tu ꝯ Bar.pondera fortem tex.in l.credi in ver.petitionem repellit. C. de pac. ſed Ful.& d.Alex.ibid.plenius dupliciter rñdent,tñ vtraq; rñſio diuinat.Adde ẽt,ꝙ ex p̃dictis non vr̃ bene dicere Inn. in c.ꝯſti. de reſcr.ꝙ ſi iuro non ꝯuenire aliquem,iſtud non impedit litis ingreſſum,& malè,& eum reprobãt Do. Ant.ibi,& Imo. ple-
15 nius in vlt.col.† Subdit generalius Bar.hic, ꝙ omnis exceptio, per quã cõcluditur actionem ipſo iure ſublatam, impedit litis ingreſſum per duo fundamenta,de quib.hic per eũ,& ſequunt
* *Ang.& communiter Mod.hic,* quamuis Pau. de Caſt. reprobet per gl.in c.1.in ver defenſionem.de lit.conteſt.in 6.& miratur Bar. nõ aduertiſſe ad illam gl.ſed dic,quòd ab oĩb.eſt ibi reprobata, & ad Bar. adde hic eundẽ in l. ſi pupilli §.videamus.per illum tex.ff.de neg.geſt.& in l.Papinianus §.ſi quis impubes. per illũ tex.& in l.mater.ff.de inoff.teſt.& in l. ſi Titius.§. ante omnia. per illum tex. ff. de pac. & in l.cum quærebatur,in prin. ff.iud. ſol.Spec.in tit.de excep.§.dicto,ver.vt añr.Et aduerte,quia iſtã ponderationem Pau.de Caſt.ꝯ Bar.ante ipſum facit Imo.in l.ſi quæramus.ff.de teſt. & ſi dicas,quòd pro Pau de Caſt.facit tex. in d.c.1.in ver.nulla exceptio,nullaq; defenſio impedit litis ingreſſum,niſi illę de q̃b.ibi,ꝑ quę verba nulla defenſio,excludit quælibet defenſio iuris,ſecundum Bart.in l. 1. §. parui. ff. quod vi aut clàm.Sed reſponde,quod licet tex.loquatur taxatiuè excludendo aliqua,tamen excludit ea, quæ per alias leges inducuntur,ſecundum glo.in l.ob æs.C.de præd.min. & Barto. in l. 3.§.cum Titio.ff.de adim.leg.& dixi in l.1.in princ.ff.ſi quis ius dic.

ADDITIONES.

a ¶Appellatione rei. Adde l.Iulianus.§.ſi intra.ff.de dam.infect.
* Et dic,ꝙ imò appellatione cuiuslibet rei in dubio venit tota res,& nõ pars, teſte Rol.conſ.89.nu.17.lib.3.l.ſi in rem.in prin.vbi Bar. ff. de rei vend. & de propria ſignificatione venit tota res,ſecundum Bar.in l.de pupillo. §.qui nũciat.de nou.oper.nun.communem dicit idem Rol.conſ.61.62. nu.18.eodem lib.3.declara vt per eundem conſ.22.nu.16.lib.1.Alex. in l.is poteſt. de acq. hær.conſ.52.96.lib.5.Guid.Pap. q.291.q.584. MASVER.
b ¶Limitationẽ. Vide Crotum in §.dim.col,42.tenentem contra Iaſ.PVRPV.
c ¶Emphyteuta. Adde facere quę ſcribit Rol.conſ.17.nu.14.lib.2.Guid.Pap.q. 174.& quid de emphyteuta plurium dominorum,ſi alienat rem emphyte.de voluntate vnius vel duorum ex dominis, dic quòd cadit tantum ab illa parte,cuius domini conſenſus non fuit requiſitus ſecundum communem ibi.d. conſ.nu.5.& ſeq,vbi alias plures q.notab.examinat, & ibi etiam quid in emphyteuta priuati alienante partem rei emphyt.ſine conſenſu domini,de qua plura no.Alex.conſ.99.nu.27.lib.5.Pariſ.conſ.14.col.2.lib.1. MASVER.

16 dic.non obtem. † Facias ex prædictis regulam, quòd exceptio
litis finitæ,& omnis exceptio,per quam apparet actionem ipso
iure sublatam,& omnis exceptio, per quam apparet delictum
commissum esse impunibile,omnes tales except. impediunt li
tis ingressum, & ne iudicium possit inchoari,vt hic per Bar. &
superius dixi.Quasdam aliàs excep.impedientes litis ingressum
enumerat in specie Paul. de Cast.hic in vlt.col. sed plures enu-
merat Bal.in l.postquam liti.C. de pac.Cano.in d.c.1. Bart.in l.
vir bonus.& in l.cum quærebat.ff.iudi. sol. & innumeras ponit
17 d.Alex.in d.l. vir bonus. in apostillis suis. † Sed aduerte ad pra-
cticam,quia tales excep.ita demum impediunt litis ingressum,
quando opponuntur ad impediendum processum, eo quia ex
cipiens dicit, domine iudex, non potestis procedere, quia ha-
beo talem except.&c.secus esset si non opponeretur ad proces
sum,sed ad merita causæ, vt quia reus conuentus respondēdo
libello diceret, ego nihil debeo, quia habeo except. iuramenti,
vel sententiæ, tunc non impediret processum, cùm non sit ad
hoc opposita, & ideo virtus consistit in modo practicandi, &
in modo excipiendi.ita declarat Bar.in l.cum quærebatur.circa
fin.ff.iud.sol.& in l.fin.pro solu.Bal.in l.eleganter. §. si quis post.
in 7.col.ff.de condi.indeb.Bal.Ang.Lud.Rom. & do.Alex.hic.
imò magistralius dicit Spec.in tit.de excep.§.dicto. ver. rursus
notandum est.circa fi.illius ver.quòd istis casibus reus conuen-
tus in libelli respōsione debet dicere,nō teneor tibi ad 100.quæ
petis,quia habeo talem excep.sed si diceret,nolo respondere li
bello, qa habeo talem excep. deberet succumbere. & sequitur
Lud.Ro.hic.circa fi.quia tunc censetur contumax, quod est
valde notandum in actu practico. Confirmo per optimum si-
mile,quòd voluit Inno.& Io.And.in c. Cumana.de elect.& ibi
18 Bal.in 9.col.Pan.& Imol.in 15.col.qui dicūt, † ꝙ si reus citatus
comparendo,& respondendo protestatur,ꝙ non intendit con
sentire in illum iudicem per istum actum, nec per quemcunq;
alium actum,quem in futurum fecerit, certè iudex potest di-
cere,& ego ex nunc te condemno tanquam contumacem, &
ideo debet esse cautus,& adijcere illa verba, quæ semper appo
nunt cauti practici,scilicet nisi, & inquantum à iure sim arcta-
tus.refert & no.sequitur Angel.in l.non potest videri vltra.ff.de
iud.qui dicit, ꝙ semel istud allegauit contra quendam magnū
aduocatum, qui ex hoc dicto fuit valde iratus. sequitur etiam
Ang.in consil.217.inci. in causa accusationis productę per Phi
lippum. & idē Ang.in §.1.in 2.col.in Auth.de exhib.reis.sequi-
tur Bald.in l. 2.per illum text.C.vbi quis de curia. vel cohortali.
& in cap.1.ad fi.in tit.an apud iudicem.in vsib. feud. & in Au-
then.habita.in 12.col.ne filius pro patre. Pan.in c. cum M.Fer-
rariēsis,& ibi Io.de Imo. in 15.& in pen.col.de consti.Pan.in c.
fin.ad fi.de dolo & contu.Io.de Imol. in l. quidam consulebat.
in pen.col.ff.de re iudi.in l.si ita scriptum.ff.de leg.1. & in l.non
solùm.§.morte.ff.de oper.nou.nunc.Lud.Rom.in l. qui in alie
* na.§.fi.ff. de acq. hæred. *& ita communiter tenetur*. quamuis con-
trarium teneat do. Anto. de But.in d.c.Cumana in vlt. col. ad
19 cuius fundamenta ibi respondet Pan. ¶†Secundò confirmo
per illud,ꝙ sing. consuluit Petr.de Anch. (nec alibi legi) in con
sil.33.inci.per statutū.vbi consuluit egregiè, ꝙ in causis, in qui-
bus requiritur libellus, prout sunt regulariter omnes causæ or-
dinariæ, Pone, quòd actor producit libellum solennem cum
omnibus solennitatibus requisitis à iure,iuxta glo.& Docto.in
l.1.in princ.in glo. magna.ff.de eden. & in c.2.de libelli oblatio-
ne,& adijcit clausulam, prout tota die fit, ꝙ non in modum
solennis libelli, sed qualisqualis petitionis, debet succumbere,
nisi adijciat illa verba, nisi & quatenus à iure requiratur, vt ibi
pulchrè per eum, & ista teneas bene cordi,quia in actu practi-
co infringerent totum vnum processum,& sic facerent hono-
rem. Suprascripta procedunt redeundo ad materiam nostrā
in casu claro.quid in dubio,an exceptio litis finitæ præsumatur
opposita ad impediendum processum, an verò ad merita cau-
sæ?Bald.in d.l.eleganter.§.si quis post.in 7.col. tenet, ꝙ in dubio
pręsumatur opposita ad merita causæ,quia sic est originalis na
tura,alleg.in arg.l.3.in prin.ff.ad Maced. quæ nihil facit,sed ſm
Lud. Rom.potest assignari ratio, quia vbicunque actus potest
fieri de iure cōi, & de iure speciali, in dubio debet præsumi fa-
ctus de iure cōi. l. Quanquam. & in l. testō mag. C. de testa.
mili.sed excep.peremptoriæ de iure cōi opponuntur ad meri-
ta causæ,d.l.peremptorias, tamen posses arguendo negare hoc
vlt.assumptum.Sed his non obst. distingue melius,vt per Bald.
hic, quem in specie referunt,& sequuntur Lud. Rom.& Alex.
20 hic. † Quid autem si exceptio peremptoria impediens litis in-
gressum ante lit. contesta. fuit opposita ad impediendum pro-
cessum,& fuit reiecta per iudicē tacitè, vel expresè, an denuo
post lit.contest.possit opponi in vim peremptoriæ? tetigit Bart.
in d.§.si quis post.& nihil decidit.sed Bald. plenius hic, & ibi di-
stinguit,ꝙ si iudex reiecit,eo qa de ea plenè cognouit,amplius
opponi non possit,aliàs secus,vt latè per eum,& sequitur Lud.
21 Rom.hic in vlt.col. † Quid autem esset si reus ante lit.contest.
opposuit talem excep. ad impediendum litis ingressum, & ei
renunciauit,an post lit.contesta. non obst. renunciatione pote-
rit eā denuo opponere ad merita causæ? Distingue,aut renun-
ciauit illi except.solùm tanquā impeditiuæ ingressus litis, & eā
potest denuo opponere ad merita causæ,quia tunc opponitur
ad alium finem,quàm renunciauit, secus si renunciauit, vt ex-
cep.peremptoriæ, vel simpliciter, ſm Bal.in d.§.si quis post. &
Lud.Rom. hic in pen.col. quicquid tenuerit idem Bald.hic,&
in d.l.peremptorias.Multas alias excep. perēptorias impedien-
tes litis ingressum enumerat hic Paul. de Cast.in vlt.col.& Bal.
in l.postquam liti.C.de pact. Bart.in l.vir bonus.ff.iud. sol. Can.
22 in c.1.de lit.contest.in 6.¶†Quintò not.ex ista l.nam & posteà,
ibi,vel denegatur act.iuncta glo.quæ exponit,idest exceptione
repellitur,secundum Bart. & alios, quòd ista verba denegetur
actio,apposita in l.vel in statuto,non important, quòd ipso iu-
re tollatur actio,sed ope excep.tantum. Sed caue,quia text.iste
parum facit,cùm ista verba sint in edicto preto.& prætor non
potest ipso iure tollere etiam si exprimeret.§.quos autem.Inst.
de bon.pos.gl.in l.in substi. ff. de vulg. & pup. melius ergo pro-
bat tex.hic alleg.per Barto.in l.1.in prin. iuncto.§.sublata.&.ibi
not.Bar. & alij.ff.ad Treb. attento quòd Senatuscons.est ius ci-
uile,quod potuisset ipso iure tollere actionem.l.ius autem ciui
le.ff.de iusti.& iur. & tamen per talia verba actio non datur. nā
tollitur actio ipso iure.pro conclu.Bar.adde tex.in l.necessarijs.
in ver. *& in eos actio non detur*.ff.de acq.hære.& illum tex.ad hoc
ibi not.d.Fran. de Are.tñ aduerte,quia in ꝯrium pondero plu-
res tex.vbi ista verba,actionem non dabo,important ipso iure.
Primò enim allego tex.in l.mercalem. C.de cōdi.ob turp.cau.
in verbo.*denegandas esse actiones*.iuncta regula l.generaliter. & l.si
plagij.ff.de verb.obl.Item ꝯ Bar.vr̃ tex.in l.omnes,in fin cum l.
sicut.in fi.C.de præscr.30. ann. licèt gl.videatur destruere illum
tex.dum dicit,intellige quo ad effectū,& de illo text.in d.l.mer-
calem.perpendit Sal.in l.2.C.de condi.ob.tur.cau.& d.Fran. de
Are.in d.l.generaliter.in 2.col.ibi tamen conatur r̄ndere ad illū
tex.Limita prædictum not.Bar.non procedere in causis crimi-
nalibus per duo iura, quæ nihil probant, & idem tenet Bald. in
* lect.antiqua. *Bar.& omnes Moder.hic*. & Bar.in l.cū lex.in vlt.col.
ff.de fideius.& in l.1.in prin. per illum text.ff.ad Maced.& in l.2.
§.1.ff.ad Velleia.& ī d.§.sublata.& ibi Ang.& cōiter Mod. quā-
uis ꝯrium teneat Bal.in l.non dubium.ad fi. C.de legi. & Imol.
in d.§.sublata.& vide omnino latè, & subtiliter dom. Franc.de
Aret.in consil. 85. incip. considerata diligenter consultatione.
Et pondera,quòd Bartol.hic alleg. l. si tibi.§.quædam. de pact.
sentit rationem,quia actiones ex delictis ipso iure per pactum
nudum tolluntur,vt ibi.ergo facilius tolluntur,quàm actiones
ciuiles, multò magis debet impediri eorum natiuitas. tamen
nec ista ratio Barto. concludenter probat, quòd per illa verba
actio non detur, in criminalibus actio tollatur ipso iure. cogi-
tabam etiam fortius inducere dicta iura: nam dicta iura di-
cunt, quòd in delictis pactum ipso iure tollit actionem, ergo
fortius debet tolli per statutum, per text. in l.fin. & ibi Bartol.
not.C.de fideiu.& gloss.in l. non impossibile. in gloss. magn. in
fin.ff.de pact.sed ista argumen. non videtur bona inductio, tol-
litur actio ipso iure per pactum,ergo & per statutum: nam in
delictis ille, qui deliquit, ex tacito consensu obligatur obliga-
tione naturali.l.1.ff.de furt.Bartol.in l. ex hoc iure.ff.de iustit.&
iu.& ideo nimirum si sicut delinquendo obligatur consensu,
sic ita per contrarium consensum, & sic per pactum tollitur
obligatio,& actio.l.Stichum.§.naturalis.ff.de sol. sed in statuto
non est sic,quia non adest consensus, virtute cuius possit tolli
contrario consensu obligatio. vnde aliam, & meliorem ratio-
nem assignat not.Bartol.in l.cum lex.in vlt.colum.ff.de fideiuss.
quam sibi ascribit Raphael. Cuma. in l. 1. §. Quanquam. ff.ad
Trebel.quamuis eam reprobet Impe.& dom. Alexand.in d.§.
23 sublata. ¶† Vltim. not. ex versicu. fin. *secundum communem in-*
* *tellectum*, quòd quando exceptio iuramenti est dubia, & sic re-
quirit altiorem indaginem,non impedit litis ingressum,sed de-
bet reseruari infra in processu probanda. Et huius conclusio-
nis credo esse rationem,nam regulam habemus,quòd quando
aliqua exceptio proponitur in iudicio præparante, quæ requi-
rit altiorem indaginem, quòd tunc reseruatur necessariò exa-
minanda in iudicio præparato.l.3.§.ibidem. ff.ad exhibend. sed
ego habeo,qđ illud,quod præcedit lit.contest.dicitur prępara-
torium iudicij. glo.not.in §.pen.aliàs fin.in verbo procemijs,in
Auth.in medio litis non fieri sacras iussio.dixi in rub.C.de iure-
24 iur.ergo &c. † Quando autem excep.dicantur requirere altio-
rem indaginem,declarat not. Bart.in l.si is à quo.in prin.ff.vt in
pos.leg.& in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.Bal. Sal. & alij in
l.2. C.de edi.diui Adr. tol. & multum operatur talis reseruatio

facta à iudice in proceſ. quia ſi poſtea probetur talem except.
eſſe veram, iudex pronuntiabit talem proceſſum eſſe vſq; re-
tro nullum, quod pronunciare non poſſet, ſi prius except. non
fuiſſet oppoſita, ita no.bar.in l. ille à quo. §. ſi de teſtamento.ff.
ad Treb.& in l.prætor.§.1.ff.de dam. infect. ſequuntur Saly.&
Pau. de Caſt. hic, & Pau. multum dicit tenendum menti, de
quo etiam per Bar.in l.pen.C.de poſtu.& in l.fi.C.de compen.
25 † Sed aduerte, quia illud, quod dicitur, ꝙ exceptio litis finitæ
requirens altiorem indaginem non impedit lit. conteſt. fallit
quando talis exceptio concerneret perſonam iudicis, vel acto-
ris, qua licèt requirat altiorem indaginem, tamen debet prius,
& ante omnia liquidari, ſm Bar.in l.fi. circa fi.ff.pro ſuo, & in l.
quidam conſulebat.ff.de re iud.Item attende, ꝙ ſi opponatur
excep.impeditiua proceſſus, quæ non requirit altiorem indagi-
nem, ſed poteſt expediri intra biduum, vel intra tres dies, & ni-
hilominus iudex inuita parte procedit ad vlteriora, proceſſus
erit ipſo iure nullus, vt per gl.& Docto.in c. cum contingat.de
offic.deleg Bal.in l.1.in pen.car.& in l.ſi criminis. C. qui accuſ.
non poſ.& in d.l.peremptorias latè Ludo.Roma. hic.in 2. col.
& 3.Imol.in d.l.ille à quo.§ ſi de teſtamento, & in l.ſi quando.
ff.de leg.1.Pau.de Caſt.hic ad fi.& in §.ſi damnetur.ĩ.ea.l.Et eſt
25 ratio, † quia iudex non poteſt immutare ordinem iuris. c.exa-
minata.de iud.Item in materia adde glo. in c. ſciſcitata. in ver.
effectum.de in integ.reſt.quam Abb.Panor. ibi in 5.colu.mul-
tum not.& dicit, ꝙ ſolet multoties adducere in conſilijs ad ſta
tuta, quæ excludunt omnes excep.ↄ̃ ſententiam, ꝙ intelligan-
tur, niſi opponens excep. legitimam eam velit incontinenti ꝓ-
bare, vt ibi per eum, ꝙ dictum eſt multum practicabile, & not.
indignum.idem tenet in c.ſuper eo.ad fi.de offi.deleg.ſed illud
reprobat bona ratione d.Alex.in conſi.934.incip.clariſſimè do
mine Vicarie, vt ibi latè per eum, & ad auctoritatem Abb.re-
ſpondet, ꝙ non ſolùm ſi Abb.ſed etiam ſi Epiſcopus, vel Car-
dinales iſtud dicerent, malè dicerent, & per iſta remanent ex-
pediti iſti tex.

S V M M A R I V M.

1 *An ex iuramento oriatur actio.*
2 *An habeat executionem paratam.*
3 *Iurandi facultas an tranſeat ad hæredem.*
4 *Promiſſio ſine cauſa valet cum iuramento.*

§.Iureiurando.

Ex iuramento præſtito, vel re
miſſo oritur actio actori, &
except.reo, & al is ſcilicet ſucceſſorib. ſecundum primum in-
tellect. glo. vel ans ſcilicet fideiuſſoribus, ſm alium intellect.
hoc dicit, & tunc exceptio ſuperueniens reo principali, prode-
1 rit fideiuſſoribus.¶† No.ex hoc tex. ꝙ ita oritur actio, qñ remiſ
ſum eſt iuramentum, ſicut qñ eſt actualiter præſtitum, vt hic,
& l.non erit.§.ſi neq;. ſ.eod. ex quo habes notare ſm Salyc. &
Ludo.Rom. ꝙ actio, quæ oritur ex actu in veritate geſto, ori-
tur, etiam qñ non eſt geſtus, ſed remanet per partem, quæ re-
mittit, & facit iſte tex.ad ea, quæ dixi in l.3.§.fi.ſ.eod. ↄ̃ Io. Fab.
2 in §.item ſi quis poſtulante.in pen.col.Inſti.de act. † Et cogita,
an remiſſo iuramento inſtrumentum haberet executionem
paratam, ſicut ſi eſſet actualiter iuratum ſm formam, quam
tradit Bar.in l.2.ad fi.ſupra eod. nam iſte text.probaret, ꝙ ſic, &
eſſet magna extenſio ad dec.Bar. ibi, tñ aduerte, quia ↄ̃ hoc fa-
3 cit, quia ſm hoc concurrerent multa ſpecialia.† Nũquid autẽ
delato iuramento, & ſuſcepto, ſi ſuſcipiens moriatur antequã
iuret, an facultas iurandi tranſeat ad hæredes? tex.eſt, ꝙ non in l.
generaliter.in princ.C.eod quia fortè bene confido de te, & nõ
confido de hærede tuo, quia prout dicit ibi Bald.ſæpè legali vi
ro ſuccedit improbus: & iſtud intellige verum in iuramento
delato ab homine, ſecus in iuramento delato à lege vel à ſtatu
to, quia lex ſemper loquitur.glo.eſt in l.pen. §.fin.& ibi Moder.
ff.ne quis eum qui, & ibi ſoleo dicere, & dixi in l. ſi quando. C.
vnde vi Attende etiam ad illud, quod dicit Bar. hic, ꝙ iuramẽ-
tum non præſumitur delatum à parte, nec etiam ꝙ incontinẽ-
ti fuerit præſtitum.idem tenent Bal.& Lud.Rom.& D.Alex.in
l.3.in prin ſ.eo.& Lud Rom.in l.non erit.§.ſi neque.ſ.eo. & vl
tra ea, quæ addit D.Alex hic, facit clara ratio, quia iſta ſunt fa-
cti: facta autem non præſumuntur, niſi probentur, l. in libello.
§.factæ.ff.de cap.poteſt tamen limitari ſm Alexan.hic, quando
interueniſſet ſcriptura publica, vt in ſimili dicit Bar.in l.ſi vnus.
§.pactus. ff.de pac. & faciunt quæ abundè traduntur in l.ſcien-
4 dum.ff.de verb obl.¶† Vlt.no.ex ex text.iuncta glo.quòd licèt
quando eſt ſtipulatio ſine cauſa, non valeat in effectu l.2.§.cir-
ca ff.de excep.doli tamen hic eſt tex.quando iuramentum eſt
informiter, & ſine cauſa, non obſt.excep.doli:& ita ad hoc iſtũ
tex.not. Bald.in repet.l.2.in 3.char.ſ.eo.ſed credo, ꝙ poſſit aſſi-
gnari ratio diuerſitatis.nam iuramentum æquiparatur ſenten-
tiæ, vt videmus in l. 2. ſ. eod. ſed in ſententia non curamus de
cauſa, vt not.Cy. & Bal.in l.pen. C.de re iud.ergo nec in iuro.

S V M M A R I V M.

1 *An ex iuramento oriatur exceptio, ſi opponatur.*
2 *Acta iudicij faciunt notorium.*
3 *Sententia lata pro eo, qui nullam habet actionem, operatur effectum infamiæ.*
4 *Sententia lata contra euidentem probationem, vt eſt iuramentum, non eſt nulla.*
5 *An condemnatus efficiatur infamis.*
6 *Quid in ſententia lata in fauorem eius, qui dolo egit.*
7 *Sententia contra ſententiam quando valeat.nu.8.*
9 *Sententia ſecunda arbitri an valeat.*

§.Si damnetur.

Iſte §. in glo. legitur duobus
modis, & ſm primum intel-
lectum iuramentum erat delatum actori, & ſententia fuit lata,
ſm quod erat iuratum, & ſm hunc intellectum hoc dicit in ef-
fectu. Valet ſententia lata virtute iuramenti in iudicio infor-
matorio, ſicut ſi eſſet lata per veras probationes, & operatur
eundem effectum, hoc dicit.Dubium faciebat ſm Albe.Sal.&
Moder.hic, regula l.eum qui, in prin.ĩ.eo.nam ſicut ibi, quan-
do reus defert iuramentum actori, quia actor iurando releua-
tur ab onere probandi, & pariter reus releuatur, ne condemne
tur ad duplum, ita hic reus, qui detulit iuramentum actori, de-
bet releuari à pœna infamiæ; ↄ̃rium decidit hic, & ratio deci-
dendi eſt, quia in d.l.eum qui.reus ideo euitat pœnam dupli,
quia illa pœna imponitur ſolùm neganti, ſed reus deferendo
iuramentum vr̃ confiteri, & non negare, ſecus eſt in caſu iſto,
in quo pœna infamiæ non prouenit ex negatione, vel affirma
tione, ſed ex ſententia condemnatoria, & ideo ea lata ſequitur
effectus infamiæ.Et ſic not.ſecundum hunc intellect. quòd ex-
traordinaria probatio, vt eſt iuramentum, ſm quod dixi in l.3.
§.fin.ſ.eod.in ver.dato. non tamen tollit, vel impedit curſum
infamiæ, quæ irrogatur virtute ſententiæ, facit l.ordo.ff.de pub.
iudi. Alio, & ſecundo modo legitur iſte text ſm glo. & iſte eſt
notabilior intellectus, ſm quem iuramentũ fuit delatum reo
conuento, & reus iurauit, deinde fuit lata ſententia contraria
iuramento, & ſecundum hunc intellect.hoc dicit, valet ſenten
tia lata ↄ̃ iuramentum, & ſic differt iſte intellectus à pręcedẽ-
ti in duobus: nam in primo intellectu iuramentum erat præ-
ſtitum ab actore & ſententia fuit conformis iuramento, ſed ſe
cundum alium intellect.iuramentum fuit præſtitum à reo, &
1 ſententia fuit contraria iuramento.¶† Et ſm vlt. intellectum
not. ex hoc tex.quatuor, primò quòd ſi reus accuſatus iuraue-
rit, licèt ex iuramento habeat excep.vt in § præcedenti, tamen
oportet, quòd eam opponat, aliàs valebit ſententia lata ↄ̃ iura
mentum, & Ang.extendit hũc tex.vt procedat etiam ſi in actis
appareat de iuramento, quia iudex ſupplere non debebit, ex
quo ius excipiendi de iuramento reſidet in parte, & non in iu-
dice.l.1.C.vt quæ deſunt aduocatis. Et ſi dicatur ↄ̃ de l.fi. in fi.
ff.de pet.hęr.ibi, & ſi non exciperetur ſatis per offi.iud.conſuli.
Reſpondet Ang duobus modis, primo, quòd ille tex.debet ſup
pleri, dummodo petatur à parte, vel aliter. & ſecundò reſpon-
det Ang. ꝙ illæ tex.vult dicere hoc, quòd licèt non poſſint op-
poni excep.fortè propter lapſum termini ſtatuti à lege vel à iu
dice.ĩ.quem non fuerunt oppoſitæ, ꝙ tamen poteſt implorari
offic.iud.& ita etiam Ang.ibi multum exclamat illum text.ad
hoc.idem no.Ang.in l.planè.eod.tit.& l.filiusfam.§.veterani.ff.
de procura. & in l. quos prohibet.ff.de poſtu.Et reuertendo ad
terminos tex.noſtri inuenio, quòd idem tenet Raph.Fulgo.hic
in fi.& Panor.in diſcurſu in c.inter monaſterium.de re iud.ſed
a malè dicunt.[a] † nam acta iudicij [b] faciunt notorium. c. fin.de
2 coha.cler.& mulic pręſertim poſtquam eſt concluſum in cã,
b vt eſt glo.reputata ſing.in c.ſignificauerunt.de teſt.ſed in noto
rijs iudex ex officio debet ſupplere, etiam parte non opponen
te, vt eſt tex.in c. quoniam. in fi.de filijs presby. & ita in termi-
nis tex.noſtri tenet.D.Anto.in c.ab excommunicato.in 3.char.
de reſcrip.& ſequitur D.Alex.hic.quod eſt no.pro limitatione
huius

ADDITIONES.

a ¶Malè dicunt, Vide Iaſ.in l.1.col.6.de iure omn.iud. PVRPV.
b ¶Acta iudicij.Adde Docto.in c.quoniam contra.de proba.Doct.in c.ex inſi-
nuatione, de appel.
* Et vide Capel.Toloſ.q.198.Dec.conſ.74.num.4.conſ.681.Cur.in l. admonẽ
di.col.20.de iureiur.Pariſ.conſi.1.nu.170.lib.1.Declara, vt per Dec. in c.pa-
ſtoralis.col.4.circa fi.de excep.& in c.ſi quando.colum.2. de offic. deleg.
MASVER.

huius tex. vt non procedat, quando de iuramento apparet in
3 actis. ¶† Secundò ex hoc tex. retento vlt. intellectu, no. ſubtiliter Bal. quòd ſententia lata pro eo, qui penitus nullam actionẽ habet, valet, & operatur effectum infamiæ. & licèt Bal. non inducat, credo quod voluerit inducere tex. ſubtiliter hoc modo, nam iuramentum erat delatum ipſi reo in cauſa famoſa, & cõſequenter in cauſa criminali, ſed in cauſis criminalibus iuramento præſtito tollitur actio ipſo iure, ſecundum Bar. & Doc. in prin. huius l. vbi dixi, & no. Bar. in l. cùm lex, in vlt. col. ff. de fideiuſ. & tamen licèt actio eſſet ipſo iure ſublata, valet ſententia pro eo. Ego puto, quod no. ſit in ſe verum, non per iſtũ tex. ſed per l. cum putarem, & ibi Bar. ff. fam. erciſ. & per rationem, quia iſta exceptio, tibi non competit ius agendi, non poteſt opponi poſt ſententiam, vt no. Bar. in l. ſi Titius. ff. de verb. obl. & in l. poſthu. §. ſi quis ex his, per illum tex. ff. de inoffic. teſt. ſed nõ credo, ꝙ iſte tex. neceſſariò iſtud probet, quia non ſequitur in hoc tex, iudicium erat famoſum, ergo erat cauſa criminalis, patet in actione tutelæ, depoſiti, & pro ſocio, in quib. iudiciũ eſt famoſum. §. ex quibuſdam. Inſti. de pœna teme. lit. & l. 1. §. 1. cũ
4 gl. ff. de infamibus, & tñ cauſa non eſt criminalis. ¶† Tertiò no. ſm Ludo. Rom. ꝙ valet ſententia ↄ̃ euidentem probationem, vt eſt iuramentum, ꝙ eſt euidens probatio, patet quia eo præſtito nihil vltra quæritur. l. non erit. §. dato. ſ. eo. Tu dic ideo eſſe, quia de iuramento non erat oppoſitum, nec apparebat in actis, ideo non potuit dici, quod ſententia hic ſit lata ↄ̃ euidentem probationem, & maximè etiam, quia iuramentum non
5 eſt propriè probatio, vt dixi in d. §. dato. ¶† Quartò no. ꝙ condemnatus in iudicio famoſo per ſententiam efficitur infamis, intellige quando per ſententiam iudicis ordinarij: nam ſententia arbitri, & arbitratoris nunquam infamat. l. quid ergo. §. ex compromiſſo, & ibi glo. ſingu. ff. de infa. quam ad hoc reputat ſing. Bald. in c. at ſi clerici, in 3. colu. de iud. quam limita ſecundum Bar. in d. §. ex compromiſſo. niſi adeſſet ſtatutum, quòd ſententiæ arbitrorum mandentur executioni, ſicut ſententiæ
6 diffinitiuæ iudicum. ¶† No. etiam ex iſto tex. quòd ſñia lata in fauorem eius, qui dolo egit, valet, & iſtum tex. ad hoc ponderat Bar. in l. eleganter. §. ſi quis. ff. de condi. inde. ¶ Glo. diuiditur in tres partes. Primò ponit primum intellectum ad tex. Secunda ibi, vel dic ꝙ reus, ponit ſecundum intellect. & ambos. ſ. declaraui. Tertia ibi, & ſecundũ hoc no. ¶ No. ꝙ glo. per viam no. voluit remouere oppoſi. contra tex. tenendo ſecundum intellectum glo. qui non eſt in iſta 3. par. forma ſic oppoſi. iuramentum eſt maioris auctoritatis, quam res iud. l. 2. ſ. eo. ſed ſententia ↄ̃ rem iudi. non valet. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. ergo multò minus deberet valere ſententia lata ↄ̃ iuramentum, & tamen ↄ̃rium dicitur in tex. gl. reſpondet, ꝙ in hoc ſententia
7 eſt maioris aucto. q̃ iuramentum. † iuxta hanc glo. pro eius intelligentia examinat Bar. an, & quando valeat ſententia lata ↄ̃ primam ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudi. & diſtingue, vt hic per eum, & in d. l. 1. C. q̃n prouoc. non eſt neceſ. ſed eius diſtinctio eſt falſa, & reprobatur per omnes Mod. hic, vt habes ꝑ Alex. Et antequam vlterius progrediar, põdera, ꝙ Bar. hic vult duo. primo ꝙ ideo in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſ. non valet ſententia contra ſententiam, quia illa ſententia ferebatur ex antiquo proceſſu, & ſic ex proceſſu finito, ideo ibi ſecunda ſententia non valet, & ſic vult Bar. ꝙ ſi in d. l. fuiſſet lata ſententia ex nouo proceſſu, ꝙ valuiſſet. ſecundò vult Bart. quòd ſententia lata contra iuramentum indiſtinctè valet, quia iuramentum non finit inſtantiam. iſtam theoricam Bar. reprehendunt Cano. in c. inter mona. de re iud. & d. Ant. in conſ. 28. ꝙ inci. viſis pręſentib. quęſitis, vbi dicit, ꝙ opi. Bar. eſt reprobata, & ꝙ doctri. Bar. non ſit vera ad d. l. 1, oſtendo clarè, nam Barto. diuinat, dicendo ſententiam ſecundam in d. l. 1. fuiſſe latam ſine nouo proceſſu. Secundò, quia pondero, ꝙ tex. in d. l. 1. in ratione decidendi, quare ſecunda ſententia non valuit ↄ̃ primam, fundat ſe, quia prima tranſiuerat in rem iud. ex quo ab ea non erat appellatum, & ſic tex. fundat ſe propter auctoritatem rei iudi. ergo intellectus Bar. ad illam. l. 1. non eſt verus. In iſto ergo pun-
a cto veritas eſt, [a] ꝙ ſi prima ſententia tranſiuit in rem iud. & de ea conſtet, non valet, ſecunda ſententia contraria etiam lata ex noua inſtantia, & nouo proceſſu, contra Bart. in d. l. 1. vbi gl. & Docto. ſecus ſi fortè dubitaretur propter antiquitatem, ita
* propriè loquitur tex. in c. inter monac. de re iud. in qua Bart. facit magnum fundamentũ, & ibi Cano. *magis communiter tenent*, & Innocen. & alij in c. paſto. in prin. de reſcrip. imò fortius ſecũda ſententia ↄ̃ primam de conſenſu partium lata non valet, ita tenet glo. ſolennis. in l. ſi diuerſa, in glo. fi. C. de tranſac. quam gl. Bal. & alij ibi communiter tenent, & Barto. in l. acta ff. de re iud. & Bal. in l. 1. in fi. C. ſen. reſcin. non poſſ. & in l. poſt rem. ff. de tranſac. & illa glo. eſt vnica, & ſing. in iure, ſm Bal. in c. præſentata. in 3. col. de teſti. & in d. c. inter mona. in 2. col. vbi pro illa gl. adducit ſex rationes, & ꝙ illa gl. ſit ſing. dicit etiam Imo. in l. ꝙ iuſſit. in fi. ff. de re iud. Alex. in conſ. 227. incip. viſis proceſſibus, circa lites. in 1. col. lib. 2. quamuis ſemper dubitauerim de illa glo. cùm pars, quæ obtinuit, poſſit ſententiæ renũciare, & eam reprobat Ludo. Roma. in repe. l. 2. in 24. colum. ff. de re iud. dixi in d. l. ſi diuerſa. Tenendo ergo concluſ. ſ. factam vidẽdum eſt, quare valeat ſententia ↄ̃ iuramentum, vt hic, & ↄ̃ tranſa. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ĩ. de condi. inde. & tamen non valet ſententia contra primam, quæ tranſiuit in rem iud. Reſpondet D. Alexan. hic, quia ſententia fertur cum maiori deliberatione, & maiori ſolennitate proceſſus. C. de ſent. l. prolatam. Alio modo reſpondet Ant. de But. in d. c. inter mona. quia ſententia prima facit notorium. c. fi. de cohab. cle. & muli. vnde ſecunda ſententia tanquam lata contra notorium non debet valere, vt ibi per eum. Tertiam rationem aſſignat Ludo. Roma. non hic, ſed in l. duobus. §. fi. in 2. col. ĩ. eo. quia in ſententia concurrunt plures perſonæ, ſcilicet actoris, rei, & iudicis. cap. forus. de verb. ſigni. ſecus in iuramento, & tranſa. in quibus licèt aliquando interueniat iudex, tamen non interuenit de neceſſitate, prout in ſententia. Sed tu reiectis iſtis rationibus aſſigna rationem, in qua ſe ꝓpriè fundat tex. in d. l. 1. C. quan. prouoc. non eſt neceſ. eo quia lata prima ſententia, ſi non appellatur tempore congruo, tranſit in rem iud. & poſtquam tranſiuit in rem iudi. ſecunda ſententia ferri non poteſt. ſed iuramentum, & tranſac. nunquam tranſeunt in rem iud. vt inquit glo. in l. 2. in glo. mag. circa fi. ſ. eo. Aliqui tñ caſus ſpeciales reperiuntur, in quib. valet ſententia ſecunda lata ↄ̃ primam, quæ tranſiuit in rem iud. quos enumerant Doct. in locis præalleg. præcipuè Anto. de But. in d. c. ab excommunicato. Ange. in d. l. 1. C. q̃n prouo. non eſt neceſ. Ang. & Imol. in d. l. 1. ff. de re iud. Bal. in l. poſt ſententiam. C. de ſent. Ludo. Rom. in l. ſtipulatio iſta. §. 1. ff. de verb. oblig. Pau. de Caſt. & Alex. hic, & latè Ang. Are. in §. poſteriore. Inſti. quibus,
8 mod. teſt. infir. ¶† No. tamen ꝓ nunc vnũ caſum, in quo poteſt ſaluari opi. Bar. quem ponit Bal. in rub. extra de pręſcrip. in vlt. col. & ſic vnum caſum, in quo valeret ſententia ſecunda cõtra primam ex nouo proceſſu, quando ſcilicet eſſet lata prima, & ille, pro quo eſt lata, ſtetiſſet per 30. annos, ꝙ non petijſſet executionem, tunc enim extinguitur effectus ſententiæ, quia actio in factum tollitur 30. annis, & ſic tunc valeret ſententia ſecũdò, contra primam, quia ſublatus eſſet effectus primæ ſenten-
9 tiæ. † Quid autem in ſententia arbitri, an valeat ſecunda, & an poſſit fieri compromiſſum maximè cùm clauſula nõ obſt. prima ſententia? ponunt Bald. & latè Ful. & ibi ſoleo dicere, in l. ſi diuerſa. C. de tranſac. & ſic remanet expeditus iſte §.

A D D I T I O.

a ¶ Veritas eſt. Sequitur, & communem dicit Dec. conſ. 295. col. 2. in prin. Alex. conſ. 79. nu. 4. lib. 7. Caſt. hic, Iaſ. in l. duobus. §. Item Pomponius. numero 14. hoc tit. MASVER.

S V M M A R I V M.

1 *Alia eſt interruptio præſcriptionis, alia perpetuatio actionis. nu. 2.*
3 *Per litis conteſtationem perpetuatur actio vſq; ad 40. annos.*
4 *Iuramentum habet vim litis conteſtationis, & ideo perpetuat actionẽ ad 40. annos. nu. 5.*
6 *Virtute iuramenti deciſiui poteſt ferri ſententia.*
7 *Litis conteſtatio eſt de ſubſtantia iudicij, etiam in iudicijs poſſeſſorijs. num. 8.*
9 *Negatio an ſit de ſubſtantia litis conteſtationis.*
10 *Iuramentum abſque interpellatione conſtituit debitorem in mora.*
11 *Actio de dolo perpetuò competit contra doloſum.*

§. Si is, qui temporali.

Iuramentum habet vim lit. conteſt. & ideo actionem temporalem perpetuat. hoc dicit. In
1 tex. ibi, cum eo perpetuatur. debes ſcire, † ꝙ aliud eſt interruptio pręſcrip. per quam ſolùm pręſcriptio inchoata rumpitur, adeo quod ille, qui primò præſcribit, facta interruptione oporteret, ꝙ de nouo inchoaret pręſcrip. & de iſta loquitur. l. cùm notiſſimi. in princip. & l. ſicut. C. de præſcrip. 30. vel 40. annor.
2 † Alia eſt perpetuatio actionis, & iſta prorogat vitam actionis, mediante lit. conteſt. & facit ꝙ actio, quæ erat breuis vitæ, cuiuſcunq; temporis eſſet, efficitur perpetua, & ſic 40. anno. l. 1. §. excep. C. de annali excep. l. fi. ad fi. C. de præſcrip. 30 ann. & in ca. placuit. el 2. in §. poteſt, & in §. ꝙ ſi per naturalem. 16. q. 3. glo. in d. c. cum notiſſimi. in prin. in ver. ſolam. declarat Barto. in l. fi. in prin. ff. de eo per quem factum erit. Intelligendo ergo tex. propriè de tali perpetuatione, pondera, ꝙ hic habes tex. not. iuncta glo. 1. quæ exemplificat in actione iniuriarum, quæ eſt annalis.

l.ſi non conuitij.C.de iniur.& l.ſi eum.§.qui iniuriarum.ff.ſi qs
cau.ꝙ actio cuiuſcunque temporis non ſolùm 30.ann. per lit.
conteſt.ſemper perpetuatur in 40.ann.& ſic meta perpetuatio
nis eſt ſemper prorogare ad 40.annos,& ſic perpetuatio actio-
nis aliquando addit 39.ann.aliquando ſolùm 10.ſm quod erat
vita primæ actionis.Et ꝙ actio prima,quæ erat tãtum annalis,
lit.conteſt.prorogetur ad annos 40. hic eſt tex. idem tenet glo.
in l.fi.in gl.antepe.C.de temp.in integ.reſti.pe.& glo.fi in l.fi.C.
de dolo.& glo.in l.fi.in glo.2.C.de præſcrip.30.ann. & expreſsè
Ang.in l.2.§.ſi rem.ff.de vſuc.pro emp. quod confirmo , quia
actiones temporales anni, vel ſimiles facilius perpetuantur ad
annos.40.quàm actiones longioris vitæ,patet, quia illæ perpe-
tuantur per impetrationem reſcripti mediante ſupplicatione,
3 aliæ non.l.2.C.quando lib.principi datus.† Et ex prędictis infe-
ras,ꝙ ſi ſtatuto caueatur, ꝙ ſi creditòr ſteterit per 10. annos,ꝙ
non petierit debitum,ſit excluſus , certè per lit. conteſt. actio ,
quæ erat decennalis,perpetuatur in 40.annos,ſm Imol.in d.§.
ſi rem,& Ang.& Imo.in l.ſi ſeruum.§.ſequitur. ff de verb. obl.
Ang.in l.ſicut,in prin.C.de præſcrip.30.ann.& Alexan.in l. fi.in
prin.ff.de eo,per quem fac.erit.quamuis alibi Ang. tenuerit, ꝙ
lit.conteſt.perpetuet,ideſt,addat alios 10.ann. ita dicit Ange.in
d.l.2.§.ſi rẽ. & malè.ꝯrium etiam in ſtatuto alia ratione tenuit
Bal.in c.cum non liceat.in vlt.col.de reſcrip. Aduerte tamẽ, &
bene conſidera,quomodo iſte tex.poſſit intelligi de perpetua-
tione vſq; ad 40.ann.cùm illa non eſſet cognita de iure.ff.vt ꝓ-
bat tex.in d.l.fi.C.de præſcr.30.ann.iuncta d.l.1.§. excep. vnde
conſidero ſi tex.in ver.perpetuatur.poſſit intelligi,ſcilicet in in-
finitum,& tunc iſte tex.redditur notab. & de iſta materia per-
petuationis tango in l.fi.ff.de eo per quem fac.erit,& ideo non
4 pono hic.¶† Secundò not. ex hoc text. ꝙ iuramentum habet
vim lit.conteſt.idem expreſſus dicit tex.in l ſed ſi reſtituatur.ff.
ex qui. cau. alleg. in glo.quod intelligit Gul de Cun. procede-
re ſolùm in iuramento iudiciali,& non in extraiudiciali. per §.
pen.& fi.in Auth.de teſti.qui nihil probat ſecundum Bar. pote
rat melius probare,quia vbi non poteſt habere locum veritas,
minus habet locum fictio.l.qui ad certum.ff.locat. ff.de adop.
l.adop.ſed in extraiudicialib. nõ poteſt verè cadere lit. conteſt.
* ergo nec fingi, tamen Iac.But.*Bar.& communiter alij tenent*,ꝙ iſte
tex.procedat etiam in iuramento extraiudiciali , eo quia iura-
mentum non eſt lit.conteſt. ſed habetur loco conteſtationis.
Ex iſto no.infert ſingu.Bar.ꝙ ſi in inſtrumento appareret dela-
tum eſſe iuramentum creditori , tale iuramentum perpetua-
ret actionem ad 40.ann.quod bene not. quia eſt ſolennis effe-
* ctus iuramenti.idem tenent Bal.in lect.antiq.Ang.Sal.*& omnes
Moder.*Imo.in l.naturaliter. in 4.col.ff.de vſucap.vbi dicit, quòd
iſte eſt mirabilis effectus iuramenti , & ita teneas , quicquid te-
neat Raph.Cum.in d.l naturaliter. ad cuius rationem reſpon-
singularem successorem, tn̄ cùm sit istud iuramentum præsti-
tum in actione reali,actio in factum, quamuis personalis,assu-
mit naturam realis in hoc , vt quemadmodum illa datur con-
tra singularem successorem , ita & ista actio, & sic ista actio in
factum personalis dicetur in rem scripta,& istud est quod vo-
luit gl.in l.sed & si possessori.in gl.magist.in verb.actionem.cir-
ca fi.ibi.Vel dic in ista actione in factum esse speciale,vt sequa-
tur naturam realium.Intellige tn̄,quādo successor habuit cau
sam ab eo,qui detulit iuramentum, secus si habuisset causam
ab alio,quia iuramentum alij non prodest,nec nocet , & istud
est quod dicit hic tex.in fi.& in l.sed & si possessori.§.fi. cum l.
seq. j̃.eod.Et si tu diceres,si actio ista in factum habet naturam
actionis realis,ergo sicut illa competit ꝯ quemcunq; successo-
rem rei,à quo habuerit causam,ita etiam debet competere ista
actio in factum. Istud est,circa quod multum laborarunt Do-
cto.sed non est tm̄ laborandum,prout dicam nunc in glo.1.Et
intellige etiam istum tex.in illo tm̄ singulari successore,qui ha-
buit causam post iuramētum delatum,& tunc vtilis rei vend.
vel ista actio in factum competeret contra eum:sed si habuis-
set eam ante iuramentum delatum,iuramentum postea dela-
tum sibi non noceret,secundum Pau.de Cast.hic, per l.si supe
2 ratus.§.1.ff.de pigno.& l.præses.C.eo. ¶† Tertiò no.in ver. pro
inde,ꝙ inductum ad causandum exceptionem,prodest etiam
ad actionem,& ita notat hic glo.magna.in fi.Adde ad istam re
gulam primò, ꝙ pactum appositum ad excipiendum,aliquan
do valet ad agendum.glo.in l.in traditionibus, & ibi not. Bart.
in glo.ff.de pac.Secundò adde, ꝙ ècontra pactum ad agendū,
si non potest producere actionem , valet ad excipiendum , vt
habetur in l.pacta conuenta.ff.de contrahen.empt.Docto.præ
cipuè Salyc.& Alex.in l.in bonæ fidei. C.de pact. Tertiò adde,
ꝙ contra istud notabile videtur tex.in l.ab emptione. in fi.ff.de
pac.tamen cadit solu.si cogitabis.Quartò adde,ꝙ pactum qđ
tendit ad resoluendum contractum,tamen informat. l.si con-
uenerit.de rescin.vend.Quintò aduerte,quia istud notabile fa-
3 cit ad duas decisiones.¶† Prima,ꝙ si reus possidens,& conuen
tus rei vend.excipiat,& dicat fundum esse suum,& ita probat,
ꝙ licèt dominium non sit deductum principaliter , sed exci-
piendo,tamen iudex debet diffinitiuè pronunciare super do-
minio pro reo excipiente,qui probauit, vt latè per Bal. & Lu-
* do.Roma.hic,*& est communis opin.*vt per Innocen.& Cano.in c.
cum ex conquestione.contra Hostien.ibi.de restit. spol. habes
per Bald.in l.fi.C.de fideicom.libe.& in l.pen. C.de senten.& in
l.hæreditas materteræ.C.de pet.hæred. & in l. ordinarij. in vlti.
colum.& in l.2.in princip.ff.commu.diui.& in l.1. C. vti possi.
Et pro conclusione communi facit regula,quam ponit Barto.
in l.omnes.ff.de regul.iur.& in l.sinautem .§.fin.ff.de nego.gest.
vbi dicit,quòd si post lit. contest. opponitur aliquid via exce-
ptionis,potest pronūciari super eo,& ita perpetuat, ac si actio
super ea esset principaliter intentata , ergo in proposito , imò
4 multò fortius poterit diffinitiuè pronunciari. † Secundo facit
iste tex.secundum Barto.hic post Iaco.Butr. & Gul.de Cun.ꝙ
si aliquis sit condemnatus per sententiam ad rem,in executio-
ne sententiæ illam restituit, ꝙ si talis res denuo peruenerit ad
eius manus,ꝙ denuo per officium iudicis poterit fieri execu-
tio eiusdem sententiæ,idem tenent Salic.& Fulgo.hic, & Ang.
in l.permisceri.§.species.ff.de acquiren.hære. vltra allegata per
Barto.pro eius sententia facit,quod determinat Cyn. Barto. &
alij in l.seruus.per illum text.C.de pœnis.Bald.in l.si quis adul-
terium.§.1.per illum text.C.ad l.Iulia.de adult. Ange. in l. si fi-
5 deiussor. §. meminisse. ff. de legat.1. † de ciuitate damnata,vt
muri destruantur , & eis destructis non possint refici , & si vel-
lent denuo refici , adhuc obstaret illa sententia, ad quod adde
glo.in l.sacra.§.muros.ff.de rer.diui.Adde etiam,quòd pro sen
tentia Barto.facit tex.in l.inter Castellianum,& quod ibi Bart.
* ff.de arbit.Breuiter *communis sententia est* contra Bar. hic, quam
ipsemet Barto.sibi contrarius tenet post Iacob. de Aret. in d.l.
permisceri. §. species. & Imol. & omnes Moder. idem tenent
Ange.Ludo.Roma. & Alexan. & plenius Ange. in l. qui resti-
tuere.ff.de rei vend.Petr.de Anch.in clem. ne Romani. §. por-
rò,de elect.& in consi.37.incipien. visa petitione producta pro
parte istius. & est gloss. in terminis in l. Claudius.in glo 1.post.
medium.

ADDITIONES.

a ¶Reddere rationem.Adde gl.in l.1.C.de test.Pau.de Cast.in l. qui testamen-
to.in §.fi.ff.de test.Ant.de But.in c.super hoc.in 7.col.de renuncia.
b ¶Ex iuramento oriatur actio.Adde Bar.in l.si q̃s pro eo. ff. de fideiuss.Bal.in
l.actori.C.de reb.cred.Host.& Docto.in c.per tuas. de arbi. Docto.in c.cum
contingat,de iureiuran.

medium,quam Barto.ibi not.ff.qui pot.in pigno. hab. eo quia
text. iſte nihil facit, cùm hic nulla fuerit facta reſtitutio rei, per
quam ſit ſublata obligatio, prout in quæſtione formata, &
ideo deciſio Barto procederet, quando ſententia fuiſſet lata in
fauorem rei poſſidentis. nam ſi poſſeſſio perueniret ad aliam
partem, tunc vigore ſententiæ benè teneretur ad reſtituen-
dum,& in iſtis terminis loquitur iſte text. quem ad hoc repu-
tant ſingularem Imo.Pau.& Ludou. Roma.in d.§.ſpecies.Pro
iſta etiam ſententia facit, quod vult glo.not.in l. ab emptione,
quam Barto. ibi in 2. colum. multum commendat. ff.de pac.
Nec obſt.fundamentum Barto. & Docto. dum dicunt,ꝙ ori-
tur duplex officium iudicis,vnum vt res reſtituatur, ſecũdum
vt manu teneatur, per iura hic per Barto. alleg. Reſpondetur,
quòd eſt falſum, quia facta reſtitutione eſt liberatus. eſt bene
verum,ꝙ ſi poſt reſtitutionem moleſtaret poſſeſſorem,vel vio
lentiã inferret,prodita ſunt noua remedia aduerſus hoc, & ita
loquũtur iura per Bar. alegata, non ꝙ ad illud teneatur vigore
primæ ſententiæ,poſſet tamen etiam ſententia Barto.ſaluari in
duobus alijs caſibus,de quibus per Mod. in d. §. ſpecies, & per
Moder.præcipuè d. Alex. hic. Primus eſt,quando reſtitutione
facta incontinenti res auferretur per eum,qui reſtituit, & tunc
bene poſſet officium iudicis ex ſententia implorari, quaſi non
facta reſtitutione,ex quo incontinenti fuit reuocata, ita dicunt
Pau.de Caſt.& Ludo.Roma.hic.Imo.Pau.de Caſt. & Ludoui.
Roma.in d.§.ſpecies.alleg.glo. in c.commiſſa.in prin.de elect.
6 in 6.& glo.in c.quærenti.de offic.delega.† Adde bene facere il-
lud,quod vult glo.no.in l.Pomponius.§. rati. ff. de procu.quæ
vult,ꝙ paria ſunt aliquid fieri ante lit. conteſt.vel incontinenti
poſt. & eſt alia concordans in l. commune. C. de conſor.eiuſ-
ſdem litis,licet illa per multos reputetur ſingularis.Quomodo
autem intelligatur iſtud incontinenti in præſenti propoſito,
7 declarat Aret.in d.l.ſi fideiuſſor. §. meminiſſe. in fi.† Secundus
caſus eſt,quando ſententia contineret actum ſucceſſiuum, pu
ta, quia iudex in ſententia condemnauit ad reſtituendum fun-
dum,hoc addito, quòd in futurum ipſe reſtituens non mole-
ſtet,nec violentiam inferat ei,cui reſtituit. ita Ange. hic in eius
diſtinctione,& Ang.& Imo.in l.ſi fideiuſſor. §.meminiſſe. ff.de
leg.1.Ang.in d.l.qui reſtituere.Rom.in d.§.ſpecies,& in iſtis ter
minis propriè loquitur.d.l.inter caſtellianum.& quod ibi Bart.
& tex.in l.ſi ſeruus.C.de pœnis.cum deciſio.Docto.ibi.de præ-
dicta etiam quæſtione vide Cyn.Bald.Saly. & Fulg.in d.l.ſi de-
8 bitori.C.de pac.† Et prędicta faciunt ad quæſtionem. ſi arbiter
in ſententia condemnauit aliquem ad locandum domum ſub
pœna, vel teſtator in teſtamento illud ordinauit, iſte locauit,
poſtea aufert,an incidat in pœnam? vide Bar.in l. in numeratio
nibus.in prin.ff.de ſolut. Barto. & alios in d. §.meminiſſe. cum
ſuis concor.Faciunt etiam ad quæſtionem Bart.& aliorum in
l.ſi quis hæredem.C.de inſtit.& ſubſtitu.ſub condi.fac. quan-
do teſtator reliquit Titio centum, ſi aſſumeret habitum tertij
ordinis,quid ſi aſſumat, ſed poſtea deponat,an debeat habere
9 legatum?ibi vide.¶† Quartò not.ex ver.& fructus.tex.notabi-
lem ad duo. Primò, quòd iuram. præſtitum à parte ſuper re
principali,extenditur tamen ad fructus,& ad partus, & ad alia
acceſſoria,licèt de eis in iuramento nihil ſit dictum,& ratio vi-
detur eſſe,quia iuramentum habetur pro veritate. §.fi. j. ead.l.
ſed ſi res verè eſſet mea, tu teneris non ſolum ad rem, ſed etiã
10 ad acceſſoria, ergo & iſto caſu idem erit.† Eodem modo ſi te-
ſtis ſimpliciter iurauit dicere veritatem ſuper negotio princi-
pali,intelligitur etiam iuraſſe ſuper acceſſorijs, & dependenti-
bus,ſecundum Imo.in c.2.& ibi Bald.de confeſ.& in cap.paſto
ralis.de excep.& in c.inquiſitionis,de accuſ.declarant no. Ang.
Pau.de Caſt.& Alex.in l.2.de iuriſd. omn. iud. & vide quæ di-
cit Barto in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.el 2.j.eod.Secun-
dò,& notabilius probat iſte tex.ex mente Bald.hic ad fi.& cla-
rius Ludo. Roma. quòd cùm iuramentum æquiparetur ſen-
tentiæ.l.2.ſ.eod.quòd ex ſententia lata ſuper principali, intelli-
gitur pronunciatum etiam ſuper fructibus, & alijs acceſſorijs.
licet de fructibus in ſententia nihil ſit dictum, & hoc tenet In-
nocen.in c.ex conqueſtione.de reſtitu. ſpolia.de quo vide Bar-
to.& alios in l.ex diuerſo.§. 1. ff. de rei vend.Sed tu diligentius
aduerte, quod text. ipſe ſeipſum limitat de fructibus, ſcilicet
poſt iuramentum perceptis, ergo idem erit dicendum in ſen-
tentia,quod benè not.¶Capio glo.1.in verb. actio.q̃ diuide in
tres partes principales. In prima opponit, & ſoluit. Secundò
ponit vnum dictum, per quod reſpondetur tacitæ quæſtioni.
Tertiò idem facit. Secunda ibi, probatur ergo hic.Tertia ibi,
idem probatur hic.Vel potes diuidere in quatuor.In prima de
clarat text.In ſecunda glo. oppo. contra text.& ſoluit.In tertia
ex iſto text.probat quandam opin. quæ eſt communis contra
præla.In quarta ex eodem textu probat ſuam opin. Secunda
ibi, vt ſupra de publ. Tertia ibi,probatur ergo hic. Quarta ibi,
idem probatur hic. Et præmitte pro euidentia, quòd in iure
noſtro triplex reperitur dominium,vt per Barto.in l.minor.§.
1.in fin.ff.de publ. ¶Redeo ad primam partem, & dum glo.
dicit,quòd ex iuramento præſtito in actione reali oritur actio
in factum,dic quod iſtud non dicit tex.hic. ſed in l.ſed & ſi poſ
ſeſſori,verſicu.proinde, & dum glo. opponit de l. eum,qui.§.ſi
petenti,quia idem contrarium plenius repetit infra in glo.ma-
11 gna,in verbo actionem, ibi reſeruo. ¶† Aduerte tamen,quia
glo.hic,& glo.magna infra tenent,ꝙ publiciana,quæ compe-
tit vigore iuramenti, competit non ſolùm contra deferẽtem,
ſed etiam contra omnes,& motæ ſunt gl.quia natura realium
actionum,prout eſt publiciana,eſt,ꝙ competat contra quem-
cunque poſſeſſorem.c.examinata.de iud. l.in rem, & l.qui peti-
torio.ff.de rei vend. & cum gl. iſtis tranſiuerunt inaduertenter
(vt puto) Antiqui,& Moder.ſcilicet Mar.Sili. Iaco.But. Albe.
Ang.& Ludo.Roma.& Alex.hic, ſed quia iſtud eſt de directo
contra caſum expreſſum in l.eum qui.§.ſi petenti. alleg. in glo.
in verbo,ſed aduerſum te duntaxat,ideo præfati Doct. conati
ſunt reſpondere tribus modis,quos non curo referre, & malè.
12 † Nam veritas eſt,ꝙ actiones reales,vt rei vend. & publiciana
regulariter competunt contra quemcunque poſſeſſorem, quã
do dantur ex tit.qui ſit aptus contra omnes competere, ſecus
ſi dantur ex iuramento,vel ex ſententia.tex. eſt de hoc ineuita-
bilis in d.l.eum qui.§.ſi petenti.& tex.hic ita no. contra omnes
tenet Ioan.Fab.in §.item ſi quis poſtulante.in glo. ſuper verbo
deberi. Inſtitu. de actio.& credo ꝙ iſta ſit veritas,& idem vult
Pau.de Caſt.hic,qui dicit videri mirabile in hoc tex.ꝙ vtilis rei
vend.non detur contra quemcunque poſſeſſorem contra na-
turam realium actionum, ſed dicit procedere, quia competit
ex iuramento,cuius natura eſt,ne perſonam egrediatur.Reſta-
ret tangere vnam opi.Bart.hic,ad quam quia bene reſpondet,
non curo referre, & an regula tradita per Bar. hic, arguendo
de vſucapiendi conditione ad publicianam, procedat affirma
tiuè,vel negatiuè,non tango hic,tetigi latè in §.ſed iſte. Inſtitu.
de actio.In ſecunda parte glo.dic,ꝙ oppo.glo.eſt vera,quo ad
iuramentum iudiciale,vt per Barto.& Docto. hic,& vltra fun-
damenta Barto.facit tex.melior de iure in l. actori. in ver.rela-
to.C.de rebus cred.cùm iuramentum extraiudiciale non refe
ratur.l.iuſiurandum quod ex conuentione.in prin. j. eo. ſed in
iuramento neceſſario,quod ſolùm interponitur ad ſupplendã
* probationem,& defertur inuita parte,glo.*reprehendit omnes hic,*
& Sal.in l.actori.C.eod.nam ex eo non oritur actio, ſicut eadẽ
ratione,nec ex iuramento in litem,vt tenet glo.ſing.in §.præte
rea quaſdam.in verbo ex arbitrio. Inſtit.de act. quam ſequun-
tur Barto.& Ange.hic,& Bald.in Auth.nouo iure. C.de iud.In-
nocen.in c.ſuper eo.quod met.cauſa,& illam gl. reputat ſingu.
13 Ange.& Ludo.Rom.in l. 2.ſ.eod.† Sicut ex iuramento præſti
to reſpondendo poſitionibus non oritur actio,ſecundum Bal.
in l.2.§.quod obſeruati.in 5.colum.C.de iur.calum.de quo vl-
timo dic tamen,vt no.per Pau.de Caſt.ibi iuncto eo, quod di
14 cit gl.in c.ex literis,de iureiur.extra. † Quid autem ſit,ſi ſteti fi-
dei, vel conſcientiæ alicuius, an ita oriatur actio, ſicut ſi iu-
raſſet? Ioan.Fab. tenet quòd non in §. ſi quis poſtulante. In-
ſtitu. de actio. quem reprobaui in l. 3. §. fina. ſupra eodem.
15 vbi videas.† Nunquid autem actio in factum, quæ oritur
ex iuramento ſit natiua, vel datiua, ponit Bartol. hic, cum
quo tenent Bald. hic in lectura antiqua, & Angel. hic,& idem
Angel.in l.miles.§.fina.de re iudic.ſed Bartol.reprehendit Fulg.
& Pau.de Caſt.& d.Alex.hic, Alex.in d.l.miles. §.fina.& Salic.
in l.actori.C.eod.quia imò actio,quæ oritur ex iuramento,ſem
per eſt natiua, etiam ſi iuramentum ſit præſtitum in actione
reali, eo quia ex delatione, vel præſtatione iuramenti dicitur
quaſi contrahi.l.qui iuraſſe.§.fi.j. eod. ergo actio, quæ oritur
ex iſto quaſi contractu, debet habere præexiſtentem materiã,
ex qua oriatur, ergo ſemper dicitur natiua. ¶ Ex tertia parte
16 principali huius glo.† not.quod ex ſententia lata in reali oritur
actio in factum ratione quaſi contractus, qui in iudicijs cele-
bratur.l.3.§. idem ſcribit. ff. de pecu. & iſta concluſio optimè
probatur in hoc tex.vbi ex iuramento præſtito in actione reali
* tantùm oritur actio perſonalis in factum, *& ita communiter te-*
*nent Docto.*hic,plenius Bart.& Docto.in l.miles.§. fi. vbi videas,
ff.de re iud.quamuis contrarium tenuerit glo. quæ communi-
ter damnatur in l.1.C.de iud.licèt pro illa facere videtur, quia
in actione reali iudex non agit ius aliquod de nouo dare, ſed
ſolùm declarare rem eſſe agentis l.ſicuti.§.ſed ſi quæratur. ff. ſi
ſerui.vend.l.& ex diuerſo.§. 1. ff. de rei vendi. quomodo ergo
orietur actio præter intentionem iudicis? & vide in hoc pun-
cto Innocen.in capitu.cum dilecti.de electio.& non recedas à
17 communi. † Quid autem in ſententia arbitri lata in actione
reali, an ex ea oriatur actio in factum perſonalis, ponunt
Angel. & Alexand. hic, & Angel. & Imol.& Alexand. in
d.l.miles.

18 d.l.miles.§.fi.¶†Not.tñ vnum casum specialem, in quo ex sen
tentia oritur actio præsctiptis verbis. s. in sñia diuisionis. l. si fa-
miliæ.1.C.famil.ercisc.quem tex.ibi Bal. ad hoc not. & reputat
mirabilem,& ratio est s'm eum,quia diuisio censetur esse quæ-
dam permutatio,sed permutatio est contractus innominatus,
vt per glo.& Docto.in rub.C.de rer.permu. ¶Glo.in verb. no-
cere. ibi, item & aliàs nocet quo ad qualequale præiudicium.
Not. sing. effectum resultantem ex isto qualiquali præiudicio,
quia si probationes essent hincinde pares,deberet obtinere sen
tentiam ille,qui habet pro se illud qualequale adminiculũ, ita
dicit gl.not.in l.si duo.in princip.in ver.authoritates.j.eo. quam
Bart.& alij ibi multum no.& ibi dicetur : non sufficeret tñ quo
ad deferendum iur̃m in supplementum probationis. vt est gl.
no.in l.3.§.1.ad fin.in verbo.leuior.ff.de mino. Bart.in d.l.si duo
patroni.in prin.& no.in l.admonẽdi.in 9.col.j. eo. vbi multum
sing.limitat,nisi essemus in antiquis,& sequitur d.Anto.de But.
in c.fi.extra eod.¶Glo.mag in verb.actionem in factum.diuidi
tur in tres partes principales.Primò opponit contra text.& sol-
uit distinguendo.In 2.quæ est ibi,sed certè mirabilissimum. gl.
etiam vult opponere ꝯ tex.vt statim opponam,& tripliciter re
soluit.Tertia ibi,item not.hic arg.gl.etiam per viam no.vult re
mouere aliud ꝯrium, qđ statim inducam. ¶Redeo ad primã
partem,& dum gl.allegat l. traditionem.ff.de publ. illa non re-
peritur,bene reperitur l.& per traditionẽ. sed melius facit.l.3.§.
fin.ff.de publ. item dum glo. dicit ꝙ publiciana ex iur̃o contra
quemlibet competit,malè dicit,vt s̃.tenuit in gl. in verb.actio.
Pro clara intelligentia eius, quod tangitur in hac prima parte
glossæ,qñ iuramentum defertur in actione reali,quæ actio oria
tur ex tali iur̃o, glo.facit duos casus principales. Primus est, qñ
iuramentum defertur actori, qui agebat actione reali ad rem.
* in hoc *glo.& omnes Docto.concludunt*, quòd si actor nitatur ex so-
lo iur̃o,ꝙ tunc sibi non competit publiciana,sed solùm sibi cõ
petit actio in factum.si autem nitatur iur̃o,& traditione,tũc si-
bi cõpetit publiciana.d.§.si petenti. Ratio diuersitatis est, quia
isto secundo casu traditio facta ex causa iur̃i operatur transla-
tionem quasi dñij,sicut qñ traditio fit authoritate sñię.l.3.§.fin.
ff. de pub. & hoc si probetur tradentem vigore iur̃i non fuisse
dñm.sed si probaretur tradentem fuisse dñm,tunc huic, qui iu
rauit,non competeret publiciana,sed rei vendi. Nunquid autẽ
gl.bene dicat,publiciana,quæ competit iuranti, cõpetit contra
quemcunque,dixi.s̃.in gl.in verbo actio. Secũdus casus est,qñ
in actione reali defertur iur̃m reo possidenti rem,& tunc secun
dum glo.nunquam põt competere publiciana,eo quia hic cũ
titulo non interuenit traditio,vt in casu superiori, quia hæc res
erat apud reum, & ideo si reus in isto caderet à possessione, &
possessio perueniret ad eum,qui detulit iuramẽtum, certè reo
non cõpeteret virtute iur̃i publi. sed actio in factum, & de ista
loquitur tex.noster in ver.proinde &c.Et si dicatur,ꝙ vr̃,quòd
etiã isto casu,qñ iur̃m est præstitũ reo possidenti rem, ꝙ etiam
tunc debeat cõpetere publ.quia licèt non interuenerit vera tra
ditio; tñ dimissio rei factæ ex causa iur̃i habet vim traditionis,
& ita debet operari translationem quasi dñij, imò & dñij, sicut
si interueniret vera traditio.l.qua ratione.§.interdum.ff.de acq.
rer.do.& de isto.§.fecit mentionem gl.1.in 2.parte princ. Et ad
istud obiectum glo. voluit respõdere,sed multum obscurè, vt
vides,sed eius verba obscura debẽt sic declarari,videlicet ꝙ di-
missio rei apud aliquem ex titu.vend. vel simili, bene operatur
translationem,vel quasi.d.§.interdum.sed hæc dimissio fuit fa-
cta ex causa iur̃i,quæ non sufficit ad transferẽdum dominium,
& istud vltimum glo. sic voluit probare. Nam iur̃m, & transa-
ctio æquiparantur.l.2.s̃.eod.sed sic est,ꝙ si rem existentem pe-
nes te ego dñs, vel quasi dimitto tibi ex causa transactionis, ꝙ
ista dimissio non operatur trãslationem dñij, vel quasi l. si pro
fundo.C.de transac.l.pen.vbi glo.C.de vsuc.pro emp.ergo eo.
modo dimissio rei ex causa iur̃i non debet hoc operari. Potest
etiam per aliud simile probari.nam iur̃m, & sñia æquiparãtur.
l.2.s̃.eo. sed si in actione reali rei vend. feratur sñia absolutoria
pro reo possessore,quia actor non probauit, certè ista remãsio
rei non operatur translationem dñij.l.exceptio. ff. de excep.rei
iudi. ergo eodem modo ista dimissio ex causa iur̃i non debet
19 operari translationem dominij. † Non omitto ꝙ inquantum
* *Bar.& communiter Doct.* tenent,ꝙ dimissio rei ex causa trãsactio-
nis non operaretur translationem dñij,ꝙ Fulg.& Roma.hic, &
Ang.de quo ipsi mentionem non faciunt,tenent contrariũ, &
rñdent ad d.l. si pro fundo. & ad alias leges allegatas per Barto.
verùm quia hoc dependet ab intellectu.d.l.si pro fundo,remit-
to me ad ea,quæ ibi dixi.¶In 2.parte gl.oppo.hoc modo,actio
quæ à prin.non competit, non potest ex postfacto competere.
l.quod ab initio.ff.de regu.iur.sed insti.qui iurauit,cùm tempo-
re iuramenti possideret, non competebat actio, ergo non po-
test ex post facto,licèt à possessione cadat,actio cõpetere. Glo.
dicit hoc esse mirabilissimum,& ponit tres solu.vnã sub dubio
fortè,quòd ista non est actio in factum, quæ datur ex iuramen
to,sed est actio in factum,quæ datur loco publicianæ. Glo.vo-
20 luit dicere,† quòd publiciana istius est naturę,quod nunquam
incipit competere,nisi amissa possessione.§.sed iste.Insti. de act.
voluit gl.dicere,quòd ista est actio publiciana,quæ datur amis-
sa possessione.Istam reprehendit glo.quia cùm hic nõ interue-
nerit traditio,non potest competere vera publiciana, ergo nec
actio in factum,quæ datur loco publicianæ,nisi tu defendas, ꝙ
dimissio habet vim traditionis.§.interdum.Institu.de rer.diuis.
quod reprobaui in præcedenti parte glo. Vnde tu respon. me-
lius,quòd licèt à princip.non competeret actio in actu, tamen
competit habitu,& potentia,sicut in vero domino,donec pos
sidet,non competit actu actio,sed bene actio in potentia,si de-
sinat possidere l.1. C.de alie.iu.mu.cau.fac.& istud est quod vo
luit dicere glo.hic in 3.solu.dum dicit,quod sequitur naturam
realium actionum, & ita respondent Docto. ¶In 3. parte gl.in
qua sic oppone, actus agentium non operãtur vltra eorum in-
tentionem.l.non omnis.in prin.s̃.si cert. pet. sed hic iuramentũ
fuit delatum possidenti, ergo vt prodesset solùm ad excipien-
dum,ergo non debet prodesse ad agendum.glo. non soluit.sed
dicit,quòd idem alibi contingit. Tu dic melius secundum Bar-
tol.& Docto. quòd hic iuramentum defertur super dominio,
quod est causa actionis habitu, licèt non actu, donec possidet,
& ideo si cadat à possessione, apta est parare actionem.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione emphyteusis, de qua in dubio intelligatur.nu.2.3.4.& 5.*
6 *Verba,quæ non possunt intelligi propriè, intelliguntur largè, & impro-priè.*
7 *Terminus vsusfructus, accipitur pro quasi.*
8 *Libellus emphyteutæ sustinetur, si dicit se dominum.*
9 *Libellus sustinetur, quando quis dicit se dominum pleno iure, licèt non habeat directum.nu.10.& 16.*
11 *Quid si habens directum dominium libellat de vtili, an sustineatur. nume.12.*
13 *Fideicommissarius vniuersalis agens contra possessores, si dicat se hæredi tatem adire, debet succumbere.*
14 *Formans libellum super consuetudine, si non est consuetudo, sed statu-tum, succumbit.*
15 *Regula, quòd in libellis, si non possunt verba propriè capi, capiuntur im propriè cum sequentibus, sic in contractibus ibi cum pluribus nu. seq. & nu.30.& 31.*
24 *Petitio tolerabilis est admittenda.*
25 *Quilibet libellus in dubio præsumitur aptus. & seq.*
27 *Proprietas quid est.*
28 *Statutum loquens in possessore, habet locum in quasi.nu.29.ita in teste. ibid.nume.32.*
33 *An possit agi ad vsumfructum, etiam non oblata cautione.*

LEX XI.

Sed & si possessori.

§. Item si iurauero.

Summa, vt per Bart. In text.ibi,sed & si re-
rum,in qbus vsusfructus &c.puta in pecunia,& alijs rebus,quę
vsu consumuntur,in quibus propriè non cadit vsusfructus.Ra
tio,quia vsusfructus est ius alienis vtendi rebus, salua rerũ sub-
stantia,sed in istis rebus vtendo corrumpitur proprietas, ideo
in talibus rebus debet præstari cautio,vt vult tex.& intellige de
cautione de restituendo, quia talis succedit loco proprietatis,
non autem intelligas de cautione de vtendo, fruendo arbitrio
boni viri.In 2.parte tex.ad eius declarationẽ adde text. & ibi vi-
de gl.in c.cũ cõstet.de pig.& ibi gl. declarat cautionem, de qua
in tex.quæ non est de vtendo,fruendo arbitrio boni viri, sed de
restituendo æstimationem,& sic succedit loco proprietatis rei.
1 ¶†Not.ex 1.parte s'm Bal.ꝙ actus fictus,vel præsumptus tñ du
rat q̃tum verus.Facit l.3.ff.de noua.& qđ not.gl.in l.talis scriptu
ra,in princ.ff.de leg.1.iste text.procedit in vsufructu, qui habet
naturam vniformem vsq; ad vitam vsufructuarij tñ.§.finitur.
2 Insti.de vsufr.& l.corruptionem. C.eod. † Quid aũt in emphy-
teusi,si aliquis simpliciter iurauerit se esse emphyteutã, de qua
emphyteusi intelligatur,cum emphyteusis sit multiplex, quæ-
dam in perpetuum,quædam ad tempus vltra decennium,quę
dam in certas generationes: tangit latè Bal.hic,& arguit ad par
tes,& eum refert,& simpliciter sequitur Ludo. Roma. hic, alij
nihil tangunt. Tu conclude,quòd si sit emphyteusis ecclesiæ,
censeatur iuratum,non vt sit perpetua, sed in tertiam genera-
tionem, iuxta §. emphyteusim. in Authen. de non alie. de cu-
ius.§.intellectu,& an correctus sit,scribitur per glo.& Docto.in

l.etiam.in prin.cum ſuis concor.ff.ſolu.matr. & ita eſt de men-
3 te Bal.& Lud.Rom.hic. † Confirmo per illud, quod vult Bal.
in capit.1.§.fin. de feu.da.in vi.le.com.vbi dicit ſe fuiſſe de facto
conſultum,de eo,qui acquiſiuit emphyteuſim eccleſiæ p̃ præ-
ſcriptionem 40.ann. iuxtà c.de quarta.de præſcrip.an intelliga-
tur acquiſiuiſſe perpetuam, an verò temporalem, idest in ter-
tiam generationem, & concludit, quòd quemadmodum em-
phyteuſis.eccleſiæ,quando eſt informiter conceſſa,hoc eſt non
facta expreſſione perſonarum,cenſetur conceſſa in tertiam ge-
nerationem.d.§.emphyteuſim.idem quando eſt præſcripta, &
deciſionem Bald.refert & ſimpliciter ſequitur Ludo. Rom.in
4 repe.rub.ff.de arbi. in 19. col. † confirmo, & ſecundò per illud
quod decidit Bald.in l.fin.in 2.col.C.de iure emphyteu.vbi de-
cidit,quod ſi reperiatur inſtrumentum ſimplex de emphyteu-
ſi,& in eo non declaretur,an ſit perpetua,vel temporalis,quòd
ſi ſit emphy.eccleſiæ,cenſetur in tertiam generationem,ſi autē
loquimur in emphyteuſi priuati,& tunc circumſcripta conſue-
tudine, teneo quòd in dubio cenſeatur perpetua, & ideo ſiue
loquamur in iuramento, ſiue in inſtrumento, ſiue in præſcri-
ptione,teneo quòd omni caſu cenſeatur perpetua,prout tenet
Bald.in d.l.fin.in 2.colum.C.de iure emphy.& in l.fin.C.de libe.
cauſ.& in cap.1.in 2.col.de alie. feud. & Angel.in d.l.fin.in pen.
colum.vbi ita decidit, licèt dicat ſe non habere legem hoc de-
cidentem,& in §.emphy.in Auth.de non alienãdis, vbi dicit ſe
habuiſſe iſtam quæſtionem de facto Peruſij, & in l.prætor.§.fi.
ff.de edendo. vbi dicit ſe de hoc vidiſſe in facto arduã quæſtio-
nem.& idem Angel.in l.malè agitur, & in l. cum notiſſimi.§.fi.
& vtrobique Bald.C.de præſcrip. 30. ann. imò plus volunt An-
* gel.*& omnes Mod.*in l.qui in aliena. in princip.in verb.ſed ſi adie-
5 rit. ff. de acquir. hæred. † quòd ſi aliquis diu tenuit, & poſſedit
aliquam rem,vt emphyteuticam, vel vt feudalem, præſumi-
tur conceſſionem in perpetuum ſolenniter præceſſiſſe. quod
dicit Angel.eſſe menti tenendum, referens ſe de facto habuiſ-
ſe. Facit bene text.in l.ſi filius.C.de peti.hæred.& text.in capitu.
continebatur.de his,quæ fiunt à præla.ſine conſenſu capi. cum
multis alijs ſimilibus, quæ addit Alexand. in d.l.qui in aliena.in
prin.& conſil.77.inci.circa primum quo quæritur.ſ.coram quo
domino.in 5.& 6.col.lib.2.Si autem reperiatur inſtrumentum
emphyteuſis,vel feudi,ſub hoc termino, ad tps,intelligitur ad
decennium, ſm Bal.in c.ex literis.in 7.col.de conſti.per tex.qui
ſm eum non eſt alibi in l. ſine præfinito. ff. de pœnis. quæ l. ſm
ſm Bar. ibi eſt ſingularis, & non habet concordantem in iure,
prout etiam dicit Bal.in l.1.poſt principium.C.de poſtu.& in c.
1.de tranſla.præla.d.Ant.Imol.Panor.& d.Card.Flo.in d.c.ex li
teris.Sed tu caue, quia licèt in d.l.ſine præfinito. quia eſt mate-
a ria criminalis,& ſic pœnalis, indefinita [a] nõ æquipollcat vniuer
ſali, ſecus in materia cõceſſionis in emphyteuſim. & ſic non vr̃
bene decidi per illum text. ¶Secundo no.ibi,ſi verè, ꝙ iuſm ha
betur pro veritate.vt hic in glo.ad quod adde quæ dixi in l.non
6 erit.in verb.dato.s̃.eo.¶†Tertiò not.ex 2.parte.ꝙ verba quę nõ
poſſunt intelligi propriè,intelliguntur largè, & impropriè, nec
propterea vitiant actum.concord.l.ſi tibi pecuniam.vbi Barto.
& alij not.s̃.ſi cert.pet.vbi plenè tetigi de hoc,& ibi poſui, quid
in ꝯctib.quid in ſnia,quid in inſtris notariorum, & quid in vlti-
7 mis voluntatibus, hic non repeto.¶†Quartò not. ex eo. tex. ꝙ
terminus vſusfructus capitur pro quaſi vſufructu. vnde facit
ſm Bart.& Docto. ꝙ ſi aliquis in libello diceret ſe eſſe in poſſeſ-
ſione iurium incorporalium, quæ poſſideri non poſſunt, ſed
quaſi l.ſeruus.§.incorporalis.ff.de acq.rer.do.ſuſtinetur libellus,
8 & impropriatur pro quaſi poſſeſſione. † Adde de hoc tex. in c.
olim el 2.& ibi ad hoc no.d.Card.Flo.de reſti.ſpol.Eodem mo
do facit ſecundum Bar.& Doct.hic, ſi emphyteuta in libello di
xerit ſe eſſe dominum,ſuſtinetur libellus,& intelligitur pro vti-
li dominio. Idem & plenius tenent Bartol. & Bald. in l. 1. C.de
vſufru.& Barto.in l.ſi mater.§.eandem.in vlt.col.ff.de excep.rei
iud.& in l.1.in vlt.col.ff.de act.& obl.Ang.in l.1.§.qui in perpe-
tuum.ff.ſi ager vect.vel emphy. pe. Imol.in cap.2.de libel.obla.
9 Doct.maximè Anto.de But.in cap. examinata.de iudi.† Adde
bene facere illud, quod in ſimili dicimus de eo, qui in libello
narrat ſe eſſe dominum,& poſteà in proceſſu probat de præſcri
ptione,vt habes gl.in l.minor.§.1.in glo.mag.& ibi Docto.ff.de
euic.& glo.in l.per hanc.& ibi Bald.in 6.col. C.de tempo.appel.
Bald.in cap.fraternitatis,in 5.col.de teſt.& adde ꝙ idem ècontra
eſt.quia ſi habens directum dominiũ,proponeret rei vendi.vti-
lem,procederet libellus,quia intelligitur,vtilem, ideſt efficacē.
10 ita ſingulariter dicit Bal. in c.penul.in vlt.col.de re iud.† Adde
etiam illud qđ ſingulariter decidit Bald. in l.Iul.ſcribit ſi homi-
nem.§.idem Iul.ff.de rei vendi.ſequendo Bar.de Capua, quem
ipſe recitat,ꝙ ſi aliquis in libello dixerit rem ad ſe pertinere ple-
no iure,& re vera alius habeat vtile dominium,ſuſtinetur libel
lus, ſicut alibi, ſi aliquis diceret eccleſiam ad ſe ſpectare pleno
iure, intelligitur quo ad tp̃alia,non aũt iure dñij.tex.eſt no.in c.
cum inter nos.in verbo,pleno iure.de re iudi. imò fortius adde
tex.ſolennē in c.bonæ.el 2.de poſtula.præla.p̃ quē ibi no. Abb.
& Car.qđ ſi aliquis in libello dicat ſe hr̃e ius in re,quis ita dicē-
do intelligatur de dñio. c. cum eccleſia ſutrina. de cã poſſeſ. &
propriet. tñ, vt ſuſtineatur libellus, intelligit̃ de poſſeſſione tñ.
imò adhuc fortius decidit Bal.in l. Iulia. ſcribit ſi hominē. aliàs
inci.l.ſi hominem.§.idem Iul. ff.de rei vendi. ſequendo Bart. de
11 Capua, † qđ ſi aliquis in libello diceret rem ad ſe ſpectare ple-
no iure,& reuera alius habeat vtile dominium, tñ ſuſtinetur li-
b bellus, ſicut ſi aliqs diceret eccleſiã ad ſe ſpectare pleno iure, [b]
intelligeretur quo ad tp̃alia,& ſpiritualia, non aũt iure dñij.d.c.
cũ inter nos.in ver.pleno iure.de re iud. Ex prædictis cõfundun
tur tres deciſ.Bal.vna in l.qui vſumfru.ff.ſi vſusfru.pe.cõcludit,
ꝙ ſi aliquis in libello dicat rē ad ſe pertinere iure dñij, & poſteà
probet ſolũ de vſufructu,debet ſuccumbere,ſm Bal.qđ ex prę
dictis non vr̃ verum, cũ ēt vſusfructus ſit pars dñij.l.4.ff.de vſu-
12 fru.ſm d.Alex.hic.¶†Secundò apparet malè dixiſſe Bal.in l.do
ce ancillã.C.de rei vendi.ꝙ ſi marito vergēte ad inopiã,mulier
in ſubſidiũ vendicet rem alienatã, quæ erat data in dotem,ſed
æſtimata,iuxta gl.no.in l.in rebus, in princ.C.de iure do.& talis
mulier in libello narret ſe eſſe dominam illius rei, debet ſuccũ-
bere,ſm Bal & malè,ex quo habet ſaltem vtile dñium,vt patet
13 ex prædictis. ¶ † Tertiò redditur dubium illud,qđ ſingulariter
decidit Bal.in l.ſi nõ lex eliaſcentia.§.1.de hære.inſtit.vbi dicit de
facto fuiſſe ꝯſultum, qđ ſi fideicõmiſſarius vniuerſalis agens ꝯ̃
tertios poſſeſſores dicat in libello, ſe hr̃ditatem adiuiſſe, debet
ſuccumbere,quia ad eũ non ſpectat adire hr̃ditatem,ſed ſibi fit
c reſtitutio, [c] ſequit̃ domi.And.Barba.in repe.rubr. C. qui admit.
14 in 23.col.¶†Quartò ex prædictis ēt reddit̃ dubium illud,quod
dicit Bar.in l.de q̃bus.in fi.ff.de leg.vbi dicit Bar.qđ ſi formaui li
bellũ ſuper conſuetudine,& in veritate non eſt cõſuetudo,ſed
ſtatutũ,debeo ſuccumbere tanquam ineptã actionem intenta-
uerim,vt iuribus vulgaribus,& illam deciſio. Bar. tenet ēt Alb.
in rubr.C.quę ſit long.ꝯſuetu.& in tract.ſtatutorũ in 1.parte.q.
28.q̃ inci ſed an agens ex ꝯſuetudine.Cõtra iſtam deciſionē vr-
d get,quia appel.cõſuetudinis [d] venit ſtatutũ, & ècontra, vt not.
Bal.in l.1.in vlt.col.quę ſit long.conſue & in l.2.in fi.C.de bon.q̃
libe.& d.Alex.in conſil.130.in 2.vol.qđ inci.maturè.in 4.col.Ita
pro hoc ſoleo tenere ꝯ̃ illã deci. & in materia vide ēt Bald in l.
15 2.ff.de condi inſti. † Ex p̃dictis omnib.facias ꝯcluſionē, ꝙ in li-
bellis, ſi verba non poſſunt propriè capi,debēt impropriari, vt
libellus ſuſtineatur, prout ēt dicit Bar.in l.ſcire debemus. ad fi.
prin.ff.de verb.obl.Iſtam ꝯcluſionē confirmo ex octo alijs. Pri
mò ex eo,qđ decidit Bar.in l.ſi olei. C.loca.vbi dicit p̃ illũ text.
ſe ſemel defendiſſe quendam libellum, in quo agens ꝯ̃ colonũ
narrabat ſe locaſſe fundũ pro certa q̃titate frumēti, nã non eſt
p̃priè locatio, niſi merces ſit in pec. num.l.2.ff.loc.nã debet in-
telligi libellus, locauit ideſt ad vſum conceſſit. refert, & ſequit̃
Anto.de Butr.in c.ꝯſtitutus.vbi bonus tex.cum gl. de relig.do.
16 ¶†Secundò facit, qđ decidit Bart.in l.2.per illum text.C.de ijs,
qui ex pu.ratio.lib.10.ꝙ ſi aliquis in libello diceret ſe mutuaſſe
librũ,cũ mutuũ non cadat in ſpeciebus.l. 2. in prin.s̃.ſi cert.pet.
ſuſtineret̃ libellus, & impropriaret̃,mutuauit,ideſt commoda
17 uit.¶†Tertiò facit,qđ decidit Bal.poſt Iac.de Are.& Cy.in l.re-
cuſari.per illũ tex ff.de acq.hære.ꝙ ſi aliquis narret in libello, ꝙ
e ꝯ̃xit mr̃imoniũ per verba de p̃ſenti, & opponat̃ de ineptitudi-
ne,cũ mr̃imoniũ ꝯ̃hat̃ cõſenſu, [e] nõ verbis.l.nuptias. ff. de reg.
iur.l.obligationũ ſubſtantia.in fi.ff.de act.& obl.certè ſuſtinebit
18 libel.& intelligit̃ ideſt p̃ ꝯſenſum verbis declaratũ. ¶†Quartò
facit quod decidit Bal.in l.1.per illũ tex.C.vnde libe.ꝙ ſi aliquis
in libello narret ſe hr̃dem, ſuſtinetur libellus, licèt ſolũ probet
ſe eſſe bon.poſ.de iure p̃torio,& idē tenent Mod. ibi. Facit tex.
in l.in conditionib.§.ſi patronus.ff.de ꝯdi.& demonſt. vbi ēt in
ꝯditionib.verbum hæres,verificatur in bon.poſſ. licèt in condi
tionibus verba debeant propriè,& ſtrictè intelligi,& tradunt ēt
19 Bar.& Doct.in l.1.§.bon.ff.ad Treb.¶†Quintò facit,quod vult
Imol.

ADDITIONES.

a ¶Indefinita.Adde Old.conſil.100.inci.in executione.Alex.de Imol.conſi.66.
inci.viſo inſtro dicti Benacaſij.in 2.vol.idem Alex.conſil.7.inci.ſuper hac du
bitatione.in 1.vol.idem Alex.conſil.110.inci.viſis acutiſsimis.in eo.vol.
b ¶Ad ſe ſpectare pleno iure.Adde gl.in ver.pleno iure.in c.Abbates.de priui.
lib.6.gl.in ver.pleno iure.in c.cum & plantare.eo.titu. Abb.in c.querelam.in
2.col.de elec.Abb.in c.auditis.in 2.not.de p̃ſcr.Abb.in c.de monachis.de p̃b.
c ¶Reſtitutio.Limita iſtam regulam vt per Bar.in l.ſi mater.§.eandem.ff.de exc.
rei iud.Fel.in c.cum contingat.1.colum. de reſcr. Alex.in l.diuortio.in princ.
col.4.ff.ſolu.matrimo. & conſil.121.incip. viſo proceſſu. colum.4.vbi loqui-
tur de omni dominio. PVRPV.
d ¶Appellatione conſuetudinis. Adde Bald. in l.de quibus.ff.de legibus.
e ¶Matrimonium contrahatur conſenſu.Adde text.in cap.ſufficiat.27.quæſt.2.
& text.in cap.cum locum,de ſponſa.

Imo.in c.ex literis,de pign.ſi aliquis in libello narret, ſibi actio-
nem competere,& tñ competat officium iudicis, procedit li-
bellus impropriando actionem pro officio iudicis,quia largiſ-
ſimè actionis verbo,officium iudicis continetur.l. actionis ver
bo.ff.de actio.& oblig.& pondera tu ex iſta deciſ.inferri, ꝙ ſu-
ſtinetur libellus intelligendo verba non ſolum impropriè, ſed
etiam improprijſſimè , & licèt ipſe non dicat, ante eum idem
20 tenuit Bald.in l.ſi ſine.in vlt.col.C.ad Treb. ¶† Sextò facit,qđ
no.Bal.in l.cum etiam.in 2.no.per illum tex. in verbo reddi.C.
de reb.credi,ꝙ ſuſtinetur libellus,in quo quis petijt reddi illud,
21 qđ nunquam datum eſt,intelligitur.i.præſtari,ſeu ſolui.¶† Se-
ptimò facit, qđ mirabiliter decidit Bald. in l.qui fortuitis.in 5.
col.C.de pig.actio.ꝙ ſi accuſo aliquem,qđ commiſerit homi-
cidium culpa,ſuſtinetur libellus, & intelligitur.i.dolo, vt ſic in-
22 telligatur de homicidio punibili.¶† Octauò facit, qđ decidit
Bal.in l.1.C.de confeſ.in 12.col.in verſi.ſed quæritur quare in fi.
accuſationum. vbi determinat, ꝙ ſi aliquis in libello petit ali-
quem condemnari,de iure communi,& de iure cõmuni non
ſit prohibitum,vt eſt extrahere frumentum, tñ libellus iſte ac-
cuſatorius ſuſtinetur,& intelligitur iure communi.i.municipa
23 li.¶† Vltimò pro complemento prædictorum adde, qđ dicit
Bal.in l.fi.in 2.col.C.de compenſa. Vbi dicit ſuſtineri libellum,
etiam groſſo modo loquendo,quia non debet nocere talis lo-
quendi ſimplicitas. Alibi dicit idem Bal.in l.2. C.de formulis.ꝙ
libellus ineptus tolerandus eſt,ſi aliquo modo poteſt ſuſtineri,
24 & idem Bal.in l.per diuerſas in 11.q.C.mand.† Alibi idem Bal.
in l.ordinarij.in pen.col.C.de rei vendi. ꝙ verba libelli ſunt lar-
gè interpretanda,ita dicit notare Inn.in c.licèt cauſam.in gl.fi.
de proba.& ꝙ dummodo tolerabilis ſit petitio,ſemper eſt ad-
mittẽda,& alibi Bal.in l.polla.circa fi.C.de his quib. vt indig.di-
cit,ꝙ verba in libellis ſunt benignè interpretanda,& nõ ad ſub-
uerſionem libelli , cùm libellus debeat ſuſtineri omni modo,
25 & etiam improprio,† Adde etiam Ange. in l.ſi inter. C.de iur.
dot.& alibi Bal.in l.edita.in 9.col.C.de eden.tradit regulam, ꝙ
quilibet libellus in dubio præſumitur aptus , quia eſt ſuſtinen-
dus,quamuis habeat verbat impropria.Alibi no. Pan.in c.cum
eccleſia.de cau.poſ.& proprie.in vlt.not.per illum tex.in verb.
verum.& in c.cùm veniſſent.ſuper glo.1.de in integ reſtit.ꝙ li-
26 bellus eſt largiſſimi iuris,ſeu largiſſimè eſt interpretãdus.† Cir-
ca tñ prædicta videas,quæ dixi in §.ſi prætor.ſ.ea.l. Non omit-
to vnum,ꝙ in quantũ Bar.& Doct.hic excludunt,ꝙ ſi emphy-
teuta dicat ſe eſſe dominum, ꝙ licèt intelligatur de directò re-
gulariter,appellatione tamen domini,ad hoc,vt ſuſtineatur li-
bellis,intelligitur de vtili:inuenio,ꝙ Bald.in l.2.ff.de condi.inſti.
a ſingulariter limitat [a] iſtam deciſ. vt procedat qñ emphyteuta [b]
b in libello dicit ſe dominum ſimpliciter: ſecus autem ſi diceret
ſe proprietarium,tunc ſ̃m Bal.debet ſuccumbere, quia nõ eſt
reperire proprietatem,niſi directam,allegat l.ſi tibi proprietas.
ff.de vſufr.accreſc.ꝯfirmatur iſta deciſio per illud,qđ dicit Bal.
in l.cum res. in fin. C.de prob.& in l.pen. C.ſi à non competen.
iud.vbi dicit, qđ iſtud nomen proprietas eſt directum, & nun-
quam obliquatur,nec ponitur pro vtili dominio, & vltra Bal.
27 iſtud confirmatur ex etymologia vocabuli, † proprietas enim
eſt res propriè tua,& niſi res ſit propriè tua, nõ dicitur proprie-
tas. Ego puto, ꝙ etiam iſto caſu ſuſtineretur libellus, quia ita
eſt reperire proprietatem, & quaſi, ſicut dominium, & quaſi,
gl.eſt in l.2.§.quædam.ff.de interdictis, quam reputat ſingularẽ
Bal.in c.1.§.1.de inue.de re alie.fac.& ibi Aluar.not.illam gl.ſed
eſt tex.ad literam in cap.fi.de iudi. ergo ſi emphyteuta dicat ſe
28 proprietarium,intelligitur largè. ¶† Quintò no. ex eo.tex.hic
eſſe tex.no.& vtilem ſ̃m Bal.in c.licèt cauſam. in fi.de proba.ꝙ
ſtatutum dicens, ſi quis turbauerit in poſſeſſione, &c. trahitur
etiam ad quaſi poſſeſſionem,qđ multum no.ex quo tale ſtatu-
29 tum eſt pœnale.¶† Sextò no.hic eſſe tex. no. ſecundum Bal.in
c.quanto.in vlti.col.de iudi. ꝙ ſi teſtis diceret, ꝙ vidit Titium
poſſidere iuſpatronatus, exponitur quaſi poſſidere per hunc
30 tex.quia iura non propriè poſſidentur,vt dixi.ſ.in 4.no. ¶† Se-
ptimò no.ſecundum Lud.Ro.hic,& (licèt ipſe non dicat) ante
eum no.ponit Bald.hic, ꝙ verba partis iurantis impropriantur
non ſolùm quo ad euitandum pœnam periurij, ſed etiam, vt
probent: ſecus eſt in teſtibus,quorum dicta impropriantur ad
finẽ,vt euitent falſitatem, ſed non vt probent, ſecundum Bart.
in l.2.§.fi.ſ.ſi cer.pet.& in l.1.in fi.C.de vſufr.Not.Can.in c.cum
tu. de teſti.tamen, vt hic ſubdit Bal.illud ibi eſt propter contra-
31 rietatem ipſorũ teſtium ad inuicem,quæ non eſt hic.¶† Octa-
uò pondera hic probari notabiliter, æquiparando iuramentũ
ſententiæ,vt æquiparat tex.in §. fi.ſ.ea.l.hic eſſe tex.ꝙ ſicut ver-
ba iuramenti impropriantur,vt ſaluetur iuramentum, hic erit
text.ꝙ verba ſententiæ impropriantur, vt ſaluetur mens iudi-
cantis.Et ſic pondera hic eſſe tex.pro glo.ſing.in l.& puto.ff.fa.
erciſc.quam reputat ſing. Bald.in l. cum virum.in vlt.col.C.de
fideic.in c.fin.in vlt.col.de tranſla.prælatorum. & in c.cum ſu-
per.in vlt.col.de re iud. Et adde, ꝙ idem eſt in vltimis volunta-
tib.iuxta glo.in l.quoties.C.famil.erciſ. per quam vide, qđ dicit
32 pulchrè Bal.in l.ſi cum ante.C.de don.ante nup.¶† Nono pon
dera hic eſſe tex.meliorẽ de iure, ꝙ iuramẽtum intelligitur ſe-
c cundum naturam [c] actus, ſuper quo interponitur, & ſic iura-
mentum non facit, vt actus plus duret, quàm prius: nec ꝙ ſit
efficacior,quàm eſſet prius. Nec potes dicere, ꝙ iſtud ſit pro-
pter defectum conſenſus,prout ad l.fi.C.de non nu.pec.reſpon
det Barto.in l.ſi quis pro eo.in vltimo membro.ff.de fideiuſ.de
33 iſto tamen puncto dixi latè iſto anno.¶† Decimò pondera ibi
poſſe petere vſumfructum cautione oblata, ponderando, ꝙ
ablatiui reſoluuntur in conditionem, ſi cautio offeratur.l. à te-
ſtatore.ff.de condi.& demon.l.ab emptione.ff.de pac.cum ſim.
ergo hic eſt tex.ꝙ quis non poteſt petere vſumfru. niſi cautio-
nem offerat,& ſic hic videtur text.contra Bart.in l.1.C.de vſur.
& fru.leg.in vlt.col. vbi diſputando ad partes, tandem conclu-
dit,ꝙ agi poſſit ad vſumfruc.etiam non oblata cautione,ſed in
cõtrarium pondera hic eſſe tex.in fi.& reperio, ꝙ ipſemet Bal.
alibi ponderauit iſtum tex.ad hoc in l.1. C.de vſufru. in vlt.col.
Tu caue,quia iſte tex.non videtur multum facere, quia loqui-
tur in his rebus, in quibus propriè non cadit vſusfructus, vt in
reb.quę vſu conſumuntur,& in iſtis videtur cautio eſſe de ſub-
ſtantia,in alijs videtur eſſe de natura, &c.

ADDITIONES.

a ¶Limitat. Vide Alex.in l.ſi finita.§. ſi de vectigalib.in primo not.ff.de damno infect. PVRPV.

b [*] Emphy. Adde Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil cõe.de acq.poſſ. PANCIR.

c [*] Naturam. Adde Abb.in c.quemadmodum. ſeptimo not.de iureiuran.Inno. in c.per tuas colum.2.de arb. Abb.in cap.ex parte.el.2.colu.2.de cleric. non reſid. BELLOT.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum habet effectum ſententiæ latæ præcedentib. probationibus.*
2 *Iuramentum an ſit propriè probatio.*
3 *Acta,& ſententia in cauſa nullitatis an faciant fidem quo ad omnes.*
4 *Ex probatione non oritur actio. nu.6.*
5 *Nec irrogatur infamia.*
7 *Ex confeſſione an oriatur actio. nu.8.*
9 *Probatio,& confeſſio an æquiparentur.*

§. Si cùm de hæreditate.

Iuramentũ habet vim
probationis, & ſententiæ, quo ad dandam actionem, & exce-
ptionem inter eaſdem perſonas,non inter aliàs, & iuramentũ
præſtitum in vniuerſali iudicio petitionis hæreditatis manda-
tur executioni,etiam ſuper rebus poſtea cœptis poſſidere. hoc
1 dicit.vſque ad l.ſi duo patroni. ¶† No.ibi,ſi pronunciatũ eſſet,
ꝙ iuramentum habet effectum ſententiæ latæ præcedentibus
probationibus,& ex hoc videtur inferri ſecũdum Bart.& alios,
ꝙ quemadmodum ſententia habet executionem paratam.l.2.
in fi.de execu.rei iud.eo modo iuramentum.de quo dixi in l.2.
2 ſ.eo.¶† Secundò not.ibi,perinde haberi,&c.ꝙ licèt tex.videa-
tur velle, qđ iuramentum, & probatio æquiparentur, tamen
a tex.vult,qđ iuramentum non ſit propriè [a] probatio, quia text.
loquitur per verba impropriantia,perinde,&c.de quo dixi in l.
non erit.§.dato.ſ.eo. Vltra no. Bar.no.in l.idem eſt, ſecundum
Ful.& Lud.Rom.hic regulam, qđ ſicut ſententia inter aliquos
lata regulariter alijs non nocet, ita etiam non nocent alia acta,
& aliæ probationes illius iudicij, ſic ècontra in caſibus, in quib.
ſententia alijs præiudicat, qui ponuntur per Mod.in l.ſæpe.in
prin.ff.de re iud.in eiſdem etiam acta, & probationes illius iu-
dicij præiudicant, & ita ante eos ſumit ex iſto text. prædictam
regulam Bar.in l.cum lite mortua.in 3.col.ff.iud.ſol. poſt Inno.
per eum allegatum,& idem Barto.in l.2.in vlti.col. C. de eden.
& in l.ſi mater.§.fi.ff.de excep.rei iud. Bald. in c.cauſam quæ.in
1.col.& vltim.de teſt. & ſic à pari procedunt ſententia, & alia
acta iudicij. Ad hoc adde text.ſolennem in l. lege Iulia petro-
nia.ff.de manu.tit.genera.vbi eſt tex.ꝙ in caſibus in quib.quan
do ſunt duæ ſententiæ contrariæ latæ per duos delegatos, vel
duos ordinarios,præfertur illa, quæ eſt lata ꝓ libertate, vel pia
cauſa,vel ſimili.c.fi.de re iud.l.ſi pars.in prin.ff.de inoffi.teſtam.
certè in illiſmet caſibus, ſi probationes vtriuſque partis eſſent
pares,

ADDITIO.

a ¶Quod iuramentum non ſit propriè. Adde gloſſ.in l.cum de indebito.ff. de proba.glo.in ver.duplicantur. Inſti.de act. Franciſ.de Are.in c.1,in ſecundo not.de proba.

pares, præfertur illa,quæ eſt pro iſtis perſonis ſpecialibus,& ad
hoc reputat illum text.ſing. Bald. in cap. domino guerram §.
ad hoc.in titu.hic finitur lex , deinde conſuetudines regni inci-
3 piunt. † Per iſtam regulam infero,quòd quemadmodum ſen-
tentia lata ſuper nullitate proceſſus, vel inſtrumentorum facit
fidem quo ad omnes perſonas,vt per Inno.& Ioan.And.in c.in
noſtra.de procu.Butr.expreſsè in cap.pen.in ver. ſecundus prin.
caſus.de re iudi.in c.cauſam quę,el 2.qui filij ſint legi.Imol.in l.
ſæpè.in 7.col.de re iudi. & ibidē Alex. plenius ſequitur. Ita etiā
omnia acta in cauſa nullitatis facient fidem quo ad omnes. Vl
tra ſcribentes collige ex iſto tex. probari limitationem ad regu
lam,quæ habet,quòd bonum eſt arg. de re ad perſonas & con-
tra.l.qui plures liberos.ff.de vulg.& pup.l.miles ita. in princ. &
ibi Bartol.ff.de teſta.mili.l. ſi quis inquilinos.§.fin.ff.de leg.1.iſte
tex.probat,quòd nō eſt bonum arg.de rebus ad perſonas, pro-
batur ſic.Iſte tex.dicit,qđ ſi iurauero me eſſe hæredem,iſtud iu
ramentum prodeſt etiam quo ad res poſteà quæſitas,& tamen
ſi iuraui me hæredem , iſtud iuramentum non prodeſt quo ad
alias perſonas,ergo non eſt bonum argu.de rę ad perſonas. ſed
certè iſtud ideo eſt hic,quia non eſt eadem ratio in vno,quę in
alio,& ſic habetur limitatio ad illam regulam . Confirmo per
illud,quod vult glo.in l.ſi quis in tantam.C.vnde vi,quam Bal.
ibi in 3.col.multum not.ad ſtatutum diſponens, quòd de deli-
ctis commiſſis in perſonas certę familiæ , non poſſit fieri puni-
tio , certè ſecundum Bald. ſi quis faciat offenſionem in rebus
vnius ex illa familia, non poterit ſe iuuare ex illo ſtatuto, quia
illud ſtatutum factum quo ad perſonas, non extēditur quo ad
4 res.¶†Glo.in ver.probatum.iſta glo.eſt not.ad quinque. primo
ex ea habes , quòd ex probatione etiam ſi fit per inſtrumētum
non oritur actio , nec probatio habet executionem paratam,
niſi lata ſententia,& ad hoc reputat iſtam glo. ſingu. Bald.in d.
l.1.in pen.col.de exec.rei iudi.& in c.1.4.col. de lit. conteſta. &
in cap.cum dilectus.in 6.colum.ad fin.de ord. cogn. & in cap.
cauſam quæ.de teſti.& in capit.tua nos. in pen.col.de coha.cle.
& mulie.& in l.1.in 2.col.ff.de cura.fur.Angel.in l.is cui lege bo
nis.ff.de teſtam. Limita,niſi interueniat iuramentum,quia vbi
5 adeſt iuramentum, ex eo oritur actio, vt eſt clarum. † Secun-
dò habes ex hac gloſſ. quando ex ſola probatione delicti non
irrogatur infamia iuris ,niſi ſequuta ſententia vel confeſſione,
de quo per gl. & Doct. & in l.ictus fuſtium.& in l.quoniam.ff.
de his,qui not.infa.Bartol.in l.infamem.ff.de publ. iudi. & Can.
in cap.ſuper ijs.de pœnis. Limita, niſi lex notaret factum, quia
tunc ex ſolo facto notato à lege efficiť quis infamis.tex.habes,
& exemplum in l.palàm.§.quæ in adulterio. & ibi Bartol. ff. de
6 ritu nupt.plenius Bartol. vbi declarat in l.1. ff. de infam. † Ter-
tiò not.ex hac glo. quod probationes non operantur effectum
abſque ſententia iudicis.Vnde facit iſta glo. ſecundum Bartol.
& Angel.quòd non ſufficit relatio nuncij facta in actis,per quę
refert princ. non eſſe ſoluendo,ad hoc vt fideiuſſor poſſit con-
ueniri,niſi ſequatur ſententia iudicis ſuper hoc.de quo per Bar.
in l.ſtipulatio.§.habet.ff.de ope.noui nun.& in l.de ætate.in 3.q.
7 in prin.ff.de mino.no. gl.in l.ſolam.in 4.oppo.C.de teſti.†Quar
to not.ex iſta glo.quòd ex confeſſione oritur actio:ſicut ex ſen
tentia,& iuramento.Intellige iſtam glo.in confeſſione iudicia-
li. Ratio , quia confeſſi in iure pro iudicatis habentur. l.1. ff.de
a confeſſis.l.poſt rem.ff.de re iud.ſecus eſt in confeſſione extra-
iudiciali,quia licèt poſſit prodeſſe,quo ad probationem: tamē
ex ea non oritur aliqua obligatio,nec actio. l publia.§.fin.ff.de-
poſi.Bar.in l.certum.ad fin.ff.de confeſſ. latè Bald. in l. generali-
ter.in ver.modo venio ad quæſtiones. C.de non num.pecu.In-
tellige,niſi confeſſio extraiudicialis fuiſſet geminata, quia tunc
æquiparatur confeſſioni iudiciali , ita inquit ſing. Bar.in l.cum
ſcimus.in fin.C.de agric.& cenſi lib.10. Io.de Ana. in conſi.55.
8 incip.quia dubia. † nam ex confeſſione extraiudiciali geminata
oritur actio, & obligatio ſecundum Lud. Ro.hic. & in l. nuda
ratio.in 1.col. ff.de don. & in conſi.290.incip.in caſu propoſitæ
conſultationis,breuiter dicendum dictum Fran. in 2.col. Paul.
de Caſt.in d.l.publi.§.fi.Pan.in c.ſi cautio. ad fi. de fide inſtrum.
pondera tñ,quod ꝯrium voluit idem Bar.(ſi ſubtiliter inſpexe-
ris.) in l.triticum.ff.de verb.oblig.& ibi Aret.in fi.ad hoc ponde
9 rat,& tenet ꝯrium.vide ibi.¶†Quintò, & vlt.not.[b] ex iſta glo.
b qđ licet probatio , & confeſſio æquiparentur quo ad aliquid
probandum, non tñ æquiparantur quo ad diſponendum,quia
plus diſponit confeſſio,quàm probatio,vt prædixi,& potes in-
telligere,ꝙ in ſimili dicitur,quod notorium, & ſententia æqui-
parantur.l.emptorem.in prin.& ibi gl.& Doct.ff.de act.emp.vt
procedat quo ad aliquid probandum , ſed non quo ad diſpo-
nendum.Et ita ad hoc inuenio,quod iſtam glo.no. Bal.pro ſin-
gulari in l.1.in 2.col.ff.de reb.corū. ¶Gl.in verb.vtilis.ad fi.Not.
iſtam doct.gl.de qua feci mentionem in §.1.s̃.e.qđ ex iuro ori-
tur actio in factum,ſiue iuretur formiter, ſiue informiter.

ADDITIONES.

a ¶Secus eſt in confeſſione. Adde l.pub.§.fin.ff.de poſtu.Bar.in l.cum ſcimus.in
fi.C.de agr.& cenſi.lib.11.
b ¶Vltimo not.Amplia generaliter , vt quòd facilius probet , quam diſponat,
Iaſ.in 1.lect.l.1.col.9.C.de ſum.triu. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Superior poteſt agere contra ſubditos libertatem prætendentes, vt ſubditi declarentur.*
2 *Iuramentum vnius ex patronis an noceat alijs.*
3 *Quomodo res inter alios acta alijs noceat,vel proſit.*
4 *Leuis præſumptio, ſeu occaſio eſt magni ponderis.*
5 *Qualis qualis præſumptio eſt leuis ponderis,ita quod non poteſt deferri iuramentum.*
6 *Limitatio ad totam materiam iuris accreſcendi.*
7 *An in caducis,& pro non ſcriptis habeat locum ius accreſendi.*

LEX XIII.

SI duo patroni. Summa, vt hic per
Bar.ad euidētia pręmitte,ꝙ legitur duob. mod. & ad has lecturas ten-
dūt quaſi omnes gl. eo quia ver. multum tñ fidei,
videtur contrariari principio tex. primo modo variatur caſus,
& principium loquitur , qñ vnuſquiſque dicebat ſe patronum
in parte.ſed ver.multum , loquitur quando vnuſquiſque dice-
bat ſe patronum inſolidum,ſic intelligitur glo.in verb.alteri.&
in verb.prodeſſe,& in verbo,iuraſſet.& gl.fin.in verb.habiturū,
& iſtum intellectum tenet Ang.hic. Secundus eſt verior intel-
lectus, & hunc tene,ꝙ non varietur caſus in verſi.multum, tñ
veniat limitando principium. Secundo ad intellectum literæ
aduerte,ꝙ ſm glo.hic in verbo alteri , quam ſequuntur Doct.
in hac l.fuit imploratum iudicis officium,iuxta l.1.§. cum pa-
tronus.alleg.in gl.& dicit Bal.in c.quanto.in 1.col.de iud.ꝙ iſta
glo.eſt ad hoc ſingularis in iure,& ponit formam libelli,ſed mi
hi non placet iſte intellectus,quia officium iudicis imploratur
à patrono,qui per libertum contemnitur, vt officio iudicis pu
niatur d.§.cum patronus , & tunc non quæritur de ſtatu , & ſic
non eſſet ad propoſitum huius text. Vnde melius puto,ꝙ actū
fuerit actione præiudiciali contra libertum,in qua quæritur an
ſit libertus,aut ingenuus,& ſic quęritur de ſtatu perſonæ.§.prin
cipales.Inſti.de act. Tertiò aduerte , ꝙ dubium faciebat in hac
l.ꝙ ex quo vnus ex patronis erat excluſus iuramento , ꝙ debe-
ret plenè prodeſſe alteri patrono , quia non poteſt quis eſſe li-
bertus pro parte,& pro parte ingenuus,ſicut nō poteſt eſſe pro
parte ſeruus,& pro parte nō.l.ſi pariter. in fi.ff.de lib.cau.no. gl.
in c.cū inhibito.de deſpon.impu.& gl.in l.1.C. de iure au.annu.
rationem autem decidendi aſſignat glo. in verb. iuraſſet. & ibi
1 addam aliam rationem.¶†No.arg.huius tex. ſecundum Mod.
ꝙ ſuperior poteſt agere contra ſubditos libertatem prætenden
tes,vt ſubditi declarentur,& dicit Pau.de Caſt. ꝙ anno præte-
rito habuit de facto.de quo per Inno.in c.Abba.ſanè.de verbo.
2 ſig.Bar.& alios in l.ſi prius.in 7.q.ff.de oper.nou.nun.¶ † Secun-
do no.ꝙ quando vnus ex patronis,qui ſe inſolidum prætende-
bat patronum,iuramento excluditur , alij non prodeſt quo ad
plenam probationem , ſed quo ad qualequale præiudicium,
iſtum tex.intelligit Bal.in c.quanto.in vlt.col. de iudi. procede-
re,quo ad ius ſuccedendi , qđ eſt diuiduum l. cum ſecundum
voluntatem. C.de fidei. ſecus quo ad iuſpatronatus ſpirituale,
vbi vno excluſo per ſententiam, vel iuramentum, alius cenſe-
tur inſolidum patronus , quia iuſpatronatus eſt qd indiuiduū.
l.Carmelia pia.ff.de iure patro. l. quædam mulier. ff.fam.ercil.
c.1.cum gl.de iurepatro.qđ dictum eſt multum notandum,li-
cèt prima fronte videretur dicendum contrarium,quia ſi pro-
deſt quo ad iuſpatronatus , ergo & per conſequens debet pro-
deſſe quo ad hęreditatem,quia iuramentum in principali,pro-
deſt etiam in acceſſorijs , vt vidimus in l. ſed & ſi poſſeſſori. in
prin.s̃.eo. Item aduerte , ꝙ in caſu huius l potuiſſet libertus re-
cuſare iuramentum,qđ ab vno ex patronis ſibi deferebatur,ex
quo ambo non deferebant,ſed in hac l.ſponte iurauit,ſecundū
Bar.in l.iuſiurandum, quod ex cōuentione.§.procu.in 4.col.ad
fi.infra eo.tamen ratio per quam ibi mouetur Bart. confundi-
3 tur ex his,quæ hic habentur. ¶ † Tertiò no.in ver. multum ta-
men fidei.limitationem ad omnia iura,quæ dicunt, ꝙ res inter
alios acta,alij non prodeſt , neque nocet , toto titu. C.res inter
alios acta,l.ſæpe.in princ.ff.de re iud. nam intelliguntur quo ad
plenum præiudicium,vt in prin.huius l.tamen faciunt qualem
qualem præſumptionem , vt dicit gl.hic in verb. authoritatis,
ꝙ iſta qualiſqualis præſumptio eſt magni effectus, quia ſi pro-
bationes

ꝙ iſta qualiſqualis præſumptio eſt magni effectus, quia ſi pro-
bationes eſſent hincinde pares, præferretur illa, quæ habet illud
plus, ſcilicet qualemqualem præſumptionem, & ſic pro eo de-
beret ferri ſententia, & ad hoc multum no. iſtam glo. Bartol. &
Docto. hic. & dicit Angel. quòd eſt melior gl. quam aliqua, quæ
ſit in iure ad hoc, & eam reputat ſingularem Angel. in repe. l.
ſciendum. in 13. col. ff. de verb. oblig. & pro ea Bald. addit exem
plum naturale, quando pondera ſunt in æquilibrio hincinde
paria, ſi ex vna parte aliquid modicum ſuperadditur, facit eã
præponderare. Ad iſtam gl. facit qđ vult glo. in c. interrogatũ. 2.
q. 4. & gl. in c. ordinatos. 40. diſtin. gl. in c. dilectus. 2. de ſimonia.
4 ¶ † Adde ẽt, ꝙ leuis pręſumptio, ſeu leuis occaſio eſt quando-
que magni ponderis, & momenti l. 4. §. ſi ex die. ad fin. ff. de fi-
deicom. liber. in ver. occaſione. vbi glo. paruula dicit not. bonũ
verbum, & ita not. Bald. in cap. per tuas. in 1. colum. de proba.
Intellige tamen ſanè doctrinam glo. prædictæ, & huius tex. quo
ad alios non penitus extraneos, ſed qui habent iura connexa, vt
hic in duobus patronis. & in l. à ſententia. in princip. ff. de appel.
ſecundum Bald. in l. 2. in 5. colum. C. de edendo. Secundò limi-
ta iſtam gloſſ. vt procedat quando eſſet bene iudicatum, aliàs ſe
cus. ita ſingulariter limitat Bald. in l. 1. C. ad l. Cornel. de fal.
5 † Nunquid autem iſta qualiſqualis pręſumptio ſufficiat, vt de-
ferri debeat iuramentum in ſupplementum probationis? Bart.
mirabiliter tenuit, quòd ſic in l. admonendi. ȷ̃. eod. in 11. col. in
verſi. 6. eſſet videndum, motus per iſtum tex. in ver. multum tñ
fidei. inducendo, vt per eum, & malè, & contrarium tenet glo.
in l. 3. §. 1. verſic. ideo tam. in verbo leuior. ff. de mino. & glo. in l.
fin. in princip. in gloſſ. mag. in verb. præſumptioni. circa princ. ff.
quod met. cauſ. quos alleg. & ſequitur Angel. hic, & in repe. d. l.
ſciendum. in 13. colum. quod vltimum limita, quãdo eſſemus
in antiquis, vt ſingulariter idem Bald. limitat in l. admonendi. in
12. col. ver. quæro quid ſi dicta teſtium ſunt recepta. ſequuntur
d. Anto. & Pan. in cap. fin. extra eod. & in cap. quamuis. de re iu-
di. Et Angel. in l. 2. C. de edendo. & ab illa deciſione Bart. non in-
uenio aliquos diſcrepare, ſed reperio quòd Fran. de Are. illam
reprehendit, & legendo, & conſulendo. Ipſe enim in c. cauſam
quæ. in 4. col. & ſeq. de teſti. & in conſil. 163. qđ incip. ſicut Ioã. in
Apocalypſi. in 3. col. ꝯ Bar. põderat tres principales text. Primò
põderat text. in l. nam & poſteà. §. fin. ȷ̃. eod. vbi text. dicit iur̃m
duntaxat aduerſus eum detulit, alijs autem nihil prodeſt. Pon-
derat ipſe vniuerſalem negatiuam. Ad idem ponderat text. in l.
ſed & ſi poſſeſſori. in fin. ȷ̃. eod. in verb. nihil. Et ſi diceres Bar. lo-
qui in teſtibus. Reſpondet ipſe, ꝙ iuramentum, & teſtes ęquipa
rantur quo ad probandum, gloſſ. in d. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin.
Tertiò dicit, ꝙ eſt text. qui ſtringit contra Barto. in cap. inter di-
lectos. §. porro. de fid. inſtrum. vbi dicit text. receptos inter alias
perſonas in curia Archiepiſcopali nullũ præiudicium alijs per-
ſonis generare. pondera illa verba nullum præiudicium, nam
ſi faceret ſemiplenam probationem, dicerentur facere præiu-
dicium. pondera etiam, quòd ille tex. loquitur, qñ eramus in an
tiquis, quo caſu non poterant examinari, quia fortè erant mor-
tui. & ad tex. in l. à ſententia, de appel. reſpon. vt ibi per ipſum.
Sed aduerte, quia ad iſta iura Are. credo, quòd poſſit reſponde
ri: nam primò ad l. nam, & poſteà. in fin. & ad l. ſed & ſi poſſeſſo
ri. in fi. in ver. nihil & c. rñdeo, ꝙ inductio Are. procedere nõ po-
teſt, quia ſi illa dictio ſtaret vniuerſaliter, non faceret qualem-
qualem præſumptionem, vt dicit gl. in l. & quia. ȷ̃. eo. & hic. Se-
cũdò rñdeo, ꝙ qñ dicimus teſtes receptos inter alios facere ali-
quo caſu fidem, quo ad alias perſonas, nõ intelligimus de per-
ſonis omninò ſeparatis, prout declarat Bal. in l. 2. in 5. col. C. de
eden. Facit tex. in d. l. à ſententia. in princ. ſed de perſonis omni-
no ſeparatis intelligo iura allegata per Aret. Tertiò reſpondeo,
ꝙ iſta iura allegata per Are. loquuntur in probatione, quæ eſt
impropria, & in qua quis conſtituit aduerſarium iudicem, &
teſtem. ſ. in probatione, quæ fit per iur̃m, quia in iſta fateor, ꝙ
quo ad alios nihil præiudicat, ſaluo niſi eſſent duo habẽtes ius
connexum, vt duo patroni, vt in l. præſenti. ſed Bar. loquitur in
teſtibus examinatis ordinario iure, & ſic in propria probatio-
ne. Et ſi dicas, nonne æquiparantur teſtes, & iur̃m quo ad pro-
bandum? rñdetur iſtud eſſe verum inter eaſdem perſonas. Non
obſt. d. c. inter dilectos, quia rñdeo, ꝙ ille tex. non probat cõclu
denter, ꝙ illi teſtes eſſent mortui, cũ quilibet præſumatur viue
re vſque ad centum ann. l. fin. C. de ſacroſ. eccleſ. & ſic habes de-
fenſam opi. Bar. dubito tñ contra Bar. quia tex. ſuper quo ſe fun
dat, nihil probat. Secundò limita ſ̃m Lud. Rom. hic, niſi cõcur
rerent aliæ præſumptiones. iuxta gl. no. in l. 2. §. ætas. quæ eſt ad
hoc ſingularis ſ̃m Bal. in c. accedens. 2. in fi. vt lit. non cõteſta. de
cuius veritate dicetur in l. admonendi. ¶ Glo. in verbo iuraſſet.
diuiditur in 3. partes principales. Primò allegat bonam concor
dantiã ad tex. Secunda ibi, & diſtingue, quia tex. videntur adin-
uicem ꝯtriari. pro concordia diſtinguit, ſed hic melius prout. ȷ̃.
dixi in euidentialib. Tertia ibi, ſed vr̃ ſemper. gl. oppo. ꝯ text. &
6 no. reſpon. ¶ † Not. ex iſta vlt. parte, quæ eſt ſingularis limitatio
ad totam materiam iuris accreſcendi. & Bar. reputat hic mira-
bilem, ꝙ ad hoc, vt habeat locum ius accreſcendi, requiritur, ꝙ
portio deficiat ipſo iure, ſecus ſi ope exceptionis tñ, vnde per
iſtam gl. infert Bar. limitationem ad l. 1. C. ſi ſocius lib. imperia.
lib. 10. & ſequitur Fulgo. reputans not. dignum. Idem in effectu
Alb. poſt Antiquos, & Lud. Rom. hic. Secundò per hanc gl. in-
fert Lud. hic. & ante eum Bal. limitari concluſionẽ, quæ habet,
ꝙ in legitima eſt locus iuri accreſcendi, vt per Bar. & Docto. in
l. pater filium. ff. de inoffic. teſtam. latius per Bald. & alios in l. 1.
C. qñ non pet. par. vt procedat, qñ legitima deficit ipſo iure. Tu
adde aliam rationem ad hunc tex. quare portio patroni exclu-
ſi ꝑ iur̃m non accreſcat alteri patrono, q̃ aſſignat Bal. in c. bonę.
el 2. in vlt. col. de elec. & in effectu voluit gl. in l. cõi liberto. ff. de
bon. libe. allegata in gl. videlicet, quia iur̃m liberti tendit ad in-
genuitatem. ſed ſi accreſceret alteri, tenderet ad libertinitatem,
& ſic operaretur ꝯrium effectum. Iſta ratio prima frõte non vr̃
mihi bona ad hunc tex. quia in iſto tex. iſte libertus non iurabat
ſe eſſe ingenuum, ſed bene iurabat ſe nõ eſſe libertum illius de-
ferentis, non negabat tñ ſe eſſe alterius libertum. Aduerte ẽt cir
ca prædicta plura. Et primò, quia ſi dicatur, ꝙ ius patronatus
debet tolli ipſo iure, & in totũ per iur̃m, cùm in totum, & ipſo
iure tollatur per pac. l. fin. C. de ope. libe. ergo & fortius per
iuramentum. Rñdeo, ꝙ tex. in d. l. fi. loquitur à prin. ante quam
ius patronatus ſit in eſſe deductum. Secundò aduerte, quia pro
iſta cõcluſione, ꝙ ad hoc vt portio vnius alteri accreſcat, requi
ritur, ꝙ deficiat in totum, habes text. in l. vnum ex familia. §. ſed
ſi vnam. ver. verbum. ff. de lega. 2. Tertiò aduerte, quia contra
* iſtam *concluſionem communem* ponderatur tex. in l. hac conſultiſſi
ma. §. ex imperfecto. C. de teſt. in verb. accreſcit, iſto modo in-
* ducendo. *Nam ſecundum communem ſententiam* illud, quod relin-
quitur ex teſtõ imperfecto vni extraneo, debet naturaliter, vt
per Docto. poſt Bart. in l. cum quis. C. de iur. & fact. igno. in c. fin.
de ſol. ergo talis portio nõ dr̃ deficere ipſo iure, & in totum, &
tñ text. in d. §. ex imperfecto. dicit, ꝙ accreſcit filijs, & ibi Bald. in
pen. q. & Sal. ad hoc no. rñ. Raph. Fulg. ibi. ꝙ ibi propriè non ha-
bet per ius accreſcendi, ſed quia efficitur caducum illud, quod
extraneo relinquit, & remanet penes filios l. vnica. §. in primo.
7 & §. pro ſecundo. C. de cad. tol. † Tu dic aduertendum, ꝙ imò
in caducis, & pro non ſcriptis habet locum ius accreſcendi. d. l.
vnica. §. 1. & §. pro ſecundo. gl. & Doct. in l. ſi duobus. in princ. ff.
de leg. 1. Potes dicere defendẽdo ſolutionem Fulg. ꝙ in d. l. hac
conſultiſſima. §. ex imperfecto. ibi non erat coniunctus, in quo
caderet ius accreſcendi, prout erat in iurib. ȷ̃. eo. proximè alleg.
& iſto modo dicendo, potes defendere iſtam ſolu. Fulgo. Con
ſidera, ſi ex verbis quibuſdam Barto. hic poteſt colligi alia ſolu.
nam Bar. hic vult, ꝙ tantum naturalis tollitur per iuramẽtum,
& remanet ciuilis, ergo ſuccedat regula, ꝙ licèt ciuilis de per ſe
non ſit potens ad producendum actionem, tamen quando ſi-
mul fuit iuncta cum naturali, eſt potens, vt declarat Barto. in l.
Iulianus verum debitorem. ff. de cõdi. indeb. Et ideo nimirum
ſi hic non habet locum ius accreſcendi. ſed in §. ex imperfecto,
erat tñ naturalis obligatio, quę nunquam fuit iuncta cum ciui
li, & ſic nunquam fuit potens ad producendum actionẽ. Item
contra regulam huius glo. ob. l. ex contractu. ff. de re iudi. iuncta
regula l. & ſi ſine. §. ſed quod Papinianus. ff. de min. Solue vt ꝑ
Paul. de Caſt. in l. pen. ff. de acq. hære. Item pro ampliatione hu-
ius gl. adde, ꝙ non habet locum ius accreſcendi, qñ portio non
eſt omnino defecta, ſed ſuſtinetur aliqua naturali ratione, vel
gentium. l. planè. §. ſi coniuncti. cum gl & ibi Bal. & Ful. ad hoc
hoc not. ff. de leg. 1. ¶ Quartò aduerte circa l. cõi liberto, allega-
tam in gl. ꝙ illa lex ponit duos caſus. Primus, qñ erant duo pa-
troni, & vnus coegit libertum iurare, ne vxorem duceret, & q̃-
tum ad iſtum primũ caſum gl. bene rñdet. Secundus caſus eſt,
qñ erant duo patroni vnius liberti, & vnus mortuus eſt viuo li-
berto. dicit ibi text. ꝙ portio mortui accreſcit illi, qui ſupereſt.
punctus eſt videre, quæ ſit ratio. Breuiter pro ſolutione aduer-
te, quòd licèt in alijs ſucceſſionibus filius ſuccedat in locum pa
tris, tamen quantum ad ſuccedendum liberto, filius non ſucce
dit in locum patris. l. à duobus. ff. de ope. libe. & l. 3. §. proinde. &
ibi glo. ff. de legi. tut. cum concor. & ideo nimirum, ſi in illa l. cõ
muni liberto. ſi patrono, qui ſupereſt, totum accreſcit. Quæ au
tem ſit ratio, ꝙ in ſucceſſionibus libertorum filius defuncti pa-
troni non ſuccedit in locum patris. Ioan. Fab. in §. cum filius.
Inſtitu. de hære. quæ ab inteſta. deferũtur dicit, ꝙ ratio eſt, quia
ſucceſſiones libertorum non deferũtur. iure hæreditario, vt ibi
per eum. iſta mihi non placet: nam in feudis non ſucceditur iu-
re hæreditario. c. 1. in titu. an agn. vel filius. & tamen in illis filius
ſuccedit in locum patris mortui. capit. 1. §. his verò. de gra. ſuc.
in feud. vnde idẽ Io. Fab. in §. fi. Inſti. de ſucceſ. libe. aſſignat aliã

ratione, & dicit speciale esse, ne libertus cogatur habere plures patronos. Ista etiam ratio mihi non placet, cũ videamus, ꝙ quo ad alia iura patronatus filij succedũt in locũ in patris. d. l. à duobus, & sic quo ad illa libertus habet plures patronos vnde ego credo, ꝙ alia fuit ratio Iurisconsul. quia ius patronatus est adeo personale, ꝙ qñ superest vna persona, non migrat de vna ad aliã. ¶Glo. in ver. habiturũ diuiditur in tres partes, in 1. declarat tex. & supplet gl. vt hic per Bar. in 2. quæ est ibi, item not. colligit vnum ex tex. allegãdo concor. In 3. ibi, sed arg. ꝯ gl. oppo. de duab. legib. & nihil respon. Tu respõde, vt hic per Bart. & Doct.

S V M M A R I V M.

1 Agens ex præscriptione quid habeat probare.

§. Iulianus. Præmitte, ꝙ legit̃ principaliter altero de duobus modis. vno modo, ꝙ prius antecesserit præscriptio, & posteà sequutũ sit iurm. Secundò legit̃ècontra, ꝙ prius præcesserit iurm, deinde sequuta sit pscriptio. Primus intellectus variatur dupliciter, vno modo ſm Bar. ꝙ illi met, qui prius præscripserat, delatũ sit iurm, & ſm hũc intellectũ. h. d. Ei, qui anteà præscripserat, si delato iuro iurat fundum suũ esse, competit vtilis ex iuro. h. d. & est vtilitas, ꝙ quis ex præscriptione prius haberet vtilem actionẽ, ꝙ ẽt ex iuro habeat. † Quia agentẽ ex præscriptione oportet plura probare. s. titu, bonam fidem, & cõtinuatã possessionem, vt hr̃ in l. Celsus. & in l. naturaliter. ff. de vsu cap. & in c. vigilanti. & in c. fi. de præscrip. sed agenti ex iuro, sufficit probare delatũ fuisse. l. 3. §. fin. s̃. eo. & ex hoc collige limitationem ad regulam, qua hr̃, ꝙ semel dñs non potest amplius effici dñs. l. sequitur. §. lanã. ff. de vsuca. nã illa regula habet locum, qñ quis habet directum, & consequenter proprium dñium, secus in eo, qui habet vtile ex pscrip. quia põt ẽt ex iuro quęrere aliud vtile, ratio aũt vtilitatis est, de qua s̃. Facit, qđ no. Bar. in l. in bello. §. si qs seruum. ff. de cap. iu. & qđ not. Bar. & Doct. in l. 3. C. qđ met. caus. Alio modo intelligitur ſm Mod. hic, ꝙ post pręscriptionem cõpletam iurm fuit delatum per ipsum, q præscripserat aduersario suo, & istũ intellectum ẽt tenet Bart. in §. si quis iurauerit. j̃. ea. l. ſm quẽ. h. d. Qui præscripsit fundum, posteà deferendo iurm aduersario pdit exceptionem pscriptionis. h. d. no. & ſm hunc intellectum hic est casus no. ꝙ licèt exceptio pscriptionis sit exceptio litis finitæ, vt declarat Bar. in l. fi. ff. pro suo. no. in c. 1. de lit. cõtest. in 6. tñ ista talis exceptio tollitur, si pręscribens deferat posteà aduersario iurm. Iste intellectus est bonus in se, tñ non bene adaptat̃ verbis literæ, ibi, ẽt vtilem actionem. sicut adaptatur pręcedens sensus, & vlt. quem statim referã. Secundus principalis intellectus est, ꝙ iurm antecessit, & posteà sequuta est præscriptio, & iste ẽt variat̃ altero de duob. modis. Primò modo intelligit̃ gl. ꝙ iurm sit pro vno, pscriptio p alio, & sic ꝙ aliquis iurauit fundum suũ esse, & post iurm aduersarius vult præscribere, seu inchoatam præscriptionẽ perficere, hic dr̃, ꝙ non põt, quia cùm iurm habeat vim lit. ꝯtesta. l. nã & posteà. §. si is q pro tpali. s̃. e. certè p lit. ꝯtesta. interrumpit̃ præscriptio inchoata, & inchoanda impedit̃, & ſm hunc intellectũ. h. d. iurm præstitũ impedit pscriptionem tã inchoatam q̃ inchoandam. iste intellectus nõ placet ad hunc tex. Secundò modo intelligit̃ ſm Iac. Butr. Richar. Mal. Alb. & Bar. hic, ꝙ ille, qui iurauit, ille idẽ posteà pscripsit, & sic iurm, & pscriptio referunt̃ ad eundẽ, & ſm istũ intellectũ. h. d. qui iurauit, põt posteà ẽt præscribere, & ex pscriptione aliã vtilitatem sibi q̃rere. vnde iurm erit titulus ad talẽ præscriptionẽ, & erit magnæ vtilitatis pscriptio vltra iurm, quia ex iuro nõ põt agi, vel excipi, nisi ꝯ deferentẽ, & eius hæredes. l. nã & posteà. §. fi. l. sed & si possessori. §. fin. s̃. eo. sed habenti vtilẽ ex pscriptione competit actio ꝯ omnes, etiam ꝯ dñm. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. 30. ann. & ſm hunc intellectum est hic casus, ꝙ ex præscriptione quæritur vtile dominium, & ita ad hoc ponderat istum tex. Gul. de Cun. in Auth. nisi tricennale. C. de bo. mater. Bald. Ang. hic, de quo videas per Cyn. in rub. C. de rei vendi. & latius Sal. in l. traditionibus. C. de pact. Imol. in repe. c. fin. in 35. col. de præscrip. & Docto. in d. Auth. nisi.

S V M M A R I V M.

1 *Iurans negatiuè, non potest conueniri aliqua actione competente propter illud factum.*
2 *Quid possit, habens consulere super facto.*
3 *Actiones ex delictis an transeant ad hæredes, nu. 4.*
5 *An ex identitate rei, & personarum obstet exceptio iuramenti.*
6 *An capitula, vel probatio admittantur super decis. nu. 7. 8. 9. & 11.*
10 *Confessio partis semper admittitur.*
12 *Articuli impertinentes non sunt per iudicem admittendi, & qui dicãtur pertinentes, vel impertinentes. nu. 13. & quid de positionibus. nu. 14.*
15 *Sententia absolutoria lata in ciuili, an præiudicet in criminali.*
16 *Iudex potest pronunciare super causa, licèt non sit petita.*
17 *In dubio an dicatur iuratum, vel sententiatum super facto, vel actione. nume. 18.*
19 *An credatur notario asserenti certiorasse minorem, vel mulierem.*
20 *De quibus credatur notario. nu. 21. & 22. cum sequentibus.*
26 *Quando valeat dictum testis deponentis extra articulum, vel quando articuli, vel probationes admittantur cum sequentibus.*
29 *An testis deponens falsum extra articulum, incidat in pœnam falsi.*
30 *Testis iurans, intelligitur super tota causa, & etiam super connexis.*
31 *Practica iudicum, saluo iure impertinentium, & non admittendorum, quid operetur. nu. 32.*
33 *Probationes euidenter impertinentes, iudex non debet admittere etiam cum clausula saluo iure.*
34 *Quid si statutum dicit admittenda.*
35 *Pars semper debet excipere, aliàs sibi præiudicat.*
36 *Testis an teneatur respondere positioni criminosæ. nu. 37.*
38 *Testis ad hoc vt possit puniri de falso, requiritur quòd falsitatem commiserit super principali.*
39 *Si testis non interrogatus dicat se criminosum, vel infamem, an vitietur eius dictum.*

§. Idem Iulianus. Præmitto, ꝙ si pro furto agatur ciuiliter, cõpetunt duæ actiones, condictio furtiua, quæ datur ad repetẽdum rem furto subtractam, item competit actio furti, quæ competit ad meram pœnam. l. si pro fure. §. 1. ff. de condi. fur. h. d. Quando super facto iuratur negatiuè, tollitur omnis actio ex illo facto descendens. h. d. primò. Item quãdo quis iurauit de facto suo. se furtum non fecisse, potest tñ conueniri vt hęres ex facto defuncti. hoc secundo, & iudex non debet admittere probationes super articulo impertinenti, vel iam deciso. h. d. Et in ista 3. parte in versi. nec pati cũ iudex debet. est ad hoc aureus text. ſm Bal. in c. fi. in 3. col. extra eo. & est singularis, & alibi non reperitur in iure, ſm Bal. in c. cum olim Abb. in 3. col. de offic. deleg. & in c. per tuas. de testi. Et caue in ver. nunquid ergo. ꝙ Iurisconsul. reassumit totam qõnem, & decis. quæ præcesserat, vt posteà addat
1 sequentem decisionem, ex qua limitatur. 1. ¶† Not. 1. ꝙ iurans negatiuè super facto, non potest conueniri aliqua actione cõpetente pp illud factum, & ratio est, quia ad remotionem facti, intelligitur remota omnis actio pp tale factum cõpetens, & sic remota causa causante, remouentur omnes effectus, qui inde sequuntur. cõcordat l. duobus. §. excep. & §. colonus. j̃. eo. secus in iurante affirmatiuè, text. habes, & exemplum in l. duobus. § item Pomponius. j̃. eod. & ponunt Paul. de Castr. & Ale-
2 xand. hic. ¶† Secundò per hunc text. not. Bal. se in contingentia facti rñdisse, ꝙ si alicui committatur, vt super facto cognoscat, intelligitur commissum, vt cognoscat de omni lite, quæ ex illo facto possit oriri, siue sit ciuilis, siue criminalis. sequitur d. Alex. hic in fi. Tu aduerte, ꝙ iste tex. nil probat, cùm loquatur, vt prædixi, qñ iuratur super facto negatiuè, quod non est in casu Bal. pro eo melius facit, q a indefinita æquipollet vniuersali. l. si pluribus, & ibi Bar. ff. de leg. 2. glo. in c. vt circa. cum sim. de ele. in 6.
3 ¶† Tertiò not. in vers. cæterum. ꝙ absolutus vt principalis, potest conueniri vt hæres, facit l. hæreditas materteræ. C. de petit.
4 hæred. † Et ex hoc correlariè not. quartò, ꝙ condictio furtiua competit etiam ꝯ hæredem furis, & istud plenius declaratur in l. si pro fure. §. fin. j̃. de condi. fur. Et ex hoc habes inferre, ꝙ q̃uis actiones ex delictis non transeant ꝯ hæredes, nisi lit. contesta. l. vnica. C. ne ex deli. defun. tamen hic est text. ꝙ condictio furtiua, quæ datur pro furto, & sic delicto, datur ꝯ eius hæredem etiam lit. non contesta. & ratio est, quia condictio furtiua datur ad rẽ, quæ est penes furem, sed actiones ex delictis bene dantur ꝯ hæredes, quatenus ad eos peruenerit, etiam lit. non contesta.
5 vt no. in d. l. vnic. ¶† Quintò no. in ver. cęterũ, ꝙ licèt sit idẽtitas personarum & rei, tamen si sit diuersa causa ẽt si procedat ab authore meo, non obstat exceptio iuri, sicut non obstaret exceptio sñiæ, quæ ad hoc vt obstet, requiruntur tria. Primò, vt sit identitas rei. Secundò identitas personarum. Tertiò identitas
6 causæ. vt l. cũ quæritur. cũ seq. ff. de exce. rei iud. ¶† Sextò no. ibi, nec pati &c. ꝙ iudex non debet admittere capitula, nec probationes super decisis iuro, concordat l. qui iurasse. §. si pater. j̃. eo. & ratio est. quia dato iureiuran. nihil vltra quæritur. l. non erit.
7 §. dato. s̃. eod. † Et circa istud not. aduerte, & subtiliter pondera, quia Bar. in l. vlt. not. vr̃ ampliare, quod super decisis non admittatur probatio etiam per confessionem partis. ad hoc põderat istum tex. in ver. probare, qui generaliter loquitur in quocũ genere probationum, siue per testes, siue per instrũa, siue p confessionem partis, qđ si est verum, reputo valde singulare, q̃uis non inueniam, ꝙ aliquis scribentium ad illud aduertat, sed puto nõ esse verum, quia postq̃ causa est decisa per iurm, semper admittitur pbatio per ꝯfessionẽ partis, ẽt ad detegendum eius periu-

periurium.glo.eſt in l.qui iuraſſe.§.ſi pater.in glo.2.& ibi Bar.&
8 alij etiam tenent.ĩ.eod. † Secundo,& fortius moueor ↄ̃ Bar.ꝙ
imò ſuper deciſis admittatur ſemper probatio per confeſſionē
partis:nam habeo,ꝙ ſi ſit lata ſnĩa,quæ tranſiuerit in rem iudi-
catam,& pars pro qua lata ſit iſta ſnĩa, fateatur eſſe iniquã, vel
iniuſtam, talis probatio per confeſſionem admittatur,ergo ſu-
per deciſis:& talis confeſſio facit, vt talis ſnĩa poſſit qãcunque
retractari,& nunquam executioni mandari,ita no.Inno.in c.qa
plerique.de immu.eccle.ſequitur do.Anto.de But.ibi,& in c.is
qui fidē. in 3. col.de ſpõſ.vbi reputat hoc dictum ſingulare,&
idē d.Ant.de But.in c.fi.in 14.col.de ſuc.ab inteſt.& in c.quãto.
de præſump.& in c.ab excõicato.de reſcrip.& in c.in pręſentia.
de renunc.& in c.cum dilecta.de reſcri.Iſtud dictum Innoc.te-
net pro ſingu.& multum commēdat d. Abb. Pan.in d.c.is qui
fidem.& in c.quanto.& in diſputatione ſua,quæ incip.ſtãte ſta-
tuto.in 17.col.& in c.2.de purga.vulg.& in c.fraternitatis. de fri
gi.& male.& in c.1.vltra medium.de confir.vti. vel inuti. Petr.
de Anch.in repe.regulæ poſſeſſor.in 9.char. Lud. Rom. in l.ad-
monendi.in 10.col.ĩ.eod.d.Bartho.Veron.in cautela 24.& not.
Bald. & Imol.in l.ſi quis inſtituatur.§.ſed ſi ſub conditione.ff.de
hære.in ſti.& in Auth. ad hæc.in pen.col.C.de vſur.& in l. cùm
9 quis.in 8.col.C.de iur.& fact. ign. ¶† Tertiò ↄ̃ Bar.facit,quia li-
cèt ↄ̃ præſumptionem iuris,& de iure nõ admittat aliqua pro-
batio,vt eſt gl.in l.fi.in prin.cum ſi.ff.quod met.cau tñ admitti-
tur probatio per confeſſionem partis,vt not. Doct. poſt glo.in
Auth.ſed iam neceſſe.C.de donat.ante nupt.& eſt gl.in corpo-
re vnde ſumitur.probat tex.in l.1.ſubtiliter inducēdo,vt ibi per
10 Saly.C.de dolo. † Quartò ↄ̃ Bar. facit,quia etiã ſi ſit renuncia-
tum omnibus probationibus, & ſic ſit concluſum in cauſa; tñ
ſemper admittitur probatio per confeſſionem partis.ſm Bal.in
rub.C.de proba.in pen.col.not.in c.cum Io.de fid.inſtru.& in l.
ampliorem.in princip.C.de appel.Conſiderabam poſſe ſaluari
Bart.vt intelligatur de confeſſione de præterito emiſſa ante de-
ciſionem litis; illa amplius non admittitur, in iſtis terminis lo-
quitur propriè Bart.ſecus eſt in confeſſione facta poſt deciſio-
11 nem,vt ex prædictis patet. † Adde etiã,ꝙ ↄ̃ prædictum not.for
titer vr̃ ſtringere tex.in l.eum qui.in princ.in verſic. cum omiſ-
ſa.ĩ.eod.ſm 2.lec.gl. approbatam per Bar.& alios ibi, vbi poſt-
quam cauſa deciſa eſt iur̃o, poteſt iur̃o omiſſo admitti proba-
tio.Sed rñde,ꝙ prædictum not.procedit, qñ aduerſarius vellet
probare contra id,quod eſt deciſum iur̃o, nam non poteſt, vt
hoc tex.quia ſic detegeret periuriũ,ſecus ſi ille,qui iurauit,vult
omiſſo iur̃o deuenire ad alias probationes. nam ipſe bene poſ-
ſet,quia quilibet põt renuntiare fauori ſuo,iuribus vulgaribus.
a item quia tunc non detegitur eius periurium. [a] † Septimò not.
12 ex eodem tex.ſm Bar.& alios,ꝙ iudex non debet admittere ar
ticulos impertinentes,vel teſtes deponentes ſuper impertinen-
tibus,vel ſuper deciſis,& ad hoc iſte tex.eſt aureus,& ſingularis
13 in iure,ſm Bal.in locis alleg ſupra in prin.huius. §. † Et ſubdit [b]
b Bal.ꝙ articulus dr̃ impertinens, qui nec directò, nec per indire-
ctum quoquo modo cauſæ adminiculatur.l.ad probationem.
la 1.vbi Bar.& Bal.ad hoc not.C.de proba.Bal.in l.teſtium.in 3.
col.C.de teſti.Angel.in l.iam dubitari.ff.de hære.inſti.per illud,
14 quod not.gl. in ver. non ab re. † Simile habemus in poſitione,
quæ dr̃ pertinens ad cauſam,non ſolùm quæ directè,& princi
paliter facit ad cauſam,ſed ẽt quæ qualitercunque adminicula
tur ẽt leui præſumptione,ſm Bald. in c.licèt cauſam.in 17.col.
de proba.Item modicum conferentia ad cauſam,dicunt perti
nentia.tex.eſt quem Bal.ibi ad hoc reputat ſing.in c.3.de teſt. vi
de ẽt ad iſtum tex.Bal.in l.pen.ad fi. C. de tranſac.vbi ponderat
hic eſſe tex.ꝙ iurm̃ partis non refertur ad articulos impertinen
tes,& ſic quicquid iuraret pars vltra articulos non valeret,quia
iuraret ſuper eo, quod non eſt præſtitum iurm̃.l.3.in prin.s̃.eo.
¶Gl.1.diuiditur in duas par.prin.Primò opponit contra tex.&
tripliciter ſoluit.Secunda etiam opponit contra tex. & duplici-
ter ſoluit.Secunda ibi.Itē adhuc ↄ̃. In prima parte rñde clarius,
ꝙ in hoc tex.fuit iuratum ſuper facto negatiuè,ideo ad remo-
tionem illius facti ſequitur remotio cuiuſcunq; actionis cõpe
tentis ex illo facto, ſed in l.ↄ̃ria tranſac. fuit facta ſuper actione
furti,ideo non extenditur ad condictionem furtiuam, & licèt
Bar.exponat tex.d.l.ſi pro fure.vt intelligatur,id eſt ſuper actio-
ne furti,dic melius, ꝙ tranſactio ibi fuit facta ſuper damno, er-
go ſuper actione furti,in qua agitur ad damnum,qđ petitur de
proprio furis,ſecus in condictione furtiua, in qua agitur ad re-
ſtitutionem eius,qđ fur habuit. & ſic ibi non eſt diminutio pa-
trimonij furis, per conſequens nec dãnum. l. 1. & 2.ff.de dam.
infect.declarant etiam Fulgo.& Rom. hic. Per prædicta refert
15 Bart.† ꝙ abſolutoria lata in ciuili præiudicat in criminali, qñ
lata eſt ſuper facto negatiuo.de quo per glo.& Bal.in l.ex mor-
te. C. ad l. Aquil.Doct.in l.1.C.quãdo ciui.act.cri.p̃iudi. Cano.
in cap.cum dilectus.de purga. cano..de Imol.in c.de his.de ac-
cu.tamen iſte text. parum facit, cùm loquatur coram eodem
iudice, & inter eaſdem perſonas, quod non eſt in caſu Bartol.
quia cauſa ciuilis præſupponit partem agere ad commodum
ſuum, criminalis vero præſupponit agi per fiſcum, ſeu alium
eius nomine, & ad publicam vtilitatem, vt notatur in l. 3. in
princip.& ibi Bartol.ff.de ſepul.viol.& per Cano.in rub.de iud.
quomodo ergo poteſt ſententia lata inter aliquos,alijs præiudi
care?& de hoc perpendunt hic Paul.de Caſtr. in vltim.colum.
& Fulgoſ.in 2.& ante eos Albe.de Roſ.hic poſt Mar.Sil.Et ſi di
16 catur pro intelligentia prædictorum, † quomodo poteſt iu-
dex, quem ego audiui ſuper actione, pronuntiare ſuper facto,
& ſic abſoluere non ſolùm ab actione,quàm ego intētaui, ſed
etiam à facto,cùm iudex non debeat pronũtiare,niſi ſuper eo,
quod petitum eſt.l.vt fundus. ff. commu. diui. vidimus in l.vi-
num. ſupra titu.1?Reſponde,prout dicit Innocen. in cap. cum
eccleſia ſutrina. de cauſ. poſſeſ. & ꝓprie. vbi dicit, ꝙ iudex po-
teſt pronuntiare non ſolùm ſuper eo,quod petitũ eſt per actio
nem,ſed etiam ſuper cauſa, ex qua petitur,pronuntiando eam
17 non veram. † Nunquid autem in dubio dicatur iuratum ſu-
per facto,vel ſuper actione? dic,quòd præſumitur iuratum ſu-
per facto,vt eſt gloſſ.not.in l.1.§. fideiuſſor. in verbo, in rem.ff.
qua.re.act.non da.& in l.duobus. §. à fideiuſſore.in verbo. & de
re. ĩ. eod. & ibi Barto. not. & ſequitur. & ibi dicit Barto. quòd
idem eſt in ſententia, quia in dubio præſumitur ſententiatum
ſuper facto, prout etiam tenet Barto. in l.2.§.1.in 3.colum.ff.vi
18 bon.rap.& in l.Iulianus.in 3. col.ff. de condi. inde. † Quid autē
ſit in tranſa.Bald.Salic.& Paul. de Caſt. & plenius do. Alexand.
hic tenent, quòd in dubio præſumitur facta ſuper actione, ex
quo tranſactio dr̃ receſſus ab actione, quamuis contrarium te
neant Bald.& clarius Salic.& Paul.de Caſtr.in l. poſt deciſionē.
C.de fur.& Bald.in l.terminato.C.de fru.& lit. expen. Secundò
infert Barto. quòd ſufficiat minorem iurare ſuper contractu,
& ſic ſuper facto, vt excludatur à beneficio reſtitutionis in in-
teg.quamuis de eo non fuerit certioratus,quem articulum nõ
examino hic,quia eſt valde latus,& Bartol.ſe remittit ad l.ſcien
dum. vbi omnes ponunt. ff. de verbor. oblig. ibi videas.tamen
iſte text. non loquitur in perſona priuilegiata, & ſic parum fa-
19 cit,vt per Moder.præcipuè dom. Alexan.hic.† Ego iuxta hoc
vltimum moueo incidenter quæſtionem, in qua pluries fui ro
gatus vt conſulerē, & ſemper hoc recuſaui, quia eſt apud me
dubia,an credatur ſoli notario, qui in inſtrumento atteſtatur,
ſe certioraſſe minorem de beneficio reſtitutionis in integr. ſibi
competēte,vel dicit ſe certioraſſe mulierem de beneficio Vel-
leiani? Et partem negatiuam tenet Fede.de Senis in conſi.199.
incip.Quæritur an do.Marg. quia ſic atteſtaretur de facto pro-
prio, contra regulam.l.omnibus. C. de teſti. & in l.nullus ido-
20 neus. ff. eod. † & quia inſtrumētum notarij facit fidem de his,
quæ inter contrahentes geruntur,non de his,quæ ipſe notarius
dicit ſe feciſſe, per iura & authoritates, de quibus ibi per eum.
Eandem opin.tenet d.Anto. de But.in c.quoniã contra falſam.
in 15.col. de proba. & in c. cũ cauſam. de teſtib.in 7.col.in ver.
ſed dubium eſt de notario. idem tenet Pan. in c. cum cauſam.
in 5. colum. Paul. de Caſtr.in conſilio 332. Ludo. Roma. in
l.ſciendum.infra de verbor.oblig.& dom. Alexand.in conſilio
85. incip. Viſo themate, & dubijs. ad fin. libr.2. vbi dicit,quod
iſtam opin. ſequuntur ſcribentes. Et pro iſta opin. bene facit.
21 † quia non creditur notario, niſi de his, quæ ſunt ſibi iniuncta
à partibus, ex quo in illis rogatur ab vtraque parte, non quan-
do notarius aliquid à ſe factum atteſtatur. & ita concludunt
Anto.de Butr.& alij in capitu.1.de fid. inſtrumen. Secundò fa-
cit, quod vult Paul. de Caſtr. in conſilio 89. incip. Super eo,
22 quod quæritur &c.vbi tenet, † quòd non creditur notario aſ-
ſerenti, quòd in alienatione minoris interuenerit decretum
iudicis. facit quod not. Gemi. in capitu. dudum. per illum
text. de rebus eccleſ. non alienan. in 6. & ad hoc multa ſimi-
23 lia poſſent adduci. † Ad idem bene facit, quòd non creditur
notario, qui dicit, quòd teſtator fuit ſanus mente, & intelle-
ctu &c.ſecũdum Bal.Ang.& Raph.Cuma.in l.2.ff.de teſta.Bal.
in l.1.

ADDITIONES.

a ¶Periurium. Adde cap.1.de ſpon. & ibi. Abba.Fede.conſil.248.Car.in clem. conſtitutionem.§.fin.in fin.de elec.& amplia etiam ſi ſtatutum diceret,quòd quibuſcunque poſtulatis reſpondeatur, vt dicit Imol. in l. 3. §. prætor. ff. de damn.infect.dixi in repe.in verſicu.potius.Alexand. in l.2. §. quod obſerua-ri.C.de iur.cal. PVRPV.

b ¶Et ſubdit Bald.plures deciſ.in l.1.in glo.1.infra titu.1.

* Pro qua materia, & quis dicatur articulus pertinens, vel impertinens, adde Bal.in l.2.§.quod obſeruari.C.de iur.cal.in l.ſi defenſor.§.qui interrogatus.ff. de interrog.act.Pariſ.conſil.67.lib.4.Nat.conſil.20.num.4. & ſeq.conſil.305. col.pen.Dec.conſil.162.conſil.517.in ca.in nomine Domini.nu.34.& ſeq.de teſti.Rol.conſil.34.nu.13.lib.3. MASVER.

in l.1.in 11.col.C.de cōfess.Sal.in l.furiosum. C. qui testa.fa.pos.
Angel.in l.quidam in suo.ff.de condi.instit. d. Alex.in l.senium.
C.qui testa.fa.poss.& in consil.112. incip. Maturè. in pen. & vlt.
colum.in 1.vol.& in consil.85.incip. Viso them.& dubijs. ad fi.
quamuis contrarium (sub dubio fortè) tenuerit Imol. in d.c. 2.
24 ff. de test. † Accedat, quia nec testi,nec notario creditur,quan-
do illud,quod deponit est tale,ex quo sibi potest quæri laus,vel
opprobrium,ſm Io.And.in addi.Spec.in titu.de teste.§.1.super
ver.sed pone,ꝙ administrator,quem refert,& sequitur d.Antó.
de Butr.in consil.incip.quæst.hæc dubia vulgaria,& in c.cum à
nobis.de testi.Docto.maximè Imol.in c.ex literis.de transa. Ale
xan.in præalle.consi.141.in 8.col.& in consi.228.incip. Visis du-
bitationibus elegantissimè formatis. in vltim. colum. libr. 2. in
consilio 63. incip. In causa vertente inter do. Baldesarem.
in penult. colum. libr. 3. Ista sunt, quæ faciunt ad partem
negatiuam. Contrariam opin. & sic affirmatiuam, quòd
imo sterur assertioni notarij,tenet Angel.in repe.d.l.sciendum.
& ibidem do.Alexan.sibi contrarius in 12.col.Ioan.de Imol.in
commento cap.cum contingat.in vlt.colum. de iureiu. & dò.
Bartho. Veron.in caute.249. vbi dicit, quòd *istud communiter te-*
* *netur*,& videtur tenere Pan.sibi contrarius in cap.cum causam.
de empt.& vendi.vbi referens consil.Fede.præallegatum,dicit,
quòd stylus est in contrarium. idem est de mente Albe. & Ra-
pha.Fulgo.in l fin.§.si mulier.ff.ad Velleia. pro ista sententia po
tissimum adducitur,quia sufficit, quòd solennitas certioratio-
nis tunc potuerit interuenire tempore celebrati instrumenti,vt
præsumatur pro solennitate enuntiata in instrumento. vt not.
gloss.in l.1.C.de fid.instrum. & iu.ha.fisca.libr.10. Bart. & alij.in
25 d.l.sciendum. † Secundò facit, quia notarius est persona pu-
blica,vt not.Bart.in l.non aliter.per illum tex.ff.de adopt.& in l.
1.§.huius studij.ff.de iust.& iu.glo. in §.si quis alij.institu. de inu-
ti.stipu.Cano.in cap.quamquam.de vsur. in 6.item est persona
iurata,quo ad respicientia eius officium.capitu.ad audientiam.
de præscrip.ergo quando attestatur id,quod ad suum officium
spectat,debet ei credi.l.si quis decurio.cum glo.fi. C.de fal.not.
in proposito Bar.in l.librarius.ff.de regu.iur. Cano. in cap.cum
parati.de appel. ad idem facit quod decidit Bald. in l.fin.§.cum
igitur.C.de iure deli.in 5.colum.in ver. item requiritur subscri-
ptio.vbi tenet credi assertioni notarij, qui dicat ex commissio-
ne hæredis se eius loco subscripsisse. Ad idem facit,quod vult
Bart.in l.ex sententia. per illum tex.ff.de testa.tut. vbi tenet cre-
di assertioni notarij, qui dicat se ex commissione iudicis dicta
testium recepisse,cogitabis in decis. huius artic. quem dubium
26 habeo,& plus inclino in primam sententiam.¶†Glo.in versic.
probare. & adde quòd Iacob. Butr. Albe. & Paul. de Castr.hic
dicunt, ꝙ not. gloss. nullo modo probatur in hoc text.quia iste
text. bene vult, ꝙ super decisis non sint admittendæ probatio-
nes,sed quòd testes non possint examinari extra articulum, nō
dicit hoc,sed Bartol.& Rapha. Fulgos. dicunt,quòd imò pro-
batur in argumentum,sicut non auditur pars,quæ vult proba-
re extra casum de quo agitur, ita si testis examinetur extra arti-
culum. Tu adde gloss.ad hoc ponderantem hunc text. in ca-
pit.inquisitioni.§.3.in verbo, super illis. de accusa. quicquid sit,
verum est not.gl.hic,& in concord.alleg.per Bart.vltra quas est
glo.in l.admonendi.in glo.2.ad fi.quam Bart. ibi in 3.col. not.j.
eod.Iuxta istud not.glo.format Bar.tres quęstiones,& in omni-
bus Raph.Fulg.simpliciter tenet cum Bar. adde circa primam
q.tex.meliorem de iure in c.de testibus. extra de testi.c.cum di-
lecti.de accus.primo. Bar.in l.1.§.diuus.vlt. per illum text.ff.de
testi.& in l.si quis libertatem. in antepen.col. de peti.hære.Spe.
& Ioan.And.in tit.de teste.§.1.versi. quid ergo si capitula. cum
27 ver.præced.† Item adde,ꝙ si fiat artitulus de veritate,& testes
deponāt de fama, non dicuntur deponere extra artic. quia per
famam deuenitur ad indaginem veritatis, ſm Bal.in l.non nu-
dis.C.de prob.& Pau.de Cast.hic in vlti.col.Imò fortius,& no-
tabilius,si fiat capitulum ad probandum mutuū,& testes pro-
ducti deponant verum esse de mutuo, sed ꝙ creditor fecit pa-
ctum de non petendo,non dicuntur deponere extra capitulū.
28 † Eodē modo si testes producantur super vulnere, super quo
sit capitulatum,& deponant verum esse de vulnere,sed ꝙ fecit
ad suam defensionem,probant.ita no.Bal.in l.peremptorias.in
vlt.col.C.sen.rescin.non pos. post Inno. in locis per eum alleg.
qđ intellige.& declara,vt per Lud.Ro.hic,qui distinguit,ꝙ aut
tale pactum de non petendo fuit factum tempore celebrati
contractus mutui incontinenti, & tunc procedit illa opin.
quòd valet. Imò plus,si testis expressè non diceret de illo pa-
cto, nihil valeret dictum suum,quia non valet dictum testis,
nisi plenè deponat de toto facto,vt est glo.ord.in l.Lucius ff.de
infa.Sic clarum est, ꝙ pactum, qđ fit tempore celebrati cōtra-
ctus,dicitur pars contractus, vt vidimus post Bart. in l.lecta.§.
tit.1.imò testis,qui scienter omittit dicere totam veritatem,ita
punitur de falso sicut si expressè diceret falsum,vt not.Bar.in l.
præscriptione, ad fin.per illum tex. C.si contrarius, vel vti.pub.
cum concor.& si.quæ ibi soleo ponere. Aut verò tale pactum
de non petendo fuit factum ex interuallo,& tunc debet distin-
gui,vt distinguit Bar.hic,& distinguunt tex. iuris can.præalle.ꝙ
aut fuit iuratum de deponendo super capitulo, & non valet,
29 aut super tota causa, & tunc secus. ¶ † Nunquid autem testis
deponens falsum extra articulum incidat in pœnam falsi? vide
Bar.in l.si quis legatum.circa fi.ff.de fal.qui tenet, ꝙ non,per il-
lud,qđ dicit hic, quia cùm illud deponat non iuratus, non va-
let.Sed tu vide Bal.in hoc no. loquentem in c. cum venerabi-
lis,in pen.col.extra de excep.post Cyn. in l.1.C.de sepul.viol.&
30 d.Ant.in c.cum causam.el.1.in vlt.col.extra de testa. ¶†Circa
2.q.Bart.adde Spec.in tit.de teste.§.sequitur.in ver.illud. & glo.
magistr.in c.fraternitatis.in glo.fi.de testib.& dicunt no.Alb. &
Alexand.hic,quòd testis, qui simpliciter iurauit, in dubio præ-
sumitur iurasse dicere veritatem super tota causa. idem tenet
dom.Anto.in cap.fraternitatis.in 17. col. quamuis contrarium
teneat Imol.in d.capitu. de testi. dicit etiam not. Bald. post In-
nocen.in capitu.2.in penul.colum.ad fin.de confes.quòd testis,
a qui simpliciter [a] iurauit dicere veritatem, intelligitur iurasse
non solum super principali negotio, sed etiam super omnibus
connexis, & cōtingentibus ipsum negotium. idem dicunt An-
gel. & Paul. de Castr. & Alexand. in l.2.ff.de iurisd. omn. iudi.
cum concor.de quibus per Alexand.ibi.Et inquantum Bartol.
hic alleg.text.in cap.per tuas,& ibi Innocen.ille text.nihil facit,
sed Innocen.ponit ibi. in 3. quæstio. Barto. adde Specu. in titul.
de testa.§.iam de interrogatorijs.circa princip. Adde etiam in-
quantum Bartol. alleg.capitu.1.de ordin. cogni. debet allegare
31 de restitu.spol.† Adde etiam,quod Bald.& Paul.de Cast.hic,ex
verbis Bartol.hic dicunt inoleuisse practicam iudicum, quam
serua, quando dubitant an debeant admittere capitulum, vel
non,quam practicam posuit Bartol.in l.fin. C.qui leg. perso. &
in l.qui interrogatur.ff.de interrog. actio. & in Authen. si dica-
tur.C.de testa.in 2.colum.Angel.in l. speciali. in fi.ff.de rei ven-
32 di.¶†Adde etiam pro decisi. Barto.rationem. nam talis prote-
statio reseruatoria facta per iudicem,operatur,vt quandocun-
que doceatur artic.fuisse impertinētem, & non admittēdum,
vsque retro fuisse nullum.ita Bartol.in l.ille, à quo.§.si de testa-
mento.ff.ad Trebe.dixi in l.nam,& postcà. in princip. supra co-
33 dem. † Item adde,quòd quando probationes sunt apparenter
* impertinentes,vel non admissæ, * iudex non debet eas admit-
tere,etiam cum protestatione, & saluo iure impertinentium,
& non admittendarum.gl.est not. in c. cum contingat.in glo.3.
super verbo,nihilominus.de offic.deleg. quæ est valde sing. ſm
Bald.ibi.Imò plus dicunt Imol.& Mod.in l.2.§.prætor ait.per il-
34 lum text.ff.de damn. infect. † ꝙ etiam si sit statutum, ꝙ iudex
debeat admittere omnes probationes, & excep.saluo iure in fi.
causæ impertinentium,& non admittendarum, ꝙ tñ non pos-
set admittere probationes euidenter impertinentes, quòd not.
35 † Item adde,inquantū Bar. vult, ꝙ pars,cui data est copia arti-
culorum, debet expressè opponere,est tex.in l.1. C.de rela.per
per quē tex.Bar.ibi docet practicam,qñ iudex facit actum,q ti-
bi displicet,debes facere scribere in actis,& hoc pręsente parte,
& non consentiente,imò expressè ꝯdicente.& protestante &c.
vt ibi per eum,& per Bal.in l.ne in arb.in fi. C.de arbi. Facit tex.
in c.2.in verbo,parte præsente,nec reclamāte. de accus.in 6. Itē
inquantum Bar.concludit,ꝙ si testi fiat interrogatio criminosa
de seipso, quamuis non teneatur rñdere,si tñ rñdeat repellitur.
Adde Bar.in Auth.si dicatur, iuxta principium.C.de testa.Spe.
& Io.And.in tit.de teste.§.iam de interroga.ver.sed nūquid quę-
ritur.nec est verū, id qđ dicit.d.Alex.hic.s.ꝙ Bar.in l.1.ff.de off.
asses.teneat ꝯrium,per gl.ibi,in verbo post.quia Bar.ibi nō se fir-
36 mat, sed remittit se hic.† nam testis non tenetur rñdere posi-
tioni criminosæ.sicut nec pars,glo.in c.cùm causam,quæ inter
Archiepm.in ver.de causis.de testi.Bal.in l.2.§.quod obseruari.
in vlt.col.C.de iura.calumn. Albe. in l.qui iurasse.§.si pater.per
37 gl.ibi.j.eod.† Bene tenetur rñdere,si interrogetur,an sit affinis,
vel commodum expectet,secundum Bar. & Bald.in d.Auth.si
dicatur.in prin.Item an deponat propter amicitiam,vel lucrū,
secundum Bald.in l.comparationes.C.de fid.instru. & an fuerit
instructus, vel promiserit certum testificari, ſm Bald.in l.data
opera.in 11.col. C.qui accus.non pos. Et circa prædicta teneas
38 fixum cordi, † ꝙ ad hoc vt testis tanquam falsarius possit pu-
niri de falso, requirit ꝙ falsitatē cōmiserit super principali ne-
gotio,secus si super aliquo incidenti,& iō si testis interrogatus,
an sit

ADDITIO.

a ¶Testis qui simpliciter. Adde Io. de Imol.in c.pastoralis.de excep. idem in c.
inquisitionis.de accus.

* Admissibiles.

an ſit conſanguineus partis, reſpondeat, ꝙ non, quamuis men
tiat̃, non per hoc punitur de falſo, ſed extra ordinem arbitrio
iudicis. iſta eſt elegans, & ſing. deciſ. Iaco. Butr. in l. Lucius. ff. de
infam. quam Ang. ibi in vlt. col. exclamat, reputans not. dignã
& mirabilem, & in conſi. 194. incip. viſis proceſſibus. in 2. col. &
Bar. in vna lectu. quæ communiter non habetur in l. pen. C. de
39 tranſa. ¶† Vltimò circa prædicta quæro, quid ſi teſtis non in-
a terrogatus,[a] ſed per ſeipſum dicat ſe infamẽ, vel criminoſum,
an vitietur eius dictum? Inno. tenet, ꝙ ſic. in c. inquiſitionis. de
accu. quem remiſſiuè alleg. Bar. in l. decem. circa prin. ff. de ver.
obl. Bal. in Auth. ſi dicatur. C. de teſt. Ego teneo contrarium, &
ita conſulerem, quia præſumitur, ꝙ teſtis fraudulenter, & do-
loſè dicat ad ſubuertendum dictum ſuum, cùm teſtis vltrò ſe
ingerens reddatur ſuſpectus. l. quæ omnia. vbi Bar. ff. de procur.
dixi in l. 3. in prin. ſ̃. eo. & iſtud in terminis noſtris tenet ad lite-
ram Spec. titu. de teſte. §. 1. ver. quid ſi teſtis. & refert Lud. Rom.
hic in 2. col. & ſequitur. An autem teſtis in iſta ſua vltronea cõ
feſſione poſſit puniri tali crimine? Et concludit, ꝙ non, & idẽ
tenet Spec. in tit. de teſte §. 1. ver. hoc autem ſciendũ. Inno. in c.
2. de confeſ. & ad hoc facit regula, quia qñ ſuper crimine non
eſt proceſſum ordinariè, & principaliter, ſed incidenter per viã
exce. vel aliter, non poteſt fieri punitio, vt per Bar. in l. 2. §. ſi pu-
blico. ff. de adulte. & per Bal. in l. mercalem. C. de condi. ob cau.

A D D I T I O.

a ¶Si teſtis non interrogatus. Adde Bar. in l. 1. ff. de offi. aſſeſſ.

S V M M A R I V M.

1 *Ex iuramento formiter præſtito oritur actio, quid ſi informiter. nu. 2.*
3 *Quid in conſuetudine, vel ſtatuto.*
4 *Quid in ſententia.*
5 *Exceptio pretij non ſoluti ſemper poteſt opponi, imò poterit teneri res. nume. 6.*
7 *An actio ex empto oriatur, licèt emptor non ſoluat pretium. nu. 8.*
9 *Qualitas quando intelligatur, nu. 10.*
11 *Aliud eſt haberi pro confeſſo quo ad factum, aliud quo ad qualitates.*
12 *Confitens adulterium, an cenſeatur fateri, quòd illa ſit vxor Seij.*
13 *Iuramentum extenditur ad correlatiua.*
14 *Dictio, & cætera, quomodo extenditur, nu. 15.*
16 *Iuramentum habet vim pacti obligatorij.*
17 *Pactum nudum iuramento veſtitum, an producat actionem.*

1 §. Si quis iurauerit. Summa, vt per Bar. & Doct. † habes er-
go regulam, ꝙ ſi iuramentũ præſtatur formiter. i. expreſſa cau-
ſa, ꝙ oritur actio vtilis ex eo contractu, & non directa, quia eſt
aduertendum, ꝙ ſi illa cauſa eſſet vera, tunc fuiſſet orta directa
actio ex illo ɔ̃ctu, ſed cùm ſit ficta, quia iuramentum licèt ha-
beatur pro veritate, tñ non eſt veritas, ideo oritur tãtum vtilis,
dicunt tñ Bal. Ful. & do. Alex. aduertendum ad modum agen-
di, quia aut agitur ex iuramento immediatè, & tunc bene da-
tur vtilis, & ita loquitur tex. hic, aut agitur ex ɔ̃ctu, & ad pro-
bandum contractum adducitur iuramentum, & tunc datur
directa. ſed ego teneo ɔ̃rium hoc vltimo caſu, quia cùm iura-
mentum habeatur pro veritate mediante fictione, & non eſt
vera probatio ſed ficta, ergo ſolùm debet competere vtilis, nõ
directa, & iſtud vult Bar. dum dicit, ꝙ ſi ɔ̃ctus verè præceſſiſſet,
ꝙ tunc bene competeret directa actio, ſed qñ ſolum probatur
per iuramentum, competit tñ vtilis, & ita etiam tenet Ludo.
2 Rom. hic.† Circa etiam iſtum tex. aduerte, inquantũ concludi-
tur, ꝙ ex iuramento informiter præſtito. i. ſine cauſa expreſſa,
oritur actio in factum. In contrarium vr̃ facere: nam iuramen-
tum cenſetur quædam confeſſio, ſed confeſſio extraiudicialis
ſine cauſa nihil valet. l. cum de indebito. §. fi. ff. de prob. c. ſi cau-
tio. de fi. inſtr. ita ſtipulatio ſine cauſa in effectu non valet, quia
obſtat exceptio doli. l. 2. §. circa. & ibi not. ff. de excep. doli. ſolus
Pau. de Caſt. hic in diſcurſu rñdet, ꝙ quemadmodum confeſ-
ſio iudicialis non requirit aliam cauſam, vt eſt gl. no. & magi-
ſtra. in l. 1. §. fi. ff. de interro. act. declarat Bar. in l. generaliter. C. de
non num. pec. ergo eodem modo iuramentum iudiciale non
debet requirere aliam cauſam, & ſic videtur reſtringere regu-
lam tex. noſtri ad iuramentum iudiciale tñ. Tu tamen dic me-
lius, ꝙ regula huius tex. procedit in quocunque iuramento, tã
iudiciali, quàm extraiudiciali, ꝙ ex iuramento informiter præ-
ſtito ſine cauſa ſemper oritur actio, quia cùm iuramentum ẽt
* extraiudiciale *ſecundum communem opinionem* habeat vim iudi-
cij. l. qui iuraſſe. §. fi. ſ̃. eo. l. nam & poſtea. §. ſi is qui temporali. ſ̃.
eo. vbi dixi, ergo vr̃, ꝙ ſemper valeat etiam ſine cauſa, ſicut di-
cimus in confeſſione, quæ fit in iudicio. Item eſt aduertendum,
inquantum Bar. & Doct. tenent, & ꝙ ſi iuramentum ſit præſti-
tum formiter, ꝙ oritur non ſolùm actio vtilis ex eo cõtractu,
ſed etiam in factum, prout ẽt tenet gl. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §.
fi. in verbo vtilis. ſ̃. eo. & in §. item ſi quis poſtulante. in verbo, ex
arbi. Inſti. de act. quem Lu. Ro. hic dicit ſing. In hoc ſemper du-
bitaui, & puto de facili poſſe teneri, ꝙ non oriatur actio in fa-
ctum, prout etiã tenet Lu. Ro. hic. probo à partibus ſufficien-
ter enumeratis. Aut n. Docto. loquuntur de actione in factum
generali, & ſubſidiaria, de qua in l. quoties. cum gl. ff. de præſcr.
ver. & in iſta non poteſt procedere doctrina Doct. quia non ha-
bet locum, vbi competit alia directa, vel vtilis. Aut verò Doct.
intelligunt, ꝙ verè intellexerunt in actione in factum proue-
niente ex edicto prætoris, in quo edicto fiebat mentio de iura-
mento, quo ceſſit actio in factum, vt declarat Bar. in l. vnica. ff.
de condi. ex l. & vr̃, ꝙ etiam iſta competere non poſſit, cùm ha-
beamus regulam, ꝙ actio in factum prætoria nunquam poteſt
competere, vbi poteſt habere locum alia actio directa, vel vti-
lis. l. 1. in prin. §. 1. ff. de pub. & ſic vr̃ inferri noua concluſio con-
tra omnes excep. Lud. ꝙ actio in factum prætoria competens
ex iuramento, habeat locum ſolùm, qñ iuratum eſt informi-
ter, & de iſta loquitur l. nam & poſtea. §. iureiurando dato. ſ̃. eo.
3 & l. actori. C. eo.† Nunquid autem iſta diſtinctio, quæ fit hic, an
iuramentum ſit præſtitum formiter, vel informiter, habeat lo-
cum in conſuetudine, vel ſtatuto, vltra Bar. & Docto. hic vide
per Bar. in l. vnica. in pen. col. ff. de condi. ex l. & Bart. in l. omnes
populi. in 7. q. prin. ad fi. ff. de inſti. & iur. & in l. de quib. ad fi. ff. de
4 legib. cum concor. hic alleg. per do. Alex.† Nunquid autem iſta
diſtinctio habeat locum in ſententia? vide Bar. in l. Iul. verum
debitorem. in 11. col. ff. de condi. inde. vbi poſt Iac. extendit iſtũ
tex. ad ſententiam, & quamuis dicat Bar. ꝙ parum hac l. proba-
tur, tñ ſic poteſt probari, quia iuramentum, & ſententia æqui-
parantur. l. ſed & ſi poſſeſſori. §. fin. ſ̃. eo. Quemadmodum ergo
in iuramento fit iſta diſtinctio, ergo fieri debet etiam in ſenten-
tia, & ita ẽt tenent Pau. de Caſt. & Alex. hic, & do. Alex. in l. mi-
les. §. fi. in addi. ff. de re iud. quamuis ɔ̃rium tenuerit Ang. & ma-
le in d. l. Iul. verum debitorem, & Bal. in l. ne in arbi. C. de arbit.
diſtinguit, & malè, vt per do. Alex. in locis prælleg. Vltra not.
tradita per d. Alex. poſt alios, attende diligenter ad illud, quod
decidit Barto. ꝙ ɔ̃ executionem iuramenti non poteſt opponi
exceptio pretij non ſoluti, ad impediendum executionem, &
allegat Spec. in tit. de execu. ſen. §. fi. ver. item quæritur. debuit
allegare in ver. item pone, emptor. & ſequuntur Bal. & Angel.
* hic. Tu adde, ꝙ ɔ̃ria *opinio eſt vera, & communis*, quam tenet Sal.
& omnes Moder. hic, & dicit Pau. de Caſt. ꝙ in hoc ſemper te-
nuit contra Bart. idem tenet Bal. ſibi ɔ̃rius in c. cum inter. in 3.
& 4. col. de excep. & in l. 1. in 2. col. C. de iur. & fac. igno. & in l.
peremptorias. in 5. col. quamuis non ita clarè. C. ſen. reſcin. non
poſſ. d. Ant. & Imo. in c. cum Io. in prin. de fid. inſtr. Arch. in c. ſi
quis Epiſcopus. 3. q. 7. Abb. in conſi. 76. & ɔ̃ Bar. ſtringit text. in l.
eum qui. §. fi. quem ibi ad hoc not. Mod. vbi iuramentum nun-
quam excludit except. prouenientem ex natura ɔ̃ctus. ad idem
facit tex. in l. ſed & ſi poſſeſſori. §. itẽ ſi iurauero. in fi. in verbo,
cautione. ſ̃. eo. Ad idẽ facit bonus tex. in l. fundus qui Lucij Ti-
tij. circa finem, quem ad hoc ibi no. Alb. & Bal. ff. de reſcinden.
vend. Tertiò ſtringit doctr. ipſiuſmet Bart. in l. 1. C. de iur. & fac.
ign. quam Bal. ibi ad hoc põderat in 2. col. & Sal. hic, ſm quam
fundamentum Bar. in hoc retorquetur contra eum, quia exce-
ptio peremptoria, quæ non venit ad impugnandum ſententiã,
ſed ad impediendum executionem, poteſt opponi poſt ſentẽ-
tiam, tex. habes, & exemplum in l. Neſennius. §. fi. ff. de re iud. &
5 ibi Bar. no. in l. ex diuerſo. §. fi. & ibi Doct. no. ff. ſol. mat.† Quar-
tò ad idem facit doctr. Bal. in l. ex prædijs. C. de euic. & in Auth.
præſente. C. de fideiuſ. vbi cõcludit in fortioribus terminis, ſtan-
te ſtatuto, qđ ɔ̃ inſtrumentum guarentigiatum nulla poſſit op-
poni exceptio ad impediendum executionem inſtrumenti, tñ
opponi poteſt iſta exceptio pretij non ſoluti, & pro iſta deci. be-
ne facit text. in d. l. eum qui. §. fi. & ibi Lud. Ro. expreſsè no. pro
d. deciſione Bal. & dicit, ꝙ eſt melior tex. qui ad hoc poſſit alle-
6 gari. † Quintò facit, qđ fortius vult Bald. in l. ſi traditio. in 1. col.
C. de act. emp. ꝙ nedum poterit opponi exceptio pretij nõ ſo-
luti, imò poterit teneri res in pignus, donec pretium ſoluatur.
Sextò iſtam ſecundam opi. tenuit Spec. ſibi ɔ̃rius in tit. de exce.
§. dicto. ver. ſed pone, petij. motus per d. l. fundus, qui Lucij Ti-
7 tij. Septimò iſta pars ſuadetur ratione contra Bar. † nam ſi quis
iurauerit ſe emiſſe domum, ad hoc, vt habeat exceptionem,
eſt neceſſe, ꝙ imploret officium iudicis, quod officium iudicis
fundatur ſuper æquitate. l. planè. & l. illud. ff. de pet. hær. attenta
ergo æquitate, iudex non exequitur iuramentum, niſi ille, qui
iurauit, adimpleat pro parte ſua illud, qđ debet, & ita pertran-
ſeo. Aliud fundamentum ɔ̃ Bar. faciunt hic Fulg. & d. Alex. ſed
8 quia multum debile eſt, non curo referre.† Non omitto etiam
quòd Bar. hic in quibuſdam verbis vr̃ velle, ꝙ actio ex empto
oriatur, dato ꝙ emptor non ſoluat pretium, imò non offerat.

contra

contra tenuit Fulg.in l.filiæ licèt.C. de col. per illum tex.iuncta doctr.Bal.ibi,vt ibi per eum.tñ illud,qđ vult Bar.hic eſt verius, & pro hoc no.tex.in l.iuriſg.in princ.ff.de pac. Item vide,quod per hunc text.in verbo,& de euictione, refert Paul.de Caſtr.le Senis conſuluiſſe, vt ille, qui conueniebatur vigore ſententiæ, in qua erat condemnatus ad tradendum domum virtute venditionis,de qua tñ non apparebat,teneatur dare fideiuſſores de euictione ſm mores illius patriæ,licèt in ſentẽtia nihil dicatur, & licèt ſit ſtricti iuris.l.1. C. ſi plu.vna ſent.& ſimpliciter ſequitur Alex.hic.¶Vltra Doct.reperio,ꝙ Bar.in conſi.ſuo 68.quod incip.In nomine Domini proponitur,ꝙ Io.colligit ex iſto tex. regulam , ꝙ vbi ex aliquo actu oritur aliqua præſumptio , illa debet aſſumi cum omnibus modis , & qualitatib. illi actui cohærentib.nam tex.hic vult,ꝙ qñ ex iuramento præſumitur cõtractus interceſſiſſe,ꝙ præſumuntur omnia,quæ ſunt adhærentia illi contractui,& per hoc infert ad conſultationem, de qua ibi per eum. Addo licèt Bar.non dicat, ꝙ iſtud procedit non ſolum in præſump.ſed etiam in fictione,& ideo in confeſſione ficta,quę inducitur per contumaciam,inducitur confeſſio facti cum ſuis qualitatib.tex.eſt in l.2.§.ꝙ ſi actor.in verbo *quemadmodum ei & ipſa rei qualitas*. C.de iur.cal.quem tex.Bal.in fi.ad hoc no.& licèt non inueniam aliquem,qui de prædictis faciat mentionem , tñ ego teneo contrarium,& in primis adduco Pet.de Anch.tenentem contrarium in conſi.408. quod incip. Proba-
9 ta tanti viri ſæuitia.ad fi.† vbi conſuluit,ꝙ lex, vel ſtatutum diſponens,ꝙ contumax habeatur pro confeſſo , intelligitur quo ad caſum prin.non autem quo ad qualitatem perſonæ aggrauantis delictum. Idem vř tenere Bar.in conſi. qđ incip.Statuto
10 ciuitatis Florentiæ.† Secundò confirmo per illud,quod tenet Ange.in conſi.146.incip.Primò dico,ſententiam fore nullam, vbi tenet plus, ꝙ etiam verè confitens delictum, non vř confi-
11 teri qualitates delicti.† Tertiò confirmo per illud,qđ dicit Bal. in l.quidam exiſtimauerunt.ff.ſi cer.pet.vbi dicit,ꝙ aliud eſt haberi pro cõfeſſo, quo ad factum, aliud quo ad qualitates facti,
12 alleg.tex.in l.1.§.qđ autem.ff.ne quid in flu.pub. † Quartò confirmo per illud, qđ decidit Bart.in l.ſi cui.2.§. ſi à filio.per illum tex.ff.de leg.1.vbi quærit,pone,ꝙ aliquis accuſatur,eo quia cõmiſit adulterium cum Seia vxore Titij,iſte confitetur contẽta in inquiſitione eſſe vera,determinat Bart. ꝙ intelligitur quo ad adulterium,ſed non quo ad qualitatem perſonæ,quòd Seia ſit vxor Titij,& licèt Moder. ibi videantur dubitare de illa doctri. Bar.tñ Bal.in c.prudentiam.de mu.pet.& d. Ant. in c.1.de plus pet.idem tenent, & idem tenet Aret. ponderando de hoc eſſe ibi tex.in l.ſcire debemus,in prin.in 3.col.ff.de verb.oblig. Et tenendo iſtam partem, poteſt rñderi , ꝙ iſte text.nihil facit,quia loquitur in his , quæ veniunt ex natura ꝯctus , non in his, quæ veniunt in iuramento,& ſic præſumptione, & ſic prima theorica procederet, qñ illæ qualitates eſſent de natura contractus, qñ autem non eſſent de qualitate contractus , credo , ꝙ ſecus
13 eſſet. ¶†No.etiam ex iſto tex. ꝙ licèt iuramentum non extendatur vltra cauſam,ſuper qua iuratum eſt.c. pen.de iureiur.l.ſi actori.ꝟ.eo. tñ in iuramento poſito vno de correlatiuis, poni-
14 tur & aliud.facit.l.fi.C.de indi.vi.tol.¶† No.etiam ex iſto text. ibi,*vt ei cætera præſtentur*. ſm Alb.Bal.& Mod.hic, ꝙ ſub iſta di-
a ctione,&c.[a] includuntur omnia,quæ veniunt de natura contractus,& ita etiam tenet Bar.in l.Gallus.§.idem credendum.ff de libe.& poſth.& facit tex.in l.magis puto.§.ſi pater.ff.de reb. eo.& in l.ſi ita quis ſtipulanti.ff.de euict.& tex.in l.periculi.ff.de. nau.fœ.& circa iſtam dictionem,&c.vltra Bar.& Doc.in l. Gallus.§.idem credendum.ff.de libe.& poſth.cum concor. ibi traditis videas not. Bald.in c.qñ contra falſam. in 11. & 16.col.de proba.& in c.cum in iure peritus.in 9.col.ff.de offi.deleg. Nam Bald.ibi tenet, ꝙ licèt per dictionem , &c. ſuppleantur ea,quæ ſunt de natura contractus,tñ non ſupplentur ea,quæ requiruntur de validitate.& ſubſtantia actus , & ideo in inſtru.cùm pro ſubſtantia,& validitate requirantur dies,& conſul, non intelli-
15 guntur ſuppleri per illam dictionem,&c. † Adde etiam qđ dicit Ang.in l.quicquid aſtringendæ.ff.de ver.ob in prin.vbi dixit, qđ ex quo in appellatione ab interlocutoria debent exprimi cauſæ appel.iuxta cle.appellanti.de app.per hoc, qđ in imbreuiatura notarij reperiatur dictio, &c. non poterit ille , cui data ſint protocolla , extendere cauſas in app. ex quo non ſunt forma aliter ſcriptæ. ¶Glo.in ver.teneri , diuiditur in duas. Primò colligit no.qđ reputat mirabile.Secundò colligit aliud no.contra qđ oppo.& bene ſoluit. Secunda ibi,item no.etiam contra
16 eum.¶†Circa primum,qđ gl reputat mirabile, ꝙ iuramẽtum habet vim pacti obligatorij : hoc ideo gl. reputat mirabile , quia de iure ciuili,ſi aliquid promittatur in futurum pacto nudo cũ iuramento, tñ non oritur obligatio efficax, quia ſpeciale eſt in liberto,qui efficaciter obligatur,ſi pacto nudo cum iuramẽto promittat in futurum operas patrono,l.vt iuriſiurandi. in prin. & ibi declarat Bar.alleg gl.& declarat Bar.in l.iuſiuran.quod ex conuentione in prin.ꝟ.eo. Tñ gl.non debuit per hoc mirari propter duo. Primo,quia hic non eſt iuramentum promiſſorium de futuro,ſed eſt de præterito,& expreſſa cauſa ꝯctus. Item eſt deciſiuum litis , & ex iuramento deciſiuo litis oritur obligatio
17 efficax,& actio,vt declarat Bar.in locis proximè alleg.¶†Nunquid tñ pactum nudum veſtiatur de iure ciuili iuramento? ponit Bar.in l.ſi quis pro eo in prin.ff.de fideiuſſ. Bar.& Bal.in l.cũ antea.C.de arb.Bal.in rub.ſ.eo.Ange.& Imo.& Moder.in l.1.in prin.ff.de verb.oblig.Inno.in c.nouit.de iudi.& in c.cum veniſſent.de inſtitu.& Ant.de But. & Cano.in c. cũ contingat.de iureiur.& per Gul.de Cun.hic, qui dicit glo.hic velle, ꝙ pactum nudum veſtiatur iuramento,dum dicit,iuramentum vim pacti obligatorij habere,ſed certè ſi gl.habuit iſtam intentionem, non bene colligit ex tex.quia loquitur tex. in ꝯtractu emptionis, in quo , & in alijs contractibus nominatis nuda conuentio producit actionem.l.iuriſg. in prin.ſupra de pact.

ADDITIO.

a ¶Dictione,&c. Adde Bald.in Auth.ſi quis C.de edend.Specu.tit.de inſtru.edi §.oſtenſo.verſic.quod ergo. & ibi Ioan. And. in addi.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum dicitur continere,quod venit directo, & per indirectum.*
2 *Actio,quæ oritur ex iuramento , eſt natiua.*
3 *Dictio non nego, an affirmet.*
4 *Venditio ſine expreſſione pretij nihil valet.*

§.Marcellus.

Hoc dicit. Ex iuramẽto formiter præſtito tam ſuper pignore , quã ſuper dote , vtrique parti datur actio , ſicut ſi verè probatum eſſet. In tex.ibi pignoratitia. De actione pignoratitia directa, & contraria habes glo. magiſtram in §. tertij. in verbo æmula. & in verbo actionibus.ſupra in procemio.ff. Pondera iſtũ text. ſubtiliter,vt per Bar.in l.1.in fi.prin.ff.de his,quæ in teſta.delen. & de veritate illius puncti tacti per Bar. vide Bal.in l.ad probationem.prima.C.de prob.poſuit Bal.in l.vni.§. & vt plenius.C. de rei vxo.act. & in l.vbi adhuc.in 6.col.C.de iur.dot. & in l.iuriſgen.§.qđ ferè.vbi gl.ſt.de pac.& ibi Ang.& Alex. & Doc.in d. l.1.in prin.& Ang.de Aret.in §.fuerat.Inſti.de act.in 2.col.& vltra ea,quæ dicuntur in dictis locis,pro iſta opi. ſoleo alleg.text. in c.olim.de cenſi.quem do.Anto. & Abb.ibi multum not.ad
1 hoc,† ꝙ inſtrumentum dř continere non ſolùm,qđ venit directò ex verbis,ſed ẽt illud,quod venit indirectò. Facit etiam ille text. pro inſtrumentis guarentigionatis, vt mandentur execu-
2 tioni,& in his,quæ directo probantur in inſtro. † Pondera ſucceſſiuè text.hic in verbo, actionem dandam, ꝙ licèt actio,quæ oritur ex iuramento,dicatur natiua,vt per Bart.in l.nam & poſtea.§.fi.ſ.eo.iſtud eſt verum in actione,quæ oritur ex iuramẽto pro eo,qui iurauit,ſed actio,quæ competit ex iuramento ꝯ iurantem,illa dicitur datiua,ita probatur hic in verbo,dandam actionem,& ita limitatur doctr. Bar. in d.l.nam & poſtea.§.fin. & ita no.Bal.hic in lect.antiq. dicens eſſe ſuum dictum. ita etiã dicit Ange.hic, quamuis Alex.in d.l.nam & poſtea.§.fin.teneat ꝯrium,reſpondendo ad iſtum tex.Item pondera tex. ibi, *quam*
3 *non eſſe extra æquitatem poſitam non negauerim*. † nam iſtud verbũ, non negauerim, prolatum à legiſlatore, importat affirmationem.Adde,qđ dicit ſing.Ang.in l.generaliter.per illum text.C. de ſec.nup.qđ tantum eſt dicere,non nego tibi licentiam,quãtum concedo.Et dicit ibi Ange.qđ iſto verbo vſus eſt Papa,qñ Coardinus ex inclitiſſ. ſanguine fuit captus : nam Papa reſcripſit,de eo fieri iuſtitiam non negamus: nam tñ eſt,ac ſi imperaſſet eum decapitari,& circa illud verbum,non nego.quando diſponat,& qñ non,traditur in l.qui ſe patris.C.vnde lib.In hoc §.quærit Bar.de eo, qui iurauit rem ſibi venditam nõ expreſſo pretio,quia cum eo in effectu tranſeunt alij,cum limitatione, qđ compelli poteſt ad declarandum pretiũ.idem tenet Raph. Cu.in l.ſciendum.de verb.oblig.quamuis aliter tenuerint Mar. Syl.Ray.& Alb.ꝙ venditio nullo modo poteſt fieri ſine pretio.
4 §.pretium.& §.item pretium.inſti.de contrah.emp.† Tu adde, qđ voluit Iac.de Aret.& Ray.in l.1. C. de contrah. & committ. ſtip.ſi inſtrumentum dicat , ꝙ Titius vendidit talem domum Sempronio,& non dicit,quanto pretio,nihil valet, & expreſſè ſequitur Alex.in conſil.18.incip. Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter An.in 1.vol.Facit,qđ vult Barto.in d.l.ſciendum.in 1.col. dum redit ad §.item pretium.inſti.de contrah.emp. quamuis Cy.in d.l.1.relinquat cogitandum.Secus tñ eſſet, vbi agitur ſolùm de probando titulum propter præſer.vnde iſto caſu ſufficit teſtes deponere,ꝙ in eorum preſentia fuit res vendita,quãuis de pretio non recordentur, ſm Bal.& Pau.de Caſt.in l.1.C. de reb.

de reb.alien.non alien.sequitur Raph.Cu.in d.l.sciendum.quã-
uis Ludo.Rom.ibi, in 12.col.contrarium teneat per prædicta.
¶Glo. prima diuiditur in duas par. In prima colligit no.ex tex.
allegando concor.In secunda opponit, & distinguendo soluit.
* Secunda ibi,sic ergo. In fi.gl.cum ista distinctione glo. *transeunt
omnes hic*, excepto Fulg. qui contradicit propter generalitatem
istius l.& istam gl multũ no.Bal.& d.Alex.hic,ꝙ per ista verba,
iuro me tibi obligasse fundum pro decẽ,non infertur ergo, ꝙ
ista decem acceperim,nisi dicam, me accepisse. quod nota.

S V M M A R I V M.

1 *Quæ sit pœna blasphemiæ, & periurij cum sequentibus in omni materia.& nu.2.*
3 *Libellus,quando agitur criminaliter ad pœnam periurij.*
4 *Non est periurus,qui necessitate, & in periculo vitæ periurauit.*
5 *Qualiter testis periurus puniatur.*
6 *Testis falsus mitratur.*

§.Si quis iurauerit. Hoc dicit.Qui iurãdo per principẽ deierat,
fustibus castigatur. ¶In text.ibi.genium principis.vltra exposi-
tionem glo.& plenius Alb.& Alex hic,& Cy.in l.2. C.eo.tu de-
clara,vt per Aug de ciuit.Dei lib.7.cap.23.post Varronem per
eum alleg.Pondera in primis,ꝙ hic tex.loquitur non solùm in
iuramento decisiuo litis,sed etiam loquitur in iuramẽto pro-
missorio in futurum,& dicit Pau.de Cast.ꝙ non habemus aliã
legem loquentem de isto iuramento promissorio in futurum
de iure ciuil. Nam debes scire, qđ iuramentum promissorium
de futuro,sine alia causa non obligat,nisi qñ patronus promit-
teret operas.l.vt iurisiurandi.in prin.ff de ope. lib.videbitis post
Bar.& alios in l.iusiurandum,qđ ex conuentione.in prin.j.eod.
Secundò pondera hic videri tex.contra illud, qđ dicit in l.non
erit.§.dato.s.eo.ꝙ dato iureiur.nihil aliud quæritur. nam hic fu
stigatur,sed ad hoc rñdet Bal. hic, sed omissa solutione Bal.ne-
cesse est dicere, ꝙ illud, qđ dicitur, ꝙ dato iureiur.nihil aliud
quæritur,nõ debet intelligi ciuiliter,sed criminaliter sic, vt hic.
¶Glo.vlti.aduerte, ꝙ tex.in d.l.2.obst.in duobus,quantum ad
principium vadit vlt.sol.glo.quantum ad secundã par.tex.va-
dunt.1.& 2.sol.gl.Pro calara intelligentia tex.& glo.videndum
a est, quæ sit pœna periurantis, [a] quam materiam prosequitur
Alb.hic post Antiquos, & plenius Lud.Ro.hic.Cy.& alij in d.l.
2.& ibi Bald.enumerat octo pœnas, ibidem Sal.ponit longam
distin.quam formaliter recitat Angel. de Are.in §. item si quis
postulante.insti.de act.ponunt Cano.in c. querelam. extra eo.
Tu diuide istam materiam in duos artic. prin. Primus erit de
2 parte periura.Secũdus erit,quid de testib.† Circa primum ad-
uerte,si loquimur in eo,qui blasphemat: puta,dicit in contem
ptum Dei,vel Sanctorum,& siue verum sit,siue falsum,qñ ha-
bet ex consuetudine blasphemandi, puniri debet pœna mor-
tis.§.1.in fi.in Auth. vt non luxu.contra natu. Istam materiam
blasphemantis plenè expediui quasi per vnam lectionem,in l.
3.§.fi.s.eo.Aut loquimur in non blasphemante, sed in iurante
per Deum,vel per sacras scrip.vel aliter,& periurante, hoc est,
iurante falsum, qualiter puniri debeat? & dic, qđ aut periura-
uit per iracundiam,& excusatur.d.l.2.in vlt.responso.C.eo.facit
l.qđ calore.ff.de reg.iur.& l.j.C.si quis Imperatori maledixerit.
& l.2.C.ad l.Iul.maie.& generaliter factum per calorem iracũ-
diæ non vř punibile.text.in c. si quis iratus.2.q.3.c. illa proposi-
torum.11.q.3.Spec.in tit.de accu.ver.qđ si te vocaui.& ibi Bal.
in 2. char.& licèt ita soleat cõmuniter dici,tñ ego dico,ꝙ imò
is,qui calore iracundiæ aliquid commisit, debet puniri.l. si non
conuitij.C. de iniur. & de hoc habes text.in c. 1. & ibi Pan.in 2.
no.de his, q fil.occi.Fateor tñ,ꝙ debet mitius puniri,& ita pro-
cedat tex.in l.1. C. si quis Impe.maled.& in l.famosi.ff.ad l.Iul.
maiest.facit l.si adul.cum incest.§.imperator.ff.de adult.& tex.
in c.si quis irascitur.3.q.2. Hinc videmus, ꝙ licèt is,qui publicè
blasphemat,debeat puniri, iuxta c. 2. de maledi. tñ qui calore
iracundiæ blasphemat,debet mitius puniri, ſm Arch.22.q.5.c.
quid ergo.circa fi.& Pan.in c.2.de maledi. vbi limitat, vt istud
sit verum, qñ calor iracundiæ est iustus: secus si ex causa iniu-
sta processit: puta ex amissione pecuniæ in ludo.Aut pars per-
iurauit deliberatè.& tunc si nullius præiudicium respicit,vt qa
iurauit nunquam comedere carnes,& postea comedit, & tũc
solum Deum habet vltorem,ita loquitur d.l.2.in prin. vbi glo.
ita exemplificat.& Doct.sequuntur.& gl.in l. Lucius.ff.de infa-
mibus.quamuis Ang.in Auth.scenicas. ver. vt non solum fide-
iussores.col.5.teneat, ꝙ etiam isto casu debeat per iudicem ex-
* traordinariè puniri, sed præcedens *opi. est communior.* Aut pars
deliberatè periurauit in præiudicium tertij, & tunc puniri de-
bet extra ordinem arbitrio iudicis.l.fi.cùm gl. ff. de crim.stel.&
poterit iudex eũ facere fustigiari,vt hoc tex. vel facere mitrari,
vel poni ad catenè.Prædicta intellige quantũ ad pœnam crimi
nalẽ. Quæ aũt pœna imponi debeat periuro in foro ɔscientię
seu in foro ɔfessionis,est tex.in c quicunq;.6.q.1. ꝙ debet ieiu-
2 nare p 50. dies in pane, & aqua.† Ciuiliter aũt inuenio septem
alias pęnas.Prima est,si aliquis iuret in ɔ̃ctu,vel in cõpromisso,
vel in transactione,& postea non obseruat iuramentum,& cõ
sequenter est periurus,cadit in pęnas.l.si qs maior. C.de trãsac.
inter quas est,ꝙ ipso iure priuatur ab omni iure,& actione. Se
b cunda,periurus est infamis, [b] & de facto,& de iure.c.infames.
6.q.1.no.Bar.& Ang.in l.Lucius.ff.de infamibus.gl.Bar.& Doc.
in l.si quis maior Bar.in l.1.C.de fideicom.lib.& in l.2.C.de reb.
cred.& in Auth.si dicatur.in vlt.col.C.de test. Ang. in d.Auth.
scenicas.col.5.Tertiò ex hoc sequitur duplex pœna. Prima,qa
c non admittitur amplius ad aliquam dignitatem. [c] l.quoties.C.
de dign.lib.12.Bal.in l.2.eo.& statim subijciam.Secunda est, qa
d periurus non admittitur amplius ad aliquod testimonium. [d]
c.paruuli.22.q.5.& c.quicunque sciens.6.q.1.c.testimonium,&
c.sicut,de testib.c.literas,de præsumptionibus.Spec.in tit.de te-
ste.§.1.versic. Item ꝙ est periurus,& istud procedit etiam post
peractam pœnitentiã. c.antepen. de testi.gl.in c.fi.de iureiur.in
6.gloss.in l.2.§. Iul. ff.de test.licèt contrarium videatur innuere
Bar.in l.imperialis.in princ.per illum tex.C.de secun.nup.Item
istud procedit,etiam si periurus nondum sit per sententiã con-
demnatus,ſm Bald.in l.si vteris.C.de fid.instr. Quartò periurus
e repellitur ab agendo. [e] gl.est in d.c.paruuli.Spec. in tit.de acto-
re.§.1.ver.item ꝙ est periurus,quod tñ sanè intellige, & limita,
vt per gl.& Doc.in c.dilecti.de fo.compe.do.Anto.de But.in c.
intelleximus.in fi.de iud.imò fortius exceptio periurij est exce
ptio litis finitæ,quæ impedit litis ingressum.dictum est not.do.
Anto.in d.c.dilecti.in 3.col.de excep. Quintò (& hoc no. benè)
f periurus perdit beneficia [f] omnium legum,canonum, & statu
torum,quibus cauetur,ꝙ credi debeat iuramẽto alicuius.text.
est de hoc not.in d.c.paruuli.22.q.5. per quem tex.ita determi-
nat Lud.Ro.in commento.l.admonendi.in 6.& 25.col.j.eo.&
idem Ro.in l.2.in prin.in 10.col.ff.qui satisd.cog.Bald.in Auth.
ei qui.C.de bon auth.iud.poss. Facit c.cum in eccl. de maio.&
obed c.clericos.de vita,& hone.cle. Pan.in c.quæstioni.de app.
nisi sit iuramentum oneris,vt in locis præalleg. Sextò clericus
g beneficiatus propter periurium remouetur à beneficio. [g] c.2.
& ibi Doct.de rescrip.& dicit Bald.ꝙ istud clarius alibi non ha-
betur,sed est similis tex. in c.cùm quidam. & in c.querelam.de
iureiuran.vbi dř idem esse in Episcopo, qui propter periurium
priuari debet episcopatu.no.gl.in c.fi.eo.tit.in 6.Bal.in l.2.C.eo.
tit.& dicit Bal.in d.c.cùm quidam.per illum tex.ꝙ Doctor pro
pter periurium potest deponi à doctoratu,tñ peracta pęniten-
tia posset Episcopus cum eo dispensare, vt ibi per eum. Septi-
h ma pœna est,quia collatio beneficij [h] ecclesiastici facta periu-
ro,est ipso iure nulla,ſm Fed.de Sen.in consi.50.incip.An col-
latio.alleg. Host. in c.cum inter. de excel.præla. sequitur Abb.
Pan.in d.c.querelam.& in c.cum nostris. de concel. præb. & in
c.cum in cunctis.§.fi.in pen.col. de elec. & in c.1. in vlt.col.de
re iudi.& in c.fi.in vlt.col.de præsump.& in c graue.in 3.col.de
præben.licèt contrarium,ꝙ imò collatio beneficij facta periu
ro mero iure valeat,teneãt audacter.d.Card. Flo. in d.c.quere-
lam.& Io.de Imo.in c.auditis.ad fi.de elect.& ɔ̃rium allegatur
3 tenere Inno.in d.c.cum nostris.de concel.præb.† Qualiter autẽ
debeat formari libellus,qñ criminaliter agitur contra periurũ,
vt extraordinariè puniatur,ponit Bal.in l.si cum patruo. ad fin.
C.commu.vtriusque iud.vbi tenet, in libello debere concludi,
ꝙ deierauit non in præiudiciũ animæ, quia solùm Deum ha-
beret vltorem d.l.2.sed ꝙ deierauit in præiudicium tertij, quo
casu habet vltorem tam iudicem ecclesiasticum, quàm secu-
larem.c.pen.de for.compe.Alibi dicit Bal.in l.1. C.de sum.trin.
ꝙ non procedit libellus super periurio, in quo simpliciter nar-
retur,

A D D I T I O N E S.

a ¶Quæ sit pœna periurantis.Adde gl.fi.in c.quanto. de iureiur.gl.summæ 22.
q.1.* Are.in §.Item si quis.insti.de act.Alex.in l.fi.supra qui satisd.cog.Pract.
Maluer. tit.de testi.nu.13.Nat.consi.19.col.2.Guid.Pap.q.178.Capel.Tolol.
q.17.Ro.sing.425. MASVER.

b ¶Periurus est infamis.Adde gl.in verbo,periurium.in c.venerabilem.de elec.
in c.si quis conuictus 22.q.5.Doct.in cle.1. de iureiur.

c ¶Ad aliquam dignitatem.Adde Bal.in l.1.in 2.col.C.de reb.cred.

d ¶Ad aliquod testimonium. Adde l.Lucius.ff.de infa.& in l. qui cum vno.ff.de
re milit.

e ¶Repellitur ab agendo.Adde gl.& Doct.in c.dilecti.de excep.glo.pen.in c.1.
de pur.canon. Spec.in tit.de exce.in §.dicto.ver.quæro. & ver.seq.

f ¶Perdit benefi.Adde gl.pen.in fi.in c.fi. de iure patr.

g ¶Remouetur à beneficio.Adde c.tua, de iureiur. Felyn.in cap.præterea.in 7.
col. de spon.

h ¶Collatio beneficij.Adde Inno.in c.constitutus, el 2.de appel. Dom. de Roc.
decis.5.inci.De iure patr.in noui.

retur, ꝙ periurauit, niſi adijciatur dolum in me committēdo, qđ vltimum reprobat Lud.Rom.hic in vlt.col.quia ſufficit libellum præſumptiuè concludere l.omnes.§. Lucius, vbi gl.& Bar.ff.de his,quę in frau.cred.Tu dic,qđ veritas pendet,an periurium requirat dolum,an ſufficiat culpa , quem paſſum examinabo in l.qui per ſalutem.in princ.vbi Pau.de Caſt.& Alex.
4 ponunt.ſ.eo.& per hoc eſt expeditus primus artic.prin.† Non omitto tñ vnum,qđ quotieſcunq; aliquis indebitè, & violēter detineretur, & eſſet periculum vitæ, ſi iurauerit ſe rediturum, & relaxetur, & non redeat, non eſt periurus.gl.eſt in cle.paſto. in verbo per violentiam.de re iud.quamuis Bar. in l.relegati.in prin.per illum tex.ff.de pœnis,determinet,ꝙ ſi aliquis eſt in car
5 ceribus pro delicto, & aufugiat, ꝙ peccat mortaliter. † Secundus artic.eſt, qualiter puniri debeat teſtis periurus, qui falſum teſtimonium perhibuit.de quo conclude , qđ ſi falſum depoſuit in cauſa publici,& capitalis iudicij,puniendus eſt ſimilitudine ſupplicij , hoc eſt pœna illa , qua puniretur principalis , ſi eſſet verum.tex.eſt not.in l.1.§.1. in verbo ad obligationem innocentium.ff.ad l.Cor.de fal.Bal.in l.2.C.de reb.credi. & illum tex.pro ſing.alleg. Bald.in c.1.§.iniu. in fi.de pace iu.fir.qđ teſtis falſus in cauſa homicidij , puniri debet vt homicida , & idem Bal in c.1.in prin.de pace tenenda.Aut verò teſtis fuit periurus in alijs caſib.& tunc puniri debet. l. Corn.de falſis quæ eſt deportatio cum publicatione bonorum,text.eſt in l.1.in princ.ff. ad l.Corn de fal.Bal.& Sal.in d.l.2.C.eo Ang.de Arct.in §.item ſi quis poſtulante.Inſti.de act.Bal.in l.preſby.2.C.de epiſ.& cle. Ange.in repe.l.1. C.de ſica.& vide glo.in c.querelam. in verbo periurij irretiti.de iureiur.& tex.prin.in c. 1. & ibi glo.1. & 2. de crimine falſi.vbi Cano.plenius tradunt. & ibi gl.no.extendit,vt dicta pœna locum habeat, etiam ſi teſtimonium falſarij nō habuit effectum. Intellige prædicta procedere quo ad pœnā criminalem imponendam teſti periuro,ſeu falſario.ciuiliter autē poteſt cōueniri ad ſatisfactionem damni , arg.l.qui nomine.ff. de fal.ſecundum Cano.præſertim Pan.& Io.de Anan. in d.c.1.
6 de cri.fal.† Vltimò inquantum text.hic dicit , qđ quando quis faſtibus cęditur, debet ei dici,noli amplius iurare, dicit Angel. hic eſſe tex.meliorem de iure, qđ falſarij debent mitrari, & ita ſeruatur.tñ hic tex. venit aliqualiter à remotis.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum de veritate non remittitur parenti, vel patrono.*

LEX XIIII.

1 QVoties. † Iuramentum de veritate nō remittitur parenti,vel patrono. hoc dicit.ſecus eſt in iuramēto calumniæ,vt in gl.& ratio eſt,ſecundum Lud.Ro. quia cùm pater , & patronus debeāt videri ſancta,& honeſta perſona filio, & liberto. l.honori.ff.de obſeq.lib. in eis non præſumitur calumnia.l.ſi patronus.in fi.ſ.eo.ſecus eſt qñ agitur de veritate , iuxta illud prouerbium , *Amicus Plato ; amicus Socrates ; magis amica veritas.* limita hanc l.per l.ſi patronus. vbi ſtatim dicam, infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Huic legi an poſſit renunciari.*
2 *Iuramento recipiendo per notarium ad domum egregiæ perſonæ pars debet eſſe præſens.*
3 *Miſſio notarij fit communibus expenſis.*
4 *Ita in commiſſione conſilij ſapientis.*
5 *Dictio oportet , importat neceſſitatem.*
6 *Quid in verbo, poteſt.*
7 *In criminalibus egregiæ perſonæ coguntur venire ad iudicem.*
8 *Quid ſi in ciuili poteſt ſine verecundia venire.*
9 *Mulier an poſſit pro debito capi.*
10 *Iſta lex in quibus Doctoribus habeat locum.*
11 *Quid in licentiato.*

LEX XV.

a AD perſonas egregias. Egregiæ ꝑſonæ, ᵃ vel morbo imperditæ corā iudice ad iurandū ꝑſonaliter venire non cogūtur.h.d.ↄcordat tex. in c.ſi qui teſtiū de teſt.& ibi gl.fi.vř reſtringere hos tex.qñ ſine verecundia cōparere non poterant.pro qua gl.eſt bonus tex.in
1 l.in ea.cauſa ſunt ff.ex quib.cau.maior.& † huic legi non poſſet renuntiari,cùm ratione publicæ honeſtatis , & ſic fauore publ. ſit inducta,ſm Cy.in l.nec honore. C.de epiſ.& cler.ſequuntur Alb.& idem Alex.hic,& in l.alia.§.eleganter.in 1.col.in fi.ff.ſol. mat.quamuis Lud.Rom.hic reprobet,& dicat eſſe contra tex. in c.2.in prin.de iud.in 6.in verbo inuitas,à contrario ſenſu : ſecus ergo ſi volentes.vide Lud.Rom.in ſing.ſuo.172.incip. Tu audiuiſti.l.ad egregias.vbi dicit pro dicto Cyn. eſſe caſum ſing. in d.c.2.de iud.lib.6.Aduerte tñ in iſto puncto ad aliqua. Et primò,ꝙ text.in d.c.2.in ver.cæterum, vř probare dictum Cyn.in verbis illis,etiam ſi earundem acceperit conſenſus,& ita per illum tex.vř dicere Lud.Ro.in ſing.172.incip. Tu audiuiſti l.ad egregias.Secundò aduerte,quia glo.in l.inuiti.prima,in gl.mag. in fi.ff.de teſt.vř multum facere pro dicto Lud.Ro.hic, inquātum vult,ꝙ perſonæ enumeratæ in illo tex. inter quas ſunt milites , qui ſunt egregiæ perſonæ, poſſunt renuntiare priuilegio, de quo ibi.Tertiò conſidero,ſi pro concordia poſſet dici,ꝙ aut quærimus,an perſona egregia poſſit ſponte venire ad iudiciū, & ſic renuntiare priuilegio huius l.& teneo,ꝙ ſic, & ita intelligo tex.in d.c.2.in verbo inuitas. Aut quærimus,an poſſit renunciare priuilegio iſtius l.generaliter,vt in futurum poſſit cogi inuitus ad veniendum,& teneo, ꝙ non , & ita procedat,qđ dr in d.ver.cæterum.in illis verbis,etiam ſi earundem,&c. confirmo iſtud per ſimile : nam videmus , ꝙ iuri reuerentiali non poteſt renuntiari expreſsè.l.fi.C.de bon.libe.traditur in l.alia.§. eleganter.ff.ſol.matri.etiam cum iuramento, quia eſſet ↄ̄ bonos mores,vt ibi ſolet dici,tñ tacitè ſic,probatur in l.qđ nomine.& ibi Raph. not.ff.de condi.indeb. de quo ibi dicam aliqua, quæ hic
2 omitto.† Adde etiam, ꝙ qñ iudex mittit notarium ad domū egregiæ perſonæ ad recipiendum iuramentum , debet altera pars eſſe præſens,niſi ſit mulier, vt per Bart. & Moder.hic, licèt Lud.Rom.dicat de muliere in contrarium eſſe text.in l.2. in §. ſinautem vel dignitas.C.de iur.cal. Et ſi dicatur, qđ ille text.loquitur in iuramento honeſtatis,nō in iuramento veritatis, reſpondeo,ꝙ eadem eſt ratio vtrobique.ſ.honeſtatis,ſed non aduertit,ꝙ corrigitur per Auth.principales.ſequentem. licèt Lu. Rom.dicat pro concordia poſſe dici,ꝙ aut talis mulier eſt moialis,ita ꝙ propter ordinem regulæ non debet iri ad eas , niſi ex ſumma neceſſitate,& tunc pars non debet eſſe præſens: ſed in alia muliere ſecus. Pan.etiam in d.c.ſi qui teſtium.reprobat, quia quemadmodum iudex mittit notarium ad mulierem,ita pars aduerſa debet poſſe eſſe præſens, ſed non aduertit,ꝙ miſſio notarij fit ex neceſſitate,cùm aliàs iurare nō poſſet, quæ ne-
3 ceſſitas non militat in præſentia aduerſarij. † Item adde,quòd
b miſſio notarij debet fieri communibus expenſis, ᵇ ſm d.Alex. poſt Gul.per eum relatum.idem tenet Spec. & Io. An.in tit.de iur.cal.§.reſtat.in verſic.pen. Gemi.in c. prætentium.in 8.col.de
c teſti.in 6.ſicut qñ cauſa committitur conſilio ſapientis, ᶜ debet mitti communibus expenſis,ſm Spec.in tit.de aſſeſſore.§.ſalarium.ver.quid ergo ſi alter litigatorum.Bar.in l.ſi poſtulauerit. in princ.ff.de adult.ſecus qñ pars eſſet abſens, tunc ſuis tantum expenſis mitti debet,ſm glo.& Bart.in l.2.§.fi.ff. ex quib.cau.in
4 poſ.eatur.† Sed tu caue, quia priuilegia debent eſſe inducta ſine præiudicio tertij.l.impuberi.ff.de admi.tut.l. cum filius.ff.de teſta.milit.Facit.l.nec auus.C.de eman.lib. Item caue, quia tex. in l.generaliter.§.his de præſentibus. C.eo.iſtud limitat arbitrio iudicis,& ita tenent Alb.& Lud. Rom.hic Limita iſtam l.procedere ex gratia,& curialitate : non autem, ꝙ iudex ex neceſſitate mittere teneatur,ſm Hoſt.Io.And.do.Ant.Abb.& Imo.in c.ſignificauit.in glo.2.de offi.ord.mouentur per text.in ratione ſui,in l.2.§.ſi prætes.ff.quis ord.in bon.poſ.ſer.Facit tex.in ratione ſui in l.iubemus §.fi.allegata in glo.Sed tene ↄ̄rium per iſtā
d tex.in ver.oportet , ᵈ qđ regulariter neceſſitatem importat, vt notatur in l.1.in prin.ff.de iuſti.& iur.ita tenet Pan.& d. Fran.de Arc.in d.c.ſi qui teſtium. Facit bonus text.in c.quamquam.14. q.2.ſequitur Alex.hic,& eſt de mente Imo.in l.cum ab initio.ff. quemad.teſt.aperian.Salyc.in Auth.ſed iudex. C.de epiſ.& cle.
5 ¶† Aduerte tñ, quia ad iſtum text.in verbo,oportet, vř poſſe reſponderi,ꝙ verbum neceſſitatiuum,etiam ſi illi adijciatur dictio præciſa,omnino,tñ importat ratione ſubiectæ perſonæ ſolùm honeſtatem,& non neceſſitatem,tex.eſt ſolēnis in c.1.iuncta gl.fi.in verbo omnino.de deſponſ.impu. quem ad hoc no. ibi Pan. Hinc videmus, ꝙ verbum oportet,exponitur pro decet.l.1.in prin.cum gl.ff.de iuſti.& iur.Tñ aduerte, quia pro illa parte,ꝙ imò iudex teneatur in iſta materia ex neceſſitate, facit
6 tex.in d.Auth. ſed iudex, iuncta illa regula, † ꝙ etiam verbum poteſt,

ADDITIONES.

a ¶Egregiæ perſonæ. Adde quæ dicantur egregiæ perſonæ, Spec.titu.de teſte. in §.ſequitur.ver.quid de preſbytero.

b ¶Communibus expenſis.Adde Bar.& Doct.in l.2.§.fi.ff.ex qui.cau.in poſſeſ. ea.Bar.in l.poſtu auerit.ff.de adult.Pet.de Anch.in c.2.de iud. lib.6.

c ¶Committitur conſilio ſapien.Adde Bal.in l.3. C.de adult. Io.de Imo.in cle. 1.circa fi.de ætate,& quali.

d ¶Oportet.Adde glo.in verbo oportebit.in c.2.de lit.cont.lib.6.glo.in c.cum ab vno.de iudi.lib.6.Bar.& Bal.in l.1.ff.de iuſt.& iur.Bal.in 1.conſti. C. Arch. in c.non oportet.3.q.6.

poteſt,quod eſt voluntarium,tñ quando eſt directum ad iudi-
cem,importat neceſſitatem,ita probat text.in l.1.iuncta glo.in
verbo poteſt.ff.de iuriſ.om.iud.& ibi Ang.& Raph.ex illo text.
7 colligunt iſtam regulam.† Secundò limita iſtam l.non habere
locum in cauſis criminalib. in quibus egregiæ perſonæ cogun-
a tur venire [a] ad iudicem, vt eſt gl.no.in c.1.de teſti.cogendis,&
3.q.9.c.teſtes,ita limitat Gemi.in c. præſentium. de teſti.libr.6.
Rom.no.397.& ratio eſt,quia in cauſis criminalib.examinatio
non poſſet committi notario,ſed requiritur, ꝙ ipſe iudex exa-
minet,vt eſt gl.no.in c.conſtitutus.in gl.pen.de fideiu.& gl.in c.
licèt mulieres.de iud.in 6.Io.And. & Ant. de But.in d.c.ſignifi-
cauit.de offi.ord.no.in c.cum cauſam.de teſti.& in l.3.§.diuus.
ff.eo.Certè æquius eſt egregiam perſonam potius venire ad iu
dicem,quàm ècontra,ſecus ergo eſſet,qñ ratione importantiæ
venire non poſſent,& ad hanc limita.vide Pan.& Mod.in d.c.ſi
8 qui teſtium.† Tertiò iſtam l.dum loquitur in egregia perſona,
limitat gl.in d.c.ſi qui teſtium.in glo.ſi iuncto tex. vt procedat,
qñ egregia perſona nõ poteſt propter verecundiam venire ad
iudicium: aliàs cogeretur egregia perſona venire ad iudicium,
ad idem vř gl.l.inuiti.in gl.mag.ff.de teſt. Facit text. in l.in ea.in
fi.ff.ex quib.cau.maio.per quem tex.vide , qđ dicit Bart.in l.pe-
cuniæ.in fi.ff.de adimen.leg. & in l.fideiuſ.in fi. ff. de fideiuſ.Iſta
limitatio mihi non placet , quia iſtud priuilegium non conce-
ditur egregiæ perſonæ propter paupertatem , aut propter ve-
recundiam : imò propter excellentiam perſonarum,& earum
dignitatem.Penultimò pondera text.in verb.valetudine, ꝙ ꝑꝑ
infirmitatem non cogitur quis venire ad iudicium.Facit text.
in d.c.ſi qui teſtium,& in d.l.inuiti.intellige,qñ eſſet grauis infir
mitas: nam ꝑꝑ leuem infirmitatẽ non procederet iſta lex. Fa-
cit.l.quæſitum.ff.de re iud.Vltimò pondera tex.in verbo iuſiu-
randum,ꝙ Iuriſcon.indefinitè dicit iuſiurãdum, quia per hoc
vř dicere,ꝙ iſte tex.poſſit verificari in quolibet iuramento. Fa-
cit tex.in Auth.ſed iudex.allegata in gl. ¶ Glo.prima diuiditur
in quatuor par.prout quadrupliciter exemplificat text. Secun-
da ibi,idem de dña.Tertia ibi,idem de ſenib. Quarta ibi,idem
de legum Doct. In prima par.ibi, vt ad Epiſcopos,extende ad
preſbyteros,& diaconos ſm Specu.tit.de teſte.§.ſequitur.verſ.
9 quid de preſbytero.In glo.ibi,idem de dña.† Adde,ꝙ illa l.pri-
ma alleg.in glo.nihil dicit de iuramento,ſed ſolùm dicit,ꝙ mu
lier materfam. pro cauſa priuata , vel etiã publica non poteſt
perſonaliter capi, vt ibi, & Auth.ſed nouo iure, quæ generali-
ter loquitur in qualibet muliere.C.de cuſto. reo.not. Barto.&
Angel.in l.nemo carcerem.C.de exa.trib.lib.10. Bar.in l.ſacrile-
gij.ff.ad l.Iul.pecu.Bal.& Sal.in l.1. C.qui bo.ced.poſ. Pan.in c.
ad petitionem.de accuſ.qđ intellige, niſi mulier renuntiaſſet in
aſſumptione tutelæ omni legum auxilio,ſm Bar.in Auth. ma-
tri & auiæ.in 1.col. C.qñ mul. tu. offi. fungi poteſt, & in l.ſi ſub
condi.ff.de teſtam.tutel.Secundò limita,niſi eſſet meretrix,ſm
Bal.in l.conſentaneum.in vlt.col.C.qũo & qñ iud.qđ vltimum
limita ſingulariter,niſi eſſet meretrix in matrimonio copulata.
per tex.no.in l.ſi vxor. in prin. in verſi. qualecunque matrimo-
nium.ff.de adul.Io.And.in addi. Spec.in tit. de iniurijs,& dam.
da.ſuper rub.Lud.Rom.in l.ſi vero.§.de viro.in 2.fal.ff.ſol.mat.
do.Alex.in l.plerique.ff.de in ius voc. Et hoc modo põt decidi
illud,de quo dubitauit Bar.in l.q. adult.C.de adul. ¶ In ea.gl.ibi,
idẽ de ſenib.adde meliorem tex.in l.ſemper.in prin.ff.de iu.im
mu.& quomodo intelligantur ſenes in hac materia,declarat d.
Ant.de But.in c.qm̃ frequenter.in prin.vt lit.non conteſt. vbi di
cit,ꝙ intelligitur de his,qui exceſſerunt 72.ann.tñ iſtud de ſeni-
10 bus non ſeruatur de conſuetudine,ſm Ang.hic. ¶ † In ea.glo.
ibi , idem de legum Doctorib. intellige actu legentib.tantum,
ſm Bar.in d.l.medicos.quamuis do.Fran.de Are.iſtud reprobet
in conſi.95.incip.Rñdendo breuiter.Aduerte etiam,quia Ray.
hic ſubdebat illud procedere tm̃ in Doct. iuris ciuilis, non Ca-
no.ſed Alb.hic, & melius tenet contrarium, ꝙ iſtud generali-
ter procedat in omnibus Doct. Adde, ꝙ iſtud etiam procedit
in aduocatis reipub.vel fiſci , ſm Barto.in l.1.C.de aduo.diuer.
b iud.Idem procedit in auditoribus ſacri palatij [b] Romæ: ita ex-
tendunt domini de Rota in conclu.97. quia ſunt Doct.etiam
excellentiſſimi , & hodiè non poſſunt inter Doct. ſacri palatij
aſſumi aliqui,niſi ſint Doct.& iterum examinentur, ſm Bal.in
11 c.ſcriptum.in vlt.col.de elec.† Aduerte etiam, quia poſſet du-
bitari,nunquid priuilegium iſtius l. habeat locum in licẽtiato,
& prima facie dicerem,ꝙ ſic, quia vbicunque agitur de fauo-
c re,& non ſumus in materia pœnali , licentiatus hř pro Doct. [c]
probatur in l.pen.ff.de teſtam.milit.per quem tex, ita determi-
nat Bal.in l.1.in pen. col.ff.ſol.mat. Petr.de Ancha.& Gem.in.in
procemio ſexti.in 2.col.Bal.in Auth.habita.in 6.col. C.ne filius
pro patre.de quo tñ vide etiam per Bar.in d.l.pen. & in l.athle-
tæ.in prin.per illum tex.in verbo coronari.ff.de excu.tuto. & in
c.cum quidam.in fi.de renun.In gl.ibi,& familia eorum, iſtud
non ſeruatur de conſuetudine,ſm Ang.& Alex.hic.An autem
priuilegia extẽdantur ad famulos, ponunt Doct. maximè Bal.
in l.1.C.de epiſ.& cle. ¶ Gl.in verbo domum.diuiditur in duas
par.Primò infert ex tex.& ſentit, ꝙ iuramentum veritatis non
poſſit per procuratorẽ præſtari,facit l.generaliter.§.his de præ-
ſentib.C.eo.qđ limita, vt per Bart.in l.qui bona.§.qui alieno,in
4.q.ff.de dam.infect.& Alb.hic.Secunda ibi,arg.contra.gl.opp.
& non ſoluit.ſolue,ꝙ tex.hic nõ dicit, ꝙ ipſe iudex vadat, hoc
enim eſſet inconueniens,vt in contrario.

ADDITIONES.

a ¶ Egregiæ perſonæ cogũtur venire. Adde Doct.in c.cũ cauſam.de teſt.Doct.
in cap.Rom.in §.contrahentes.de for.compe.lib.6. Doct. in Auth.apud elo-
quentiſſimu m.C.de fid.inſtru.
b ¶ In auditoribus ſacri palatij.Adde Rot.deciſ.89. in nouiſſimis.
c ¶ Licentiatus habetur pro Doctore. Adde Fely.in c.eam te.in 1.col.de reſcri.

SVMMARIVM.

1 *Actio furti inter virum, & vxor.non habet locum, ſed rerum amota-
rum,& an infamet, vel oriatur actio iniuriarum.*
2 *Super libello inepto nil poteſt fieri,& illa exceptio ſemper poteſt op-
poni ibi.*
3 *Exceptio,per quam dicitur ſententia nulla,an poſſit poſt illam opponi.*
4 *Quando quis habet exceptionem impedientem litis ingreſſum , non te-
netur iurare.*

LEX XVI.

SI patronus. Non cogitur qs iurare ſu-
per actione,quæ contra eũ
proponi non poteſt.h.d. primò, & patrono remit-
titur iuramentum calumniæ.hoc ſecundò.Nam il-
le,qui defert iuramentum,cogitur primò iurare,ꝙ non defert
animo calumniandi.l.iuſiurandum, & ad pecunias.§.qui iuſiu
1 randum.ĩ.eo.† Et præmitte,ꝙ actio furti, quia turpis, non cõ-
petit inter vir.& vx. ſed eius loco competit actio rerum amo-
tarum.l.1.ff.rer.amo.quia licèt infamet de facto, vt hic in gl.tñ
non infamat de iure,ſecundum gl.in l.2.C.rer.amo. ſpeciale tñ
eſt,qñ patronus accipit libertam in vxorem , iſto caſu non cõ-
petit etiam actio rer.amo.quia ipſa liberta ſic cenſeretur acce-
piſſe munus inæſtimabile à patrono. Nunquid actio iniuriarũ
conſtante matrimo. intentari poſſit per maritum contra vxo-
rem , vel èсontra ? Videretur dicendum , ꝙ non ex prædictis, &
ita tenet Lud.Ro.in l.diuortio.§.ſi fundũ.ff.ſol.mat. Veritas eſt
in cõtrariũ, prout ſingulariter tenet Bar.in d.l.diuortio.§.ſi vir
in fundo.& ibi multum commendat do. Alex.dicens ſe de fa-
cto ita Paduæ conſuluiſſe : licèt tunc non fuiſſet de Bar.ibi re-
cordatus. ¶ No.ex hoc tex.ſm Lud. Ro ꝙ ſi patronus capiat li-
bertam in vxorem,non per hoc deſinit eſſe liberta. Tu dic hoc
eſſe propter l.homo liber.ff.de ſtat.hom. vide tñ nouam deciſ.
2 Imo.in l.fi.C.commu.de manu. ¶ † Not.ſecundo in verſi. non
compellitur. ſm Mod. ꝙ ſuper libello inepto ratione actionis
propoſitæ non competentis,nullus actus deciſiuus fieri poteſt,
vnde arguendo à iuramento ad ſententiam.l.2.ſ.eo.hic vř pro
bari, ſm Mod. ꝙ ſententia lata ſuper inepto libello, eſt ipſo iu-
re nulla.Tu dic hoc eſſe verum in ſe,prout dixi multa allegan-
do in l.vinum.ſ.tit.1.tñ iſte text.nihil probat.quia dicit non cõ-
pelli iurare,tñ ſi iuraretur,an ſit ipſo iure nullum,vel ne,tex.vl-
tra non procedit. Et per hæc puto nõ probari ex hoc text.illud
qđ no.Bal.Ang.Lu.& Alex.hic, ꝙ exceptio ineptitudinis libelli
poſſit qñcunque etiam poſt ſententiam opponi : tamen verũ
eſt in ſe,vt eſt bonus tex.in c.cum dilecti. de empt.& vendi.&
ibi Imo.in 2.col.ad hoc no.illum tex.poſt Pet.de Anch. qui di-
cit ſe ſæpius audiuiſſe Bal. allegantem illam Decret.ad hoc.&
Pet.de Anch.& Imo.in cle.conſti.de elect.Cyn.& Bal.in l.licèt.
C.de procu.Ang.in l.licèt.ff.de offi.aſſeſ. Facit tex.in l.liberorũ.
§.ꝙ ſi libelli.ff.de accu.facit doctr.Bar.& Docto.in l.1.C.de iur.
3 & fac.igno.videlicet, † ꝙ omnis exceptio,per quam dř ſenten-
tia nulla,poteſt poſt illã opponi. Limita,qñ libellus eſt ineptus,
ratione actionis intentatæ , ſecus ſi eſſet ineptus ex perſona li-
bellantis.tex.eſt not.in l.poſthu.§.ſi quis ex his.ſ. de inoffi. teſta.
de cuius intellectu vltra Doct.ibi,& Lud.Ro.hic, vide Bal.in l.
fi.ad fi.C.de fideicom.lib.Secundò limita,niſi libellus poſſit ali-
quo modo ſaluari,etiam impropriando vocabula,per ea,quæ
plenè recollegi circa ſaluandos libellos in l.ſed & ſi poſſeſſori.§.
itẽ ſi iurauero.ſ.e.Tertiò limita in cauſis, in quibus libellus de
neceſſitate requiritur,aliàs vbi non requirit̃ libellus,eius inepti-
tudo non vitiat.gl.eſt in l.vinum.in glo. magna ad fi.vbi dixi ſ.
tit.1.Quartò limita, niſi probationes aptæ conualidarent libel-
lum ineptum,vt per Bald.& Lud.hic,de quo vide Cano.maxi-
mè Ant.de But.& Pan.in c.cauſam. primo.de teſtibus. Spec.in
tit.de

tit.de act.& petit.§. ſequitur. verſi. hic quoque non eſt prætermittendum,& verſic.quid ſi præponit,& ibi Io.And.in addi.& in tit.de teſti.ſpol.§.1.verſi.ſed pone egi.& in tit. de ſententia.§. qualiter.verſi.quid ſi is. Bald.in l.2.in 3.col.C.de fru. & li.expen. Lud.& Mod.in l.nõ ſolum.§.ſed vt probari.ff.de oper.no.nun. Quintò limita,niſi ſit ineptitudo, quæ purgetur per lit.conteſt. vt probatur in l.nuda.& ibi Bal.ad hoc.no.illum tex. C.de contrahend.& commit.ſtipu.Sextò limita,quñ ſententia fuiſſet lata virtute confeſſionis partis, quia ex quocunq; inordinato proceſſu poteſt ferri ſententia valida,iuxta doctrin.Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.réo.cum concor.de quibus hic per Lud.Rom.

4 † Vltimò not.ex eo text.ſm Pau.de Caſt.& Alex.hic regulam, ꝙ vbicunq; quis habet exceptionem impeditiuam litis ingreſſum,nõ cogitur iurare,& ratio eſt,quia cum iurm habeat vim lit.cont.vt vidiſtis in l.nam & poſtea.§.ſi is qui tpali.ſ.eo.ſi exceptio impedit litis ingreſſum,ergo non cogitur iurare, allegant etiam l in ꝯtib § illo.C.de non nu.pec. ſed melius facit tex.in l.tutor.§.fi.& ibi Bal.& Mod.ad hoc not.ſ.eo.ſicut nec cogitur compromittere, quamuis ſtatutum arctet ad cõpromiſſum, ſecundum Bald.in l.ſi iudex.in fi.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien. iur.Bal.Sal.& Ful.in l.ſi fratris.per illum text.C.de tranſac.& ibi Alex.exclamat dicens,ꝙ de facto habuit,& obtinuit. Lud. Ro. in repe.rub.ff.de arb.in 18.col. Vltimò not.ꝙ licèt patrono non remittatur iuramentum veritatis.l.quoties.ſ.eo. tñ bene remittitur iuramentum calumniæ,& propterea examinant hic Gul. Alb.& Alex.an ſicut patrono, & patri remittitur iuramentum calumniæ,ita ècontra filio,& liberto. de quo per Bart.& ibi dicam in l.iuſiurandum & ad pecunias.§. iuſiur.ſ. eo.

SVMMARIVM.

1 *An valeat conuentio,quòd de damnis,& intereſſe ſtetur iuramento partis,& an poſſit iudex taxare ſi excedit.nu.5.*
2 *An partes poſſint conuenire,quòd ſtetur priuatæ ſcripturæ vnius, vel dicto vnius.nu.3.& 6.*
4 *Papa, & Imperator non poſſunt ſtatuere, quòd ſtetur dicto vnius in præiudicium alterius.*
7 *An iuramentum promiſſorium de futuro, ſit modus inducendæ obligationis,& quid de iure cano.nu.8. & 9.*

LEX XVII.

IVſiurandum, Quod ex conuentione. Iſtud principium legitur altero de duob.modis.vno modo ſm gl.primam,Bar.& communiter Doct. ꝙ hic ponatur limitatio ad regulam.l.iuſiuran.& ad pecunias.§.ait prętor. & l.manifeſtè turpitudinis.ſ.eo. ꝙ ille, cui defertur iurm,tenetur alterum de trib.facere,aut iurare,aut referre iuramentum, aut ſoluere: illa regula non procedit in iuramento voluntario, qđ extra iudicium defertur,in quo non tenetur quis referre iuramentum, ſi nolit ipſe iurare. iſte intellectus in ſe eſt bonus, prout tenet etiam Bart.iñ d.l.manifeſtæ.ſ.eo.ſed non bene congruit literæ,ibi referri nõ poteſt.Secundo modo legitur,& no. ſm Sal.& ante eum Mar.Sil.& Alb.hic, ꝙ quñ conuentum eſt, ꝙ vna pars debeat iurare, ſi illa nolit poſtea iurare, ſed velit referre alteri parti,ꝙ non poſſit. Ratio,quia iurm,qđ à prin.fuit voluntarium,poſtea effectum eſt neceſſarium. nã quæ à principio ſunt voluntaria, poſtea rediguntur ad neceſſitatem. l.in cõmodato.§.ſicut.C.commo.& l.ſicut.C.de act.& obli.Item à forma conuentionis non eſt recedendum.l.1.§. ſi cõuenerit.ff. depo.& tu pondera,ꝙ iſtum intellectum ſenſerunt Gul.& Bar. hic, inducendo ad quæſtionem, quam ſtatim referam. Nam ſm primum intelle.iſte text.nihil faceret. Inducitur ergo iſta.l.

1 per Gul.& Antiquos,& Bar.hic,† an ſi in inſtro conuentum ſit, ꝙ de damnis,& intereſſe ſtetur ſolo iuramento partis, an talis conuentio valeat?Dy.in l.2.ff.de præto.ſtip.tenet,iſtam conuentionem valere principaliter per iſtum tex. Dubium verò facit, ꝙ non, quia inuitaret ad periurandum, & ſic ad delinquendũ. ꝯ.l.conuenire.ff.de pac.dot. & ita per hãc rationem tenet Spe. in tit.de prob.§.videndum.ver.quid ſi ibi dicitur, & Cyn. in l.ſi quis in conſcribendo.C.de epiſ.& cle.Non ob.tex.hic, quia rñdet,& bene,ꝙ ſuper debito iam ꝯcto bene poteſt deferri iuramentum,ſed ſuper debito ꝯhendo in futurũ non,ratione prædicta.Pro iſta opi.Pau.de Caſt.in l.videamus.§.deferre.ſ.titu.1. ponderat ibi eſſe tex.dum dicit, ꝙ iudex debet deferree,rgo in eo,ꝙ ad iudicem ſpectat, partes conuenire nõ poſſunt, ſed ille tex.nihil facit,quia loquitur in iuramento extraiudiciali. Concludc veram,& cõem ſententiam eſſe,ꝙ talis cõuentio valeat,
* quam tenet Bar.& cõiter Docto.hic,& dicit Alb hic,qđ *iſta eſt*
a *communis opi.* [a] & ita ſeruatur.Eam tenent Dy. & plenius Bar.& Mod.in l.fi.ff.de præto.ſtip.& Bar.in conſ.168.inc. Quidam habens bona communia.Bal.in c.tuis.de teſti.in l.1. C.de ſen.quæ ꝓ eo, ꝙ intereſt.& l iubemus.C.de iudi.Imo.in l.cuſto.ff.de pu. iudi.Io.de Ana.in conſi 31.incip.Præſuppoſito,ꝙ pœna in vlt. col. Nec obſt.ꝙ datur materia deierandi, quia poterit peti reductio ad arbitrium boni viri, ſm Bar.& Doct.in locis prælle. quia iuramentum habet in ſe tacitam conditionem,ſi æquè iuratum ſit.l.ſi libertus iurauerit.ff.de bon.libe. imo tenet Ray.in d.l.ſi quis in conſcribendo, ꝙ ſi actor excederet modum in iurando, poſſet iudex adhuc poſtea taxare. ſequitur, & reputat æquiſſimũ Alex.in conſ.137.incip.Viſo,& opportunè diſcuſſo proceſſu.in pen.col.in lib.2.Aduerte tñ, quia licèt iſta ſit communis opin.tñ in puncto iuris poteſt teneri contrarium, ꝙ iſta conuentio nihil valeat,& vltra Spec.& Cy. ita tenet Bar.in cõſ. 168.qđ inci.Bononienſis quidam.ita etiam tenet Sal.hic, & reperio,ꝙ ita conſuluit d.Sigñ.de Hom.in conſi.156.incip.Factũ ſic ſe habet,quidam fecit teſtm̃.in 2.dubio.& in conſi.38.quod incip.Cùm in inſtru.debiti. Nõ reperio tñ,ꝙ adducant aliquid, ꝙ vrgeat,niſi ꝙ inuitaret ad delinquendũ.vltra tradita per ſcri-

2 bentes moueor pro iſta parte : nam videmus, † ꝙ partes non poſſunt expreſſo conſenſu conuenire,vt ſtetur priuatæ ſcripturæ vnius, ſm Inno.in c.cum P.tab. poſt medium.de fid.inſtru. quaſi iſta conuentio eſſet contra ius diuinum, gentium, & oẽs rationes: ergo multominus debet valère conuentio de ſtando ſimplici dicto vnius, & illã deciſ.Inn. ſequitur Lud. Ro.in l.admonendi.in 19.col.ſ.eo.& in l. nuda ratio. in pen. col. ff.de do. & in conſi.204.qđ incip. Pro diſcutienda veritate thema.& in conſil.ſeq. qđ incip. In propoſito puncto, breuiter dicendum. Bal.in l.Imperator.in vlt.col.ff.de ſtatu hom.qcquid teneat idẽ

* *& omnes Mod* ibi,& ad hoc vide,quod not.Bald.in l.2.in §.quod obseruari.in 3.colum.C.de iur. cal. Ideo oportet, quòd in practica bene aduertas. Secundò limita, & intellige singulariter multum, vt procedat in syndico alicuius ciuitatis, vel villæ, quia cùm tale officium censeatur publicum, certè talis syndicus intelligitur habere mandatum cum libera. ita loquitur. d. l.præses. cum sim. secus esset in syndico electo à collegio, vel vniuersitate non habente vniuersitatem territorij, ita singulariter Cyn. (& reputatur dictum not.) in d.l.1.C.etiam per procu.& ibi sequuntur Alb.& Bald.in d.l.1.§.1.& pulchrè Paul. de Castr.in d.l.iusiurandum,& ad pecunias.§. defensor. j̄. eod. & ad hoc vide pulchram gloss. quæ propriè debet sic intelligi in l.item magistri. ff. de pact. Contra s. scripta omnia vrget vnus text. qui in communi allegari non solet, & valde turbat istam materiam in l.1.in princip.in versic.denique.ff.de offic. procur. Cæs.& ibi Bald. exprese not. illum text. pro valde singulari, ad limitandum iura quæ volunt, quod procurator generalis,vel vniuersalis cum libera, possit facere ea,quæ posset,si haberet speciale mandatum,vt hoc text.& dict.l.procurator, cui libera. Istud est verum, quando habet mandatum vniuersale cum libera expresè appositum ab homine, vt hic, & dict. l. procurator cui libera.secus est, quando habet vniuesale cum libera à lege,vt sunt tutores,& publici administratores,vt dicit gloss.in dict.l.mandato generali. in gloss. final.in fi.Et ideo procurator fisci, licèt habeat mandatum generale cum libera, quod habet à l.non potest alienare,vel transigere,vt dicit text. in dict.versic.deniq;, & tamen si haberet ab homine,posset d. l. procurator cui libera. Ille text. multum me turbat in hac materia,& doctr. Bald. vbi not. illum text. cùm in contrarium sit expressum in dict. l. præses. vbi omnes alij not. C. de transact. vbi administratores ciuitatis ex quo habent mandatum cum libera à l. vt per gloss.in dict.l.mandato generali, possunt transigere, modo bona fide faciant. Vnde cogita si potest dici, quòd in dict. versic.denique. sit speciale in procuratore fisci, vt quamuis habeat mandatum generale cum libera, non possit transigere fauore fisci. ¶Gloss. in verb. exceptione. diuiditur in tres part. prout timore vnius contrarij tripliciter intelligit text. Secunda ibi, sed pone fortè. Tertia ibi, vel expone secundum Io. Et aduerte,quòd licèt Bartol. expediat gl. ꝑ quæstionem,tu melius expedias opponēdo,vt hic facit Alexand. nam text. videtur malè dicere, dum dicit opposita scilicet exceptione, quia contra reum non obijcitur exceptio per actorem, sed replicatio, sed ipse reus est, qui opponit exceptionem, cùm exceptio sit actionis exclusio. l. 1. & 2. ff. de except. Gloss. tripliciter respondet, vt in ea, & de-
* clarat Bartol. hic in 2. colum. *& secunda est communis*, licèt Angel. & Ludouic. reprobent, quia non conueniret huic titul. de iureiuran. & leges debent conuenire titulis. l. Imperatores. de in diem addict. leuis est reprehensio, non curo. Tertia est bona, declarando, vt hic per Bartol. nec videatur mirabile, quia etiam alibi exceptio capitur pro replicatione, in l. 2. ff. de excep. & in l. nam & postea. §. si minor,

nor.vbi dixi.ſ. eo.¶Glo.magna in ver.docere.Eſt aduertendũ,
quòd tota iſta glo. eſt extracta ex ſumma Azo. C.eo.in 3. col.
in verſi. ad hanc autem doctr.ſic peruenitur. vbi Azo clarius
poſuit totam iſtam glo.Pau.de Caſtr.& d.Alex.diuidunt iſtam
glo.in duas partes princip.ego diuido in quatuor partes.In pri-
ma gl.intendit declarare, quomodo perueniatur ad hanc do-
15 ctri.† ꝙ cautio de rato parum proficiat iuranti, enumerando
quatuor caſus, qui contingere poſſunt. In 2.part. princip. quæ
eſt ibi,ſed certè.glo.proſequitur primum caſum, opponendo.
In 3.quæ eſt ibi,item ſi dicas,proſequitur tertium caſum.In 4.
quæ eſt ibi, in quarto, proſequitur quartum, & vlt.caſum.Et
aduertendum eſt, ꝙ tota iſta gl.facta eſt,vt declararet illud,ꝙ
obſcurè dixerat litera in text.dum dicit, nec multum ei profi-
cere, &c. Innuit enim, quòd cautio poſſit aliquid prodeſſe,
16 ſed non multum. quid ſit iſtud,litera nõ aperit.† Et propterea
ad iſtud oſtendendum dixit glo. ꝙ nõ eſt audiendus procura-
tor,de cuius mandato dubitatur,deferens iuramentum,ſi prę-
ſtet cautionem de rato, & promittit,ꝙ dñs ratificabit:aliàs te-
neatur ad totale intereſſe, certè talis cautio parum ꝓdeſſet ip-
ſi iuranti, quia ſi poſtea contingat, quòd dominus non habeat
ratum tale iuꝛm,ſed denuo agat ꝯ iſtum,qui iurauit,certè cõ-
tinget neceſſariò vnus de quatuor caſib. quia plures euenire
non poſſunt. Aut enim iſte, qui iurauit, ſñiam obtinebit pro
ſe, aut ſuccumbet,& iniuſtè per iniuſtitiã iudicis, & iſtis duob.
caſib. cautio parum prodeſſet iuranti: ex quo procurator ſo-
lùm tenebitur ad expenſas ex cautione de rato: ſi autem ſuc-
cumbat iuſtè,vel ſi iudicium adhuc pẽdeat,cautio parum pro
derit iuranti,quia altero caſu, quãdo ſententia erit iuſta, appa-
rebit eum iuraſſe falſum. In vlti. verò caſu, donec pendet lis,
procurator ad nihilum tenetur, quia nondum apparet quan-
tum interſit iurantis,ſecundum Bart.Gl.ponẽdo iſtos quatuor
caſus, arguit à ſufficienti partium enumeratione, & ideo ſm
Bar.ſi oſtendatur aliquem caſum non eſſe verum, argumenta-
tio gl.erit falſa.Et propterea Bar.laborauit examinando vnum
quemque caſum,ſed certè labor Bart. fuit ſuperfluus, quia vt
dicunt Fulg.Pau.de Caſt.& do.Alex.hic,non eſt verum,quòd
in omni caſu ex 4.caſib.gl.debeat ꝓcedere arg. qa ſatis eſt oſtẽ-
dere,quòd aliquo caſu, qui euenire poſſet ex quatuor, cautio
rati non plenè prouideat iuranti, ad hoc, vt procurator non
audiatur volens iuramentum deferre, quia quoties cautio de
rato præſtita per procuratorem nõ plenè prouidet, certè non
eſt audiendus procurator cum tali cautione.l.qui ita. §. 1.ff. ad
Treb.Ratio,quia per interuentũ ipſius procuratoris non debet
fieri deterior conditio litigantis, quàm ſi dominus compare-
ret.l.2.§.defendi.ff.ex quib.cau.in poſ. ea. Imò teneo, ꝙ cautio
de rato plenè prouideat iuranti in primo caſu gl. qñ dñs agẽs
ſuccumberet, & ferretur ſñia pra ipſo iurante: certè cautio de
rato ſibi plenè prodeſt, quia ex quo obtinuit ſñiam pro ſe,ni-
hil ſua intereſt,niſi pro expenſis, quas fecit in lite, & cùm pro-
curator ex cautione de rato teneatur ſibi ad oẽs expenſas litis,
& ſic in totũ ad omne illud, ꝙ intereſt: certè cautio de rato in
iſto primo caſu plenè prouidet iuranti,& ſic fruſtratorium eſt
illud, quod quærit Bar.Item plenè prouidet in ſecundo caſu,
qñ fertur ſñia ꝯ iurantem, & fertur iuſtè, quia cùm iuſtè, non
intereſt iurantis, niſi de expenſis litis, & ſi illas expenſas ſoluat
procurator,ſatisfactum eſt iuranti. Bene verum eſt, quòd iſto
caſu efficitur deterior conditio iurantis per interuentum pro-
curatoris,quàm ſi principalis interueniſſet, quia ſi interueniſſet
principalis dato iureiu.nihil vltra poſſet quæri,tamen hic quę-
ritur, qñ iuꝛm eſt delatum à procuratore. In tertio autem ca-
ſu, quando dñs obtineret ꝯ iurantem, & iuſtè,tunc bene verũ
eſt, ꝙ cautio de rato non multum prodeſſet ipſi iuranti, quia
ex quo ſñia eſt lata ꝯ eum iuſtè,apparet,ꝙ illud,quod iurauit,
eſt falſum, & ſic per talem ſñiam detegitur periurium ſuum,
& ideo licèt ex ſtipulatione de rato conſequatur à procurato-
re omne damnum pecuniarum: tamen quia non conſuluitur
famæ & honori, apparet, quòd cautio non multum prodeſt,
quia non prouidet in totum, & quia iſte caſus poſſet euenire,
propter iſtum caſum ſolùm licitè recuſatur iuꝛm delatum
per procuratorem cauentem de rato, quia dubitatur de man-
dato:& iſtum caſum tantum cõſiderauit tex. noſter,quicquid
dixerint glo.& Bart.& in hoc propriè conſiſtit ſubſtantia intel-
lectus text.noſtri.Videamus nunc gl.per ſingulas partes. ¶Pri-
ma pars gl.eſt clara, & dum gl. in fin. iſtius primæ partis ibi, &
ſic ſtipulatio non committitur, vt videtur. Aduerte quid ve-
lit dicere glo.Vult dicere, vt videtur. j̃. in fin.iſtius glo. vbi glo.
dicit, quod ſi adhuc pendeat iudicium inter dominum prin-
cipalem,& eum cui promiſſum eſt de rato, ſtipulatio de rato
nihil committitur: quia incertum eſt,quid ſequatur. ¶Sum
nunc in 2.parte glo.ibi,ſed certè in primo caſu.in quo glo.for-
titer opponit, quòd imò ſi iurans,cui fuit cautum de rato, ob

tineat ſententiam pro ſe, quòd tamen procurator debeat te
neri ad totale intereſſe, opponendo de l. procurator adexhi
bendũ.in §.1.ff.rem rat.hab.Gl.reſpondet,& malè & reprehen
ditur per omnes.& Bar.diffuſius,quàm oporteat: quia iſte tex
generaliter loquitur in quocunque procuratore, quia paria
ſunt,non habere mandatum, vel habere, & non apparere, vt
* hic diffuſius per Bart.quem vide.Vera ergo, *& communis ſolutio
eſt*,quam ſentit ibi text.& Bart.& omnes hic ponunt. vide eam
per Bart. hic, & per iſtam ſol.apparet, quòd in primo caſu gl.
cautio de rato plenè prouidet iuranti, ſi iſte caſus eueniret,
quicquid dicat Bartol. qui malè conſiderauit materiam. ¶Sũ
in 2.parte glo.ibi, item ſi dicas.in qua glo. proſequitur tertium
caſum, & quia in iſto tertio caſu conſiſtit propriè ſubſtantia
17 text.noſtri, volo iſtum caſum bene enucleare.† Pone,procu-
rator agens contra me reum, defert mihi iuꝛm, & quia dubi-
tatur, nunquid habeat mandatũ ad hoc, præſtat mihi cautio-
nem,quod dominus habebit ratum iuꝛm, aliàs promittit om-
ne damnũ,& intereſſe,datis fideiuſſorib.ego iuro,poſtea domi
nus non ratificat: poſtea non obſt.iuꝛo meo,quia nihil ſibi no-
cet,& non attenta cautione procuratoris, de qua dominus nõ
curat, agit dominus ꝯ me iurantem, & petit illud,ſuper quo
iuraui, fertur ſñia iuſta in fauorem dñi de directo cõtra iuꝛm
meum: punctus eſt videre, nunquid cautio de rato, quam
pręſtitit mihi procurator, iſto caſu mihi plenè prouideat, vel
ne.Primò videt̃,ꝙ nõ, imò plus, ꝙ ego nõ poſſum ad aliquid
agere ex ſtipulatione de rato ꝯ procuratorem ipſum, quia ex
quo fuit lata ſententia contra illud, ꝙ ego iuraui, ſi ego age-
rem allegando ſententiam ꝯ me latam, ego detegerem per-
iurium meum, & nos habemus, quòd allegans turpitudinem
ſuã non eſt audiẽdus.l.tranſactione finita. C.de tranſa. qa ergo
ego nõ poſſum agere, niſi detegam periurium meum,hoc eſt
ſñiam latam ꝯ id, ꝙ iuraui, & allegans turpitudinem ſuã non
eſt audiendus,vr̃ ꝙ non poſſim agere.Contra vult text. ꝙ non
obſt.ꝙ oſtendam de periurio,poſſum agere ex cautione de ra-
to.ibi, ſiue ex ſtipulatione de rato agat. & ſic præſupponit, ꝙ
poſſum agere, & ſic hinc, atque hinc difficultas. Et ſic ſi dicis,
ꝙ non poſſit agi,dicis ꝯ text.Si dicis, ꝙ poſſit, dicis ꝯ regulam
iuris, ꝙ allegans turpitudinem ſuam non eſt audiendus. Azo
videns hanc difficultatem, habuit modo vnam opin. modo
aliam,vt dicit glo.Primò ꝑꝑ timorem regulæ, ꝙ allegans tur-
pitudinem ſuam non eſt audiendus, tenuit, ꝙ iſte iurans non
poſſit agere ad damnum ſortis principalis, quia detegeret per-
iurium ſuum, ſed bene poterit agere ad vſuras condemnatio-
nis, quas paſſus eſt vigore ſententiæ, in quibus non eſt periu-
rus, quia ergo iſto caſu cautio non prouidet in ſorte principa-
li, ſed ſolùm in acceſſorijs, ideo dicit text. non multum pro-
deſſe cautionem,tamen iſta prima opi.Azo. non tenetur, quia
reſtringeret text. & diuinaret. Ideo Azo poſuit ſecunda opin.
quę eſt vera, ꝙ iſte iurãs,qui iuſtè ſuccũbit,poterit ex cautione
de rato agere ꝯ procuratorem ad totale intereſſe, non obſtan.
quòd alleget turpitudinem ſuam, & à procuratore conſeque-
tur omne damnum pecuniarium, ſed tamen patietur infa-
miam, detegendo periurium, & quia famæ non prouidetur,
ideo text.dicit non multum proficere cautionem, cùm neceſ-
ſe habeat docere periurium ſuum, & iſtud eſt, quòd propriè
18 voluit dicere hic text.nec aliud vnquam cogitauit.† Et ad ar-
gum.quòd allegans turpitudinem ſuam non ſit audiendus,re-
ſpondebat Azo,quòd fallit hic,& ratio fallentiæ eſt, quia cùm
procurator ſit ille, qui iuramentum detulit, non poterit ſibi
obijcere,quòd alleget turpitudinem ſuam.l.qui iuraſſe.§.ſi pa-
ter. infra eodem. Tu reſponde melius ſecundum Petr.de Bel-
* laper. *Barto.& omnes*,vt hic per Bart.quia argum.eſt verum,ni-
ſi turpitudo ſit per alium detecta, vt eſt hic, quia fuit detecta
per ſententiam,vt hic per Bartol.in 5.colum.in princip. Et iſto
modo habes nitidè, & pulchrè declaratam 3. partem gl. ¶Iu-
xta hanc partem Bartol.not.ex text.& gl. duo. Primum, quòd
poteſt quis licitè recuſare iuramentum,quòd ſibi defertur,qñ
licitè timere poteſt,ne alio poſtea agente detegatur periurium
ſuum. Vnde infert. ꝙ ſi ex duob. hæredib.vnus ageret, & vel-
let deferre iuramentum conuento, poſſet reus licitè recuſare,
quia alio agente poſſet detegi periurium ſuum, & per hoc di-
cit, quòd in l. ſi duo patroni. ſupra eodem, poterat libertus,ſi
voluiſſet,recuſare iuramentum delatum ab vno ex duob. pa-
tronis. Adde, quòd iſtam regulam repetit Bart. in l. eum, qui.
§.pen.& in l.manifeſtæ turpitudinis. j̃. eo.Bald.in l.generaliter.
§.1.in fin.C.eod.Iſtam regulam Bart.& illationem, quæ nimiũ
eſt generalis, reprehendunt Moder. Fulgoſ. Paul. de Caſtr. &
Ludouic.Rom. & dom.Alex.hic,& Fulg.in l.manifeſtæ. j̃. eo.
viua ratione, quia attenta generalitate regulæ Barto. ſequere-
tur, quòd ſi ego poſſiderem iſtam domum, & deferres mihi
iuꝛm,ꝙ domus eſt mea,ſequeretur, ꝙ poſſem iuramẽtum re-
cuſare,

cusare, quia alius posset postea agere ad istam domum ꝯ me, & detegeretur periurium meum, & sic non posset vnquam deferri iurm in rei vend. nec ēt in pet. hær. l. sed & si possesso. in prin. & in §. fin. s. eo. sed illi text. parum obstant, quia non dnt, an possit recusari, sed quis sit effectus. Nec obstat tex. iste, qui loquitur, qn timetur, ne detegatur periurium per aliam personam, quæ non sit penitus extranea, vt dñs procuratoris, secus si sit persona penitus extranea, nec text. in l. si duo patroni. s. eo. aliquid stringit pro Bart. nec ꝯ Bart. nisi restringatur, vt hic per do. Alex. quia si vnus detulit iurm, & iurauit, postea alius agit, & probet, non detegitur periurium, quia stat simul, ꝙ non
19 fuit libertus primi, sed secundi sic. ¶† Not. tñ ex 3. perte gl. ibi, & sic non periurauit quo ad eos, ꝙ iurm præstitum super principali, non extenditur ad accessoria: simile in restitutione facta super principali, quæ non extenditur ad vsuras, & sic ad accessoria. l. fi. §. Lucius Titius. ff. de condi. indeb. Bal. & Lud. Ro. hic, & simile dicimus in restitutione facta à principe nominatim ad bona, ꝙ non extenditur ad fructus perceptos. tex. in Auth. idem de Nestorianis. C. de hæreticis. quem ad hoc notat, & reputat singularem Ang. in l. Gallus. §. & quid si tñ. ff. de lib. & posth. & Lud. Rom. hic, idem tenet Bal. in c. dño guerram. in tit. hic finitur lex. & in l. nam ad ea. ff. de legi. & in l. fi. in 8. col. C. de sen. pass. Alex. in d. §. & quid si tñ. in 19. col. licèt *omnes indifferenter* ita teneant, puto ꝯ hoc vltimum posse nouiter teneri, ꝙ si princeps restituat ad bona, & vtatur verbo, restituo, habente plenam significationem, ꝙ intelligatur etiã restituere ad fructus: & pro hoc allego duos text. expressos. l. in condemnatione. §. 1. ff. de reg. iur. & l. videamus. §. in fauiana. ff. de vsur. Facit, ꝙ multum not. dicit Bal. in rub. C. de fru. & lit. expen. Nec dicas, ꝙ ille ll. loquantur, qn verbum restituo profertur à l. cũ princeps sit lex animata in terris. §. pe. in Auth. de consul. collat. 4. gl. in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. Et ad dictam Auth. idem de Nestorianis. rñde, ꝙ ideo est, quia ibi lex vltra processit declarando, ꝙ non vult fructus venire. Cogita, quia puto, ꝙ sit subtilis, & noua conclu. ꝯ omnes. Ruertẽdo ad conclusionem gl. ꝙ iurm super principali non extendatur ad accessoria, adde, quod eam tenet Lud. Ro. hic, sed Alex. reprehendit per text. in l. sed & si possess. circa fin. prin. in ver. & fructus. s. eo. sed salua gl. sm Lud. ꝙ loquatur in periurio, ꝙ cũ sit odiosum, non extenditur, per regulam. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. Scdm not. Barto. est, ꝙ quis audiatur allegans turpitudinem suam, qn est ab alio detecta. Hinc sumpta occasione plenè examinat Barto. an & qn audiatur allegans turpitudinem suam, & facit quinque casus principales, & cum eius doctr. alij transeunt, & Bald. hic licèt per alia verba, & per omnia Sal. in l. transact. finita. C. de transact. Pan. in c. cum super. de conces. præben. ponit Bald. in rep. l. cũ mulier. ff. sol. mat. in l. 1. in 3. col. C. de cond. furt. in l. 1. in vltim. colum. C. de fur. Tu autem vltra dicta omnium
20 etiam Mod. hic, † adde circa primum casum Bart. inquantũ
a concludit, ꝙ licitum est allegare turpitudinem, ᵃ & in damnũ suum, patet, quia licitum est confiteri se commisisse homicidium, vel aliud delictũ, & statur confessioni in dãnum ꝯfitentis. iurib. alleg. per Bar. & est text. no. in l. si is, cum quo. ff. de confess. & dicit Bar in l. 1. in 2. col. C. de confess. ꝙ si aliquis confiteatur se occidisse vnum hoiem, qui re vera est occisus, sed alius cũ occidit, & non confitens: tñ iste confessus ex cõfessione sua punitur, prout est text. clarus in d. l. si is, cum quo. Ego intelligo illum text. & Bar. ꝙ procedat quantum ad puniendum ciuiliter, prout loquitur ille text. hic allegatus per Bart. sed non credo, ꝙ ꝓcedat quo ad puniẽdũ criminaliter, sm Io. And. in addi. Spec. in tit. de confessis. §. postremò. ver. cæterum. Ang. in d. l. si is, cum quo. Io. de Imol. in l. si quis. in 34. col. ff. de pri. deli. Bene facit tex. in l. 1. §. fi. ff. de quæst. Facit etiam, quia nemo est dñs mẽbrorum suorũ. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & ita teneas, ꝙuis Io. And. in loco præalleg. referat omnes Iuristas de Bergamo concorditer determinasse ꝯrium, per l. inde Neratius. §. fi. & in l. seq. ff. ad l. Aquil. & d. l. si is, cum quo. quæ loquuntur, qn agitur ciuiliter ad interesse. Adde etiã ad prædicta tex. in l. qui seruũ. in prin. ff. de interrog. act. qui decidit idem. & est tex. not. in alio.
21 † Quod si Titius confessus est se occidisse hominẽ, & pp confessionem suam ipse fuit decapitatus: postea apparet, ꝙ fuit alius, qui occidit eum, ille alius debet decapitari, & illum text. not. Bal in l. 2. C. quib. res iud. non nocet. Imo. in l. is, qui reus. in
22 36. colum. ff. de publ. iud. † Item adde text. in c. 1. de accu. in 6. per quem extenditur doctr. Bar. ꝙ adeo statur confessioni ꝓpriæ turpitudinis cõfitentis in eius præiudicium, vt etiam istud sit non seruata forma, vel ordine iudicij. Facit text. in cap. Pi-
23 sanis. de testi. spol & in l. si confessus. ff. de custod. reor. † Secundò limita dictum Bart. quòd si aliquis confiteatur se commisisse homicidium, statur confessioni contra ipsum, vt procedat, quando apparet de homine, quem confitetur occidisse: sed si aliquis etiam sponte confiteretur in iudicio se occidisse vnum hominem, qui non apparet, nec reperitur occisus, talis confessio non valet, nec ligat confitentem. Ita Angel. in l. certum, in princip. ff. de confes. & in l. 1. in 2. colum. ff. de confes. vbi hoc vltimum not. limitat, nisi essent aliqui assassini malæ conditionis, & famæ, qui confiterentur se occidisse certos mercatores, & eorum corpora proiecisse in mari, tunc dato, quod illa corpora non reperiantur, tamen attento, quòd erant assassini publicè diffamati, & latrocinia exercebant propè litus maris, ita quòd verisimiliter corpora proiecerunt in mari, debent puniri ex confessione, quamuis corpora occisa non appareant, & refert Angel. ita fuisse iudicatum per egregium legu Doctorem domin. Nicol. de Tortel. de Prato tunc Florentiæ assidentem. Si autem cessaret dicta verisimilitudo propter maris distantiam, vel propter bonam famam inquisitorum, non possent ex confessione puniri, quando corpora non apparent. Ad ista adde not. Bald. in addi. Specul. in titul. de senten. in antepenultim. colum. in versicul. Titius fuit confessus se occidisse hominem, cuius nomen ignoratur, & ipsum proiecisse in mari: vnde corpus apparere non potest, quæritur an ex tali confessione debeat Titius condemnari? Primò dicit videri, quòd non, quia liquere debet de corpore interfecto, aliàs non potest præsumi factum ab aliquo, si ipsum factum est incertum. l. 1. §. illud. ff. ad Sillan. & quia ista confessio est incerta, & vaga: ergo nihil valet. l. certum. in princip. ff. de confes. Finaliter concludit Bald. quòd si non apparet aliquo modo de mortuo, non potest fieri condemnatio: secus si saltem per famam probaretur mors, licèt corpus inspici non posset, vt ibi not. per eum. Adde etiam Bald. in capit. at si clerici. in 8. colum. de iud. vbi tenet, quod non sufficit in iudicio confiteri, quòd occidit hominem, nisi constet de corpore interfecto: non tamen est necesse, quòd constet de nomine proprio interfecti. & de hoc dicit gloss. esse singularem in capit. libellorum. 2. q. 8. idem tenet Bald. in addi. Specul. in tit. de confess. in 2. colum. in versicul. Titius confitetur se occidisse. & Bald. in l. quoties. in §. si quis nomen. ff. de hæred. instit. Et ista teneas cordi, quia magni momenti sunt ad euadendum quem à mor-
24 te. ¶Tertiò principaliter limita dictum Bartol. † quòd stetur confessioni confitentis delictum, & turpitudinem propriam, in suum damnum, intellige verum in damnum confitentis tantum, sed non alterius, istud probo. nam si iudex tulit vnam sententiam, postea constitutus in articulo mortis confitetur, quòd illam sententiam tulit falsam corruptus pecunia, certè non statur confessioni suæ, quamuis sit in articulo mortis, in
25 præiudicium tertij, qui talem sententiam obtinuit. † Idem est in teste, qui tulit testimoniũ, postea in extremis vitæ constitutus, confitetur se tulisse testimonium falsum, quia fuit corruptus pecunia, non statur confessioni suæ in præiudicium tertij: ita de vtroque tenet Bartol. in l. si quis in graui. §. si quis moriẽs. per illum text. ff. ad Silla. & in l. generaliter. in vltim. not. quod ponit in fin. C. de non num. pecun. Bald. in Authen. si dicatur. C. de testi. Ang. in consi. 309. incip. factum est tale, Christoph. in penul. colum. & Ludouic. Ro. hic. & est text. in capit. licut. de testi. Nec aliquid facit, quòd in articulo mortis ita deponant: quia vt pulchrè inquit Bald. in titul. de pace const. in verb. vasalli, primo. in fin. non omnis constitutus in articulo mortis est. S. Ioan. Bapt. Istud tamen, quod dixi de testib. intellige procedere postquam testimonium deposuerunt, & sic post ius acquisitum parti, sed ante ius acquisitum, idest dum examinantur si dicerent se corruptos pecunia, præiudicant parti. Ratio est, quia licèt testes istis interrogatorijs non debeant respondere, tamen si responderint, præiudicant parti. capitul. 1. de excep. Ita Bartol. in l. si duo patroni. §. idem Iul. in fin. su-
26 pra eodem. vbi dixi. † Simile dicimus in notario, qui postquè dedit instrumentum in publica, & authentica forma, postea dicit, quod illud instrumentũ est falsum, & quòd pecunia corruptus illud fecit, non statur eius confessioni in præiudicium illius, cui dedit. Specul. in titu. de instru. edit. § postremò. in versic. nunquid. & ad literam Paul. de Castr. in l. Seia, in prin-
27 cipio per illum text. ff. ad Velleian. † Simile dicimus in arbitris, & in electoribus prælatorum, qui postea dicerent se pecunia corruptos elegisse, non statur eorum dicto, secun-

ADDITIO.

a ¶Licitum est allegare turpitudinem. Adde Felyn. in c. lator. de re iud. * Et in c. tertio loco. col. 4. post prin. extra de præsump. vbi ponit sex fall. not. Rol. cons. 24. nu. 72. lib. 1. Doct. in apostil. ad Castr. in l. filios. C. de reuocã. ijs, quæ in frau. Declara, vt per Alex. consil. 59. col. fi. lib. 1. Rol. consil. 93. nu. 7. eo. lib. Neuiz. consil. 23. post. nu. 7. Carer. ver. turpitudinem. Tremol. ad prac. Bonacur. tit. quib. mo. suo no. ciuil. nu. 23. vbi ponit reg. cum fall. MASVER.

ſm Ang.in d.conſi.309.& eundē Ang.in l.errore.in lect. peruſina,quæ eſt impreſſa. C. de teſt. & vtrobique allegat Inn. in c. cum dilectus. in glo.quæ inci.nulla.de elec.¶ Prædicta multū ſingulariter limitat Ang.(nec alibi legi,nec vnquam audiui ab aliquo relatum) in d.l.errore. in lect.peruſina, niſi duo iudices, qui ſemel iudicaſſent,interrogati concordarent in hoc, ꝙ corrupti pecunia iudicarunt, & tunc eorum ꝯfeſſio preiudicaret alijs,ſed tu caue,ꝙ ꝯ hanc limitationem vr̄ tex.in d.§. ſicut.de teſtib. qui loqtur in plurali, qn̄ plures teſtes dicūt ſe pecunia corruptos depoſuiſſe.Conſiderabam, ꝙ poſſet defendi limitatio Ang. in duob.iudicib. vt ipſe loquitur, ſecus in duob.teſtibus.Ratio, quia qn̄ duo iudices ferunt ſn̄iam, ſunt concordes in actis, & in ferendo ſn̄iam: ſecus in teſtib. quia ſi ſimul concordarent,ſunt ſuſpecti,ſm Bart.in l.3.ff.de teſti. Item inquantum Bart.concludit,ꝙ qn̄ turpitudo eſt ab alio detecta,ꝙ licitum eſt indiſtinctè illam allegare. adde tria. Primò, ꝙ volunt Bal.& Sal.in l.fi.C.de non nu. pe. ꝙ licèt, qn̄ in inſtr̄o eſt iuratū omnia ibi contenta eſſe vera, non poſſint iurantes venire cōtra iur̄m,allegando ſimulationem,vt not.d. Anton.in c. cum contingat,in 7.membro. de iureiur. & ibi Imol.in colū.164. & ponunt Imol.& Alex.in l.Seius,& Augerius. ff.ad l. Fal.tn̄ ſi ꝓbationes allegantis ſimulationem fuerint admiſſæ, certè poſt detectam turpitudinem licitum eſt allegare ſimulationem:
28 ſm Bal.& Sal. ibi per iſtam doctr.Bar.cum glo.† Scđo adde,ꝙ ex iſta concluſione infertur, ꝙ excommunicato licitum eſt allegare turpitudinem ſuam.i.excommunicationem:quia detecta eſt per ſn̄iam excommunicationis, ita probatur ſm Bal. ibi in c.intelleximus.in 2.col. de iud.Tertiò adde, ꝙ Bal.ibi ſingulariter limitat iſtam concluſio. nec alibi legi, quod quis pōt allegare turpitudinem ſuam ab alio detectam, eſt verum, niſi ex tali allegatione ſentiret lucrum. Item circa iſtam doctr. aduerte, ꝙ ſicut regulariter non eſt licitum allegare turpitudinē eius, cuius ſum hæres,puta patris.l. filios & ibi Bart. C. de reuo.his, quæ in frau.cred.& ita conſuluit do. Sign.de Homo. in conſil.
29 quod inci.ſi quæratur,an quis poſſit allegare.† Hinc ex prædictis eſt, quòd ſi falſus procurator ſucceſſerit domino, ꝙ non poteſt dicere ſn̄iam nullam, quia allegaret turpitudinem ſuā: ita Io.And.in tit.de ſent.prola.in §. qn̄.ver. quid ſi procurator.
30 Ant.de But.& alij in c.1.de reg.iur.† Hinc ſequitur,& not.ꝙ ſi iudex, qui tulit ſententiam, efficiatur hæres perſonæ, ꝯ quam ſn̄iam tulit, ꝙ idem iudex non poterit dicere ſn̄iam iniquam, & proſeq appel. & tn̄ ꝯriū tenet gl. ſingularis in l. 1. ff. de excep.rei iudic.& ratio eſt, quia appellando non detegitur directè turpitudo ſua: quia in appellationis cauſa non probatū probabo,vt ponit do.Ant.in c.1.& Bald. in d.l.ſi credi.C.de ſer. pign.da.ma.licèt non fuerint recordati de gloſſ. in d. l. 1. Item doctr.Bar. pōtes per te reducere cum ſex fallen. Regula ſit, ꝙ allegans turpitudinem ſuam non auditur.l. ſi creditorib. C. de ſer.pign.da.ma. & l.tranſactione. C. de tranſact. fallit, quando alleg.contra ſe.Secundò fallit, quando allegat excipiendo cōtra participem fraudis tractantem de lucro: & inquātum Bar. hic alleg.l.de tutela.dic,ꝙ malè allegat,quia text.ille in fin.propriè loquitur,quando turpitudo allegabatur agendo, non excipiendo: & ita perpendit Raph. Fulg. hic, qui in hoc damnat Bart.Ideo vide in hoc Bartol.poſt glo.in d.l.de tutela. & dic, vt ibi melius per eum. Tertiò fallit, quando turpitudo eſt ab alio detecta. Fallit in tribus alijs iuribus alleg.per Bar.hic.Adde tres alios caſus. Primus, vbicunque tractatur de fauore animæ ad exonerationem conſcientiæ. & iſte multos continet ſub ſe. Item,quando tractatur de fauore eccleſiæ. Item de fauore libertatis.iſtos tres caſus ponit glo.in c. inter dilectos. & ibi Can. de do.& gloſſ. in cap.tertio loco. de præſump. & in capitul. ex tenore.de conceſ.præben.& glo.in cap.ex tenore. in gloſſ. 1.& ibi Abb.not.de teſt.& idem Abb.in c.tertio loco.in 3.not. per illum text.de præſump. Decimò limitat Bald. in l. non dubiū. in 9.colum.C.de leg.in l.ſi creditoribus.ff.de ſer.pign.da ma.& in l.1. C. plus valere, quod agitur.vbicunque actus eſt geſtus contra legem,licitum eſt allegare turpitudinem ſuam. ad hoc ſemper alleg.gloſſ.in l.à diuo Pio.in princip.ff.de rit. nup. Ego in contrarium pondero gloſſ. ibi, quæ ibi approbatur per
* *omnes Can.*in c.cum M. Ferra.in verbo, ad eam.de conſti. nam ibi actus erat factus contra. l. ſ. contra concilium Turonenſe, de quo in c.tuæ.de præben.& tn̄ vult gl.illa approbata per omnes, quòd licèt allegare turpitudinem propriam :tamen placet limitatio Bald.& pro ea moueor.nam vbicunque actus eſt ipſo iure nullus,licitum eſt allegare turpitudinem propriam, ſecundum Bartol.in l.filios,per illum text. C.de reuoc.his,quæ in frau.cred.& idem Bar.hic in pe.col.iuncta doct.text.in l.ſi libertus minorem.& ibi Bar.ff.de iur.pat.& iuncta doctr. Bart.in l.emptor. ff. de aqua plu. arcen. Confirmatur per ſimile, quia qn̄ actus eſt ꝯ l.licitum eſt vnicuique venire cōtra factum proprium.l.poſt mortem.& ibi Bartol.ff. de adop.gloſſ. in l.ſi quis præsbyterorum.de reb.eccl.non alie.in cap. 1. de cler.coniu.ex
31 quib.redditur dubia gl.in d.c.cū M.Ferra.¶† Vndecimò limitant Io.And.& d.Car.Flor.in c.inter dilectos.de dona.ꝙ per allegationem turpitudinis oſtenderetur actorem carere actione.ſic intelligunt dictum capitulum ex tenore.de conceſ. præben.ſequitur Bald.in l.poſt mortem.ff.de adop. ſed iſtam limitatio.reprobant Petr.de Anchar. Imol.& Panor. in dict.capit. inter dilectos, & quia hoc vltimum latè examinat hic Alexan.
32 ad eum te remitto.† Iuxta prædicta quærit Bart.de quæſtione, quam dicit habuiſſe de facto, & cum eo tranſeunt ſimpliciter Ang.& Alex.hic.Sed tu caue,ne doctri.Bartol.videatur impoſita verbis, & ſolùm conſtituere differentiam in modo agendi:quæ differentia eſt, an contractus dicatur factus in fraudē fiſci,vt in primo membro Barto. & tunc valet,& tenet,ſed poteſt infringi, & iſtud infringere fiet principaliter oppoſita turpitudine. Aliqn̄ ꝯctus dicitur ſimulatus, vel imaginarius: & tunc ipſo iure eſt nullus.l. emptor.ff.de aqua plu. arc. l. imaginaria. ff. de regul. iur. Iſtam differentiam tradit magiſtraliter Bart.in l.poſt contractum.in 3. colum.ff. de dona. & in conſil. ſuo.65.incip.Pet.Nicolæ.& eſt tex. melior de iure in l. libertus minorem & ibi.vide Bart.ff.de iure patr. vnde iſta eſt intentio Bartol.quòd ſi venditio fuit vera, licèt facta in fraudem, certè ex ea fuit tranſlatum dominium poſſeſſionis in emptorem: ideo non auditur iſte, quia principaliter allegaret turpitudinem,ſi propter fraudem vellet reſcin.ven.Secundò caſu, quãdo venditio fuit ſimulata,vel ficta,certè,quia eſt ipſo iure nulla, & per eam nullum ius, nullum dominium eſt tranſlatum in emptorem,certè iſte,qui alienauit, dicit Bartol. quod poterit agere rei vend. Ratio, quia ex quo venditio fuit ficta, & ſimulata,nullum dominium tranſlatum eſt,ſed remanſit penes alienantem : ideo poterit agere rei vend. & ſi opponatur de alienatione,replicabit,quòd eſt facta in fraudem:hoc præmiſſo teneas deciſionem Bartol. hic, quam etiam tenet idem Bartol.in dict.l.poſt contractum. in 3. col. in verſi. tertiò præſumitur, & in 4.colum. in verſic. ſed an venditor. & in l.filios. C.de reuo.his,quæ in fraud.cred.& in dict.conſil. Pet. Nicolæ, & de hac quæſtione vide etiam Spec. in titul.de dona.in princip.verſi.Item pone,aliquis intendens committere delictum. Ioan.Fabr.in §.item ſi quis in fraudem.in 9.colum.Inſti.de act. Bald.in l. cum profitearis. C. de reuoc.his, quæ in fraud.cred. Bald.& Saly.in l.emp.C.plus valere,quod agitur. Paul.de Caſt in l.contra legem. ff. de legi. Quaſdam alias limitationes poſſem referre ex dictis Cano.in dict.capitu.inter dilectos. & Pan. in d.cap.ſuper. ſed non videntur ſpeciali relatione dignæ, ideo omitto. Vide etiam latè Bald. in repe.l. cum mulier.ff.ſoluto matrimonio,per Bartol.in l.1. de cond. ob turp. cauſ. ¶Sum in quarta, & vltima parte gloſſ. in qua oppon. contra text. quòd imò cautio de rato præſtita per procuratorem multum prodeſt iuranti,licèt text.dicat, quòd parum proſit, & probo, quia l. cauetur, quòd quamprimum dominus non habet ratum, ſed cœpit agere contra illum, cui procurator promiſit de rato, ſtatim committitur ſtipulatio de rato ad totale intereſſe contra procuratorem.l. quo.n. §. Iulia.ff.rem rat.ha.& licèt poſtea dominus ſuccumberet iuſtè, & ceſſaret intereſſe, non deſineret durare actio contra procuratorem, per regulam.l.qui autem.§.illud.ff.ſi quis cau.Azo,quem glo.refert,ſatebatur contrarium, & iſto modo eſſet redarguere text. ideo gloſſ.tenuit melius, quòd ſtipulatio de rato non committitur cōtra procuratorem per hoc ſolum, quòd dominus agat,Sed oportet expectare finem litis, quia poſſet euenire, ꝙ dominus ſuccumberet,& procurator non tenèretur,niſi ad expenſas litis,vt s̃.in primo memb.gl. & ſic pendente iudicio cùm ſit incertum,interea ſtipulatio de rato non cōmittitur. Ad l.quo.n. §.Iul.vbi reſidet punctus. r̄ndet gloſſ. quod loquitur in procuratore penitus falſo.text.noſter ſm glo.loquitur in procuratore,de cuius mandato dubitatur, quæ ſol.cùm diuinet ad text. & reſtringat, reprehenditur per omnes. Aliter reſpondet Bartol.hic poſt duos Doctor. antiq. per eum relatos, vt hic per eū in vltim.colum. & cum Bartol. tranſit Lud. Roman. hic: iſta tamen ſol.reprehenditur per omnes, & bene.primò, quia diuinat ad text. Scđò dico, ꝙ ſi vera eſſet opin. Bart. ſequeretur ꝙ ſtipulatio de rato multum proficeret iuranti, quia iurans ſtatim poſſet agere ad totale intereſſe, quamprimum conuenitur à dn̄o,& ſi non agit,eſt,quia non vult ſm Bart. & ſic cautio eſt multum proficua, quod eſt contra text. ibi, nec multū, & c.Item opin.Bartol. reincidit in idem cum opin. Azon.rela-
* ta in glo.quæ per omnes reprehenditur. Vera, *& communis opi.* eſt cum gl.ꝙ ſtipulatio de rato nunquam committitur,niſi lata ſn̄ia inter dn̄m, & eū cui procurator cauit, ꝑ fundamētum glo.

gl. quia interim est dubium quid eueniat, ideo necessè est expectare sniam. Ista est verissima conclusio, quam tenet gl. hic, tenent Iac. But. Alb. Ang. Saly. Fulg. Pau. de Cast. & d. Alex. hic. Solùm restat rndere ad d. l. quo. n. §. Iul. vera est sol. est, ꝙ text. ibi loquit in procuratore, qui solonem receperat, & ideo quãprimum dñs agit, & sic non habet ratam solutionem, statim ꝯmittitur stipulatio ꝯ procuratorem, vt teneatur ad solutionem, quam recepit, sed in tex. nro nihil fuit datum procuratori: & sic nihil est, in quo possit committi stipulatio ꝯ procuratorem, nisi expectetur finis causæ principalis, & sic snia. Non obst. regula. d. l. qui autem. §. illud, quia dēt intelligi, qñ licèt cesset interesse, non tñ cessat damnum de præterito, nimirum si durat actio, vt declarat Bart. in l. si eum. §. qui iniuriarum. in 2. no. ff. si quis cau. Ista est vera, & cõis snia, sed attende, quia licèt vera, & cõis snia sit, ꝙ stipulatio de rato nunquam committitur ꝯ procuratorem ante sniam, tñ in ꝯrium facit, quia speciale est in cautione de rato præstita in causa libertatis, vt non committatur stipulatio de rato ꝯ procuratorem, nisi lata sententia, tex. est in l. procurator ad exhibendum. §. fin. ff. rem rat. hab. & istud expresè dicit gl. nostra circa finem, quam oẽs tenent in fine sui, dum dicit in casu tñ non ꝯmittitur, &c. Si ergò speciale est in causa libertatis, ergo in ꝯrium est ius cõmune. Cogitabis, quia aut specialitas non est, aut communis sententia procedere non potest.

SVMMARIVM.

1 *Seruus, & filius in causa peculiari possunt circa iuramentum patri, & domino prodesse, & nocere.*

LEX XX.

1 SEruus. † Seruus, & filius in causa peculiari possunt circa iurm patri, & dño ꝑdesse, & nocere. In causa verò non peculiari possũt prodesse, sed non obesse. hoc dicit cum quinque. ll. seq. Intellige tñ, ꝙ non sufficeret filium, vel seruum hre administrationem peculij ad hoc, vt circa iurm possint nocere patri, vel dño, nisi haberent cum libera, quia non sufficit quẽ hre vniuersalem adminstrationẽ, nisi habeat cũ libera, ad hoc, vt noceat dño, vt vidistis in §. procurator. cũ gl. i. s. in l. præceden. requiritur ergo, ꝙ filius, & seruus habeant administrationem cũ libera. ita dicit d. Alex. hic expresè, & reprehendit Ful. tenentem contrarium. Addo glo. in l. quam Tuberonis. in §. alia. ff. de pecu. & dictum fuit in l. cum fundum. in §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. pet. ¶In glo. in verbo quidam de peculio. tene quam solutionem vis. Ex secunda no. fm Mod. ꝙ vbicũque actus gestus in iudicio non potest valere, vt actus iudicialis, puta gestus à seruo, qui reputatur pro mortuo. l. ꝙ attinet. ff. de reg. iu. non hẽt etiam effectum actus extraiudicialis. Rõ, qa si valeret in isto proposito, vt actus extraiudicialis, eundẽ haberet effectum: quia eosdem effectus hẽt extraiudiciale, quos iudiciale, cum ita vnum perpetuet sicut aliud: imò extraiudiciale habet executionem paratam, quam non habet iudiciale, vt dixi in l. 2. supra eod. sic intellige hanc glo. secus, quando resultat diuersus effectus: prout in confessione, quia maioris effectus est confessio iudicialis, quàm extraiudicialis. gloss. in l. 1. in fin. ff. de interrog. act. Hinc est, quòd confessio facta in iudicio coram iudice incompetenti, quamuis non valeat, vt confessio iudicialis, tñ valet, vt confessio extraiudicialis, etiam * si sit confessio clerici facta coram iudice seculari, *secundum communem sententiam*, prout tenet Innoc. in c. per inquisitionem. de elec. Can. in c. at si clerici. in prin. de iudi. Bald. Angel. & Mod. in l. magistratib. ff. de iurisd. omn. iud.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, si ei defertur iuramentum, an possit iurare.*
2 *Pupillus in concernentibus eius fauorem, habetur pro habili.*
3 *Periurium requirit dolum. num. 4. 8. & 9.*
5 *Difficultas excusat à periurio.*
6 *Quilibet causa, & consuetudo etiam iniusta excusat à pœna. num. 7.*
10 *An in iuramento requirantur verba.*
11 *Mutus potest esse testis,*

LEX XXVI.

QVi iurasse. H. d. Sexus, vel ætas non annullat iurm in præiudiciũ iurantis. In text. ibi, q̃uis pupillus non videatur deierare, &c. Istum tex. declarat Bar. hic, qa licèt ne mo in dubio præsumatur deierare, cùm nemo præsumatur immemor salutis æternæ. l. fin. C. ad l. Iul. repe. neque in dubio præsumitur delictum, & sic delicta. l. meritò. ff. pro socio. tñ in adulto, & maiore, si appareret veritatẽ esse in ꝯrium eius, ꝙ iurasset, diceretur periurus, sed in pupillo licèt appareret ꝯriũ, non præsumeretur periurus, sed potius obliuione ita iurasse: istum putat Bart. esse sensum literæ. Tu dic melius ex mente Alb. hic, ꝙ text. sic voluit dicere, & arguere, vbi non potest cadere periurium, & consequenter nec religio iuri, ibi non potest deferri iurm: ꝑptea video nõ posse deferri iurm per Christum, quia in hoc non cadit religio, vt vidistis in l. 3. §. fin. s. eo. sed in pupillo non põt cadere ꝑiurium, quia ꝑp lubricum teneræ ætatis nescit quodãmodo quid iuret: ideo videbatur, ꝙ non posset ei deferri iurm, tñ text. decidit ꝯrium, quia impu-
1 tandum est deferenti iuramentum. ¶† Not. quòd pupillus, si ei deferatur iurm à parte, potest iurare, & ei statur. Ratio est, vt in tex. quia imputet sibi aduersarius, qui ei detulit. Hinc infertur prima limitatio ad hunc text. vt procedat in iuro litis decisiuo, quòd defertur ex partis voluntate, secus in iuro in litem necessariò. l. videamus. in princ. & ibi not. Bar. j. tit. 1. Scdo limita istum tex. vt procedat, qñ pupillus iurat ad suum commodum, secus qñ iurm tendit ad incommodũ eius, vt in iuro confirmatorio ꝯctus, vt probat tex in Auth. sacra. super verb. puberũ, & ibi gl. & Doct. C. si aduer. ven. cum alijs concor. al-
2 leg. per d. Alex. hic. ¶† Not. fm Ludo. scdò, ꝙ pupillus hr pro habili in oĩbus concernentib. suum fauorem, ideo si deferatur sibi iuramentum, valet ac si esset maior. Istud, quod dicit Lud. est verum, tñ iste text. parum probat: nam ratio istius text. est, quia vnusquisque potest inhabilem ad suum damnum habilitare, & istud est, ꝙ probat tex. vnde solet dici, ꝙ mala electio imputatur eligenti in damnum suum. Et ideo si quis eligeret minorem in procuratorem, sibi imputatur si lædatur. l. cum mandato, in prin. ff. de min. tñ not. Lud. vt dixi est in se verum: Et hoc melius probat text. in l. non ideo minus. C. de procu. & in l. neque. C. de ꝯh. & commit. stip. & in d. l. neque. decidit per illum text. Bal. ꝙ statutum disponens, ꝙ ꝯctus mulierum non valeant, celebrati sine consensu propinquorum, debet intelligi de ꝯctib. damnosis, secus quando essent vtiles, & non damnosi. Idem tenent Ang. & Mod. in l. mutuum. §. fi. de acq. hær. Ang. & Imol. in l. 2. per glo. ibi. ff. de accep. faciunt, quæ dixi in l. iusiur. quod ex conuentione. §. pupillus. in verbo non competit.
3 s. eo. de alie. prælat. ¶† Not. tertiò ex versi. fin. fm Paul. de Cast. & Alex. hic, ꝙ periurium requirit dolum: ideo pupillus dolo carens non vr periurare, ita est de mente literæ hic, & glo. in c. 1. de deli. puer. & gl. in c. ex literis. 2. de spon. Hinc infert Paul. de Cast. ꝙ in libello, quo quis accusatur de periurio, debet dici, ꝙ scienter, & dolosè periurium cõmisit, quia sine dolo committi non posset, quamuis in hoc vltimo de libello ꝯrium teneat Alexan. hic, cui tu adde in simili Ludouic. Roman. in l. si
4 duo. §. fin. in vltim. colum. supra eod. † Passus iste est pulcher, & vtilis, & malè declaratus per Canonistas, & Legistas, ideo intendo bene examinare. & ꝙ periurium non committatur sine dolo, adde Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in 3. colum. ff. de offic. procons. & leg. vbi formaliter dicit, quòd cessante dolo non est periurus: idem tenet Paul. de Cast. in l. fin. ff. qui satisdar. cogan. referens Bald. in vna lectur. ibi idem tenere. Idem, & plenius tenet dom. Alexan. in consil. 72. incip. perspectis his, quæ in themate narrata sunt. in penult. colum. libr. 1. & pro hac parte facit bon. text. & melior de iure ad hoc. 22. quæst. 2. item
* opponitur. Ad idem facit, quod vult gloss. *communiter approba-*
5 *ta* in capitul. breui de iureiuran. quæ tenet, quòd † difficultas excuset à periurio, cúm propter difficultatem cesset dolus. Ad idem facit: quia periurium est quædam falsitas, sed falsitas non potest committi sine dolo. l. nec exemplum. vbi Doctor. C. de fal. Si ista conclusio est vera, quòd periurium non committatur absque dolo, sequitur ex ea magnus, & not. effectus, quòd cùm regula sit, quòd quælibet causa etiam iniusta excusat a dolo, vt statim dicam, certè quælibet causa etiam iniusta excusat à periurio, & consequenter à pęnis periurij, quas retuli in l. si duo. §. fin. supr. eo. quòd autem quælibet causa etiam iniusta excuset à dolo, est text. in l. 4. §. final. ff. de lib. cau. glo. in l. plagij criminis accusa. C. ad l. flauiam. de plag. glo. in l. 1. ad fin. ff. de abig. facit. l. 3. §. si quis ignorans. ff. ad Sill. imò quælibet credulitas etiam fatua excusat à dolo. sic inquit pulchrè Ang. in l. 1. ad fi. in prin. ff. de eo per quẽ fac. erit. & in d. l. plagij criminis accu. & Angel. in l. prætor. §. hæc actio. ff. de vi bo. rap. Ad ista bene facit, ꝙ dicit Bal. in l. 1. in fin. per glo. ibi. C. vbi cau. sta. vbi dicit, ꝙ bona fides põt causari ẽt ex iniustis, & te-
6 merarijs causis, ꝙ reputat tenendũ menti. † Eodem modo quę libet cã licèt iniusta excusat à mulcta. gl. in l. 1. §. fi. in gl. mag. in fi. ff. si quis ius dic, non obtem. gl. in l. ex consensu. §. fi. in gl. pen. ff. de appel. gl. in l. satisque. ff. de in ius voc. Bal. in l. deberi. C. de
7 fideicom. lib. † Sicut in simili ꝯsuetudo quantuncunque ini-
a qua, & irrationabilis excusat à pęna, a vt ꝑbat gl. no. in c. cũ venerabilis.

ADDITIO.

a ¶Excusat à pœna. Adde glo. in verb. antiqua consuetudo. in c. sanè. de tempo. ord. Lud. Rom. consil. 366. inci. videtur prima fronte.

nerabilis.in gl.1.ad fi.de conſue. quam ibi multum no. Pan. & reputat ſing.Intellige à pœna tpali,non æterna.gl.3.d,c.deniq;. per quam decidit Lud.Ro.in conſi.376.incip.vr̄ prima fronte, ꝙ ꝯſuetudo ſuper iur̄o non obſeruando excuſat à pęna tpali
8 periurij,ſed non à diuina. † Scd̄ò ex dicta concluſione ſequitur alius effectus,ꝙ pęnę.l.ſi quis maior. C.de tranſact. quæ imponuntur pp periurium,non habent locum, niſi quis ſit in dolo: ita ſinglr̄ tenet Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.in 4.col. ff.de offi. procon.& legat.quem ponderat,& ſequitur.d. Alex. in l. fin.ff. qui ſatiſd. cog. ꝙ vltimum, an ſit verum , examinabo in d.l. ſi quis maior,& ibi omnino videas in 1.no. Et nō inuenio, ꝙ à ſ. dicta cōcluſione, ꝙ periurium neceſſariò requirat dolum, nemo ſcribentium viſus ſit adhuc diſcrepare. Ego tn̄ in ꝯriam partem,ꝙ imò ad hoc, vt quis incidat in periurium, ſufficiat, ꝙ ſit in culpa, pondero An.de Iſer. & Bald. in c. licèt. ſi de feu.
9 fue.contro.inter do.& agn.& ibidem Iac.Alua.in 2.& 3.q.† Nā per illum text. in verſi. periurium. not.ꝙ ille, qui non pōt ſoluere pp paupertatem ,incidit in periurium. hoc intelligunt verum,ſi ei poteſt culpa imputari:pondera,ꝙ dicunt culpa,nō autem dolus:ergo volunt, ꝙ periurium poſſit cōmitti ex ſola culpa.Idem tenet Iac.Alua.in c.fin.de ali.feu.pa. Idem pondero expreſsè velle gl.in clę.non poteſt,in gl.fi.de procu.cum qua ibi tranſeunt Can.in ſpecie.eam ſequitur ibi Imo.circa fin.quæ gl.dicit ſe negare, ꝙ anima conſtituentis ligetur ad periurium, niſi conſtituens ſit in culpa: pondera glo. expreſsè velle, ꝙ ad periurium committendum culpa ſufficiat. Et tenendo iſtam partem parū obſt.iſte tex.in fi.vt patet ex declaratione Bart.& Alb.Puto pro concordia poſſe dici, ꝙ quo ad actū periurij incurrendum lata culpa ſufficiat: ita loquuntur vltimò alleg. ſecus quo ad incurrendū reatum,& pœnam periurij: ita procedit 1.pars.ſtat.n.ſimul, ꝙ verè actu quis ſit periurus , & tn̄ puniri non poſſit pœna periurij , qn̄ doloſè non periurauit: iſtam doctr.colligo ex eo, ꝙ in ꝓpoſito dicit Bal.in c.1.§.porro.quæ fue prima cā benefi.ami.vbi tenet, ꝙ impotens ad ſoluēdum, tn̄ eſt periurus quo ad actū , ſed non quantum ad reatum, & pœnam periurij, allegat Inn.in c.P.& G.de offic.deleg.¶ Iuxta hunc text.quærunt Doct antiqui Gul.& Bart.hic,an iſte tex.locum habeat in omni pupillo,& concludunt,ꝙ non in infante: moti, quia in iur̄o verba requiruntur. vide per Abb. in conſil. 225.incip.illud in effectu de iure quæritur,an pax facta.Veritas iſtius puncti conſiſtit in hoc,an in iur̄o de neceſſitate verba requirantur.in quo Gul.& Bart.hic tenent, ꝙ ſic, & idem tenent Alb.Bal.& Sal.hic,& Ful.qui dicit oēs Doct. ita tenere : ſed errat.idem tenet gl.& Bar.in l.& iuſiur.in prin.ff. de accept. Lud. Ro.in l.1.in prin.ff.de verb.obl. & pro iſta ſnīa eſt bo.text. in §. neq; autem.in Auth.de man.princ.col. 3. & ſi iſta op. eſt vera,
10 † ꝙ requirātur verba,ſequitur iſte mirabilis effectus in practica,ad excuſandū aliquem à periurio ꝙ ſi aliquis iuraſſet delato ſibi iur̄o per iudicem, non expreſſis aliquib.verbis,ꝙ iſte nō erit periurus. iſtum ſing. effectū in ſpecie ponderat ſolus Paul. de Caſt. in l.1.in prin.ff.de verb.obl.refert tn̄,ꝙ ꝯrium ſeruatur in practica.Sed ꝯrium,& melius,ꝙ nō requirantur verba, ſed ſufficiat ſola delatio, quia intelligitur iuratum ſm̄ ſolam delationem,tenent Pet.& Cyn.in d.Auth.ſacramenta pub. Bal. ſibi contrarius in rubr.ſ.eo.Pan.in rub. extra eod.moti duob. fundamentis.Primò,quia nuſibi reperitur,ꝙ in iur̄o verba requi-
11 rantur † Secundò moti , quia mutus poteſt eſſe teſtis, [a] vt in
a ſpecie dicit Spe.in tit.de teſte.§.nunc tractandū.in verſi. quid ſi mutus,& tn̄ in teſte requiritur neceſſariò,ꝙ iuret. l. iuſiurand. C.de teſti.Alij diſtinguunt,& fortè melius,ꝙ in valentib.loqui requiruntur verba, in alijs non , ſicut in ſimili dicimus in mr̄imonio, vt pro ſubſtantia eius requirantur verba in valentibus loqui,in aliis non,vt tenet glo.in l.cum notiſſimi. in princip.C. de præſcr.30.vel 40.ann.gl.& Can.in c.cum apud. de ſpō. ergo ita in ſimili vr̄ diſtinguendum in iur̄o. ita concludunt Pau. de Caſt.& d. Alex.hic.& Pau.de Caſtr.& Lud.in l.non erit.in §. ſi neque.ſ.eod.Lud.in l.3.§.iurari.ꝯ.eo.de quo puncto vide Can. in d.c.cum apud.maxime d.Alex. Pau.de Caſtr. & Ludo.Ro. in l.1.in princip.ff.de verb.oblig. Ioan.Fab. in §.mutus. Inſti. de inut.ſtip.& in §.teſtes.Inſt.de teſt.

A D D I T I O.

a ¶Mutus poteſt eſſe teſtis.Adde Card.Alex.in c.cum apud,in vlt.col.de ſpon.

S V M M A R I V M.

1 *Filusfam. quando conueniri poſſit.*
2 *Cautela, vt filiusfa.debitor euitet carceres.*
3 *Imperator an teneatur ad debita Præfecti.*
4 *Iuramentum non trahitur ad futura.*
5 *Iuramentum patris an proſit filio.num.7.*
6 *Pater poteſt facere pro filio ea oīa,quæ requirunt ſpeciale mandatum.*
8 *In dubio nemo præſumitur delinquere.*
9 *Quis non tenetur reſpōdere poſitioni crimino ſæ, vel per quam detegitur periurium.*
10 *Super deciſis quis non cogitur iurare.*

§. Si pater. Si pater iurat filium non debere, & ſibi, & filio oritur exceptio:ſi autem iuret in peculio nihil eſſe, ſibi tm̄ hoc iur̄m prodeſt, tn̄ eo nō obſtant.
1 poteſt conueniri rōne peculij poſtea quæſiti. h.d.† Et ſic patet ex tex. dr̄iam eſſe, an pater iuret circa obligationem filij negatiuè. nam ſublata obligatione principali, qua tenetur filius, cū pr̄ teneatur tanquam fideieſſor.l.cum filius. in prin. ff. de verb. oblig.tollitur obligatio patris.l.duob.§.1.ꝯ.eo. an verò pr̄ iuret circa peculiū filij? rn̄d.qa ſtat ſimul, ꝙ filius nihil habeat in peculio,& ſic pater non obligetur,& tn̄ filius ſit obligatus:& tūc fit executio ꝑſonalis ꝯ filium, ſm̄ gl. & Bar. in l.3.§.ſed vtrum.
2 ff.de min.Bar.in l. ſi filio.ff.ſol. mat. † Circa hoc not. pulchram cautelam, per quam filiusfa. qui habet debita, poteſt euadere carceres : videlicet ſi fecerit ſe emancipari à patre, quia filius ꝑ emancipationem cum cenſeatur noua perſona, de rigore iuris liberatur ab obligationib. præcedentib. tn̄ de æquitate prætoris tenetur inquantum facere poteſt , non vltra , & ideo ſi filiusfa.fecit debita,& emancipetur,non poterit fieri executio in perſonam,quia non tenetur,niſi inquantum facere poteſt. tex. eſt in l.ſi ex alio.C.quod cum eo,& ibi Bal. not. illum text. pro filijs mercatorum, qui fecerunt multa debita , & ad idem eſt text. in l.2. ff. quod cū eo.& tenet etiā Io.de Pla.in §. ſunt præterea.ad fin.Inſtit.de act.Iſtud ergo limita no.niſi filiusfa. ꝯheret multa debita, iſto animo, vt mediante emancipatione excludat debitores,& ideo ſi incontinenti faceret ſe emancipari, præſumeretur feciſſe in fraudem,& ideo non haberet tunc locum ille titulus , quod cum eo.iſtud probat in ſimili text.not.
4 non aduertunt. † Tu adde, quòd in contrarium facit text.in l. eleganter.§. idem Labeo.ff.de do.per quem decidit Angel. caſum, quem dicit habuiſſe de facto. Aliquis vidit in ſtabulo equum alterius multum ſudantem, & illum extraxit de ſtabulo, & ligauit ad vnum palum, & demum equus ille ſe incapiſtrauit, & mortuus eſt, quòd ille, qui extraxit, tenetur emendare dictum equum, quamuis principium fuerit licitum, & ſic vides, quòd illud, quod bona fide fit, non tamen dicitur bene fieri. Et pro illa deciſ.Angel.bene facit text. in l.ſi hominem. in princi.ff.depoſ.quem Barto.ibi ſic ſummat. In re aliena intempeſtiuè miſericordiam exercere eſt dolus præſumptus. Tamen contra illam deciſ.Angel.facit text.in l. ſed an vltro.§.1. ff.de nego.geſt.Item contra iſtam glo.hic facit, quod vult glo. ſingu.in l.ſecunda, & ibi expreſſius Angel. C. ad l. Corn. de ſicar.quòd ſi ſocius inſultantis me bona fide ſe interponat, ac intermediet, vt rixam dirimat inter nos, ego tamen poſſum eum impunè occidere, quod not. intelligendo tamen, & declarando, vt ibi per Angel.¶Gloſſ.magna in verſicu.per colluſionem. præmitte pro intelligentia, quòd format gloſſ. vnam quæſtionem, quam diſputat poſteà circa finem, dum dicit, in pacto autem, an præiudicet, intelligitur glo.per Barto.& communiter Doc.ꝙ gl.continuat eandem quæſtionem, & hoc cōmuniter tenent omnes. Tu autem potes intelligere, ꝙ illa vltima pars gl.non ſit de continuatione quæſtionis, ſed referri debeat ad text.& ꝙ gl.velit opponere ꝯ tex. ꝙ iuramentū vnius in actione populari non debeat præiudicare alijs, ſicut nec pactum, nec tranſactio.& hoc modo intelligendo gl. eam diuide in tres partes princ. In prima gl.colligit ex tex.no.ad illud allega.5.concor. Prima loquitur in pacto, ſed tamen potius oppoſitum probat. Secunda in conſtitutione procuratoris. Tertia in ſententia. Quarta in tranſactione. Quinta de conceſſione licentiæ, & iſta prima pars eſt clara. In ſecunda parte, quę eſt ibi, ſed in populari.gl.format quæſtionem, & diſputat, & iſta gl.eſt ſolennis, ſm Bal.in c.cum ſuper.in pe.col.de cau.poſ.& propriet. In tertia ibi, in pacto autem.referendo eam ad text. & non ad qōnem gl.vt faciunt Doc.tacitè opponit contra tex.In gl.ibi, ſi abſolutus ſum, quia litis æſtimationem præſtiti. Pōdera, quòd glo.loquitur cum myſterio: nam condemnatus ſoluens cenſetur abſolutus.tex.eſt in l.diuus Veſpaſianus.§.fina. ad fin. ff. de iurepatr.

ADDITIO.

a ¶Colluſio.Adde per tot. tit.de colluſione detegenda, extra.

iurepatro.glo.in l.si quis cum totum.§.planè.in versi.obijciendum.ff.de excep.rei iudic.quem tex.alleg.Fulg. & Alex. hic. si enim verè fuisset absolutus,sententia præiudicaret alijs.l.3.§. si tamen postea.ff.de lib.ho.exhib.¶In gl.ibi.infra de fur.l.si quis vxori.§.si quis iurauerit.simile glo.non est bonum,quia habere rem alienam non est furtum, & sic delictum, nisi sequatur contrectatio,vt declarat glo.in l.ei qui.ff. de fur. Sed hic tenere appensum in publico,vt trāseuntibus noceat,delictum est. Concludit ergo gloss. quòd iuramentum delatum in actione populari super facto habente durationem de præsenti, alijs præiudicat.Barto.hic faciens tria membra,in vltimo membro tenet de directo contra glo.& bene facit l. si verò. §. fina. cum glo.ff.de his,qui deiec.vel effu. quam postea alleg. Barto. infra in vlti.colum. Respondet Barto. ad §.si tamen reus.allegatum in glo.quòd ibi agitur pro facto de præterito non habente durationem in futurum,quod est ridiculum dicere, vt per Fulg. & Lud.Rom.hic,& eius solu.est contra. §. præcedentem. qui inci.si tamen postea. vbi sententia lata in actione populari alijs
5 præiudicat,si non probatur de collusione &c.† Breuiter omissis dictis aliorum,præsertim Modernorum,conclude in quæstione glo.contra glo.& dic, quòd procedere non potest viua ratione: nam in actionibus popularibus iuramentum vnius tunc præiudicat alijs, quando bona fide fuit exactum, quod est,quando omnes aliæ probationes deficiunt, sed istud non potest esse in quæstione glo. in qua, quòd quis teneret appensum supra viam publicam, poterat facillimè probari per in-
6 spectionem oculorum.l.si irruptione.§.fina.ff.fin.regun. † clarum est autem,quòd probatio per inspectionem oculorum, & sic per euidentiam rei nunquam potest intelligi esse exclusa.dictum fuit singu.Azo.in summa.C.ad l.Aquil. Bald.in ru-
7 bri.C.de procura.†Et ideo si statutum dicat, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, poterit non obstante statuto probari contrarium per inspectionem oculorum, pe-
8 tendo,quòd iudex veniat ad videndum locum.† Eodem modo, quòd stetur dicto medicorum, an ex vulnere cicatrix sit remansura,potest semper pbari ɔ̄rium per euidentiam facti, & inspectionem oculorum.ita Bald. in l.1.C.si aduer. lib. & in l.contra negantem.C.ad l.Aquil.Bald. & Docto. in varijs locis recollectis per Dom.Alexan.post Ludo.Rom.in l.qui bona.§.
9 qui damni.ff.de damno infect.† Eodem modo vbicunque per facti euidentiam constat de iniquitate sententiæ, talis sententia nunquam transit in rem iudicatam, quin semper possit retractari.ita not.Innocen.& Cano.in capitu.fraternitatis. per illum text.de frigi.& malef.Barto.in l.1.C. sent. rescin.non poss. Alexan.consilio 448.inci.stantibus his,quæ supra narrata sunt. in 8.colum.Concludo ergo contra glo. indistinctè,quòd iuramentum præstitum in actione populari habēte durationem, non præiudicat alijs.Nec placet mihi concordia Fulgo.& Domin.Alexan.hic,& ante eos Gul.& Albe.hic. qui dicunt,quòd aut iuramentum est super iure,vt si iuraui, quòd de iure possum tenere talem rem in strata publica, vel quòd princeps, istud concessit,& tunc iuramentum nocet alijs:aut iuraui super facto negatiuè, puta me non habere appensum, & tunc non præiudicat,quia non video,quomodo de iure possim tenere aliquid appensum. Nec etiam placet distinctio Pau. de Castr.hic,qui dicit,quòd si pro re,quæ tenetur appensa in publicum,agatur vt remoueatur, quòd tunc est vera opin. Docto.contra glo.aut agitur ad pœnam decem ducatorum,quæ partim applicatur fisco,partim accusatori,& tunc præiudicat alijs:nam certè si glo.intelligeretur in hoc casu, non diceretur agi actione populari, quia respectu pœnæ non diceretur popularis,declarat text.in l.si verò.§.prætor ait.cum §. sequen.ff. de his,qui deiec.vel effu. Tenendo tamen istam conclusionem communem contra glo. videtur obstare text. in dicto §. si tamen reus.ideo omissis duabus responsionibus Fulgos. & Domi.Alexan.ego respon.tertiò,quòd in illo §. si tamen postea.licèt verum sit,quòd talis actio popularis habeat durationem, tamen illa duratio non est in præiudicium aliorum de populo,vt in quæstio.glo.nimirum,si talis sententia alijs præiudicat, sed in quæstio. gloss. idem iuramentum alijs non præiudicat, quia vertitur in præiudicium,& nocumentum aliorum, qui possent pati detrimētum.Est verum,quod ille, qui detinetur, posset denuo agere, non obst. illa sententia. Item inquantum glo.in hac parte no.vult,quòd actus continuatus à princi. vsque ad fin.censeatur vnus,est no.ad multa, de quibus hic per Barto.& alios,& infra dicam.¶Sum in tertia,& vlti.parte glo. ibi,in pacto autem an præiudicet,quæ pars (vt dixi) potest intelligi,vt continuatiuè referatur ad quæstio.gloss. & ita intelligunt Bart.& communiter alij.Ego autem intelligo, quòd ista pars non referatur ad quæst. gloss. sed quòd debeat referri ad tex.prout melius vadunt.ll.allegatæ in glo. nam dictum gloss. vel Doct.debet intelligi secundum l.quam allegant.ita Bart.in l.non solùm.§.si liberationis verba.in vlti.col. ff. de lib.leg.Sali. in l.si ex cautione.in 10.colum.C.de non num.pec.Io. And.in
10 c.cum nuncius.de testa.†Ex ista ergo glo.relata ad tex. habes, quòd licèt iuramentum vnius in actione populari,item sententia noceat alijs, secus est in pacto, & transactione.idem tenet glo.in l.transigere.in glo.magna.in ver.prohibitum, & ibi Sali.
* in 5.opp.C.de transac.Iaco. But. Alb.*Sali.& omnes Moder.hic* reprobantes in hoc distinctionem traditam per Bar. Operæpretium est videre,quæ sit ratio diuersit. Albe.de Ros.hic in 1.col. & prima opp.triplicem assignat. Prima,quia iuramentum tollit debitum,quod debitum est vnum,ideo omnibus in effectu præiudicat, sed pactum, & transactio respiciunt personam; personæ autem sunt plures,ideo alijs non præiudicant, prout in simili dixi in l.duobus,in princ. s. eod. tamen posset contra istam rationem argui, quia ista ratio videtur tantum procedere,quando pactum est personale:nam si esset reale,videtur innuere,quòd alijs de populo habeat præiudicare, quod tamen est contra generalitatem l.iurisgentium.§.si paciscar.el 2. ff.de pac.per quem tex.Moder.hic reprehundunt distinctionē Bar. Secunda ratio est,quam tenet Sali.quia pactum, & transactio fit ad remittendum ius,vel debitum, quæ remissio non potest faciliter fieri de iure,quod ad alium spectat,sed iuramentum, & sententia habent effectum declaratiuū, quæ declaratio potest fieri de iure tertij,quæ ratio est fragilis,quia in sententia fieri non potest declaratio de iure,ita quòd tertio præiudicet, p reg.quod res inter alios acta &c. quæ ratio fragilis est. Tertia ratio est,quia paciscens,vel transigens censetur confiteri.l.quoniam.ff.de infa.ideo præsumitur collusio, quæ ratio cessat in iuramento,vel sententia,quia ille, qui iurat, non videtur fateri delictum,imò negat.quæ ratio non valet,cùm etiam deferens iuramentum censeatur confiteri.l.qui iurasse.§. fin. supra eod. Tu dic quartò,quòd lex noluit dare istam facultatem via pacti simplicis,vel transactionis,prout via iuramenti, in quo nemo præsumitur immemor salutis æternæ.l.fina.C.ad l.Iul.rep. præsertim cùm ad iuramentum ita demum recurrendum sit, quando aliæ omnes probationes deficiunt. item sententiæ propter autho.iudiciarij processus,& iudicis. Ex istis remanet expedita glo.quo ad ea,quæ principaliter in ea tanguntur. Non omitto duo bene no.quæ colliguntur ex hac glo.in 2. par. Pri-
11 mò inquantum dicit circa med. † Sed hæc est vna, & eadem appensio:nam multum no. vult, ꝙ actus continuatus, & durans censeatur vnus actus à princ. vsque ad fi. quod inducitur per Bar.& Doc.ad intellectum statuti disponentis,ꝙ de maleficijs commissis à sex mensibus retro, iudex non possit cognoscere.Quid si esset maleficium commissum iam decem mensibus,sed durat adhuc de præsenti?In quo distingue,vt hic per Bar.cum quo tenet Ang.& communiter Mod. maximè Fulg. Pau.de Cast.& Lud.Rom. qui respondent ad aliqua facientia in contrarium.Ad idem Alex.hic & Ang.in l. inficiando. §. in-
12 fans.ff.de fur.D.Ant.de But.in c.2.de consang.& affin.† & vide q.no.decisam ex his traditis per Per.de Anch.in cle.1. & ibi refert,& sequitur D.Card.Flor.in 10.q.de consan.& affi.vbi quęrunt, ꝙ si stet statutum, ꝙ de delictis commissis p sex menses ante amplius cognosci non possit,erat etiam statutum, ꝙ si quis acceperit mulierem in vxorem per verba de præsenti, & postea capiat aliam,& cognoscat,ꝙ sit sibi pœna capitalis, si quis primò accipit vnam,postea aliam, & cognouit, an post sex menses poterit respectu pœnæ capitalis inquiri, & cogno-
13 sci?† Adde etiam aliam no.decis.Bal.post Dy. in l. sed & milites.§.ignominiæ.ff.de excus.tut.vbi decidit, ꝙ stante statuto, ꝙ Potestas cognoscat tātum de delictis commissis tempore sui regiminis,si contingat, ꝙ aliquis ante suum officium vulnerauit quem mortiferè,qui postea fuit mortuus tempore regimīnis huius Potestatis,certè secundum eum hic Potestas nō poterit de hoc cognoscere,alleg.ita tenere Gul.de Suza.in tracta. suo statut. quem etiam alleg. & sequitur Bald.in l.1.in princ.ff. de orig.iur.Faciunt no.per Bar.& alios in d.l.damni infect.§.Sa-
14 bini.ff.de dam.infec.†Facit etiam doct.Bar.secundum Pau. de Cast.& Alex. ꝙ si aliquis sit incarceratus indebitè,& non appellauerit.ꝫ.10.dies,tamen ex quo etiam de præsenti detinetur, & sic de præsenti grauatur,potest appellare,secundum Specu. in tit.de appel.§.restat.in ver.& no.secūdum Vincen. Idem tenet Bal.in l.2.C.de epis.aud.& in l.1.ad fi.vbi limitat.C.sent.rescind. non poss.Io.And.& Cano.in c.dilectus.el 2.de rescri.vbi Pet.de
15 Anch.aliter sentit.vide ibi per Mod. † Nunquid autem delicta continuata habentia tractum in futurum censeantur vnū, vel plura,puta si statutum puniat inuētum ludentem ad taxillos certa pęna,& aliquis sit repertus ludere per totam diem,& noctem cū diuersis personis,an dicatur vnum delictū, vel plura? Ponunt latè Bal.& Angel.in d.l.inficiendo.§.infans. Et si statu-

tum puniat pœna 100.tenentem vxorem alienam, & aliquis tenuerit vxorẽ alienam duobus menſib. an debeat puniri vna pœna,an pluribus? Ponit Bal.in l quicunque.in 2.col. C.de ſer. fugi.& in l.ſi duo.§.1.ff.de arbi.& ibi tenet, quòd vna pena tan tum.Eodem modo ſi pluries quis cognouit mulierem,intelligitur tantum vnum delictum,ſecundum gl.& Bar. in l. vulgaris.in princ.ff.de fur.& in conſi.ſuo incip. Anto. commiſit adul
36 terium.Sali.in l.adulteria.C.de adult.† Item intellige ſtatutũ, de quo per Bart. ꝙ elapſis ſex menſibus iudex non poteſt amplius cognoſcere,verum eſt principaliter,ſed bene incidenter, vnde ſi ſit ſtatutum, quòd pro tribus furtis quis debeat furca ſuſpendi,& duo eſſent commiſſa ante decem menſes, & nũc committeret tertium,poſſet ſuſpendi,etiam(quod eſt fortius) ſi pro duobus primis fuiſſet punitus,ita no.Bald.in Authẽ. qui ſemel.in pen.col.C. quomodo & quando iud. ſicut in ſimili, furta commiſſa in alieno territorio,quamuis pro illis non poſſet hic puniri principaliter,tamen computantur in numero, vt pro tertio hic commiſſo ſuſpendi debeat, ſecundum Bart. in l.ſi cui.§.fina.ff.de accuſ.Bal.in l.fi.in 3.q.ff.de iuriſd.omn.iudi.& in l.certum.ff.ſi cer.pet.& in Auth.ſed nouo iure. in 3.col. C.de ſeru.fug.& no.Sali.in l.ſeruo.in vlt.col. C. ad l. Iuliam.de vi.vbi limitat prædicta.& ad prædicta vide vnam qõnem,quã
37 ponunt hic Gul.& Alb.de Roſ.¶†Secundò not. diligenter ex ead.glo.circa med.dum alleg.l.qui iuraſſe.§. ſi pater. & alias ll. quòd non præſumitur pluralitas, niſi probetur. & ad hoc tota die alleg.iſta glo.& eam ſimpliciter not.ad hoc Dom. Alexan.
38 hic in fi.†Tu adde pro iſta glo. quòd in actibus hominum nõ præſumitur pluralitas,niſi probetur,tex.in c.in præſentia.§.verum.el ſecondo,& ibi Ant.de But.in 17.col.ad hoc no. de proba.Bal.in l.teſtium.in 5.col.ad fi.C.de teſt.& in l.q iuraſſe.§.fi.§. eo.& in l.neq; natales.in 2.col.C.de proba.Pau.de Caſt.in cõſi.
19 35.†Eodem modo in ſententijs nõ præſumitur pluralitas,niſi probetur.ita Iac.But.Bal.& Sali.in l.2.C.de erro.aduoc.& ibidẽ Sali.dicit,quòd eodem modo pluralitas teſtamentorum non præſumitur,quod vltimũ bene no,ad illud,quod dicunt Bart.
20 & Doc.in l.2.ad fi.C.de bon.poſ.ſecundum tabu.† Similiter in nomine hominis non præſumitur pluralitas,& idem in nomine ciuitatis,vel villæ,ſecundum Barto.in l. ſi rem. per illum tex.ff.de leg.2.D.Anto.de But.in c.2.in 2.col.de lib. oblat.Per iſta reprobo illud,quod tenet Alex.in conſi. 134.lib. 2.incip.in cauſa,& lite vertente inter Alb.de May.in 2.colum. vbi tenet,
21 †quod in rebus preſumatur pluralitas,niſi identitas probetur, alleg. aliqua quæ mihi parũ faciunt,melius allegaſſet deciſ.Io. And.quam nunc impugnabo.Secundò per prædicta reprobo deci.Io.And.in c.auditis.de præſcr.per illum tex. in verſi. ſi per illa conſtiterit,quòd vallis ſit ille locus &c.vbi per illum tex.dicit ſe practicaſſe in ciui. Bon.& obtinuiſſe contra quendam Bidellum,qui conduxerat equum ad vecturam pro eũdo ad certum locum, & probauit per comites itineris, quòd equus quẽ equitabat naturaliter perijt,nam dicit Io.And. quòd hæc probatio nihil releuauit eum,ex quo non probauit, quòd fuerit ille equus,quem conduxit,quod probare debebat per ſigna, & ſic potuit eſſe alius equus,& ſequuntur ibi Dom.Ant. de Butr. in pen.col.& Panor.in nona,& dicunt, quòd iſta ſunt vtilia ad inſtructionem aduocatorum iuuenum. idem ſequitur Alexã. Imo.in conſ.118.incip.in cauſa,& lite ver.inter Peregrinum.in vlt.col.& in conſi.119.incip. viſo proceſſu ſuper cauſa vertẽte. in 4.col.ad fi.lib.1.Iſta deciſ. confunditur ex prædictis, cùm in dubio non præſumatur pluralitas,niſi probetur, dicit tamen Bald.in l.edita.in vlti.colum.C.de eden.vnum bonum verbũ, per quod videtur deberi magna limitatio ad prædicta, ſecundum quam cogita,an poſſit defendi deciſ.Ioã. And. proximè relata,& etiam deciſ.Alexã. nam dicit,ꝙ non præſumitur pluralitas in his,quæ poſſunt eſſe vnum,per iſtum tex. cum gl. Ita dicit eleganter no.Iac.But.in l.2.C.de erro.aduoc. ergo vult,ꝙ in his,quæ nõn poſſunt eſſe vnum præſumitur pluralitas, ſuper quo dicto quomodo exemplificari debeat, & quomodo adaptetur ad prædicta,cogitabis &c.

§.Si libertus.

Standum eſt in omnibus iuramento eius, qui ſe non eſſe libertum iurauerit.hoc dicit. ¶Glo. diuiditur in tres partes. In prima not. ex tex.In ſecunda,quæ eſt ibi,ſed contra; opponit. In tertia ibi, item ſi frater.format q.¶In ead.glo. ibi, fortè tamen ſuccedet
* ei ab inteſtato.*reprobatur per omnes*,præcipuè Moder.quia cùm in d.l.ſi iurauero.patronus excludatur generaliter à ſucceſſione,per conſequens etiam ab inteſtato,& ibi tex.etiam expreſsè dicit,ꝙ non habebit operas,niſi ſalues glo.in operis reuerentialibus tantum.¶In ea.glo.ibi,cùm ibi non vetet.quæro quæ ſit ratio diuerſitatis,quare iuramentum liberti habeatur in omnibus pro veritate, ſed non ſic ècontra in iuramento patroni? Barto.hic aſſignat vnam rationem, quam ſimpliciter ſequuntur Ang.& Moder.ſed mihi non placet,quia ea attenta ſequeretur,quòd filius non poſſet deferre iuramentum patri, an ſit in eius poteſtate, quia hoc modo amittit penitus facultatem teſtandi,& tamen eſt contra legem.3.§.pe.ſ.eod.multo minus in liberto, qui quamuis teneatur relinquere legitimam patrono,non per hoc amittit teſtandi facultatem,prout videmus in patre habente filios in poteſtate,nam licèt eis debeat legitimã relinquere,non per hoc priuatus dicitur facultate teſtandi,vnde tene rationem glo.in d.l.ſi iurauero.quòd iuramentum patroni eſt odioſum,quia contra libertatem, ècontra autem fauorabile eſt.Vel dic,& ſubtilius,ꝙ ratio eſt, quia iuramentum liberti in hoc tex.fuit negatiuum, ergo neceſſariò omnia excludit,cùm ad remotionem facti omnia neceſſariò remoueatur,vnde ſi iuraui me non feciſſe furtum,non teneor etiã condictione furtiua.l.ſi duo patroni.§.idem Iulia.l.duobus. §.ſi ergo.ſ.eo.ſed in d.l.ſi iurauero.iuramentum patroni fuit affirmatiuum,quod neceſſariò non includit omnia,quia ſtat ſimul,ꝙ verè quis ſit patronus,& tamen ſibi non debeantur operæ,vel ius ſuccedendi.l.3.C.de oper.liber.ſicut dicimus in ſententia,ꝙ nunquam refertur niſi ad ea, quæ neceſſariò includuntur. l. ſi iudex.in fi.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie. iur. Iſtam differentiam inter iuramentum affirmatiuum, & negatiuum probant duo tex.ſimul iuncti in l.ſi duo patroni.§.idem Iulia.iuncta l. duob. §.idem Pomponius.ſ.eo.clarum eſt autem, quòd optima eſt argumentatio,quæ fit ex coniunctione duarum legum.l. Gallus.§.fi.in ver.quaſi in duobus capitib. ſimul iunctis,& ibi Bald. & Bar.& Mod.ad hoc no.ff.de lib.& poſthu.

SVMMARIVM.

1 *Per iuramentum non tolluntur exceptiones, quæ veniunt ex natura contractus.*

§.Si iurauero.

Quo ad corticẽ hoc dicit. Si aliquis ſibi deberi vſumfructũ iurauerit ſimpliciter, ſibi petenti executionem obſtat exceptio nõ præſtitæ cautionis.Vel ſic intellectualiter.Per iuramentum nõ tollitur exceptio,quæ non eſt contraria iuramento. hoc dicit, & hoc modo reſpondet Bar.ad d.l.duobus. §. fi. ſupra eodem,
1 vbi dato iureiur.ſublatæ ſunt omnes exceptiones, † vel ſic, & no.per iuramentum non tolluntur exceptiones, quæ veniunt de natura contractus,& hoc modo limita reg.l.non erit. §.dato.ſupra eod.vbi dato iureiurã. nil vlterius quæri poteſt,& per iſtum tex.apparet,quòd Bar.malè dixit in l.ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit.in fin.ſupra eodem,inquantum tenet, quòd ſi aliquis iurauerit ſe emiſſe rem pro decem, ſibi petenti executionem iuramenti non poteſt opponi exceptio pretij non ſoluti: nam illa deciſio eſt contra iſtum tex.& alia,quæ ibi retuli, niſi diceres ſecundum Pau.de Caſt.hic, quòd ibi ad pretium competebat actio de per ſe,ſed hic ad cautionem vſusfructus non competit actio,ſed exactio,& ideo niſi exceptio admitteretur, periret ius in totum, ideo &c. Non ſic eſt in exceptione pretij non ſoluti,quia poterit poſtea etiam peti actione ex vendito, & ideo licèt talis exceptio non admittatur, non perit ius ipſi actori ad pretium. Item facit iſte text. ad illud, quod decidit Bal.in l.ex prædijs.C.de euictio.& in Authen.præſente. C.de fideiuſſ.vbi decidit,quòd ſtante ſtatuto,quòd contra inſtrumentum guarentigiatum nulla poſſit opponi exceptio, & in illo inſtrumento contineatur contractus emptionis, non obſtante ſtatuto poterit opponi exceptio pretij non ſoluti. pro illa deciſio.eſt hic tex.melior de iure,qui poſſit alleg.ſecundum Ludo. Roma.hic.Item facit iſte tex.ad quæſtio. quam ponit Bald.in l.1.C.de vſufruc.in vlti.colum.in verſic.ſed pone, quòd verba inſtrumẽti,vbi decidit,quòd ſi teſtator relinquit vxorem vſufructuariam, & grauauit hæredem ne moleſtet vxorem in vſufructu ſub pœna priuationis hæreditatis, & hæres nolit præſtare vſumfructum vxori, niſi prius vxor præſtet cautionem de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri, & de reſtituendo proprietatem illæſam; quòd per hoc non debet priuari, imò licitè facit,petendo illud,quod lex ordinauit,& licet Bald. ibi ad hoc alleget alia iura,tamen non poterat alleg. meliorem tex.iſto.& per hæc eſt expeditus iſte.§.& tota iſta lex.

SVMMARIVM.

1 *Quando ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam,poſſit prætextu inſtrumentorum nouiter repertorum retractari.nume.2.& 3.cum ſequen.& 12.*

5 *Falſum non poteſt committi ſine dolo,& dolus eſt crimen.*

Retra-

6 *Retractatio an fiat ipso iure, an ope exceptionis.*
7 *Facilius tollitur ius singulare, & priuilegium, quàm ius commune.*
8 *Quando lex, vel conuentio dicit stari dicto vnius, intelligitur cum iuramento. nu. 9. & 10.*
11 *Quando aliquid relinquitur consentiæ alicuius, intelligitur cum iuramento.*
12 *Sententia ita demum potest retractari, quando instrumenta sola de nouo reperta ad retractationem sufficiunt.*
13 *Si actor in prima citatione fecit citare duos testes, alia dilatio non potest concedi, nisi ad illos duos.*
14 *Verbum solent, an importet necessitatem.*
15 *Quæ requirantur, vt iuramentum necessarium possit deferri. num. 21. & 36.*
16 *Statuta, & leges imponentes necessitatem faciendi iudicibus, intelliguntur parte petente. nu. 17. cum seq.*
22 *Citatio semper requiritur, quando iudex aliquid facit ad instantiam partis.*
23 *An stetur assertioni iudicis, quod iuramentum detulit causa cognita. cum sequen.*
29 *Relatum si non appareat, an vitietur referens. nu. 30. cum sequen. & in repe. nu. 27. & seq.*
31 *Quid in priuilegijs.*
32 *Quid in commissionibus.*
33 *Quid in iudicijs.*
34 *Quid in accusatione.*
35 *Quid in statuto.*
36 *Quid in positionibus.*
37 *Quid in sententia.*
38 *Quid in inuestitura.*
39 *Quid in emphyteusi.*
40 *Quid in contractibus.*
41 *Quid in vltimis voluntatibus. nu. 42.*
43 *Partes non possunt cum consensu fabricari facere instrumenta de nouo ad retractationem sententiæ.*
44 *Transactio non retractatur per instrumenta de nouo reperta.*
45 *Quid in arbitramento.*
46 *An à sententia arbitri appelletur.*
47 *Sententia lata ad consilium potest retractari per aliud consilium magis peritorum.*
48 *An post conclusum in causa possint produci instrumenta de nouo reperta. & in repe. nu. 50.*
49 *Paria sunt, vel latam sententiam, vel conclusum in causa. & in repe. nume. 51. & 55.*
50 *Quando intelligatur conclusum in causa. nu. 51.*
52 *Iudex ex officio potest inuitis partibus pronunciare, quòd sit conclusum in causa, & in repe. nu. 52.*
53 *Quando aliquid est de proximo faciendũ, habetur pro facto, & num. 54 cum seq.*
61 *Sententia non potest ferri sub conditione. num. 62. & seq. & quando. in repe. nu. 67. & sequen.*
66 *Quando dilatio sit communis.*
67 *Lex habens plures intellectus non potest allegari ad decisionem causarum. nu. 68. & seq.*
70 *Quando nihil dicatur probatum ab actore.*
71 *Absolutoria lata, quia non probatum, debet esse diffinitiua.*
72 *Sententia ab obseruatione iudicij an sit diffinitiua.*
73 *Postquam actor probauerit plenè non tenetur iurare.*
74 *Indicium est minus, quàm semiplena probatio.*
75 *Quando iuramentum sit deferendum in supplementum probationis.*
76 *Priuata scriptura vel apocha, quando probet. nu. 77. 78. & 79.*
80 *Si sit statutum, quòd credatur libro mercatorum, debet seruari in quolibet foro.*
81 *Liber priuatus rationum quando probet. nu. 82. cum seq.*
82 *Quid in libro mercatorum.*
83 *Quid de scriptura mercatorum.*
83 *Quid de epistola.*
84 *Quid in exemplo instrumenti. nu. 85. & seq.*
85 *An instrumentum publicum probet contra tertiam personam in eo nominatam.*
86 *Instrumentum quando probet. & nu. 87.*
88 *Quando fuga faciat semiplenam probationem, nu. 89.*
90 *Quid in criminalibus.*
91 *Incarceratus condemnatus ad mortem, si aufugit, peccat mortaliter.*
92 *Quando vnus testis faciat semiplenam probationem. nu. 93. & seq.*
97 *Dicta testium, qui deficiunt super quantitate, an suppleantur per alios, qui audierunt dici quantitatem.*
98 *Testes recepti inter alias personas, quando sunt mortui, an faciant probationem quo ad tertios. nu. 99.*
100 *In causis magnis, & arduis, non defertur iuramentum in supplemẽtum probationis, & quæ dicatur causa magna. nu. 101.*
102 *Quid in causis criminalibus, spiritualibus, vel famosis. nu. 103.*
104 *In causa status, vel vsuraria.*
105 *Quid in causis feudalibus.*
106 *Quid si requiratur apertissima vel plena probatio. nu. 107.*
108 *Quid sit luce clarior, vel legitima probatio.*
109 *Ad probandum ingratitudinem non defertur iuramentum in supplemeneum probationis.*
110 *Similiter quando recurritur ad ecclesiam in defectum iudicis secularis, vel de probando interesse, vel probando dominio, vel iurisdictione, vel districtu. nu. 111. cum seq.*
113 *Quibus non deferatur iuramentum, videlicet infami, iudæo, vsurario, aut aliàs vili personæ.*
114 *Quid in stipendiarijs nostri temporis.*
115 *An vsurarij præstita cautione restituantur ad famam. & nu. 116.*
117 *Quid in periuro, vel in quo est spes periurij. nu. 118.*
119 *Quomodo intelligatur, quòd facultas iurandi transit ad successorem.*
120 *An per testes nouiter repertos rescindatur sententia.*

ADmonendi. Istã l. repetij anno quin-
to. & materiam, & singu
los articulos plenè prosequutus sum, & ista repe. j.
statim subijcietur. ideo nunc in lectu. strictius pro-
cedam. Ad euidentiam præmitte, quòd in ista l. principaliter
tractatur de iuramento necessario, de quo habes tex. in l. in bo
næ fidei. C. eo. & in c. fi. eo. tit. & ꝙ ista lex loquatur de necessa-
rio, probatur in versic. exigere, quod est ab inuito extorquere.
1 Istud aũt iuramentum necessariũ aliqñ defertur in supplemen
tum probationis, aliquando in defectũ. Dicitur autem deferri
ri in supplementum, qñ actor semiplenè probasset, deinde iu-
dex ipsi actori deferret iurm̃. Aliqñ istud iurm̃ est in defectũ,
quod est, qñ actor semiplenè probauit, sed iudex defert reo,
vt quia actor non est fidelis. Secundò præmitte, ꝙ ista l. multũ
variatur in intellectu, timore ꝯrij. l. sub specie. C. de re iudi. &
2 l. Imperatores. ff. eo. vbi traditur regula, † ꝙ sententia, quæ trãsi
uit in rem iud. non potest retractari etiam per instrumenta de
nouo reperta, & ista regula habet locum non solùm in causis
ciuilibus, sed ẽt in criminalibus, in quibus si reus fuerit condẽ-
natus per sñiam, & postea appareat de eius innocentia per in
strumenta de nouo reperta, tñ non retractatur, vt est tex. not.
3 in l. diui fratres. ff. de pęn. quem Bar. ibi multum † no. & dicit, nũ
quam obliuiscaris. Item dicta reg. procedit, ẽt si post sententiã
* instr̃m * sit de nouo repertum, vt est gl. no. in l. 3. §. item si ipse.
quam ibi Ang. multum no. & reputat sing. ff. si cui plusquam
per l. Falc. licèt in hoc vltimo secus sit in transactione. l. de his.
ff. de transac. & in l. 1. in prin. ff. quemad. test. aper. item secus sit
in iur̃o. l. fi. C. eo. & tamen in hac l. deciditur ꝯrium, cuius timo
re legitur in gl. 2. trib. mod. duos alios modos adducunt Doct.
& sic sunt. 5. lec. Tñ aduerte, ꝙ omnes istæ lec. gl. & Doc. in ef-
fectu conueniunt, ꝙ in hac l. constituatur dr̃ia inter iur̃m ne-
cessarium, quod defertur à solo iudice altera parte inuita, &
tunc sñia lata prætextu talis iur̃i necessarij præcedentis inuita
parte, retractatur per instr̃a de nouo reperta, ita loquitur tota
prima pars huius l. vsq; ad ver. fi. ibi posteà mutatur aduersati-
uè casus in iur̃o delato extra iudicium ex mera voluntate par
tium, vel ẽt in pñtia iudicis, & tunc sñia postea lata prætextu
talis iur̃i voluntarij, vel iudicialis, non retractatur per instr̃a de
nouo reperta, eo quia res vr̃ potius decisa transactione pp par
tis consensum, quàm sñia, & regulariter transactio non rescin
ditur per instr̃a de nouo reperta. l. sub prætextu. C. de transa. &
istud est, quod vult dicere tex. in ver. fi. ibi, ꝙ si aliàs inter ipsos
* iureiurando transactum sit &c. ita tenent gloss. *& coiter Doc. hic.*
Alius fuit intellectus illustris subtilitatum principis D. Christ.
de Castil. Mediol. de quo nullus facit hic mentionem, ꝙ in ista
l. non constituatur dr̃ia, (vt dicunt omnes) an sñia sit lata præ-
textu iur̃i necessarij, an verò sit lata prætextu iur̃i volũtarij, vel
iudicialis, sed ꝙ solùm in hac l. constituatur dr̃ia, an post pri-
mum iur̃m qualecunq; sit, sit secuta sñia, & hoc casu loquit̃
tota prima pars huius l. vsq; ad ver. fi. & ibi in illo ver. fi. ꝓpriè
loquitur Iuriscõ. qñ præstitum est iur̃m, sed nulla sequuta est
sententia; & sic pondera, ꝙ iste intellectus ꝯdicit cõi in duob.
primò inquantum gl. & Doc. intelligunt primam partẽ tex. ꝙ
loquatur tantum in iuramento necessario, quod defertur in
supplementum probationis, D. Christ. intelligit, ꝙ loquatur in
omni iuramento non solùm necessario, sed ẽt voluntario, &
iudiciali. Secunda dr̃ia est, quia Doc. intelligunt qđ lata sit sñia
in vtraque parte huius l. sed Do. Christ. tenet, ꝙ in ver. fi. nulla
sit sñia, & consequenter qđ tota vis, & dr̃ia consistat in hoc, q̃a
in j. parte l. post iur̃m fuit secuta sñia, sed in vlt. parte nulla fuit
lata sñia. Quòd aũt in j. parte tex. ꝓpriè faciat vim, qñ postea
lata

* Instrumentum testamenti.

lata eſt ſententia,patet in verſ.ſed hæ conſtitutiones, qui limi-
tatiuè dicit,ꝙ tunc locum habeat,qñ à iudice aliquis fuit abſo
lutus,ergo vult ꝙ ſecùs eſſet,ſi non fuiſſet lata ſententia. Iſtud
ēt patet in ver.ſolent.quod autem in ver.fi.nulla fuerit lata ſen
tentia,patet in tribus. Primò,quia de ſententia verbum nullũ.
Secundò ex aduerſatiua,ꝙ ſi.quæ debet aduerſari in iure,& in
4 facto,vt no.Bar.in l.hoc amplius.§.de his.ff.de dam.infec.† Ter
tiò patet,quia ſententia eſt facti l.conſilio,in fi.ff.de cu.fur. ſed
facta non præſumuntur,niſi probentur.l.in bello.§.factæ. ff. de
cap.Ratio autem diuerſitatis eſt , quia quando ſententia fertur
prætextu iuramenti quodcunque ſit,& iſtud reperiatur eſſe fal
ſum ex inſtrumentis poſtea repertis,certè ſententia dicitur fun
a data ſuper probatione falſa,ſed ſententia lata per falſos teſtes,[a]
vel falſa inſtrumenta,poteſt quandocunque retractari. l. 3. &
toto tit.C.ſi ex fal.inſtr.& de iſtis cōſtitutionib.principum loq-
tur illa lex,quicquid gl. 1.& Doc.dicant.Sed quando poſt iura-
mentum nulla lata eſt ſententia,tunc ſtamus regulæ l.non erit.
§.dato.ſ.eo.Iſte fuit peregrinus intellectus Do. Chriſt.quem li-
cèt ipſe breuiter expediat,ego ampliaui,& firmaui.Pro prima
parte eius intellectus,quòd iſta lex in prima parte loquatur,nō
ſolùm in iuramento neceſſario , ſed etiam in alio iuramento,
adde Ioan. de Imo. & Gemin.in c. 2.in 3.col. de temp. ordi. in
6.vbi ſuper glo.in ver.affectata.in fin.inquantum dicit, qđ poſt
iuramentum de ignorantia admittitur probatio in ɔ̃rium. Io.
And.ibi dicit.quod verum eſt per iſtam l. Dicunt Imo. & Ge-
mi.ꝙ ex illa gl.& declaratione Io.ampliatur iſta l.in prima par
te,vt procedat non ſolùm in iuramento neceſſario , quod de-
fertur à iudice in ſupplementum probationis, ſed etiam in iu-
ramento iudiciali,quod defertur à iudice de conſenſu partiũ,
ſecus eſſet in extraiudiciali,qđ defertur à ſola parte parti. Iſte
intellectus non eſt tenendus quantum ad primam partem , ꝑ
tex.in ver.exactum.& verbo,exacto.ergo apparet , ꝙ loquitur
in iuramento,quod inuita parte exigitur , & ſic ſolùm in iura-
mento neceſſario,cùm exigere ſit ab inuito extorquere l.fidei-
commiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.licèt gloſſ. ibi in verſ.exegiſſet,di-
cat,quod aliquando fit à volente, prout probat text. in l. quo-
ties.§.fi.ff.de noxa.& in ſpecie Fulg.& Alex.in l. cum qui. §. in
popularibus.ſ̃.eo.qui intelligunt tex.ibi,in ver.exactum, ſ.à vo
lente,ſed iſtud ibi reprobaui. Item hic non eſt recedendum à
propria ſignificatione vocabuli, vt dicit glo.in ſimili in verſic.
abſolutus.& maximè cùm bis Iuriſconſ. repetat illam dictio-
nem exacto,& geminatio debet multum operari. l. baliſta. in
prin.cum ſim.ad Treb.Secundo inquantum Dom.Chriſt.dicit
quòd conſtitutiones princ.de quibus loquitur iſta lex , ſunt il-
læ,quæ ponuntur in d.tit.C. ſi ex fal.inſtrum. quomodo enim
Iuriſcon.potuit diuinare de iſtis.ll. Codicis poſtea condendis.l.
iubemus.in fin.C.de teſt.ſed quod fortius in dicto titu. C. ſi ex
falſ.inſtru.non requiritur,quod inſtrumēta ſint de nouo reper-
ta,prout requirit iſte tex. conditionaliter loquens , ergo de eis
non intelligitur.¶Quartò circa differentiam , quam facit Do-
mi.Chriſt.inter primam partem huius l.quando fuit lata ſentē
tia,& verſ.fina.vbi nulla ſententia lata eſt, in contrarium forti-
ter ſtringit fundamentum Bar.hic in 1. col. in fin.quòd minus
debeat poſſe retractari iuramentum, quando poſteà ſequuta
b eſt ſententia,cùm duo vincula [b] magis ligent , quàm vnum ,
quando eſt ſolùm iuramentum,nec ſolutio Bar. conuenit niſi
ad iuramentum neceſſarium , quod tendit ad diuerſum effe-
ctum quàm ſententia,ſed iuramentum voluntarium,vel iudi-
ciale tendunt ad eundem finem cum ſententia ad finiendum
litem.l.1.C.eo.& ſic quantum ad primam partem text. repro-
bo intellectum,Do.Chriſt & teneo communem, quòd loqua
tur ſolùm in iuramento neceſſario, & ita etiam reprobo Imo.
& Gemin.in d. c. 2. & ſuadetur etiam ex verſ.ſolent enim.Sed
quantum ad ſecundam partem intellectus,nunquid in ver.fin.
ſit lata ſententia,vt volunt gl.& Doc.multum obſtant ea,quæ
ſ̃.retuli.præcipuè quia de ſententia in iſto ver.fi.verbum nullũ.
potes dicere,ꝙ ſic intelligi debeat,per tex. in l. iuſiurandum &
ad pecunias.§.fi.ſ̃.eo.cuius intellectum ponit Alex.in l.2.ſ̃. eo.
& ibi dixi.hoc non placet,quia ſubaudit ad tex. vnde intelligo
ver.fi.generaliter,ſiue poſt iuramentum lata ſit ſententia , ſiue
non.¶Iſtis ſic præmiſſis venio ad tex.& omiſſa diuiſione Bart.
quam ſequuntur Fulg.& Paul.de Caſtr. diuide tenendo com-
munem ſententiam in duas partes princip. In prima loquitur
de iuramento neceſſario, cuius prætextu lata eſt ſententia . In
ſecunda in verſic. fina. loquitur in iuramento voluntario , vel
iudiciali.Rurſus prima pars princ. ſubdiuitur in quatuor par-
ticu.Primò ponit dictũ in genere. Secundò illud exemplificat
in ſpecie. Tertiò limitat. Quartò reſpondet tacitæ obiectioni.
Secunda ibi,ſi quis noua.Tertia ibi,ſed hæ conſtitutiones. vbi
ponitur limitatio primæ deciſionis,vt procedat,quando iura-
mentum eſt exactum à ſolo iudice ſine actoris cōſenſu, quod
appellatur neceſſarium . Quarta eſt ibi. ſolent enim.vbi oppo-
nitur,quomodo potuit ſolus iudex ſine conſenſu partis exige-
re iuramentum,& reſponde,quod iſtud faciunt quotidie iudi-
ces,quia in dubijs cauſis &c.hoc dicit in ſumma. Sententia la-
ta prætextu iuramenti neceſſarij falſi retractatur per inſtrumē
ta de nouo reperta,& in dubijs cauſis ratione imperfectæ pro
bationis,per iudices tale iuramentum defertur , hoc dicit pri-
ma pars.Si verò cauſa ſit inter partes deciſa iuramento volun
tario,vel etiam iudiciali,non retractatur per talia inſtrumen-
ta de nouo reperta. hoc dicit vltima pars . Et iſta lex in prima
parte eſt ſingularis in iure,vt inquit Bar.in 1.col.Angel. Pau.de
Caſt.& Lud.Roma hic,& Bald.in c.vltra tertiam.in vlti. colu.
de teſti.Et aduerte in tertia particula dum dicit,quòd reus fuit
abſolutus,denotat contingentiam facti, nam idē ſi fuiſſet con
demnatus,vt patet ex verſi.ſeq.ſolent.qui generaliter loquitur,
ſecundum Doct,præſertim Alber.Ang.& Fulg.hic,& ita tenet
Bar.in vlti.colum.vt patet viua ratione, quia ſi retractatur ſen
tentia,quando reus fuit abſolutus,fortius debet retractri, quā-
do fuit condemnatus,cùm fauorabiliores ſimus reis &c. l.Ar-
rianus.ff.de act.& obli.& in regu.l.fauorabiliores.& c. ex literis.
de proba. In primis antequam veniam ad notabilia , aduerte
quia omnes Doct.indifferenter ſummant tex. ſic.Sententia la-
ta prætextu iuramenti neceſſarij falſi , &c. Inueſtigandum eſt
quare dixerit falſum,cùm in tex.nihil dicatur.Bene verum eſt,
quòd iuramentum non fuit verum,tamen per hoc non ſequi-
5 tur,ergo fuit falſum,† quia falſum non poteſt committi [c] ſine
c dolo.l.nec exemplum.C.de falſ.dolus in dubio non præſumi-
tur.l.quoties.§.qui dolo.ff.de probat.& eſt ratio, quia dolus eſt
d crimen, [d] ſiue delictũ.gl.no.in l.1.in princ.& ibi Bar. ff. de fide-
iuſ.tut.& habes tex.meliorem de iure de hoc in l.1.§.nunc tra-
e ctemus.in ver.planè.ff.de tut.& ra.di.ſed delicta in dubio [e] non
præſumuntur.l.meritò.ff.pro ſoc.Punctus ergo eſt videre,nun
quid ad hoc vt procedat hic tex.requiratur,quòd iuramētum
fuerit falſum.In tex.ibi,interdum,hoc dicit Iuriſcō. vt denota
ret regulam eſſe in contrarium.l.interdum.cum gl.ff.de condi.
indeb.gl.in l.fi.ff.vt in poſ.leg.& in l.qui in aliena. §. interdum.
de acq.hære.& ſic no. vnum caſum contra communem regu.
in quo ſententia nunquam tranſit in rem iudi.quamuis appel-
latum non ſit , & ſemper poteſt retractari per inſtrumenta de
nouo reperta.Et ſic apparet,ꝙ regulariter delato iureiurā.nihil
vltra pōt q̃ri.Datur ēt intelligi,ꝙ regulariter ſñia lata nō retra-
ctetur per inſtr̃a de nouo reperta l.ſub ſpecie.C.de re iudic.&
iſta regu.procedet ēt in criminalibus,quia non retractatur per
inſtr̃a de nouo reperta,ſed fit remiſſio à principe,vt per Barto.
6 hic,per l.diui fratres.ff.de pœn.† Neceſſarium eſt inquirere pro
intellectu tex.an iſta retractatio concedatur ipſo iure , an verò
requiratur reſti.in integ.Gul. de Cu. tenet primam partem per
* l.cum à te.ff.de dolo.*Communis ſententia eſt* in oppoſitũ,ꝙ reſtit.
in integ.requirit̃,ꝙ ſit cōceſſa à iudice,ita tenet Cy.hic in addi.
Iac.But.& Alb.hic in 4.col.in ver.nunc quæro.vbi dicit, ꝙ iſta
* eſt *cōis opi.*Idem tenet Sal.Fulg.Pau.& Alex.hic,qui Alex.refert
idem tenere Ang.hic,ita etiam tenet Bald. in l. ſub ſpecie.C.de
re iudi.dicens ita cōiter Doc.tenere,& Bal.in l.1.in 1. & 2.colu.
C.de condi.indeb.moti præcipuè per l.diuus.ff.de re iudic.& l.
2.C.ſi ex falſ.inſtr. in quibus requiritur reſtitutio, & per illas. ll.
ſuppletur iſta,& comprobatur ſ͠m Pau.de Caſt.hic in 2.col.quia
in illis.ll.facilius conceditur retractatio , quàm hic, cùm in illis
non requiratur,ꝙ inſtrumenta ſint de nouo reperta prout hic.
Si ergo ibi requirit̃ reſtit.in integ. fortius hic dēt requiri, ſed ad
hoc eſt facilè r̃ndere,ꝙ hic de vno grauatur quantum ad noua
inſtrumenta,ergo in alio debet releuari.l.eum qui.in prin. ſ̃.eo.
Licèt iſta ſit communis ſñia,ego teneo ɔ̃ cōem , ꝙ in hac l.re-
tractatio permittatur ipſo iure,& non ſit opus aliqua reſtit. in
integ.& ſic teneo opi. Gul.cum de reſtitutione in hoc tex.ver-
bum nullũ.Inuenio,ꝙ Ang hic in mea lec.in 1.colu. tenet iſtā
par-

ADDITIONES.

a ¶Teſtes.Adde glo.1.in l.ſi is ad quem.ff.de acquir.hæred.& ibi Bar.& Docto.
in c.licèt cauſa.de proba.Doct.in c.venerabilis.de exce. Doc. in c. cum I. &
A.de re iudi.
b ¶Vincula.Adde l.fi.C.de adop.& in c. 1. de treug. & pace.
c ¶ Committi. Adde l. 1. in princip. ff. de falſ. Bartol. in l. quid ſit falſum. ff.de
falſis.
* Nat.conſilio 132.numero 6.conſi.315.colum.13.conſi.392.Pract.Bal.tit.de
ſent.q. 10. Catel.verb.falſitas. Aym.conſi.57.Dec.conſi.189. 615. text. in l.
iubemus,C,de probat.Rolan.conſi.38.lib.1. qui omnes plura no.in materia
falſi. MASVER.
d ¶Dolus eſt crimen. Adde l.1.in §.non tantum. ff. depoſ. & in l.non exigit. ff.
de dolo.
e ¶In dubio.Adde gl.in l.ad commentarienſem.C.de cuſto.reor.

partẽ,quamuis Dom.Alexan.aliter referat. Idem tenet Ludo.
Roman. in antepe.& pen.colum.motus per aliqua, quæ mihi
non ſtringunt,ego ex duobus moueor.Primò,quia ſi in hac le
ge requireretur reſtitu.in integ. ſtarent duæ difficultates , quæ
bene tolli non poſſunt,quas mouet Pau.de Caſtr.hic,in 7.co-
lum.& ſequen.& Alex.in 16.colum.& ſequent. quia non eſſet
hoc ſpeciale in iuramento neceſſario,nec eſſet opus, quòd in-
ſtrumenta de nouo eſſent reperta, nec aliud eſſet in iuramen-
to voluntario,quia omnis ſententia poteſt retractari per reſti.
in integ.ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa &c. quan-
do inſtrumenta ſunt de nouo reperta , quæ non potuit pars
producere,imò ſi non eſſent de nouo reperta,dummodo fuiſ
ſet legitimè impeditus.Ita Inno.in c.vltra tertiam,de teſti. quẽ
refert,& ſequitur Bar.in l.1.C.de ſent.aduerſ. fiſcum latis. libro
10.Spe.& Io.And.in tit.de execu.ſen.§.fi.in verſic.illud tamen.
Bar.in l.argentarius.§.cum autem.per illum tex.ff. de eden. &
in l.ſub prætextu,primo,& ibi Sali.C.de tranſac.Ang. & Mod.
in l.Imperatores.ff.de re iudic.nec huic difficultati Pau.de Ca.
& Alex.bene reſpondent,ideo propter has difficultates neceſ-
ſe eſt dicere,ꝙ hic ſit ſpecialis caſus, in quo ipſo iure permitti-
tur retractatio ſententiæ abſque reſti.in integ.nam hoc modo
ceſſant illæ difficultates.Secundò moueor, quia ſententia lata
ex iuramento neceſſario dicitur lata ex probationibus priuile-
giatis procedentibus inuita parte,vt plenè dicam in gloſſ. 2. in
princi.ideo facilius ipſo iure reuocatur,quàm in d.l.diuus. vbi
ſunt probationes propriæ,licèt falſæ,& ſic apparet nihil obſta
7 re illos tex.†quia facilius reuocatur ius ſingulare,& priuilegia-
tum,quam ius commune.l.eius militis.§.militia miſſus.ff.de te
ſta.mil.¶In text. ibi,noua inſtrumenta , an idem ſit in teſtibus
de nouo repertis,eſt latus articulus,quem Bar.ponit.infra in vl
ti.colum.ibi reſeruo.Pondera etiam tex.ibi,ſe inueniſſe dicat :
nam punctus eſt videre,an veniat ſupplendum,& probet,pri-
ma fronte videtur,ꝙ ſic,per tex.in l.1.§.1.in verbo , dicentur.
ff.de dolo.cum glo.2.ad idem gl.in l.2.in princ.in ver.dicatur.
ff.ſi quadrupes pau.fe.dica.declarat Bar.in extrauag.ad reprim.
in verſic.aſſeratur.& hoc modo arguimus Iuriſconſultum , ꝙ
diminutiuè loquatur.Tu ſubtilius conſidera,quòd text.poteſt
ſtare,ſi dicat,quia non eſt neceſſe iſtud probare, imò ſtatur di-
ctio ſuo cum iuramento.cap.paſtoralis.de excep. firmat Bart.
hic,in 2.colum.in prin.Facit tex.in l.fi.C.de fide inſtrum. cum
ergo non requiratur alia probatio,ſed iuramentũ, ſufficit ver-
8 bum dicatur.†Ex hoc infertur iuncto d.cap.paſtoralis.quòd li
cèt lex dicat ſtandum dicto alicuius,intelligitur cum iuramen
a to.[a] facit tex.in cap.continebatur.circa med.in verſic.firmaue
rit iuramento. de deſpon. impub. Ad idem , & ſecundò facit
tex.in l.Theopompus.in ver.iuratus.& ibi Bar.ff.de do. præleg.
vbi eſt tex.quòd ſi teſtator in teſtamento mandauerit ſtari di-
9 cto alicuius,intelligitur,iurato.¶†Tertiò facit, quòd per illam
l.Theopompus.dicit Bal. in l.iuſiurandum , quod eſt conuen-
b tione.in prin.& ibi retuli. s̃. eod. quod ſi in inſtrumento [b] quis
promiſit ſtare dicto partis de damnis,& intereſſe , intelligitur,
ſcilicet iurato.Idem tenet Butr.in c. finẽ litibus.de dolo & cõ-
tuma.in penul.colum.& in cap.veniens.el primo.de teſt. Bald.
10 in cap.tuis.eod.titu.¶†Quartò facit,quod vult Ang. in l.ſi va-
cantia.in 3.colum.C.de bon.vac.lib.10.quòd ſi ex forma ſtatu
c ti [c] debet ſtari ſimplici dicto accuſatoris , vel nuncij , intelligi-
tur,quòd debeat iurare,per d.l.Theopompus. & refert , & ſe-
quitur Alex.in conſi.71. in 3. volum. incipi. clariſſime domine
11 vicarie.in 3.colum.¶†Quintò bene facit,quòd licèt aliquid re
linquatur conſcientiæ alicuius,tamen intelligitur dummodo
iuret,ſecundum Ang. Paul.de Caſt.& Moder.in l.de pupillo.§.
qui opus.ff.de oper.no.nuncia.Angel.in l.apertiſſimi.C.de iud.
Alexan.conſi.53.in 2.volum.incip.viſo themate.ſupra ſcripto.
& in conſi.218.in 2.volum.incip.viſis verbis in 3.colum. in fine.
12 ¶†Tertiò pondera text.ibi,quibus nunc ſolùm &c.quòd ſen-
tentia ita demum poteſt retractati , quando inſtrumenta ſola
de nouo reperta ad retractationem ſufficiunt,& ſic alia proba
tio ſimul cum inſtrumentis non admitteretur.Ratio eſt ſecun
dum Barto.quia illa tantum probatio debet admitti,in qua nõ
13 fuit negligens.† Et ex hoc infert Bart. hic,in 3.col. poſt Iacob.
Butr.quòd ſi actor in prima dilatione facit tantum citari duos
teſtes,qui fuerunt contumaces, quòd ſecunda dilatio non po-
teſt ſibi concedi niſi ad illos duos teſtes, cum Bart. tenent alij,
& dicit Ludo.Rom.in penul.colum. quòd dictum Barto. ſer-
uaretur in practica,quia nullum habet contradicentem. quã-
uis Bald.hic in 5.colum.dicat , quòd iudices de facto aliter ſer-
uant,quam Barto.dicat.Adde Barto.idem tenentem in l. fina.
in 1.colum.& ibi alij.ff.de fer.Anto.de Butr.in c. vltra tertiam.
de teſti.& ibi Bal.in vltim.colum.dicit,quòd iſte tex.eſt ad hoc
ſing.Idem tenet Pau.de Caſt.in l. ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.
ff.de verborum obliga.vbi reputat hoc eſſe valde ſingul.dictũ.

facit l.ſi quando,& ibi Barto.C.de dila. contra iſtam deciſionẽ
Ludo.hic in penul.colum.mouet difficultatem, ſuper qua du
bitat,& relinquit cogitandum : nam in hac dilatione efficitur
communis vtriuſque partis.l.petendæ.C.de temp.in integrum
reſti.pe.poterit reus producere quoſcunque teſtes voluerit, &
ſic eſſet melioris conditionis,quàm actor,cuius contemplatio
ne habet hanc dilationem,& tamen æqualitas inter eos eſt ſer-
uanda. l. finali. C. de fruct.& lit.expen.Tu reſponde ex mente
Barto.quòd ratio diuerſitatis eſt,quia ex quo actor non nomi-
nauit niſi duos teſtes , quo ad illos duos ſe aſtringit , quo ad
alios eſt negligens. ideo quo ad alios non permittitur dilatio ,
ſed reus ad nihil ſe aſtrinxit,ideo latiores habet habenas in hac
ſecunda dilatione.Hinc dixit Salicet.in l. prima. C. de dilatio.
quòd ſi actor alios teſtes non nominaſſet ex ignorantia, & nõ
ex negligentia,tunc plenior dilatio ſibi concederetur. ita limi-
tat doctrinam Bartol. hic , & ſequitur Dominus Alexand. qui
etiam limitat ſecundo modo , quòd licèt actor in ſecunda di-
latione non debeat admitti ad producendum alios teſtes, ſi
tamen fuit admiſſus parte non contradicente valebunt , ita
refert nota.Bald.in l.fina.in lectura antiqua.ff.de fer. Tu ad hoc
comprobandum adde multa ſimilia , quæ recollegi in l. certi
condictio.§.quoniam.ſupra titulo primo , & dixi hic in repe.
In text.ibi,cum à iudice aliquis abſolutus fuerit. nota.hic eſſe
text. quòd iuramentum neceſſarium in dubio debet deferri
reo,non actori,de quo dicetur in gloſſ. penultima, & ſi dicere-
14 tur,quod hic ponitur contingentia facti , eſt truffa. ¶† Quar-
tò not.in verſicu.ſolent. quòd licèt iſtud verbum videatur vo-
luntatis.l.non quicquid. ff. de iudic. tamen iſto caſu neceſſita-
tem importat,per l.in bonæ fidei.in verſic.oportet. C.eodem,
ſecundum Doctor.hic,& Barto.infra in vltima colum.& Ca-
no. in capitulo fina. extra eod. nam verbum ſolent , medium
eſt,ſecundum gloſſ.in l.prima,& ibi Barto.& Doctores.C.quo-
modo,& quando iud. & eſt text.in l.vbi autem.§.primo, cum
15 gloſſ.ff.de in diem addict. ¶ † Quintò not.ibi,in dubijs cauſis,
quòd iuramentum neceſſarium defertur , quando cauſa eſt
dubia , & ſic quando non eſt probatum plenè , ſed ſemiple-
nè,& aduerte,quòd ad hoc,vt iſtud iuramentum deferri poſ-
ſit,octo requiruntur, quæ enumerat Pau.de Caſ.hic in quinta
colum.in fine,quibus tu adde alia magis vtilia, & quotidiana,
d nam requiritur de nouo,quòd pars expreſsè petat [d] tale iura-
mentum ſibi deferri,aliàs non poſſet iudex ex officio parte nõ
petente deferre,& ſi deferat non valebit,per l.quartã. §.hoc au
tem iudicium.ff.de damno infecto , ita determinat Barto. hic
in vltima colum.ſequitur Angel.in prima, & Anton. de Butr.
in capitu.fina.in vltima colum.extra eodem. Contrarium latè
tenet Panormi.in dicto capitu.fina.§. ſanè.in vltima columna,
motus per aliqua,quæ non ſtringunt, quibus reſponde ex ver-
bis Salicet.in l.in bonæ fidei.in vltima colum. C. eodem. Ad-
de , quòd contrarium etiam tenet Dominus Alexan. de quo
valde admiror,licèt de Bar.hic,& prædictis nullam faciat men
tionem,in conſil. 53.incip.in cauſa vertente inter Michaelem.
in vltima colum.in primo volum. vbi dicit , quòd iudex po-
teſt iſtud iuramentum deferre ad veritatem eruendam , etiam
ſi à parte non petatur,per regulam l.vbicunque.cum glo. ff.de
interrog.actio.& per ea,quæ no. Bald.in l.actor.in princip.C.de
probatio.Ego teneo ſententiam Barto. & eam comprobo pul
16 chro fundamento,& valde vtili ad infinita. † Nam omnes. ll.
omnia ſtatuta,quæ verbis præciſis, & neceſſitatiuis cogunt iu-
dices aliquid facere,reſpicientes priuatum commodum , de-
bent intelligi , ſi petatur à parte,aliàs iudex non poteſt ex ſuo
officio facere. gl.eſt & ibi. Cano. in capitulo fina. de reſcriptis.
& per illam gloſſ. dicunt Dominus Anton. Panormi. & alij,
quòd ſtatutum diſponens,quòd capitaneus (quia eſt, vt plu-
rimum ignarus iuris)teneatur ferre ſententiam cum conſi. ſa-
pientis,tale ſtatutum intelligitur parte petente, vel ſi ſtatutum
dicat , ꝙ Poteſtas teneatur compellere agnatos ad compro-
17 miſſum,intelligitũ ſi petatur à parte.†Eodẽ modo, ſi ſtatutũ di-
cat , quòd iudex teneatur terminare cauſas , infra certum tp̃s
ſub pœna,intelligitur parte petente,aliàs ſecus,ſequitur Domi
nus Alexan. in conſilio 122.incip.in cauſa vertente inter Petr.
& Ioan.in pen.colum.& in conſi.122.in 2.volu.incip.viſo pro-
ceſſu vtriuſque cauſæ.in vlti.colum.Pau.de Caſt.in l.properan-
dum.

ADDITIONES.

a ¶Iuramento.Adde Bal.in l.iuſiurandum.ff.de iureiur.
b ¶In inſtrumento.Adde Bal.in c. cæterum.de iur.calum.
c ¶Statuti.Adde Ang.in repe.l.ſi vacantia.C.de bon.vac.lib.10.Ant.de Butr.in c.veniens.el primo,de teſti.
d ¶Petat.An requiratur petitio,vide Glo.& latè Iaſ.pro confirmatione in l.omnes.C.de preci.impe.offer. PVRPV.

18 dum.in prin.in 5.col.& ibidem Alex.C.de iudic. ¶†Secundò
ad idem facit tex.no.in l.peto.§.fina.in verſ.quòd ſi cautio non
fuit ab eo,qui primo loco admiſſus eſt,deſiderata.ff.de lega.2.
quem tex.multum no.Pau.de Caſt.ibi,ad fi.& dicit,ꝙ aliquan
do allegauit ad quæſtionem ſtatuti Paduani diſponentis,ꝙ ap
pellans,vel petens reſtitutionem,debet cauere cum fideiuſſo-
re de reſtituendis expenſis,& aliter proceſſus factus nõ valeat;
ꝙ tale ſtatutum debet intelligi, ſi talis cautio fuit petita à par-
te, tunc ea non præſtita proceſſus poſtea factus eſſet nullus ,
aliàs ſecus.quod dicit tenendum menti , quia pluries vidit de
facto.ſequitur Dom.Alex.in conſi.120.in 3.vol.incip. viſis nar
19 ratis in themate.circa prin.¶†Tertiò ad idem facit tex.in l.de-
bitoribus.in prin.in ver.petentibus.de re iudic. per quem text.
ño,Ang.& Alex.ibi,quadrimeſtre tempus.& tenent,ꝙ ſi lex iu
bet condemnatis indulgeri,ita demum indulgendum eſt,ſi ab
eis petatur. Ad idem, & quartò facit,quod egregiè conſuluit
Angel.in conſi.140 incip.quidam Math.quòd ſtatutum diſpo-
nens, ꝙ priores teneantur cauſam appellationis committere
ſub certa pœna,intelligitur ſi fuerit poſtulatum à parte, & de-
20 bet talis requiſitio fieri cum importunitate,ſecũdũ eum.† Ad
idem bene facit tex.in l.1.§.fina.ff.de iur. delib.vbi licèt tempus
ſtatuendum hæredi ad deliberandum ſit arbitrarium, tamẽ re
quiritur,ꝙ petatur à parte,& eſt bona gl.in c.cupiẽtes. §.quod
ſi per viginti,in verbo contempſerit. de electio.in 6.Facit bene
tex.in l.ſi quis filium,§.ſtipulatio. in verb. cum interpellatus. ff.
de collatio.bono.& text.in l.ſecunda. §. ait prætor. ff. quo. leg.
& in l.prima.§.non exigi.ff.vt in poſ.lega.Hinc videmus , quòd
licèt tex.in l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empt.dicat,ꝙ offerri de
bet ab emptore pretium &c.tamen ille tex. intelligitur ſi peta-
tur à vẽditore,aliàs ſecus;ſic intelligit Bal.in d.l.1.C.de his quæ
ſub modo.& in l.1.in 2.col.C.ne li.tertio prouo.& prædicta be
21 ne teneas cordi.q̃a conferunt,vt dixi,ad infinita ſimilia.¶†De-
cimò requiritur in delatione huius iuramenti , quòd pars ad-
uerſa ad hoc citetur,aliàs iuramentum eſt nullum , ita probat
tex.in ver.cauſa cognita.in l.in bonæ fidei.C.eo.iuncta reg.l. in
cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de minorib.ita expreſsè no. Ang.in d.
l. in bonæ fidei. in 1. col.per illũ tex.dicens cautum eſſe debe-
re aduocatum,vt ſemper faciat deferri iſtud iuramentum ne-
ceſſarium aduerſario præſente,vel ſaltem legitimè citato,aliàs
iuramentum eſt nullum. refert, & ſequitur Domin.Alexan. in
conſi.264.incip.viſo proceſſu vtriuſque cauſæ, in vlti. colum.
Adde,ꝙ idem in terminis tenet Gem.in c.fi.in 2.col. de teſt. in
6,allegans Dom.de Rot.in deciſ.189.& quædam alia , de quib.
ibi per eum.idem tenet in terminis Ioan.de Imo.in c.fina.in 9.
colum.quod met.cau.poſt Dom.de Rot.conclu.94. Idem te-
net Bal.in c.1.in prin.in pe.col.de contro.inueſti.& in cap.2.de
22 gradib.ſuc.in feu.per illum text.†Confirmo per not.regulam:
quia quotieſcunque iudex aliquid facit , etiam ex officio ſuo,
& ad inſtantiam partis,ibi ſemper de neceſſitate requiritur al-
terius partis citatio. Vnde ſi fiat inhibitio per iudicem eccle-
ſiaſticum iudici ſeculari,& fiat ad inſtantiam partis,requiritur
citatio aduerſarij,aliàs talis inhibitoria non valeret,vt habetur
in c.Romana.§.ſi verò.& in c.non ſolùm,ad fi.de app.in 6. Fe-
de.de Sen.in conſi.300.incip.factum proponitur eſſe tale. debi
tor promiſit.Imol.& Alex.in l.4.§.condemnatum. ff.de re iudi.
Pet.de Anch.in conſi.234.incip. caſus talis eſt poſt præceptum
factum, ſecus, quando iudex ex proprio officio parte non in-
ſtante faceret inhibitionem,vt no.Panor.in c.tuam.in pe. col.
de ordi.cog.Alex.in conſ.91.in 2.vol.incip.viſis actis mihi trãſ-
miſſis.in 3.col.circa fin.& ſeq.Sed in caſu noſtro iudex non po
teſt deferre iſtud iuramentum neceſſarium ,niſi parte petente,
vt proximè ſupra formaui : ergo requiritur aduerſarij citatio.
In contrarium tamẽ videtur facere, quia in delatione iuramẽ-
ti neceſſarij,quod præſtatur paſſo damnum,vel violentiã,iux-
ta l.ſi quando C.vnde vi.& c.fi.quod met.cau.& 2.q.1.c. in pri
mis.ver.glorioſus.ibi pars aduerſa non eſt citanda , ſecundum
Imo.in c.fi in 10.col.quod met.cau.poſt Dom. de Rot. per eũ
alleg.& D.Alex.conſi.130.incip. difficultas huius negotij , in 1.
vol.ſed reſponde illud eſſe odio delinquentis, prout no.ad lite
ram dicit Bal.in c.1.in pe.col.ſi de inueſt.inter domin. & vaſ. lis
oria.Et ideo ſemper defertur damnum paſſo , ſed iſtud poteſt
tam vni,quàm alteri deferri,vt dicitur in glo. mag. & iſta ſolu.
magis placet,quàm alia poſita per Imo.in d.c.fi.& inquantum
ſupra alleg.l.in bonæ fidei.in ver.cauſa cognita.C.eod.iuncta l.
in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de mino. tenui , quòd requiritur in
delatione iſtius iuramenti neceſſarij cauſæ cognitio , & conſe-
23 quenter, ꝙ pars aduerſa citetᷓ,aliàs ꝙ delatio eſt nulla.¶†Quæ
ro,an ſtetur aſſertioni iudicis,ſi in ſentẽtia aſſerit, ꝙ illud iura-
mentum detulit cauſa cognita? Dic,ꝙ eſt quæſtio tractata per
Fulg.conſi.58.incip.quoniam plurimæ ſimul cumulantur quæ
ſtiones.in 3.colum.vbi conſuluit,quòd ſic, motus iſta ratione,
quia eſt talis ſolennitas, quæ tempore huius delationis potuit
interuenire.l.1.C.de fid.inſtrum.& iu.haſtæ fiſca.lib.10.no.Bar-
tol.& alij in l.ſciendum.ff.de verbo.oblig. Teneo contrarium.
24 moueor † primò, quia non creditur iudici de actis , niſi aliter
per ſcripturam conſtet.c.cum in iure.de offi.deleg.c.quoniam
contra.de proba.not.Bar.in Authen.ſi quis in aliquo.C.de edẽ.
25 †Secundò,quia non præſumitur pro proceſſu iudicis, niſi ali-
ter probetur c.in præſentia.de renunc.& d.c. quoniam contra.
Tertiò non præſumitur citatio,etiam ſi per notarium in inſtru
26 mento aſſeratur,ita Bal.in d.Auth.ſi quis in aliquo. ¶†Vltimò
requiritur,quòd iſtud iuramentum deferatur antequam à par
tibus concluſum ſit in cauſa,poſtea deferri non poſſet , ſecun-
dum Bar.hic in vlti.col.dicentem,quòd conſuetudo ita obſer-
uat.ſequuntur Bal.& Ang.hic,& Bal.in cap.1.§.item ſi vaſallus.
in vlti.col.de controu.inueſti.vbi etiam per eum,quid in cauſa
appellationis.& idem Bal.in l.in bonæ fidei.in pen.col.& in l.ge
neraliter.in prin.in 5.no.per illum tex.C.eo.& in l.2.ſ̃. eodẽ, &
Lud.Rom.in conſi.255.incip.quo ad primum, quis melius ius
habeat.& multum diffuſè hic in 36. & in 39.colum.& ſeq. vbi
reſpondet ad omnia fundamenta Salic. qui tenebat contrariũ
hic,& in d.l.in bonæ fidei.in 10. colu. & ſeq. vbi per plura fun-
damenta dicit ſe contrarium ſuſtinuiſſe in publica repe.quam
de iſta l.compoſuit Bononiæ.Sed contrarium , quòd imò poſt
concluſionem in cauſa poſſit iudex iſtud iuramentum defer-
re, tenet Bal.in l.ſi accuſatoribus.in pen.col.C. de accuſ. ſed ibi
loquitur quo ad iudicem , non autem quo ad partem , prout
loquitur Barto.& Doct.hic,& ita etiam loquitur D. Alexan.in
conſi.53.incip.in cauſa vertente inter Michaelem.in vlt.col.&
27 vide Bal.in l.1.ſ̃.eo.& Ang.hic in 1.col.¶†Sextò no.ex hoc tex.
quòd iudex debet ſententiare in fauorem eius, qui iurauit , &
iſtud procedit etiam in iuramento iudiciali , vel voluntario.l.
iuſiurandum & ad pecunias.§.fi.ĩ.eod. valeret tamen ſententia
lata contra iuramentum,& ſic eſſet opus appellatione. l. nam
28 & poſtea.§.ſi damnetur.vbi dixi.ſ̃.eo.¶†Vlti.no.ex ver.fi.quòd
iuramentum voluntarium, vel iudiciale eſt ſpecies tranſactio
nis.l.2.ſ̃.eo.quia ſic receditur à lite,& ei finis imponitur , ſicut
per tranſactionem , vnde quemadmodum tranſactio non re-
tractatur per inſtrumenta de nouo reperta. l. ſub prætextu. la
prima.C.de tranſact.ita nec iuramentum voluntarium, vel iu-
diciale,ſed ſtat firma reg.l.non erit.§.dato. ſ̃. eo. & per iſta ſunt
expedita textualia.venio ad gl. ¶Capio glo. primam in verbo
conſtitutionibus. ex qua no.ꝙ diſpoſitio l.vel ſtatuti ſe referẽ-
tis ad aliam.l.quæ non reperitur,per hoc non vitiatur.Adde ſi-
milem gl.in §.quoniam verò legem.in Auth.de teſti.glo.in l.vt
liberis.C.de coll.in gl.mag.circa med.dum dicit,ſed nec has ha
29 bemus.& ibi ad hoc not.Ang.& Lud.Rom.¶ † Inducitur iſta
glo.per Bar.in 3.colum.& alios ad ſtatutum,ſeu nouam refor
mationem,ꝙ quilibet ſoluat collectam.ĩ.decem dies ſub pœ-
na quarti,prout in alio ſtatuto continetur, ꝙ licèt non reperia
tur illud aliud ſtatutum , tamen hæc reformatio valeat. idem
tenet Bal.in l.ſi donatib.per illum tex.C.de do. & in l. inciuile.
ff.de leg.& in c.1.§.fi.qualiter olim feudum poterat alienari, &
in l,1.§.in omnibus,per illum tex.C.de cad.tollen.Ang.in l.pen.
per illum tex.C.de inſti.& ſubſtitu.intellige tamen ſanè, quan-
do in ſtatuto referente ſit inſertus tenor clarè , ita quòd de di-
ſpoſitione appareat , aliàs propter incertitudinem vitiaretur,
vt declarat Bal.in l.1.ad fi.C.de epiſcop.& cleric.& Lud.Rom.
hic in 1.colu. & iſta diſtinctio probatur ex legibus vltimarum
voluntatum,quas ſtatim adducam. Hinc ſumpta occaſione
videndum eſt per concluſiones,& remiſſiones, quando in om
ni materia fit relatio ad aliud,quod non reperitur, an per hoc
30 vitietur diſpoſitio.†Et in primis in confirmatione priuilegio-
rum habes glo.optimam in c.ſi Romanorum.ſuper verſic.de-
a ſunt.19.diſt.quæ vult,ꝙ ſi Papa confirmat a priuilegia exem-
ptionis alicuius eccleſiæ,valet confirmatio,quamuis illa priui-
31 legia aliter non appareant.†Alibi tamen Panor.in c.inter dile-
ctos.in 8.colum.de fide inſtru.tenet,quòd conceſſio Papæ,quę
fit non certa,ſed ad inſtar priuilegij aliàs conceſſi,nihil prodeſt
niſi de eo appareat.Ad idem glo.optimè diſtinguens in c. Ab-
32 bate.S.Siluani,in verbo fiat fides,de verb.ſign.†Alibi gl.in c. 1.
in gl.fi.de fide inſtrum. tenet, ꝙ commiſſio facta iudicibus de-
legatis,vt procedant iuxta, vel ſecundum formam priorum
literarum,nihil valet,niſi de priorib. literis appareat. Facit text.
in c.cum dilecta.de confir.vtil.vel inutil. vbi innouatio priuile
gij non renouat nouum ius,niſi de innouatione appareat,etiã
ſi fiat

ADDITIO.

a ¶Confirmat.Adde Are.in c.præſentium.7.q.1.Anto. de But. in c. ex inſinua-
tione.de reſcr.Doc.in c.1.in 3.col.de ſent.excom.lib.6.Card.Zab.conſi.119
incip.monaſterium S.Iuliani.

si fiat à principe habente potestatem de nouo concedendi, se-
33 cundum Panor. in c. ex par. 1. in vlt. no. de priuileg. ¶† Succes-
siuè videndum est, quid in iudicijs: nam pone, ꝙ in libello actor
se referat ad instrumentum, in quo nihil reperiatur, tamen po
stea debitum probat per alias veras ꝓbationes, debet obtinere
non obstante relatione instrumenti, in quo nihil reperiatur. Ita
per hanc glo. & hic no. consuluit Lud. Rom. in consi. 21. incip.
34 ita de iure dicendum arbitror. † Eodem modo, si accuso ali-
quem, & peto eum condemnari secundum formam statuti,
vel consuetudinis, dato quòd nullum statutum, & nulla con-
suetudo reperiatur, non per hoc vitiatur accusatio, sed debet
extra ordinem puniri, ita probat tex. no. in l. 3. cum gl. & ibi ad
35 hoc no. Bal. C. de nup. † Quid autē sit in statuto a faciente men
a tionem de consuetudine, si aliter de ea non constet, habes tex.
in c. Abbate. de verb. sign. Pau. de Cast. in consi. 319. incip. in cau
sa decimali. & aliquid per Bar. in extrauag. ad reprim. in versi.
36 prout. † Quid autem in respondente positionibus, & confiten-
te, prout in tali instrumento continetur, & non aliter, an si in il
lo instrumento nihil contineatur, talis confessio aliquid præiu-
dicet, ponit Bal. in l. 2. per illum tex. C. de erro. adu. post Inn. per
eum elleg. sequitur Lud. Rom. in consi. 293. incip. hæc confes-
sio. Item prædictis adde, quod consuluit Dom. Fran. de Aret. in
consi. 68. quod incip. excellens domine, ꝙ non valet compro-
missum factum super lite aliàs agitata, nisi de illa appareat.
37 ¶† Tertiò videndum est, quid in sententia, si iudex in sententia
dicat, condemno te ad soluendum omni anno 10. saccos fru-
menti, secundum ꝙ tui antecessores soliti sunt semper solue-
re, an si tui antecessores nihil vnquam soluerunt, vitietur sentē
tia, & tu libereris? Dic ꝙ non, propter dictionem secundū, quæ
non stat conditionaliter, sed causaliter. l. eum qui. §. Iulia. el se-
cundo. ff. de consti. pecu. per quem tex. Gul. de Cu. Barto. & alij
ibi ita determinant, & gl. in c. quoniam Abbas. de offi. deleg. &
in c. Abbas. S. Siluani. ponunt Doc. & ibi dixi in l. pe. C. de insti.
& substi. & vide similem quæstionem per Oldr. Lau. in consil.
121. inci. ad primam q. in secundo dubio, vbi quærit: pone, prin
ceps in inuestitura feudali ita dicit, sicut reuerendæ memoriæ
genitor noster concesserat tali benemerito tale castrum in feu
dum, ita nos quoque concedimus, si de prima concessione ni-
hil appareat, tamen valet ista secunda. & adde Io. And. in addi.
Spe. in tit. de feu. §. 1. iuxta prin. Idem tenet D. Alex. in cons. 145.
38 in 2. vol. incip. quoniam abundè. † Dicit etiam Pau. de Cas. hic.
in 5. col. quòd habuit de facto consulere in hoc casu. Quidam
Episcopus inuestiuit quendam nobilem de feudo decimali
omnium redituum, & inter alios reditus nominat fœnum, se-
cundum quòd tui antecessores soliti erant percipere: pone, ꝙ
tui antecessores nihil vnquam perceperunt de redditu fœni,
consuluit Pau. de Cast. ꝙ hoc tamen sibi non præiudicabit, ꝓ
pter dictionem, secundum, quę non est conditionalis, & adde,
ꝙ illud consilium Pauli incip. in causa decimali. est in ordi-
39 ne nume. 322. vbi no. loquitur. † Adde, ꝙ plus decidit Pau. de
Cast. C. de insti. & substi. in l. pen. ꝙ si aliquis concessit fundum
in emphyteusim, vel castrum in feudum, secundum formam,
& modum, quibus antecessoribus tuis fuerat concessum, quā-
uis non appareat quibus modis, & formis tui antecessores ha-
berent, non per hoc vitiabitur concessio, & licèt ipse nō dicat,
idem expresè dicit Ang. ibi. Intellige tamen sanè, quando pen-
sio esset taxata, aliàs si concessio emphyteusis esset omnino sic
indefinita, crederem, quòd propter incertitudinem pensionis
vitiaretur. l. 1. vbi declarat Bar. in euiden. C. de iure emphy. iun-
cta l. si merces. in prin. ff. loc. & iuncto eo, quod sing. decidit Bal.
in l. contractus. C. de fide instrum. in pen. col. in verb. modo hic
quæro, & in l. 1. ad fi. C. de episcop. & cler. & Rom. hic in 2. col.
40 ¶† Quartò videndum est, quid in contractibus, & vltra proxi-
mè dicta, adde tex. no. in l. si quis legauerit. ff. de leg. 1. per quem
Barto. & Docto. ibi determinant, quòd si vendo tibi fundum
excepto iure coloni, qui medietatem fructuum habere debet,
si nullus reperiatur colonus præter venditorem, illa reseruatio
nihil operatur, & totum cedit emptori. sequitur Ang. reputans
no. dignum in l. si in vēditione. supra cōmu. præd. & in l. fin. in
prin. per illum tex. cum gl. C. de temp. app. Adde etiam, quod
determinant Bar. & alij in l. si sic. §. 1. in fi. ff. de leg. 1. & in l. lega-
ui. ff. de lib. leg. Old. Laud. in consi. 164. incip. viso priuilegio. Spe
cu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. in vers. 59. Bal. in l. quod in ven
ditione. per illum tex. C. de hære. vel act. vend. Ang. in l. locus. ff.
de acqui. possess. in quibus locis determinant, quando Comes
concessit ecclesiæ quicquid iuris habet in tali fundo, si postea
non appareat eum aliquid iuris habere, quid dicendum sit. Ad-
de etiam tex. in l. si quis fundum. ff. de contrahen. emp. vbi po-
nitur iste casus. Aliquis habuit fundū iure hæreditario, postea
dicit, vendo tibi talem fundum pro tanto quanti emit testa-
tor, testator nunquam emit, sed fuit sibi donatus, dicit text. ꝙ
illa venditio est nulla, qa fit ibi relatio ad id, quod non est, ideo
41 actus vitiatur. ¶† Quintò, & vltimò videndum est, quid in vlti
mis volun. quando testator se refert ad aliquid, quod non repe
ritur, vel postea non sequitur, de quo habes tex. no. in l. si dona-
tio. C. de do. & in l. Lucius. §. quisquis. el secondo. ff. de leg. 2. &
tex. no. in l. qui plures. ff. de vsufruc. leg. & tex. not. in l. si quis ita
scripserit hæredem. ff. de hæred. instit. per quem text. decidūt ibi
sing. Bald. Ang. & Imo. quòd si testes deponunt, quòd testator
instituit Titium, & Seium hæredes, sed non recordātur ꝓ qui-
bus partibus, nec aliter illud probatur, valet tamen institutio,
& erunt hæredes pro æqualibus portionibus, quod bene no. &
42 sequitur Alex. in l. cùm antiquitas. in vlti. colu. C. de test. † Quid
autem sit, si testator reliquit filiam hæredem in dotibus ꝑ eum
ordinatis, & alium hæredem vniuersalem instituit, si non repe-
riatur aliqua ordinatio, vel constitutio dotis, an filia dicatur
præterita, & sic rumpat testamentum? vide per Bal. Nouellum
in tract. de dote. in 6. parte, in 10. priuileg. ¶ Gl. 2. in ver. noua in
strumenta. diuiditur in 7. partes. ¶ Primò timore taciti contra-
rij, quod statim formabo, exponit tex. In secunda quę est ibi, &
sic no. glo. colligit ex tex. no. In tertia ibi, sed contra. C. de transf.
opp. contra tex. & soluit. In quarta ibi, item contra. ꝫ. de re iudi.
l. Imperatores. gl. fortiter opponit contra tex. & tripliciter sol-
uit, vnde colliguntur tres prin intellectus ad hunc tex. In quin-
ta ibi, item contra infra de re iudi. l. post rem. gl. opponit, & be-
ne soluit. In sexta ibi, præterea sicut. ponit vnum dictū, ex quo
remouet aliud contrarium. In septima ibi, item not. quòd hic
subijcit. glo. remissiuè no. hunc tex. ad quæstionem. Redeo ad
primam partem glo. quæ exponit tex. noua instrumenta, idest
nouiter reperta. pro qua expositione facit bene tex. in vers. in-
uenisse. sed videndum est, quare glo. ita exponat. Bar. dicit se ar
bitrari, quòd timore contrarij l. si diuersà. C. de transac. Adde tu
iuncta glo. fi. in fi. l. 1. C. quando prouoc. non est neces. prout in
43 voce declaraui. † Et ex hac glo. infert Barto. ꝙ partes non pos-
sent de communi cōsensu facere fabricari instrumenta de no-
uo, ad retractationem sententiæ, & cum Bar. tenet solus Ange.
hic, sed ista illatio Bar. est falsa, & reprehenditur per Mod. hic,
cùm per solùm consensum partium possit sententiæ deroga-
ri. l. 4. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. l. minor 25. ann. cui fi-
deicommissum. in prin. iuncta gl. fi. de mino. cum iuri suo, & fa
uori quilibet possit renunciare, quando priuatus est. l. pen. cum
simi. C. de pac. Nec obst. gl. in d. l. si diuersa. quia non dicit, quòd
per nouam conuentionem partium non possit recedi à sentē-
tia, sed bene dicit, ꝙ non potest fieri consensu partium, vt fera-
tur secunda sententia contraria primæ, quæ transiuit in rem iu
dic. taliter, ꝙ secunda valeat in vim sententiæ, & ad hoc illa gl.
est sing. secundum Bal. in cap. præsentata. in 3. colu. de test. & in
in c. inter monasterium. in 2. col. de re iudic. Imo. in l. quod ius-
sit. ad fi. ff. de re iudi. Dic ergo melius, & totum oppositum eius
quod dicit Bar. quòd glo. ideo sic exposuit, quia si instrumenta
fuissent de nouo fabricata post sententiam ad retractationem
ipsius sententiæ, non solùm interdum, sed generaliter omni ca
su retractaretur sententia, per reg. d. l. 4. §. si ex conuentione. sed
quando sunt de nouo reperta, tunc propriè procedit ista lex, ꝙ
interdum, & sic in causa speciali permittitur retractatio, secun
dum Bal. Sali. & Moder. hic. Potes tamen saluare Bar. ꝙ intelle
xerit, ꝙ prima sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, non
potest retractari, scilicet per secundā sententiam ex instrumen
44 tis nouiter fabricatis validam, vt hic per Alexan. ¶ † Ex tertia
parte gl. habes, quòd transactio non retractatur per instrumen
ta de nouo reperta. per l. & rationem. in glo. alleg. Limita in ter
minis huius l. nisi iudex detulisset iuramentum necessariū vni
parti, & prætextu illius iuramenti facta fuisset transactio, tunc
retractaretur per instrumenta de nouo reperta. glo. est not. in l.
si ex falsis. in verbo præcipimus. ad fi. cum qua ibi Doct. tran-
seunt. C. de transact. quam glo. nota ad duo. Primò ad magnā
extensionem huius l. Secundò pro not. limitatione. l. sub præ-
textu. 1. alleg. in gl. & sic data paritate terminorum idem est in
45 transactione, quòd in sententia † Quid autem sit in arbitramē-
to, quod censetur transactio, an retractetur per instrumenta de
nouo reperta? Bal. tenet, quòd sic pendente tempore reductio-
nis ad arbitrium boni viri, in d. l. sub pętextu, la prima. sequitur
ibi Pau. de Cast. qui reputat sing. notandum, dicens, ꝙ non re-
cordatur alibi se legisse. Tu vide Bart. in l. societatem. §. arbitro-
rum. ff. pro soc. in 6. col. in versi. quæro vtrum per arbitramen-
tum. & limita, vt ibi per eum. ponit Ant. de But. in c. Quintaual
lis.

ADDITIO.

a ¶ Statuto. Adde Bal. in l. si donatio. C. de do. Bal. in l. 1. in fi. C. de episc. & cler. Bal. in l. inciuile. ff. de leg. Bal. in l. vnica. ver. in omnib. C. de cad. tol. Bal. in c. 1. in §. fi. qualiter olim feud. ali. pote.

lis.de iureiur.Sali.in l.cum antea.C.de arbi.Lud.Rom. in l. ſi qs
cum aliter.ff.de verb.oblig.& latè Ang. & Aret. in l.1.§.ſi quis
ante.ff.à quib.app.non licet.Item limita aliter iſtud, quod glo.
dicit de tranſac.vt per Abb.Panor.in cap.fin.in princ. in 3. col.
extra eod.¶Sum in 4.parte glo.quam no. ibi, vt hic in odium
periurantis: nam ex ea habes primũ intellectum ad hunc text.
qui communiter approbatur,tam per glo.quàm per Barto.&
Docto.Secundò habes rationem ad hunc tex. quæ eſt propter
periurium,& hanc rationem ſequitur Bar.in 1.col.ſed eam im-
pugnat Fulgoſ.Lud.& Alex.hic,quia reſtringeret text.quando
iurans fuiſſet in dolo. Tu pondera ad confirmationem eius,
quod ſupra dixi circa commune ſummarium Doct. dum di-
cunt falſi,quia eſt facere violẽtiam literæ. Tu fortius reproba,
quia ſequeretur,quòd idem eſſet in verſ.fina.in iuramento vo-
luntario,vel iudiciali,vbi verſatur idem, & maius odium per-
iurij.Aliæ verò rationes aſſignantur per Mode. hic, nam Lud.
Rom.tres alias aſſignat,Pau.de Caſt.aliam,vt proſecutus ſum
reprobando in repet.huius l.Tene iſtam, quam ponit Lud. &
ſimpliciter ſequitur Alex.in 10.colum.declarando,& ſuſtinen-
do eam vltra Moder.quòd in hac l. reperitur lata ſententia ex
probationibus priuilegiatis procedentibus ex proprio iura-
mento partis, quæ in cauſa propria conſtituitur iudex, & te-
ſtis. l. fina. C. de fideicommiſ. contra l. omnibus. C. de teſtib.
a & l.nullus idoneus.ff.eod.Vnde ſuccedit regula, [a] quòd ſenten
tia lata ex probationibus priuilegiatis nunquam tranſit in rem
iudi.quin ſemper poſſit retractari ex nouis probationibus me-
lioribus,ita no.Inn.in c.tua nos.de cohab.cler.& mu.in gl.ma-
gna,in ver.ſed quod eſt mirabile,quod dictum reputat miran-
dum,& ſequitur Ang.in l.1.C.ſent.reſcin.non poſ. & in l.diuus
Traianus.ff.de teſtam.mil.& in l.ſub ſpecie.C.de re iudic. & in
Auth.nouo iure,per illum tex.C.de pœ.iud.qui malè iud.Ant.
de But.in c.fraternitatis.de fri.& malef.& in c.cum venerabilis.
de excep.& in c.fi.extra eod.& Panor.in c.propoſuiſti. de pro-
ba.& in c.ſignificantibus.circa med.de purg.vulg & in c.ex tua-
rum.ad fi.de purg.can.& dicit Ludo.Rom. hic in 5. col. ꝙ pro
illo dicto Innoc. ad hoc pondera notab. caſum huius l. ſingu-
rem,& peregrinum,& ꝙ caripenderet in hoc habere ſocium.
Tu dic,quòd habet conſocium,quia Ang.in l.ſub ſpecie. C.de
re iudi.pro illo dicto Inno ad hoc ponderat iſtam l. imò Bart.
hic in 1.colum.in fin. dum reſpondet ad obiectum, quòd duo
vincula magis ligant,ita dicit per hanc l. Et ſi tu ſubtilis inſta-
res, quòd attenta iſta ratione pro vera, idem & multo fortius
deberet eſſe in verſ.fin.vbi probatio eſt magis priuilegiata in iu
ramento voluntario,vel iudiciali,vbi pars conſtituitur in totũ
iudex,quàm in iuramento neceſſario, in quo ſaltem requirĩt
ſemiplena probatio,& tamen eſt falſum,vt in d.verſ.fina.ergo
etiam prædicta ratio eſt falſa.Sed ad hoc reſponde, quòd reg.
Innoc.procedit in probatione priuilegiata, procedente inuita
parte,de qua loquitur prima pars huius l. ſecus eſt in probatio
ne priuilegiata, quæ procedit ex mera voluntate partium, vt
in ver.fi.quia ſibi pars imputaret. nam lex magis ſubuenit fa-
cienti actum ex neceſſitate, quàm ex voluntate.l. ſi fideiuſſor.
§.ſi neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog.Facit l.ſi dictum.§.ſi compromi
46 ſero.in ver.nulla enim neceſſitate.ff.de euic.†Hinc videmus, ꝙ
b à ſententia arbitri [b] electi de voluntate partium non appella-
tur de iure ciuili,vt no.in l.1.cum ſimi.C.de arbi.ſecus,quando
ſunt arbitri electi ex neceſſitate iuris,vel ſtatuti.c.ab arbitris. de
offic.deleg.in 6.no.Bar.& Doc.in l.cum ſpecialis. & ibi dixi. C.
de iudi.Ad idem bene facit,quod vult gl.in l.generaliter. §. ſin-
autem reus.in verſi.volente.in vna opin.& ibi Doct.C.eod. Ex
ſupra ſcripta reg.Inno.dicit Dom.Anto. in d. c. fraternitatis. ꝙ
ſemper poſſet retractari ſententia lata ex aſpectu,quia non fer-
tur ex proprijs probationibus, ſic etiam lata ſuper vulnere ex
dicto peritorum in arte deponentium, ideſt deponentium de
credulitate,cùm non ſit propria probatio,ſecundum Io.And.
in addi.Spec.in titu.de homi.§.1.ver.pone,A. vulnerauit B. ſe-
quitur D.Ant.in c.propoſuiſti.de proba.Bal. in l. ſi ab hoſtibus.
§.1.& ibi D.Alex.ff.ſolu.mat.Ang.in l.quod ſi nolit.§.ſi manci-
pium.vbi dicit hoc eſſe ſingulare,& tenendũ menti. ff. de ædi.
edi.Lud.Rom.hic in 10.col. & in l. cum quidam. §. quod dici-
tur.ff.de verbo.oblig. Flo.in l. ſi dominus ſeruum.ff.ad l.Aquil.
quamuis contrarium teneat Panor.in d.cap.propoſuiſti.& ibi
47 ſubtiliter Franc.de Are.†Ad prædicta accedit, quòd ſententia
lata ad conſilium ſapientis poteſt quandocunque retractari ꝑ
conſilium magis peritorum conſulentium oppoſitum,ſecun
dum Dom.Ant.in d.c.propoſuiſti.ſequitur Lud.conſi.229.qđ
incip.pro plena diſcuſſione.ad fi.in d.l.cum quidam.§. quod di
citur.& Alex.reputans hoc eſſe ſingulariſſimum in d.l. ſi ab ho
ſtibus.in 3.colum.Limita prædictam regulam,& rationem ſu-
pra relatam,vt procedat in iuramento neceſſario principaliter
delato ad ſupplendam probationem, de quo loquitur iſta lex,
ſecus quando iuramentum neceſſarium defertur odio delin-
quentis,vt in caſu l.ſi quando.C.vnde vi.& cap.fin. quod met.
cau.nam licèt ibi adſit probatio priuilegiata, & procedat inui-
ta parte, tamen propter odium delinquentis non retractatur
ſententia per inſtrumenta de nouo reperta,ita tenet ſing. Bart.
hic in 3.colum.ſequuntur Ang.& D.Alex.hic,in 36.col.Dom.
Anto.in c.fi.in fi.extra eod.Ang.& Alex.in l.videamus.§. fina.ff.
de in lit.iur.per gloſſ.mag.ibi ſuper verb. ex magna cauſa,circa
fi.& per iſta eſt expedita prima ſol. glo. & per conſequens pri-
48 mus intellectus ad hanc legem.¶†Sum in 10.ſol.gl.ibi, vel dic,
quòd hic non erat iudicatum,ſed quòd bene iudex deſtinaue-
rat abſoluere reum,cui detulerat iuramentum, & ex hac lect.
colligit Bar. quòd quando ꝯcluſum eſt in cauſa, poſſunt tamẽ
produci inſtrumenta, dummodo ſint de nouo reperta, aliàs
produci non poſſent.per c.cum dilectus. de fide inſtrum. cum
Bar.tranſeunt Bal.hic,in lect.antiq.Sali.Fulg.& Ang.hic,& in l.
1.C.ſenten.reſcin.non poſ.vbi dicit,quòd iſta lex eſt ad hoc ſin
gu.ſecundum hunc intellectum tenet Dom.Ant.de But.in d.
c.cum dilectus.& Bal.in l.1.in 4. q. vbi limitat. C. de condi.in-
debi.Iſtam doctr.Bar.impugnat Ludo.Rom. hic in 8. col. per
triá fundamenta,& miror,quòd Do.Alex. non faciat mentio-
49 nem.potiſſimum fundamentum eſt,†quia paria ſunt, vel latá
eſſe ſententiam,vel eſſe concluſum in cauſa, prout tenet ipſe-
met Bar.in l.ſi mater.§.ea.in fi.ff.de excep.rei iudic.Bald.in l.er-
ror.in 2.& 4.q.C.de iur.& fac.igno.poſt Io.And. ibi per eum al
leg.& idem Bal.in l.incerti.in 6.colum.C.de interdi.Panor.in c.
paſtoralis. de except. ſed poſt latam ſententiam non poſſunt
produci inſtrumenta etiam de nouo reperta, iuribus allega.in
gloſſ. ergo etiam nec poſt concluſionem in cauſa, & per iſtud
fundamentum Pau.de Caſt.hic in 10.col.dicit,ꝙ Barto.nimis
generaliter locutus eſt,& quòd debet reſtringi ad caſus, in qui-
bus inſtrumenta nouiter reperta poſſunt poſt ſententiam pro
duci.alleg.c.licèt cauſam.cum gl.de proba. niſi ſecũdum eum
reuocaret concluſionem in cauſa,prout dicit ſe vidiſſe practi-
cari in curia Romana. Dom.Alex.hic in 13.colum.& ſequen.
aliter diſtinguit,& in effectu concludit neceſſariam eſſe reſtitu-
tionem in integrum ad hoc,vt poſt concluſionem talia inſtru-
menta admitti poſſint. Tene opin.Bar.cùm iudex poſt conclu
ſionem in cauſa ex iuſta cauſa poſſit inſtrumenta admittere,
prout expreſsè tenet Specu.in titu.de renuncia. & conclu. §.1.
ver.& ſcias,quòd poſt concluſionem,& ſequitur Bal.in l.fin.in
fi.C.ſent.reſcin.non poſ.Panorm.in c.paſtoralis.de excep.& eſt
bo.tex.in l.videamus.§.pen.vbi glo.& Docto. infra de in lit.iu-
ran.Rom.in conſi.175.incip.iſtæ reſponſiones. nec tunc requi-
ritur reſtitutio in integ.prout firmat Inn.in c.cum veniſſent.de
teſtib.expreſsè Pau.de Caſt.in l.oratione.ff. de fer. quicquid te-
neat Dom.Alex. hic, nec tunc requiritur,quòd iudex expreſsè
reuocet concluſionem in cauſa, prout requirit Pau. de Caſtr.
hic,quia imò iudex,qui ſcit concluſum in cauſa eſſe,ſi poſt cõ
cluſionem ex iuſta cauſa admittit nouas probationes, intelli-
gitur tacitè reuocare talem concluſionem, ſecundum Domi.
Ant.& Imo.in c.auditis.in fi.de procu.Panor.in c. quoniã con-
tra falſam.in 3.colum.de proba.Cardi.in clem.teſtib.in 2.colu.
de teſti.Bal.in l.peremptorias.in 2.colum.C.ſen.reſcin.non poſ.
& ſic cùm tacitè reuocatur concluſio in cauſa,non obſt.argu.
Lud.& Pau.de Caſt.quòd paria ſunt latam eſſe ſentẽtiam, vel
eſſe concluſum in cauſa,quia procedit ſtante tali concluſione,
ſed hic cenſetur tacitè reuocata,& credo,ꝙ iſta ſit veritas. Vel
aliter reſponde,quia ſi intelligatur dictum Bar. ſecundum l.no
ſtram,poſt ſententiam poſſunt produci inſtrumenta de nouo
50 reperta,ergo eodem modo poſt cõcluſum in cauſa.†Qualiter
autem intelligatur concluſum in cauſa,glo.dicunt,quando eſt
renunciatum,ita gloſſ.in §.quia verò multi.in verbo concluſe-
rint.in Auth. de teſti. & gl.in c.cum dilectus.de fide inſtrum. &
Bal.in l.ſi accuſatorib. circa fi.C.de accuſ. dicit, quòd idem eſt
renuntiare,& concludere,ita etiam dicit Bald.in Authen.iube-
mus.in vlti.colum.C.de iudi.ſed malè,quia aliud eſt renuncia-
re,aliud concludere in cauſa,tex.eſt in cap.paſtoralis. de cauſa
poſ.& propriet.dum ponit alternatiuam inter renunciatũ, vel
cõcluſum,& ibi Canoniſtæ per illum tex.dicunt, ſcilicet Imo.
Io.

ADDITIONES.

a ¶Quam declara,vt per Nat.conſi.444.2.col.& col.pe. in fi. Doc. in apoſtil.
ad Bar.in l.ſi hi qui.C.de adul.Catel.ver. ſtatuto Mediol.diſponitur.& verb.
Sententia.Cœpol.Cautel.35.quando fit proceſſus. MASVER.

b ¶Arbitri.Adde Bal.in l.cum quidam.ff.de leg. 2. Bald. in l. ſi ſeruus plurium.
ff.de leg.1.Doc.in cap.per tuas.& in cap.2.de arb.Doc.in cap. Quintauallis.
de iureiurando.

* Prac.Pap.for.lib.ex.Compromiſſo.verſicu.liceret appellare.ibi dixi,& con-
cludo pro opin.negatiua,ampliando tamen,& limitando, vt per Viu. cómu.
opi.lib.2.conclu.18. MASVER.

Io.And.Bal.& Panor.ꝙ renuntiatio est quo ad ea quæ sunt fa-
cti,quando partes dicunt,ꝙ nolunt aliud producere,sed quan
do renuntiatum est non solum probationibus facti, sed etiam
allegationibus iuris, quia nihil aliud volunt probare in facto,
& nihil aliud allegare in iure, tunc propriè dicitur conclusum
in causa.Et per hoc infero,ꝙ non bene,aut propriè dixit Bald.
in c.fi.in 14.col.de confes.& Ant.de But.in c.dudum,primo,in
51 tertio no.de elec.dum dicunt,† ꝙ quando causa est commissa
ad consilium sapientis, dicitur esse conclusum in causa: nam
non est verum,quia licèt amplius non possit probari in facto,
vt no.Bar.in l.1.per illum tex.C.de rela. & in l. ex illo. & in l. in
offerendis.C.de appel.& in l.fi.in vlt.col.ff.de fer.& l.1.§. quæsi-
tum.ff.de appel.tamen fieri possunt coram consultore allega-
tiones in iure,& ideo dicitur renũciatum, sed non conclusum
52 in causa.†Et aduerte,ꝙ iudex ex officio potest inuitis partibus
pronuntiare,quòd sit conclusum in causa,quando sufficientes
dilationes datæ sunt,gl.est no.in clem.sæpe.circa fi. in versi.cõ
clusione.de verb.sign.quam reputat singu. Panor.in c.pastora-
lis.in 2.col.de causa pos.& proprie.Item diligenter aduerte, ꝙ
non præsumitur conclusum in causa,nisi ex actis appareat ex-
presse,vel tacitè fuisse conclusum,secundum Bal.in c. cum in
iure peritus.in 3.col.in fi.de offi. deleg. Tu ex isto intellectu se-
53 cundo gl.iuncta doctr.Bar.habes reportare regulam, † quòd
qui quasi certitudinariè,& de proximo est absoluendus, non
habetur pro absoluto,etiam secundum Bar.si iudex iam mani
festauerit partibus,ꝙ eum vult absoluere, & citauit partes ad
audiendum sententiam,iste tamen non habetur,ac si esset ab-
solutus.Ista tamen regu.redditur dubia ex infra scriptis, quia
non solùm absoluendus per sententiam,dicitur haberi pro ab-
soluto,imò condemnandus habetur pro condemnato. tex.est
54 in l.qui pœnæ.§.diuus quoque Pius.ff.de man.† Confirmatur
ex eo,quod decidit Bal.in l.si pro ea.in 6. q. C. mand. vbi dicit
Bal.ꝙ si fideiussor nondum est condemnatus, sed est conclu-
* sum in causa,& apparet,ꝙ est in casu condemnandus,*habe-
55 tur pro condemnato,& agit contra principalem. † Ad idem
tex.in l.quamuis indubitati.in fi.C.ad l.Iul.de adul.not. Ang.in
l.ex eo.de testa.mil.vbi pœna statuti de offendente scholarem
matriculatum, habet locum in scholari, quem rector iubet
matriculari.sequitur Alex.in l.si quis id quod.in prin.in 1.colu.
ff.de iurisd.omn.iudic. Quartò facit,quod decidit Ang.in l. itẽ
veniunt.§.prætor ait.ff.de peti.hære.per illum tex. iuncta gloss.
Quintò accedat text.not. in l.si pecuniam.§.item si quis,& ibi
Barto.in fin.no.ff.de condi.ob causam.de carcerato, qui est de
proximo liberandus,quòd habetur pro liberato, & debet lar-
56 gius custodiri †Sexto facit,quia illud,quod debet de proximo
fieri,habetur pro facto,& sic potentia proxima actui, habetur
pro actu.tex.in l.penul.de testamen.milit.vbi glo.not.habes si-
milem tex.in l.1.§.sed si in eodem. & ibi not. Barto. ff. ad Sill.
57 †Alibi,& septimo not.Abba.in cap.ecclesia.in 3.not.per illum
a tex.de immun. eccle. quòd basilica a gaudet immunitate ec-
clesiarum,licèt nondum consecrata, ex quo de proximo erat
58 consecranda.†Alibi & octauò no.Salic.in l.cum te.in fine. C.
de dona.ante nup.quod mulier habetur pro coniuncta,& car
naliter copulata viro,quæ de proximo est copulanda. Nonò
facit,quod tenet Pau.de Cast.in vna lect.in l.3. §.seruus. ff. de
acquiren. pos. vbi tenet, quòd de proximo banniendus habe-
tur pro bannito,& potest occidi impunè ex forma statuti, si-
cut si esset bannitus,tamen ibi non refert:sed Alexan. ibi refert
59 istam decisio.& reprobat aliquibus medijs.† Decimo facit, ꝙ
fructus de proximo colligendi,habentur pro recollectis,secũ-
dum Barto.in l.diuortio.§.interdum.ff.solu.matrimo.¶Vnde-
cimò facit,quod paria sunt,vel quòd res sit in conspectu, vel
sit proxima,vt citò possit ad conspectum reduci,glo.est no. in
l.1.in princip.ff.de acquiren.possess.in glo.secunda circa mediũ.
60 ¶†Duodecimò facit,quòd præscriptio de proximo infra pau-
cissimos dies perficienda,habetur pro perfecta.tex.est not. in l.
si fundum.§.fina.ff.de fun.dot. Alibi tamen habes, quòd illud
quod est in proximo disponendum ad perficiendum, non tñ
habetur,nec dicitur esse perfectum.ita no.Bald.in l.sed diui fra
tres.ff.de rer.diui.per l.fundi. §. itẽ quòd insulæ.ff. de actionib.
empti. Successiuè inquantum tenet Bartol. per solùm iura-
mentum probari,quòd instrumenta de nouo reperta sint,per
tex.expressum in cap.pastoralis.in fin.de exceptio.adde bonum
text.in cap.vt circa.versic.super huius.& in c.nulli.in fi. de ele-
ctio.in 6.Limita,nisi semel quis periurium commiserit, nam
perdit beneficium probandi per iuramentum. vt est text. not.
in c.paruuli.22.q.5.& dixi in l. si duo.§. fina.sup. eod. Dicit etiã
Ludo.Roman.quòd iuramenti talis probatio concessa à l. vel
statuto,non extenditur vltra vices duas,per tex. ad hoc valde
singu.secundum eum in l.fin.in fi.ff.de bon.auth.iud.pos. Sum
in tertia sol.glo.ibi,vel tertio dic,quæ potest in se esse bona,sed

facit violentiam ad tex.Tu ex isto tertio intellectu habes elice-
* re sex conditiones.* ¶†Primò habes notare limitationem ad
61 regulam quæ habet,quòd non potest ferri sententia sub con-
ditione.l.1.§.biduum.ff.quando appel.sit.& in c.biduum.2.qõ.
5.Limita nisi feratur sub conditione intrinseca importante id,
quod est de substantia iudicij,vt est probatio. valet enim sentẽ
tia lata sub conditione,si actor probauerit tale quid, de quo
vide per Bar.& alios in l. cùm eorum. & in l. cùm iudex. C. de
senten.Bar.in l.& si codicillis.ff.de auth.tuto.Bar.& alij in l. à di
62 uo Pio.§.in venditione.ff.de re iudic.¶†Secundò habes elice-
re ex glo.iuncto text.quòd non solùm valet sententia lata sub
conditione, si actor probauerit,infra certum tps, sed ẽt sub
conditione, si actor probauerit, vel iurauerit sine aliqua assi-
gnatione termini,de quo latè Bald.hic. Barto. in l.cum iudex.
idem Bald.& alij.C.de senten.Barto. in l.ait prætor. §. si iudex.
63 ff.de re iudic.cum concord.ibi traditis per Alexan. ¶† Tertiò
no.diligenter ex glo.relata ad tex.quòd quando reus ex senten
tia absoluitur sub conditione si iurauerit,aduersarius potest fa
cere probationes contrarias, non simpliciter, sed solùm per
instrumenta nouiter reperta,secus si sententia feratur sub cõ-
ditione si actor probauerit,tunc reus posset probare contrariũ
per omne genus probationis,per regulam.l.petendæ. C.de tẽ-
64 po.in integrum resti.pe.secundum Alex.hic ¶†Quartò no.ex
glo.secundum Barto.ꝙ quando sententia est lata sub conditio
ne,si vna pars probauerit,sicut pars admittitur ad probãdum,
ita aduersarius potest facere probationes contrarias ad infrin-
gendum sententiam, & dicit esse casum hic secundum hanc
lectu.sed Bar.nimium generaliter loquutus est, cum in ista. l.
solùm admittatur probatio per instrumenta de nouo reperta:
nam dictum Bartol. procederet non referendo illud ad hunc
tex.quando iudex simpliciter pronunciasset sub conditione, si
65 reus probauerit. Vnde melius not.†ex hoc tex.iuncto hoc ter-
tio intellectu glo.secundum Bald.Fulg.& Alexan.hic,ꝙ quan-
do sententia fertur sub conditione,si reus iurauerit,tunc aduer
sarius non potest facere probationes contrarias, nisi per instru
menta nouiter reperta,vt hic;secus si lata esset sententia sub cõ
66 ditione,si fuerit probatum,vt hic per Bar.¶†Tu autem habes
subtilius elicere ex verbis glo.& Docto.aliud, quod reputo mi
rabilius,ꝙ licèt regula sit,ꝙ quando datur dilatio vni parti,de
bet esse communis alteri parti.d.l.petendæ. hic tamen colligi-
tur,ꝙ dilatio non est æqualis,sed difformis. si enim dilatio de-
beret esse æqualis,sicut probat sententia pro vno, si iurauerit,
ita alius deberet admitti ad iurandum. Sed hic fertur senten-
tia si iurauerit,ista sententia non est conformis,quia alius non
admittitur ad iurandum,ideo cogita.Ex decisione Barto.elici-
tur,ꝙ dilatio data vni parti,debet esse æqualis, sed non in spe-
cie,quia vnus probat per iuramentum, alius per instrumenta
de nouo reperta.cogita, quia hic non potest admitti æqualitas
in eadem specie,quia admitteretur contrarietas. Subdit Barto.
aduertendum,ꝙ aut sententia,&c.Tu autem collige ex doct.
Barto.& Docto.posse inferri,ꝙ si statutum prohibeat reũ pos-
se opponere aliquam defensionem, vel exceptionem contra
instrumenta: pone, actor petit executionem instrumenti, &
quia in instrumento continetur interesse, quod non est liqui-
dum,petit tempus ad liquidandum interesse,per Bar.in l. 1. ad
fi.ff.de leg.2.Bal.in l.ita.C.de sent.quæ sine cer.quan. ita colligi-
tur ex doctr.Bar.ꝙ in illo termino petito ad liquidandum in-
teresse,poterit reus probare contrarium. Adde etiam Bald.ita
in specie in l.si causam.in vlti.colum.C.de exec.rei iudi.Ex istis
omnib. habes expeditos tres intellectus gl.Sed considera quo-
modo Bar.& Docto.possunt facere istas illationes ex tex.cùm
67 habeamus regulã,†ꝙ quando vna.l. habet varios intellectus,
non potest allegari ad decisionem causarum.Barto.in l.in am-
biguo. per illum text. ff. de rebus dub. Eandem regulam po-
nunt Imo.& Lud.in l.cum prolatis.per illum tex.ff.de re iudic.
68 Alibi dicit Bal.in c. fina.de constit.† ꝙ quando statutum habet
plures intellectus,non potest allegari ad decisionem causarũ,
69 nec est nulla sententia contra ipsum lata.¶†Alibi habes in præ
ceptis Dei,ꝙ qui facit contra præceptum Dei, habens plures
intellectus,in quo sint variæ opin. Theologorum, non peccat,
ita text.no.in cap.Capellanus.cum glo.de fer.& ibi Ioan And.
& alij,præsertim Abb.no.illum tex.ad hoc Alexan. consilio 1.
2.colum.incipien.circa primum dubium primo arguitur,in 5.
colum.alibi not.Bald. in l. 2. in 2.colum.in princip. C.quando
prouoc. non est necess. quòd quando lex habet varios intelle-
ctus,

ADDITIO.

* Condemnationis.

a ¶Basilica.Adde Doct.in c.inter alia.eod.titu.& Doct.in cap.ad hoc. de relig. domib.

* Conclusiones.

ctus,valet sententia contra ipsam lata , propter dubium iuris,
quomodo ergo Docto. poterunt facere tot illationes ex isto
textu? Considera,quòd secundum omnes fit differentia,an sen
tentia sit lata prætextu iuramenti necessarij, & tūc retractatur
sententia,si verò lata est prætextu iuramenti voluntarij , non
retractatur. Quartum intellectum extra glo. Odoffr. reprobat
ex duobus,vt per Bar. Albe.& Moder.hic. Quintus intellectus
Petr. de Bellaper. qui restringit hanc. l. vt intelligatur in causa
publica,propter contrarium.d.l. Imperatores. reprobatur per
Albe.hic in vlti.colum.& Lud.in 10. quia diuinat, & restringit
hunc tex.¶In ead.glo.ibi supple,nisi noua instrumenta.Respō
de melius secundum Moder.hic,quòd loquitur in iuramento
voluntario,vel iudiciali.d.l.post rem. & sic concord. cum ista
l.in fin.In glo.ibi,vt supra de minor. l. si minor. illa nihil facit,
sed est tex.in l.2.C.si sæpius in integr. restit. postul.allegata per
glo.infra in vlt.parte.¶Capio glo. magnam in verbo, exacto.
quam diuide in quinque partes principales. In prima declarat
tex.In secunda,quæ est ibi,& vt plenè,arguendo à partibus suf
ficienter enumeratis declarat , quando illud iuramentum ne-
cessarium deferatur actori , & quæ sint illa , quæ semiplenam
probationem faciant,& enumerat quatuor.In tertia ibi , testē
vnum dico.glo.reassumit,& disputat , an vnus testis faciat se-
plenam probationem.In quarta ibi,item datur actori, glo. ad-
dit duos alios casus,in quibus iuramentum actori defertur. In
quinta ibi,aliàs autem vbi actor.glo.declarat,quando istud iu
ramentum necessarium deferendum sit ipsi reo. Redeo ad pri
mam partem glo.& quia clara est, assumo secundam , in qua
gl.facit tres casus,quos de per se examinabo. Primus est, quan
do actor nihil probauit,nec plenè, nec semiplenè , tunc regu-
lariter reus absolui debet sine iuramento.Facit bene tex.in ca-
pitu.fina.in versic.sanè.extra eod.& in cap.1.vt ecclesiastica be
neficia,& per istam regulam in sui generalitate deciditur ca-
sus,de quo multum dubitauit Aulus Gellius. in 13. no. & dixi
in l.qui accusare.C.de eden.Illa regula fallit in multis casibus,
quos numerat glo not.in cap.1.in ver.sine probatione , vt ec-
clesia.benefi.sine di.confer. Vltra quos adde casum specialem
in feudis in cap.1.§.fina.si de inuest. inter dom. & vasal. lis ori.
& in cap.1.de contro.inter mascu.& fœmi.de beneficio. Iux-
70 ta hanc partem† quærit not.Barto. quando dicatur nil proba-
tum ab actore,& tradit pulchram doctrinam , si bene intelli-
gatur,quamuis Doctor.non benè declarent , quam sequuntur
Ang.& Domin.Alexan.hic,& Barto.in l.properandum.§.& si
quidem.& ibi plenius Alexan.C.de iudic.& Bar.in l. si de meis.
§.fina.per glo.ibi.ff.de arbi.sequitur Bald.in capitu.fina.in quar
ta & quinta colum.extra eod.& ibi Dom. Anto. de Butr. in 3.
colum.& in cap.prout.de dolo & contuma. Bald. in Authen.
qui semel.ad finem.post glo.ibi,C.quomodo, & quando iudi.
& cap.sancimus.quo tempor.mil.inuest.pet.deb.in vsi. feudo.
Dom.Mathes.in no.19.vbi limitat duobus modis. Do. Barth.
Veron.in caute. 93. incip. sæpe contingit. Et not. diligenter ex
ista doctr. Barto. quòd quando iudex nullum terminum sta-
tuit partibus ad probandum , certè si ipsi iudici erat limitata
instantia per consensum partium in arbitro,& delegato , talis
limitatio termini facta ipsi iudici per partes habet etiam vim
termini peremptorij ad probandum,quo ad ipsas partes. alle-
gat gloss.in d.l.si de meis. §. fina. quæ secundum Pau. de Castr.
non bene probat.allegat Innoc.in cap.2.extra de appel. quem
etiam refert,& sequitur Specu.in titu.de senten.§ nunc viden-
dum.in versic.illud autem.& secundum Barto.debet isto casu
reus absolui diffinitiuè , secus quando terminus esset præfixus
iudici,vel instantiæ à iure communi,vel à statuto, tunc quan-
do non datur terminus à iudice ad probandum , dicitur nihil
actitatum,& reus debet absolui solùm ab obseruatione iudi-
cij. Raph.Fulgos.hic reprehendit Barto.quia dicit non probari
iure,quòd tempus præfixum iudici,vel instantiæ de consensu
partium habeat etiam vim termini peremptorij ad proban-
dum,quo ad partes,& quòd Innocen. in loco præallega. non
bene firmat.Ludo.hic in 15.colum. dicit, quòd in effectu non
videt differentiam inter absolutoriam ab obseruatione iudi-
cij , & absolutoriam diffinitiuè. vtraque enim præsumitur la-
ta,quòd actor non probauit,ideo vtroque casu poterit petitor
71 iterum de nouo agere, & probare,sed errat.† Nam absoluto-
ria lata,eo quia non probatum,debet esse diffinitiua,& conse-
quenter debet diffinire in negotio principali , quòd reus nihil
debet, & tunc tollit ciuilem obligationem , & naturalem eli-
dit,& sic impedit,vt actor possit amplius agere,nisi appellaue-
rit, gloss.in Authen.qui semel.in versicu.locum habet.C.quo-
modo,& quando iudex.facit bene.l.argentarius.§.cum autem
(si subtiliter inducas.)ff.de edendo.sed simplex absolutoria la-
ta ab obseruatione iudicij , ista est mera interlocutoria , quia
non definit negotium principale , & ista non impedit de no-
uo agi. d.l.properandum.§.& si quidem.cum glo.in versic.iu-
dicij,& ad istam declarationem vide Barto.in l.Titia. in secun
da,& tertia quæstio.ff.de accus.& gloss.in clemen.fina.in glo.2.
ad fin.de appel.& glo.in clemen.1.in versicu. diffinitiua. de se-
quest.pos.& fru.cum concord.Ideo Paul.de Castr. in l. qui ac-
72 cusare. C.de edend.dicit † quòd ignorantes dicunt, quòd sen-
tentia ab obseruatione iudicij est diffinitiua,sicut quando reus
absoluitur. Paul.de Castr.hic in 13.colum. dicit, quòd vidit de
hoc magnam disceptationem , dum ista quæstio esset de fa-
cto,& quòd Bald.consuluit pro opin.Barto. primo anno, quo
Papiam venit,sed quòd omnes alij consuluerunt contrarium,
& lata fuit sententia contra Bald.prout ipse Bal. facit mentio-
nem in Authen.ei qui.C.de temp.appel. & dicit , quòd ille iu-
dex fuit vna bestia humana.Tandem concludit Pau. de Cast.
veram esse opin.Barto.quando apparet coram iudice , vel ar-
bitro litem fuisse contest.vel habitam pro contestata, aliàs se-
cus,cùm verè sine litis contestatione nō possent fieri probatio
nes,nec ferri sententia diffinitiua, & ita etiam tenet Panormi.
in cap.fina.versic.sanè.in 2.colum.& sequen. extra eodem.Do
minus Ang. & Dom. Alexan.in l.qui accusare.in penult.colu.
C.de eden.etiam reprobāt doctr.Bart.vno fundamento, quod
dicūt non tangi per alios, quia posito , quòd ille terminus ha-
beat vim peremptorij ad probandum , tamen non posset iu-
dex absoluere diffinitiuè , nam donec pendet talis dilatio data
ad probandum,non potest ferri sententia.l.siue pars. C. de di-
la.ea autem finita,cùm expirauit compromissum,seu delega-
tio,minus ferri potest. l. cum non eo die. C. quando prouoc.
non est necesse.Sed responde, obiectum procedere , quando
ille terminus haberet solùm vim termini peremptorij ad pro-
bandum respectu partium ,sed cùm habeat etiam vim termi-
ni peremptorij,quo ad instantiam causæ , iudex debet vltima
die iudicare,& maximè,quia talis terminus assignatus de con
sensu partium habet vim etiam termini peremptorij ad au-
diendum ferri sententiam. ita singu. tenet Bald. in Authen. ei
qui.C.de temp.appel.quem refert,& sequitur Pau.de Cast.hic
in 13.colum.& est singulare verbum pro ampliatione doctri.
73 Barto.¶†Secundus casus principalis glo.est,quando actor ple
nè probauit , & tunc reus debet condemnari , etiam si actor
nolit aliter iurare. Adde,quòd istud intantum est verum,quòd
non valeret consuetudo,etiam per consequens nec statutum,
quòd postquam actor plenè probauerit,adhuc teneatur iura-
re,text.est solennis,& singu.in cap. 2. de proba. quem Bald. ibi
in 3.colum.reddit valde singu.ad duo, de quibus ibi per eum,
vbi vult , quòd si quis plenè probauerit intentionem suam , si
eidem imponatur , quòd iuret de calumnia , potest recusare
nolle iurare.& dicit esse casum in dicto capit. 2. sed tex.ibi lo-
quitur de veritate,in quo casu,postquam est plenè probatum,
iuramentum est superuacuum , sed iuramentum calumniæ
non defertur pro veritate,& per illum tex. dicit Lud. Roman.
hic in vlti.colum.se in quæstio.de facto consuluisse in ciuitate
Vincentiæ,vbi est statutum,quòd probatio per acta causæ nō
sufficiat,nisi etiam producens fidem faciat proprio iuramen-
to,& dicit se consuluisse , quòd tale statutum non valeat per
dict. cap. 2. Dicit tamen Pau.de Cast.hic in 14.colum.in prin-
cip.quòd Venetijs seruatur illa consuetudo propter refrenan-
das malitias hominum . Si tamen actor vellet sponte iurare,
postquam plenè probauit,admitteretur,quia post plenam pro
bationem potest vltrò alia probatio fieri. l. cum virum . & ibi
Barto.no.C.de fideicommis.l.circa,in fin.& ibi bona glos.ff.de
proba. Item limita, vt per Gemin. in cap. 1.in 1.colum.per il-
lum tex.de iuram.calum.in 6.Iuxta hanc partem gloss.Barto.
per duas colum. prosequitur ad declarandum , quando dica-
tur plenè probatum,alij nihil addunt. Tamen circa istam do-
ctri.adde duo.Primò inquantum Barto.in discursu facit men-
74 tionem de indicio leui , debes scire ,† quòd indicium est mi-
nus,quàm semiplena probatio,glo.no.in l.cum probatio.ff.de
proba.quam reputat singu.Bald.in cap.fina.in 7.colum. de iu-
reiuran.in l.non hoc.in vlti.colum.C.vnde legi.Angel.in l.fina.
in princip.ff.quod metus causa.dicit tamen Bald. in locis præ-
allega.quòd debet intelligi de indicio leui,sed si esset indicium
vehemens,non est minus semiplena probatione.Secundò pō-
dera diligenter,quòd Barto.in ista doctrina videtur velle vnū,
quòd est substantiale, & necessarium in ista materia , quòd
75 †istud iuramentum in supplementum probationis venit de-
ferendum,non solùm vbi semiplenè probatum est , sed etiam
vbicunque actor habet solùm pro se præsumptiones, vel con
iecturas,quæ sunt minus semiplena probatione , ita Bartol. in
quinto versicu. incip. post dubitationem autem potest incipe-
re.& clarius in versicu.sequen.qui incipit. post istam autem su-
spicionem. dum formaliter dicit Barto. in istis duabus causis
dubijs,scilicet,quando iudex reductus est ad suspicionem, vel
opi-

opin. loquitur hic. & ſic habet locum iſta lex, & ita ponderat
Alex.in conſi.53.in cauſa vertente inter Michaelem. in vlt. col.
Adde glo.in c.ſine literis.in verb. probata.de teſti.& expreſſius
Bal.poſt Iac.de Are.in l.ſi fundum.ad fi.C. de rei vend. vbi di-
cit, ꝙ ſi iudex habet probabiles coniecturas, debet deferre iu-
ramentum in ſupplementum probationis, alleg.Gul.de Cu.in
l.ſi duo patroni.in princ.ſ.eo.idem tenet Bal. in c. pen. per illũ
tex.de cõten.inter mi.& dom.Lud.Ro.hic in 28.col. quamuis
de prædictis non faciat mentionem, tenet, quòd in cauſis ciui-
libus non famoſis, ſi quis habeat bonam, & vehementem præ-
ſumptionem, quæ quando ſit, relinquitur arbitrio iudicis, de-
bet ei deferri iuramentum in ſupplementum probationis, ſe-
cus ſi habeat leuem, vt eſt gl.in l.3.§.1.ad fi. in ver. ſi leuior. ff.
de mino. Tu autem tene, licèt præcedentes authoritates ſint
magnæ, quòd nunquam deferri debeat iſtud iuramentum ne-
ceſſarium in ſupplementum probationis, quando quis habeat
minus ſemiplena probatione. Ratio, quia iſtud iuramentum
ſupplet, & facit perfectam probationem, ergo oportet, quòd
prima ſit ſemiplena, ita Panor.in c.fi.in ver.ſanè.extra eo. in 3.
col.in ver.tertio quæro nunquid ſemper. & Angel. in §. ſi verò
vſusfructus.ad fin.in Auth.de nup.& Dom. Alexan. hic in di-
ſcurſu in 26.col.& ad verba Bar.hic, dum loquitur de præſum
ptione, prout ſeipſum declarat in 6.col.in verſi. videnda ſunt
ergo exempla prædictorum, vbi dicit, videnda ſunt iſta quæ fa
ciunt iſtam opin.vel iſtam ſuſpicionem, quam glo. noſtra ap-
pellat ſemiplenam probationem. Ecce qualiter Bar. capit opi.
ſeu ſuſpicionem pro ſemiplena probatione, idem expreſsè de-
clarat Bar.in pen.col.in verſ.his præmiſſis.cuius verba bene cõ
ſiderabis.¶ Tertius caſus glo. quando actor ſemiplenè proba-
uit, infra latius examinabitur.¶ In ead.gloſſ. ibi, ſi verò ſemiple-
76 nè, puta per ſcripturam domeſticam.† No.ex glo. quòd priua
a ta ſcriptura [a] facit ſemiplenam probationem, idem tenent gl.
allegatæ per Bar.& ſi dicatur, quod priuata ſcriptura nõ debet
plus operari, quàm viua vox ipſius viuentis, reſponde vt in re-
pe.mea. Pro plena intelligentia Bar.& Docto.hic, & in l.nuda
ratio. ff. de don. Can.in c.2.de fide inſtrum.dicunt, quod ſunt
77 tres ſpecies priuatæ ſcripturæ.† Circa primam de apocha Bar.
ponit doctrinam, quam formaliter etiam ponit Albe.in 2 col.
& facit quinque caſus. In tribus primis tenet, quòd faciat ple-
nam fidem. In quarto, ſemiplenam. In quinto, qualemqualem
præſumptionem. Tu aduerte, inquantum Bar. in ſecundo, &
tertio membro tenet, quòd ſi tres teſtes fuerunt præſentes, &
viderunt ſcribi apocham, quam recognoſcunt, talis apocha
cum depoſitione trium teſtium non plenè probat, niſi adiuue
tur comparatione literarum. Idem tenet in l. nuda ratio. & in
Auth.& ſi contractus.C.de fide inſtrum. Ant.de But.& Panor.
in cap.2.de fide inſtr. In hoc Bart.malè dicit, quia ex quo teſtes
fuerunt in præſentia, & viderunt ſcribi, & ita deponunt, plenè
probant, ſicut ſi ſe ſubſcripſiſſent.l.cum antiquitas. §. cum au-
tem.& ibi Cyn.Bald.& Pau.de Caſt.ad hoc no.C.de teſt. & ita
Barto.reprehendunt Lud.& plenius Alex. hic, & contrarium
tenet Hoſt.Ioan.And.& Imo.in c.2.de fide inſtrumen. Io.And.
in cap.fina.circa fin.& ibi Imo.in 2.colum.extra eod.de iureiu.
& plenius Imo.in l.nuda ratio.de dona. & ita contra Bartol. in
hoc conſuluit Franc.de Aret.in conſi.64. incip. diligenter, &
maturè. Inquantum vult Barto. in quarto caſu, quòd tanta
poſſet eſſe vis comparationis, quòd ſola plenam fidem face-
ret. Adde, quòd idem tenent Abb.& Anto.de But.in cap. 2. de
fide inſtrumen. Alex.in conſi.302.incip.in cauſa, & lite vertente
coram arbitris. Reliqua proſequutus ſum in repe.huius.l.¶ Vl
timò inquantum Barto.concludit, quòd apocha, quæ non ha
bet ſubſcriptionem, non facit ſemiplenam probationem, ſed
qualemqualem præſumptionem. Adde, quòd Barto.in d.l.ſcri
pturas.tenet contrarium. Tene, quòd non facit nec plenam,
nec ſemiplenam, per text.in capitu.ſecundo, in verbo *alicuius
firmitatis robur obtinebit.* de fide inſtrum.& per illum tex. atten-
tauit Angel. hic in 3. colum. quòd apocha non facit aliquam
probationem. Cano. ibi, præſertim Butr. intelligunt reſpectu
plenæ, vel ſemiplenæ probationis. Cõcluditur ergo, quòd apo
cha priuata nõ facit probationem. Vltra tres limitationes Bar.
adde quartam, quando apocha eſſet ſigillata ſigillo publico
magiſtratus, quem quis gereret, ſecundum Bal.in rubr.C.de fi-
de inſtrumen.in penult.colum.in verſic. Secundum ſupplemẽ
tum eſt, & in ſimili Barto.in d.l.nuda ratio.ad fi.Dom. Anton.
in dicto cap.2.in verſicu. ſextus caſus, & de virtute ſigilli aliter
non tango hic, quia tetigi in repet. Adde etiam alium caſum,
ſcilicet, quando apocha eſſet de antiquo, quia facit plenam fi-
dem, ita Ioan.And.in titu.de inſtr.edit.ſuper ver. ſed quid ſi ꝓ-
ducens.ſequitur But.in dicto cap.2.in 4.colum. in verſi. tertius
78 caſus. † Quintus caſus eſt, quando priuata ſcriptura reperitur
in actis, habet enim vim publicæ ſcripturæ, ita no.Bald.in l.nec
in arbitris.in 3.no.per illum text. C. de arbi. quod tu intellige,
quando notarius eam redegit in actis, & ſubſcripſit, prout no.
idem Bald.in Auth.offeratur.in pen.col.ꝑ illum text. C. de litis
conteſta. Sextus caſus eſt, in priuata apocha mariti ſcribentis,
res eſſe paraphernales mulieris.l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure dotiũ.
ſecundum Bald.in l.2.in vltima colum.C.ne vxor pro marito.
& limita, vt ibi per eum. Septimus caſus eſt in ſcriptura priua-
ta reperta in archiuio publico, ſecundum Cano. in dicto capi-
tu.ſecundo, vbi Panorm.in 4.colum. Octauus caſus in ſcriptu
ra priuata presbyteri cum ſubſcriptione trium teſtium in cau
ſa dotis, & matrimonij: nam plenè probat, ſicut publicum in-
ſtrumentum notarij.§.quantum.in Authen. quibus mod. nat.
effic.leg.quem ad hoc reputat ſingu.Bald.in l.quibus. in 3. co-
lum.in prima conſtitu.C.& in l. filius. ff. de his qui ſunt ſui. Vl-
timus caſus eſt, quando adeſſet conſuetudo, vel ſtatutum. ca-
pitu.cum dilectus.de fide inſtrum. Innoc. in cap.cum P. tabel-
lio.de fide inſtrum.& ibi But. Circa iſtum caſum ſtante conſue
tudine, quòd priuatæ ſcripturæ adhibeatur plena fides, vt eſt
Venetijs, dic quòd illi ſcripturæ factæ Venetijs, vbique loco-
rum adhibebitur fides, ita Butr.in capitu.2.in 3. colum. de fide
inſtrum.alleg.tex.in l.1.C.de emancip.libe.& in dicto cap.cum
dilectus. Adde, quòd iſtud tenet Ioan.And.in addi.ad Specu.in
titu.de inſtrum.edi.§.nunc dicendum.in addi.magna, quæ inci
pit, priuatorum.circa fin.vbi dicit Ioan.And.quòd ſtante ſtatu
to, vel conſuetudine, quòd priuatæ ſcripturæ detur fides, dabi-
tur illa fides, vbicunque iudicium agitabitur. Confirmo iſtam
deciſ.ex triplici regula. Primò per regulam, quam tradunt Bal.
& Salic.in l.ſi non ſpeciali.per illum text. C. de teſt. quòd ſcri-
ptura facta in loco ſecundum priuilegium loci, probat vbiq;
79 ad hoc alleg.l.2.C.quemadmo.teſtam.aper. ¶ † Secundò pro-
batur per regulam Bald.in l.exemplo.C. de proba. quòd con-
ſuetudo, quæ dat robur probatorium priuatæ ſcripturæ, facit
quòd illud robur probandi valet, nõ ſolùm intra territorium,
ſed etiam extra territorium. d.l. ſi non ſpeciali. Tertiò confir-
80 mo † per illud, quod tenet Bald.in l.2.in 2.colum.C.de conſtit.
pecu.quòd ſi ſit ſtatutum in curia mercatorum, quòd ſcriptu-
ræ mercatoris adhibeatur fides, quòd illud ſtatutum debebit
ſeruari in quolibet foro ſeculari, & epiſcopali.glo.in l. ex ea. ff.
de poſtul. Item circa iſtam materiam de apocha, adde, ꝙ ma-
gis creditur duabus apochis, quam libris communis, in quo cõ
tinetur ſemel tantum eſſe ſolutum, ſecundum Barto.in l.ne ca
81 ſu.in 1.colum.ad fin.C.de diſcu.libro 10. ¶ † Venio ad ſecun-
dum, ſcilicet ad librum priuatum rationum, in quo Barto. fa-
cit tres caſus. Adde inquantum Barto.facit regulam, quòd li-
b ber rationum [b] non probat pro ſcribente in eius fauorem, &
ponit duas fallen. Adde, quòd tertiò fallit, quando in tali libro
multæ partitæ ibi deſcriptæ verificantur per ſcripturas publi-
cas, vel aliter, & in nullo redarguitur mendacium, certè in alijs
præſumitur liber continere veritatem, ita conſuluit Paul. de
Caſtr.in conſilio 138. incip. ad bene examinandum dubia. in
ſecunda colum.ſequitur Angel. de Aretin. qui reputat not. &
dicit vidiſſe de facto in §.actionum.in 13.quæſtio. Inſti. de act.
Quartò fallit, quando concurreret veriſimilis coniectura eo-
rum, quæ ſcripta ſunt, quia attenta qualitate facti veriſimilis,
crederetur pro ſcribente cum eius iuramento, ita not. Ioann.
Andr.in additio. Specul.in titu.de inſtrum. edi. §. nunc viden-
dum.in additio.magna, quæ incipit, priuatorum. in 4. colum.
& Bald.in rubr.C.de fide inſtrum.in 14. colum. verſic.ſequitur
videre de ſcriptura quorundam officialium. Imo. in cap. 2. in
10.& 11.colum.de fide inſtrumen. Facit bene, quod dicit ſing.
Bald.in l.1.ad fin.C.de edend.Domin.Alexan.ibi multum extol
lit, quòd liber rationum continens veriſimilia facit fidem pro
ſcribente, vt ei credatur vnà cum eius iuramento, ſequitur Pe.
de Ancha.in clemen.prima, in §.primo, de vſu.licèt Salic.in d.
l.1.in vltim.colum.dicat hoc relinqui arbitrio iudicis. Quintò
c limita in libris mercatorum, [c] qui de iure communi faciunt
fidem pro ſcribente in parua quantitate, ſecundum Bald. in l.
1.in 4.colum.C.de confeſ.quem ſequitur Panormi. vbi multa
egregia ponit in cap.bonæ fidei.in vltima columna, de poſtul.
præla.

ADDITIONES.

a ¶ Scriptura, Adde Spec.in tit.de inſtr.edit.in §.nunc dicendum. & in §. ſi quis igitur, in Auth.de fide inſtru.& in Auth.ſi quis contractus. C. de fide inſtrum, Inn.in c.cum cauſam.de teſtib.

b ¶ Rationum, Adde Bar.in Auth.ſi quis contractus.C.de fide inſtr.Bar.in l.qui-dam. in §.nummularios.ff.de eden.

c ¶ Mercatorum, Adde Io.And.in addi.Spe.in titu.de inſtr.edi.in §. nunc dicen-dum, Bal.in l.cunctos populos.in lect.C.de ſum.trin.Bal.in l.comparationes. in 4.col.C.de fide inſtr.Sali.in l.exemplo.C.de proba.Feder.de Sen. conſilio 99.incip.nulli dubium, in fi.Abb.conſilio 82.incip.quinque dubia. in primo volum.

præla.Sextò limita,quando liber rationum plura capitula cõ-
nexa contineret: nam si aduersarius vult stare contra scriben-
tem,etiam probabit pro scribente,secundum Bartol.in l.quę-
dam. §. nummularios. ff. de eden.cum concordan.ibi traditis.
Bald.in l.rationes.C.de proba.& in l.1.in vlti.colu.C.de edend.
& Panormi.& Imo.vbi videas in dicto cap.bonę fidei.& Imo.
in cap.2.in 11.colum.de fide instrum. Angel. in l. sumptus. C.
de administ.tuto.Salic.in l.1.in vlti.colum.C.de eden. & mul-
tum no.Pau.de Cast.in l.publia.§.fina.per illum text.ff. deposi-
ti.& Domin.Mathes.in not. 78. Vltimò limita,quando adesset
consuetudo,vel statutum, quòd libri, puta mercatorum ple-
nam fidem faciant pro scribente.valet enim talis consuetudo,
vel statutum,ita not.Bald.Angel.& Alexan.in dicto §.nummu
larios.per illum text.& Bald.in l.comparationes.in 5.colum.C.
de fide instrumen.& in l.cunctos populos. in 14. colum. C. de
summa trin.Imo.in dicto cap.2.in 11.colum.& no.Ioan.And.
in præalleg.addi.magna.circa finem.vbi singu. subdit,quòd sta
bitur consuetudini illius loci in scripturis ibi factis, etiam si ali
bi producantur,quod multum teneas menti, & hoc etiam te-
net Anto.de But.in dicto cap.2.in 3.colum. quòd talis consue
tudo,vel statutum valeat.probat tex.in cap.cum dilectus. vbi
Cano.de fide instrum.& in l.1.in fin.C.de consti.pecu.& refert
Pau.de Castr.hic in pen.colum.quòd Florentiæ viget hæc con
suetudo.Limita dictum statutum sex not.modis. Primò pro-
ut singul.limitat Bald.in l.1.in 3.colum. C. de confes. quando
statutum,vel consuetudo esset indiscreta:puta,quòd credatur
omni scripturæ pro scribente,non valeret, quia prona ad fal-
sum committendum,quod reputat singulariter not.Panorm.
in d.cap. bonæ. el secondo,ad finem. & notabiliter Alexan. in
d.§.nummularios.in 1. colum. Secundò limita, nisi mercator
esset aliàs infamis,vel suspectæ vitæ,ita ad literam limitat Bal.
in repe.l.cunctos populos. C. de summa trin. in 41. colum. in
versic.quintum exemplum, statutum permittit. no. Bald.in l.
Cassius. in vltim.colum. ff. de senat.& in simili Bart.in dicto §.
nummularios. Tertiò not. limita dictum statutum procede-
re in pertinentibus ad artem,seu negotiationem illius merca-
toris,quod ratione sui exercitij,vel artis ad eum pertinebat fa
cere illud,quando in eius libro descripsit,aliàs secus,ita simpli
citer limitat Alexan.hic in 28.colum.ad finem,motus argum.
l.3.§.eo modo.ff.nau.cau.stab.& aliud nõ alleg. Adde tu in ter
minis Ioan.And.in dicto §.nunc dicendum.in additio. magna.
quæ incipit,priuatorum.in 1.colum.quem sequitur Lud. Ro-
man.in consi.204. incip. pro discutienda veritate thematis. &
in consilio 205. inci. in puncto proposito,breuiter dicendum.
Dom.Franc.de Aret.in consi. 33. incip. consultatio præmissa.
in 1.colum.& in consi.44.incip.in proposita consultatione,vi-
so articulo,& in consilio sequen.Bene facit, quod in simili de-
cidit Bald.in l.fina.C.ad Maced.in versi. quæro,dicit statutum,
quòd cũ filiofamilias.& in l.4.§.ex hoc edicto.ad fi.ff. nau.cau.
stab.& refert Pau.de Cast. qui dicit, quòd pluries vidit istam
causam de facto Florentiæ.in l.1.§.in filio.ff.ad Macedo.Quar
tò limita, quando talis liber esset scriptus per mercatorem in
illo loco,in quo viget consuetudo,vel statutum, secus si esset
alibi scriptus, licèt in isto loco producatur. ita singu. limitat
Bald.in cap.cum dilectus.de fide instrumen.¶Quintò limita,
quando est liber rationum habens formam libri, & sic conti-
nens data,& recepta,iuxta l. si quis ex argentarijs. §. rationem.
ff.de eden.secus si esset aliquis libellus, quem appellamus va-
chetam,vel aliqua simplex scriptura,vel aliquod memoriale,
secundum Bald.in l.rationes.C.de proba.sequitur Pau.de Cas.
hic in penul.colum.dicens,quòd est bona limitatio. & Alexã.
hic in 28.colum.& sequen.& Bald.in rubr.C.de fide instrumẽ.
in 13.colum.in versicu.item dubitatur,vtrum ista scriptura. &
Ludo.Romaniquem apertè videas in d.l.nuda.in 3.columna.
¶ Sextò, & vltimò limita, quando talis liber rationum habet
diem,& annum,& consulem,quibus inchoatus est, secũdum
Ang.in l.1.§.editiones.ff.de eden.Bald.in rub. C. de fide instru-
men.in 14.colum.in versicu.viso de scripturis, quæ sunt publi-
82 ca manu scriptæ.& in colum.sequen.in versic. † sequitur mo-
do videre de scriptura mercatorum . Quod vltimum limita
quantum ad hoc,vt probet pro scribente: nam contra scriben
tem probat,quamuis non habeat diem,& consulem, ita sing.
limitat Ioan.And.in præalleg.addi.magna.in 5.colum. in fine.
Anto.de Butr.in cap.2.in 5.colum.& ibi Panormi.in 8.colum.
de fide instrumẽ. Item ad istam materiam de libro rationum
adde,an stetur libris apothecæ in redditione rationis. Abba. in
consilio 36.incip.circa primum dubium.in vlti.colum.volu.2.
83 ¶†Circa tertiam speciem de epistola, adde in quantum Bart.
hic,& plenius in l. nuda ratio. ff. de donatio. concludit, quòd
a comparatio literarum facit,quòd epistola [a] plenam fidem fa-
ciat,licèt secus in apocha,quamuis idem sequantur Modern.
hic,& Dom.Anto.& Imo.in dicto cap. 2. tamen contrarium,
& fortè melius tenuit latè Panorm.in dicto cap.2.in 5.colum.
eo quia ratio expressa in Authen.de instru.cau. & fi. in princip.
quia comparatio est falsa,& vt falsitas euitetur, magis militat
in epistola,in qua facilius potest committi falsitas. Idem tenet
Bald.in l.fin.in 5.quæstio.& ibi Salic.in 5.colum.C.de edic. diui
Adrian.tollen. Angel.in l.comparationes.C.de fide instrumen.
¶Successiuè Barto. format quatuor quæstio. de instrumento
publico,& tu aduerte,quòd Barto. in istis quatuor quæstioni-
bus ponit quatuor casus singu. in quibus instrumentum publi
cum confectum manu publici notarij, facit solùm semplenã
probationem,qui casus sunt singu.& eos sequitur Dom. Ant.
84 de Butr.in capitu.fina.extra eod. ¶†Primus est in exemplo in-
b strumenti [b] facto per manum alicuius notarij,quia licèt regu-
lariter nullam fidem faciat,vt habetur per Barto.& Docto. in
Authen.si quis in aliquo. C. de edend. tamen si originale esset
deperditum,tale exemplum facit semiplenam probationem,
per glo. not.in l.sicut iniquum. C. de fide instrumen. quam ad
hoc reputat sing.Angel.in d.Authen.si quis in aliquo.Idem te-
net Dom.Anto.de Butr.in cap.1.in 10.colum.de fide instrum.
& licèt Ray.& Bald.in d.l.in bonæ fidei.in penul.colum.& ibi-
dem latius Salic.in 13.colum. contradicant Bartol. tamen lo-
quuntur in diuersis terminis, quia non loquuntur,quando ori
85 ginale est perditum,prout loquitur Bart.hic. ¶†Secundus no.
casus est, quem ponit Bartol. in quarta quæstione quando in-
strumentum publicum est confectum inter certas personas,
quia quo ad tertium in eo nominatum facit semiplenam pro
bationem,quod multum not. Adde fortiorem text. qui vide-
tur probare,quòd imò plenam probationem facit, quo ad il-
lum tertium.in l.desiderium. C. de deposi. & ibi Docto. labo-
rant pro solutione.& Bald.dicit,ꝙ difficile esset reperire illum
casum alibi.Item adde,quòd fauore dotis instrumentum con
fectum quo ad dotem facit plenam fidem,ita singu.tenet Bar.
in consilio incip.factum sic se habet,Titius,& Seius.per glo. in
l.2.C.de dot.promis.sequitur Pau.de Castr. consi. 82. incip.ius
de Bellanis.& Alexan.hic in 30.colum.& in consil.4.in 2.volu.
86 incip.videretur inspectis. in 7.colum.¶†Tertius casus est,quã-
do reperiretur sola intitulatio,vel rubrica,& postea dimissum
spacium,& mortuus est notarius,nam si sit de contractu, qui
semper vniformiter fit,vt est in promissione indemnitatis, fa-
cit secundum Barto.(sub dubio fortè) semiplenam probatio-
nem,ad quod adde in simili Barto.in l.si is qui.in 1. colum. ad
fin.ff.de test.quem sequitur Sali.in l. fina.in 4. quæstio.C.famil.
ercis. & Bald.in l.contractus.in 4.colum. C. de fide instrumen.
Adde etiam, quod no.Barto.in l.fideicommissa. §. primo, per
87 glo.ibi,de leg. 3. & text.in l.si ea.ff. de test. ¶ † Quartus,& vlti-
mus,& notabilis casus est, quando instrumentum notarij ca-
ret substantialibus, vel debitis solennitatibus, puta deficit an-
nus Domini,vel dies,vel indictio, vel aliquid aliud de enume-
ratis per glo.magistram in l.generali.C. de tabul.libro decimo,
nam si notarius sit mortuus,tenet mirabiliter Barto. quòd tale
instrumentum,quamuis careat substantialibus,tamen facit se-
miplenam probationem,per text.qui mihi nihil probat in l.2.
C.famil.ercisun. Intellige tamen, quod dicit Bartol.de omis-
sione,quòd vitiet instrumentum, verum est, quando omissa
est ex toto,secus si sit apposita licèt corruptè,non vitiat,secun-
dum Bartol.in l.nominatim.ff.de condi. & demonstr. post Dy.
in consilio 34.quem etiam sequitur Bald.in §.si quæ verò. in 2.
constitu.C.& in l.2.circa fin.C.de fals.cau.adiec.leg.& in l.cum
proponeretur.ff.de leg.2.Angel.in l. Imperator. ff. de statu ho-
mi.& Ioan.Andr.in data.6.lib.in mercu.¶In ead. gloss. ibi, vel
per fugam rei.ista glo. vult secundum Barto. Alber. Angel. &
88 Domin.Alexan.hic,† quòd fuga faciat semiplenam probatio-
nem,& idem glo.in l. in bonæ fidei. in glo.fina.magna. C. eod.
& ibi Cyn.Barto.& Bald.idem not.ex his glo.sed errant, quia
istæ glo.signanter loquuntur in fuga speciali officialis, qui de-
bebat stare in syndicatu, & aufugit, isto casu bene fuga facit
contra talem officialem semiplenam probationem,& ita pro
priè loquuntur duo text.allegati in glos.vnde dicit Angel. in §.
oportet.in Authen.vt iudi. sine quoquo suffragio, ꝙ quando
officialis aufugit, cùm fuga faciat semiplenam probationem,
certè furta,& barataraiæ per eum commissa probantur per so-
lùm

ADDITIONES.

a ¶Epistola.Adde difusè per Feli.in cap.2.de fide instrum.in 5.col.ver.tangi-
tur etiam hic.

b ¶Instrumenti.Adde Specu.in titu.de instru. edi.in §. postquam.Bald.in l.3.in
10 quæstio.C.de test.Bartol.in l.Sempronius.ff. de leg. 3. Barto. in l. in frau-
dem.§.neque.ff.de iure fisc. Cardin. Zabarel. & Abba. in capitu.Alberic. de
testib.

lum iuramentum,imò plus Bart.in l.consiliarios. C.de asse.no. ibi esse tex.quòd fuga officialis facit plenam probationem, & idem Barto.in l.lege Corne.ff.ad Sill.dicit,quod in d.l.consiliarios.est casus specialis,in quo fuga plenè probat.sed errat,quia ille tex.non loquitur quantum ad ipsum officialem,qui aufugit,sed quantum ad eum,qui officialem subtraxit, & fecit fugere:nam contra eum bene plenè probat, vt teneatur omnib. satisfacere,prout in simili in l.2.secundum secūdam expositionem gl.C.de exac.trib.lib.10.ita melius dixit Salic.hic.& in d.l. in bonæ fidei.in 10.col.& Lud.Rom.hic in 25.col. Videndum est ergo,ꝙ in alio Bar.& Ang.hic.& Bar.Bal.& Lud.in d.l. lege Corne.& ante eos Cy.in l.1.in 3.opp.C.de rap.virg.ponunt doctrinam,& faciunt tres casus, & eandem doctrinam tenet D. Ant.in c.fi.in 5.colu. extra eodem. In primo casu,inquantum Bar.& prædicti dicunt, quòd quādo fuga obijcitur vt delictū, ꝙ tunc facit semiplenam probationem.Bartol. est corruptus, imò tunc plenè probat,prout ipsemet Bar.dicit in d.l.lege Cornel.& ibi Bal.& expressè Ang.& Fulg.hic.Ant.de But.in c.veritatis.in vlt.col.& ibi Panor.de dolo & contu. Item inquantū Barto.& Docto.concludunt, quòd fuga regulariter non facit semiplenam probationem,sed aliqualem præsumptionē, vel indicium.Adde,quòd regulariter fuga in criminalibus facit indicium sufficiens ad torturam,ita Barto.in l.fin.in 2. colum. ff. de quæstio.Bal.in l.voluntatis.in vlti.colum.C.de fideiuss.Cyn. in d.l.1.in 3.oppo.& latius Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de presum.§.2.super ver.violenta.in addi.magna,quæ incipit, hic est insistendum.in 2.col.Facit tex.in cap.ex literis.circa princ.& ibi Pet.de Anc.de pigno.est tamen leue indicium,secundum Bal.

89 in l.non hoc.circa finē. C. vnde cognati. ¶†Istam regu.limita quatuor notabilibus modis.Primò,quando quis aufugeret furore familiæ Potestatis,dum eum volunt apprehendere,si postea citatus sponte comparet, quia prior fuga purgata per sequentem spontaneam comparitionem,nullum indicium faceret ad torturam, ita limitat Barto.in l.quis sit fugitiuus. §. 1. per illum tex.ff.de ædi.edic.sequitur Lud.Rom.hic, in 24.col. Facit,quod decidit Bal.in l.1.C.de seru.fugi.in 6.colum.in ver. quæro quid de errore.Secundò no.limita, quando quis aufugit antequam accusetur de delicto,quia præsumitur aufugisse ex conscientia delicti, tunc facit indicium sufficiens ad torturam,secus si aufugiat postquam est accusatus, vel inquisitus, vel stat occultus,quia tunc præsumitur potius aufugisse metu accusationis,ita sing.limitat Barto. in l. 1. in princip. per illum tex.ff.de bo.eo.qui mortem sibi consci. sequitur Angel. hic. in penul.colum.& in l.fin.C.de quæstio.Dom.Mathe.in no. 145. Ludo.Rom.in d.l.lege Corn.vbi putat idem esse,quando quis aufugit post comminatam accusationem, vel inquisitionem, licèt nondum sequuta sit,per illud quod no.Bar.in l.miles.§.soror.per illum tex.ff.de adult.Tertiò limita, quando quis aufugisset ex aliqua probabili,vel rationabili causa,secundum Bal. in d.l.in bonæ fidei.in 3.colum.vbi ponit exemplum de his,qui propter partialitates aufugiunt de ciuitate: nam si postea inculpentur de delicto,talis fuga non facit indicium contra eos, & ibi Cyn.in 5.q.dicit vtile verbum in scholari, qui si aufugiat, & vadat domum,fuga non facit indicium ad torturam, quia præsumitur iuisse domum causa visitandi suos.istis adde Lud. Rom.hic in 24.colu. & Bald.in l.1.in 3.colum.C.de ædil.edic. dum dicit,quòd fuga est triplex, voluntaria, & illa facit indicium:necessaria:item & ignominiosa.Quartò limita,quòd fuga facit indicium ad torturam, verum est cōtra illum solùm, qui aufugit,sed non contra socios de eodem delicto inculpatos,per l.2.C.de fide instrumentorum,& l.fina. C. de fals.ita in pulchris terminis determinat Ioann.Andr.in dicto versic.violenta.in additio.magna,incip.hic est insistendum. in prima, & secunda colum.vbi decidit,quòd si quis accusat de falso eum, qui produxit falsum instrumentum, & etiam notarium, qui confecit,quamuis notarius aufugiat, eius fuga non facit indicium ad torturam contra producentem,quamuis simul accu-

90 satum.†Adde tamen vnum casum, in quo fuga in criminalibus facit plenam fidem,& sufficit ad condemnationē, quando incarceratus fugit ex carceribus.text.est in l.in eos. ff.de custo.reorum.& text.not.in l.milites agrum.§. pen. ff.de re milit. Specu.in dicto versic.violenta. & ibi latius Ioan. And. in addi. magna.præalleg.qui dicit hoc fuisse disputatum in curia Romana tempore Ioā. Papæ.Istud vltimum limita tribus no.modis.Primò,quando quis aufugit effracto carcere,vel muro,vel ostio, ita propriè loquuntur text. præallega. secus si aufugiat aperto ostio, secundum Iacob. Butrig.Guil. Alber.& Bald. in l.succurritur.ff.ex quibus cau.maio.& Bald. hic in 9. colum. & Ludo.in 25.Facit quod vult Angel.in l.verum.2.in princip.per illum text.ff.de fur.& in l.prima,ff.de effrac.quod exiens carceres, quia inuenit hostium apertum, non tenetur pœna fracti carceris.Secundò limita prædicta iura, quando quis verè erat detentus in carcere,secus si sibi assignatum sit palatium Potestatis, vel fortius vna camera palatij pro carcere,si inde aufugiat,non procedunt dicta iura, secundum præfatos Docto. in d.l.succurritur.& Bald.& Ludouic.hic,& dicit ibi Alber.in fin. quòd ita vidit de facto terminari. Tertiò limita, nisi post fugam quis denuo captus sit,& reductus ad carceres, licèt inuitus,tunc prior fuga non sufficit ad condemnationem. ita Bar. in l.raptores.per illum text.C. de episcop. & cleric. sicut in simili,quando officialis aufugit,qui debebat stare in syndicatu, si postea capiatur, & inuitus deducatur ad locum debitum, prior fuga non facit amplius semiplenam probationem contra eum.§.necessarium.cum gloss.in Authen.vt iudi.sine quoquo suffrag.secundum Salicet.in l.in bonæ fidei,in decima co-

91 lum.C.eod.Prædictis etiam adde, quod † not.Barto.in l.in relegati.ff.de pœn.allegando Theologos ita tenere, quòd incarceratus condemnandus ad mortem,si aufugiat de carceribus, peccat mortaliter,quòd limita,quando iustè debebat mori,secus si mors esset violenta,ita not.tenet gloss. in clemen. pastoralis.in versicu.per violentiam.de re iudica. Item adde,quòd si famulus aufugiat à domino,præsumitur furto subtraxisse omnes res,quas dominus reperit sibi deficere, glo. in §.si verò etiam quidam iurent.in versicu.factum.in Authen. de exhibē. re. quam Ang.ibi in prima colum.multum not.& Ioan.And. in præalleg.addi.magna.in secunda colum.Item adde vnum casum,in quo fuga in causa ciuili facit semiplenam probationem,quem ponit.Angel.in l.interesse.& ibi Imo. multum not.

92 ff.de acquiren.possess.post Bald.in l.si oleum.ff.de dolo. ¶ † In eadem gloss.ibi,vel per vnum testem.Habes, quòd vnus testis facit semiplenam probationem. Idem tenet glos. in l.in bonæ fidei.C.eodem,& Docto.hic.& ibi.Specu. in titu. de probatio. §.fina.in versic.glo.not.sex genera.Angel.in consilio 3.quòd incip.publicatis.faciunt iura alleg.per Barto.& Doct.Istam conclusionem limitant Barto.& alij Docto.hic. & Bald.in rubrica de controu.inuesti.circa princip. quando est testis omni exceptione maior,hoc est,cui nulla macula, nulla exceptio possit opponi,vt declarat glo.in §.item verborum. Insti. de verborū oblig.& in capitu. 1.in verbo maiores. de consang. & affinita. Hinc infert Bart.quòd testis consanguineus, vel multum amicus non facit semiplenam probationem,tenet Angel.& Alex. hic.Salicet.in d.l.in bonæ fidei.in 11.colum. & ibidem Ang. in vltima.Bald.in cap.2.in vlti.colum.de probatio.Domin.Anto. & Panor.in cap.fina.extra eod.Alexan.in consi.13.incip.ex his, quæ in themate narrata sunt.in 1.volum.& consi.18.incip.viso processu causæ vertentis inter Antoninum. in eod. volum. & in consi.32.incip.viso puncto,& dubijs.in eod.volum.& in cōsilio 122.in 2.volum.incip.viso processu vtriusque causæ.in 2, colum.Facit tex.in cap.accusatoris.3.quæstio.5.quod dicit no. Bal.in capit.sacramentum.in 2.colum.de consue.rec.feu.cum multis,quæ accumulaui in repe.huius legis.Secundò limita secundum Barto.& Docto.hic,& in alijs locis alleg. & in præcedenti limitatione, quando verisimiliter possunt haberi plures testes,vt in probanda fama vnius, vbi vnus testis non facit semiplenam probationem.Addo bene facere illud, quod tenet Bald.in repe.l.de quibus.in 22.colum. ff.de legib. quòd ad probandum consuetudinem, vel notorium vnus testis non facit semiplenam probationem,quia consuetudo, & notorium debent verisimiliter esse nota multis.Tertiò fallit secundum Bar. & Docto.in casibus, in quibus duo testes non faciunt plenam probationem,sed requiruntur quinque, vt in casu. l. fina. C. si certum petatur, tunc vnus non facit plenam probationem per fundamentum glo. Subdit tamen Barto.mirabiliter, quòd quamuis in testamentis septem testes requirantur,tamen duo testes deponentes,quòd testator coram septem testibus rogatis reliquit, facerent semiplenam probationem, motus noua ratione,quia probatio in testamentis componitur ex iure gentium,& ciuili,sed hic adest potentior pars iuris gentium,& sic semiplena,vt hic plenius per eum.Ista consideratio Barto. re-

* prehenditur indifferenter *per omnes Moder.hic*, & Salicet. hic,& plenius in d.l.in bonæ fidei.in vndecima colum.C. eodem, nihil tamen allegant,quod vrgeat.Tu vltra scripta aliorum pondera pro decisione Barto.facere, quod pulchrè decidit Bald. in d.c.1.§.sacramentum,in 3.col.in ver. sed tunc ego quæro quomodo sciam.,sed tene contra Bar.eo quia in testamentis semiplena probatio nil valet. & in vltima voluntate non defertur iuramentum in supplementum probationis, quia si deficit probatio vnius testis,totum ius deficit.l.si vnus.C.de testam.ita dicit Bal.in l.non solùm.§.qui alieno.in vlti.colum. de proba. & in rub.extra de proba.quia solennitas testamenti est quid indiuisibile,ergo ibi non cadit semiplena probatio,& idem Bal.in d.§.sacramentum.in 4.col.& in l.2.in vlt.col.C.de bon. possess. secun-

secundum tab.& in c.1.§.item si vasallus.in 2.col.de contro.in-
93 uest. Quarto vltra Bar.fallit †prædicta regula, quando vnus te-
stis non assignat rationem dicti sui, dato q̀ nõ sit interrogatus
à iudice, nunc non facit semiplenam probationem, quia cùm
fides vnius testis exorbitet à iure communi, modicus defectus
in eo impedit semiplenam probationem. ita sing. tenet Bal. in
d.c.1.§.sacramentum.in 2.col.sequitur Lud.Rom.hic in 26.col.
in 6.fallen.& in seq.col.in 10.fallẽ,& in 31.col.& in repe.rub.de
arbi.in 10.col.sequitur Alex.hic in 32.col.& in l.1.in princ.ff.de
ope.nou.nunc.Adde bene facere, quod vult Bal.in repe.d.l. de
quibus.in 24.col.& quod voluit idem Bal.post Iac.But.in l.pre
sbyteri.circa fi.C.de episc.& cler.Quintò limita prædictam re-
gulam, vt procedat, quãdo testis immediatè deponit super fa-
cto, secus si deponat super indicio, quia ad probandum indi-
cium duo testes saltem requiruntur, quod indicium est minus
semiplena probatione, vt est glo.in l.cum probatio.ff.de pro-
ba.Quod autem ad probandum indicium duo testes requirã-
tur, est gl.in l.fi.quam Bar.& Doc.multum no.C.famil.ercis.&
gl.in l.fi.in fi.in ver.excepto.quam Angel.ibi ad hoc ponderat.
C.de codicil.& gl.in Auth.de testa.imperfe.in pri.& ibi Ang.&
ad istam limitationem adde Bal.in d.§.sacramentum.in 4.col.
Panor.in c.fi.ver.sanè.in vlt.col.extra eo.Sextò limita prędictã
reg.vt procedat, quando dictum testis verè, vel necessariò con
cludit, tunc faciet semiplenam probationem, per quam deue-
nitur ad iuramentum in supplemẽtum, secus si dictum testis
concluderet tantum præsumptiuè, tunc non probaret semi-
plenè, ita vt locus esset iuramento necessario in supplemẽtum
probationis, ita tenet Lud.in consi.91.incip.visis,& percuncta
tis actis.in 5.col.Per hoc infero, q̀ si testis deponat, quia vici-
nus, vel consanguineus, cùm ista sit præsumptiua probatio, vt
dixi in l.1.§.si cer.pet.non facit semiplenam probationem, per
quam locus sit iuramento necessario,& ad hoc vide sing. Bar.
in repe.l.2.in vlt.char.in prin.C.de rescin.ven.vbi tenet, q̀ talis
testis facit solùm indicium. Septimò limita prædictam regu-
lam, quando testis deponit super eo, quod est verisimile, secus
si super eo, quod est remotum à natura contractus, cùm eius
testimonium non consonet naturæ contractus, & sic in con-
trarium surgit præsumptio, secundum Bal.in d.§.sacramentũ.
in 2.col.ad fi.sequitur Lud.Rom.hic.Hinc dixit Bal.in c.1.§. fi.
in titul.quid sit inuest.per illum tex. q̀ testis deponens super pa
ctis extraneis, quæ non pręsumuntur, non facit semiplenã pro
bationem, per quam locus sit huic iuramento, quod dicit ali-
bi non reperiri. facit quod statim dicam. Vltimò dicta regula
fallit, quando dictum testis habet præsumptionem in contra-
rium, quia cùm talis præsumptio elidat vim illius testis, certè
non facit semiplenam probationem.ita probatur in l.fi.in prin
cip.cum glo.magna.circa prin.& ibi Ang.ad hoc not. ff. quod
met.cau.Lud.Rom.in dicto consilio 91.& est bona gl.in l.1. in
ver.non sit.circa fin.& ibi Bar.& Bald.C.qui,& aduers.quos.&
Bar.hic in 13.col.in ver.quæro vtrum probatio imperfecta, &
Bal.& Sali.in d.l.in bonæ fidei.Facit, quod pulchrè no.Bal.in c.
1.§.1.ad fi per illum tex.in tit.quid sit inuesti.Hinc signanter in
fero, quòd quando agitur contra officialem in syndicatu, cũ
pro eo sit præsumptio, certè vnus testis non facit semiplenam
probationem, quæ sufficiat ad delationem iuramenti necessa
rij.tex.est no.in l.si.ad fi.& ibi Ang.ad hoc no.C.vbi de ratioci-
nijs.quod bene no.Adde tamen, quòd reperiuntur multi ca-
a sus, in quibus vnus testis [a] facit plenam probationem, quos ca
sus enumerat Specu.in titu.de teste.§.restat.ver.hoc tamen fal
lit.Cano.in cap.veniens.el primo, de testi.glo.in cap.tanta.86.
94 distin.†Vltra alia scripta reassumo vnum casum vtilem. Re-
gulariter vnus testis non facit plenam fidem. hæc regula pro-
cedit, quando testis deponit de facto alieno, sed quando depo
nit de facto proprio ipsius testis; tunc vnus solus facit plenam
fidem, probatur hæc conclusio hac ratione.Nam creditur vni
b seruo, [b] quando deponit de facto proprio. tex. est in l. quæro.
§.fi.ff.de ædil edic.& in l.cum probatio.ff.de proba.si ergo cre
ditur vni seruo, multo fortius libero homini, quando deponit
de facto proprio.Et si dicatur, creditur vni seruo, scilicet cum
tortura.dicto §.fina.cum glo.respondetur, quòd tortura requi
ritur in vili homine, quia tantum valet depositio liberi homi-
nis sine tortura, quantum serui cum tortura.ita Pau. de Castr.
in l.seruos C.de testi.istam decisio.Pau.de Cast.refert Alexan.
in l.2.§.si absens.ff.si ex noxa.causa aga. & reprehendit ponde-
rando Innocen.velle contrarium in cap. cum dilectus. de ac-
cus.Barto.in consilio incip.in quæstio.proposita ad hoc solùm
allegare intendo. Tamen isti Docto. non propriè loquuntur in
istis terminis in indiuiduo. Tu aduerte, quòd Pau. de Castr. in
d. l. seruos.in lectu. expresè nihil dicit de hoc, sed ego allego
Pau.de Castr.in l.quicunque.ad finem.C.de seru.fugi.vbi dicit,
quòd semper ita sibi fuit visum, & quòd ita credit, ita tenet
Pau.de Castr.in consilio 319. incip. visa petitione prædicta. in
prima colum.ad fin.& in consilio 368.incip. visis actis, & acti-
tatis.ad fin.Idem ante eum tenet Salice. in d. l. si quis decurio.
in 4.oppo.C.de fals.quem alleg.Alexand. in l. si absens. C. de
fals.& Paduæ viuit Docto.ita consuluere. Pro ista opin. Paul.de
Cast.adde bene facere, quod tenet idem Pau.in l.2.§.primo.ff.
si ex noxa. cau. agatur. per gloss. ibi in versicu. eum. vbi tenet,
quòd licèt alias inhabilis ad testificandum, prout est vilis per-
sona, si deponat de eo, quod ipse fecit, est idoneus testis, & fa-
cit saltem semiplenam probationem. Secundò pondera bene
facere verba Barto.in extrauag.ad reprimen. in versi. per nun-
cium.ad fin. Ego pro opin. Pau.de Castr. nunquam volui con
sulere,& licèt non reperiam contradicentem præter Alexan.
tamen moueor quatuor rationibus. Primò pondero text. in
cap.cum à nobis.de testib.& ibi glo.in verbo, vnius, declarat.
vbi dicit tex.quòd etiam non creditur iudici, vel alij personæ
de eo, quod ipse facit. Ratio, quia omne ius disponit, quòd vni
testi non credatur, ergo ex illo tex.& eius ratione apparet con
clusionem Pau.de Cast. non esse veram. istud idem tenet Pau.
de Castr. in l. ne in arbitris. C. de arbitris. vbi quærit, nunquid
95 stetur dicto arbitri. Secundò †contra Castren. mouet me, quia
speciale est in Papa, vt ei soli credatur, quando de facto pro-
prio deponit, vt in clemen.prima, de probatio.tex.in dicto ca-
pitu.cum à nobis. in fine, ergo in contrarium est ius commu-
96 ne.¶†Tertiò moueor, quia etiam Cardinali legato [c] de latere
c non creditur de his, quæ ipse gessit, nisi alijs adminiculis com-
probentur. ita Specu.in titu.de teste.§.primo, versicu. sed quid
si aduocatus. Anto.de But.in capitu.quod super his. de fide in-
strumen. Ioan. Andr.in capitu.constitutus. de appel. Aret. in
cap.cum à nobis.de testib. Est bene verum, quòd curia Roma
na aliter seruat de consuetudine, & ita procedit tex.in capitu.
cum parati.& in cap.constitutus.de appella. ¶Quartò mouet
me vniuersalis negatiua, posita in cap. licèt vniuersis, in fin. de
testi. Et tenendo istam partem, nõ obstat fundamentum Paul.
de Castr.dum dicit, quòd creditur vni seruo cum tormentis:
quia respondetur, quòd ille text.probat oppositum, quia non
probat seruus, nisi alia indicia concurrant, est verum, quòd
quæcunque indicia sufficiunt. Iuxta prædicta Bartol. format
quatuor quæstiones, circa quas Docto. hic nihil addunt, & in
omnibus cum Bartol.tenet Domin.Anton. de Butr. in capitu.
97 fina.extra eodem.¶†Circa primam, inquantum tenet Bartol.
quòd dicta duorum testium, quæ deficiunt super quantitate
pecuniæ, supplentur per alios testes, qui audiuerunt peti quan
titatem certam, vt fiat semiplena probatio. Adde, quòd idem
tenet Alexan.in consi.69.in 2 volum.visa facti renunciatione.
98 in prima colum.& hic in 32.¶†Item addo, inquantum Bart.
in 9.quæstione multum singulariter tenet, quòd testes recepti
inter alias personas quando sunt mortui, ita quòd reexami-
nari non possunt, faciunt semiplenam probationem, quo ad
alios tertios (& est noua, & mirabilis limitatio ad regu. res in-
ter alios acta alijs non prodesse, neque nocere. toto titu. C. res
inter alios acta. & l. sæpe. in princip. ff. de re iudicata.) Adde,
quòd idem tenet Angel. in l.secunda. C.de edend. Anton. Pa-
norm.& Imo.in capitu.fina.extra eodem. Anton. de Butr. in
capitu.quamuis.in quarta colum.de re iudic. quamuis Panor.
ibi teneat hoc esse iudicis arbitrio relinquendum. Alexan.in re-
pe. d. l. sæpe. in princip. in 37. colum. exclamat istud dictum
Barto. & dicit, quòd est de pane quęrendo, tamen putat, quòd
non sit sine dubio, quia tex.in d.l.à sententia.ff.de appellat. per
quem mouetur Barto. nihil probat de semiplena probatione,
cùm appellatio cuilibet permittatur etiam ratione leuis præ-
iudicij, imò solius misericordiæ.l.non tantum. ff.de appel. Ad-
de, quòd istud dictum Bar.reprobat ætatis nostræ Iurisconsul-
torum proculdubio princeps. Do.Franc.de Are.consi.163. in-
cip.sicut Ioan.dicit in Apocalypsi.in 3.col.& plenius in c.cau-
sam quæ.in 4.& 5.col.de testi.allegat aliqua, quæ nihil faciunt
contra Bar.cùm non loquantur in terminis, in quibus Bar. fa-
cit fundamentum. s. quando testes sunt mortui. Inter cætera
ponderat tex.qui secundum eum multum stringit, in cap.inter
99 dilectos.in ver. porrò. de fide instru. vbi dicitur, q̀ † attestatio-
nes

ADDITIONES.

a ¶Testis. Adde glo.in verbo, sed filius.in c.tanta nequitia.86.distin.Ioan.Andr.
in cap.vt circa.de electio. lib. 6.in nouel. Bald.in l. vbi numerus. ff.de testi.in
apostilis.

b ¶Seruo. Adde tex.cum gl.in l.quicunque.in fi.C.de ser.fug. & in l. quæro. in
§.fi.ff.de ædil. edict.

c ¶Legato. Adde Specu.in titu.de leg.in §.super est.ver.quid si delegati. Arch.
in cap.nobilissime.97.dist.Ioan.And.in c.1.de offic. leg. lib.6.Pet.de Anch.in
cle.vnica.de proba.

nes inter alios receptæ, alijs præiudicium aliquod non generãt,
& tamen ſecundum eum, cùm ille proceſſus eſſet de longin-
quo, veriſimiliter teſtes erant mortui, ſed certè ille tex. nõ pro-
bat neceſſariò contra Bar. quia quamuis proceſſus eſſet de lon-
ginquo, non per hoc præſumitur, quod teſtes fuiſſent mortui,
imò præſumũtur viuere vſq; ad 100. annos. l. fi. C. de ſacroſan.
eccleſ. l. ſi vſusfructus municipib. ff. de vſufruct. leg. declarant
Bar. & Doct. in l. ſi quidem. C. ſolu. matr. in l. 2. §. ſi dubitetur. ff.
quemad. teſt. aper. Succeſſiuè tangit hic Bart. an duæ imperfe-
ctæ probationes diuerſi generis coniungantur, vt plenè pro-
bent, & concludit, quòd ſic, & eſt glo. in l. 2. in prin. ff. de excuſa.
tut. vbi Albe. in §. fin. ad fi. dicit, quòd vidit ita communiter ob-
tineri, & ad hoc multa accumulaui in repe. huius l. quibus ad-
de Bal. in c. cum cauſa. de prob. cuius dictum habent aduocati
ſemper in ore, ſicut harmonia fit ex multis, & diuerſis vocibus,
ita probatio fit ex multis præſumptionibus, indicijs, & admini-
culis, quia iudex non debet applicare animum ad vnam ſpe-
ciem probationis. Limita doctri. Bar. quando vnaquæque ſpe-
cies ſemiplenæ probationis eſt in ſua ſpecie pfecta, puta vnus
teſtis de veritate, & duo de fama, nam fama, & vnus teſtis bene
coniunguntur, vt plenè probent, ſecus ſi eſſet vnus teſtis tan-
tum de fama, qui non facit ſemiplenam probationem, vt ſu-
pra dixi in ſecunda fallen. Ita magiſtraliter declarat Bal. quem
omnino videas in l. ſi quis ex argentarijs. §. 1. ff. de eden. quem
ſequitur Alex. in conſi. 13. incip. ex his, quæ in themate narrata
ſunt. in vlti. col. in 1. vol. & in conſi. 11. in 4. volum. incip. ſentio
in dubium reuocari. Adde etiam Alex. in conſi. 21. in 4. volum.
inci. in cauſa Neriti. Ideo Bar. hic cum myſterio dixit vnus te-
ſtis de veritate, & fama. Pondera, quia non dicit vnus teſtis de
fama. hoc limitat ſing. Bald. in l. Gallus. §. ille caſus. in 3. not. per
illum text. ff. de libe. & poſthu. niſi vnus teſtis deponeret de ve-
ritate, & fama: alius verò teſtis deponeret de fama tantum,
nam iſti duo coniunguntur, & plenè probẽt, quaſi hic ſint duo
teſtes de fama, & ſic primus teſtis ſubeat officium duorum,
quod dictum Alex. ibi in 7. colum. exclamat vſque ad cœlum,
& per tria fundamenta reprehendit. Item conſidera, quòd ex
ex iſta doctrin. Barto. confunditur illud, quod decidit Bald. in
multis locis, quod ſi in cauſa mutui, vel alia probaui per vnũ
teſtem de vera numeratione, & per alium teſtem probaui con
feſſionem, quòd iſti teſtes non coniunguntur, vt plenè probẽt,
cùm ſit manifeſta ſingularitas, & vnus deponit de viſu, alter de
auditu, & ſic differunt in ſenſu, & ſenſato, ita tenet Bald. in l. ſi
ex cautione. in 12. quæſt. de non nume. pecun. Ibi tamen tenet,
quòd faciunt indicium, per tex. in c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. idem
tenet Bald. in l. 2. §. fin. ad fi. s̃. ſi cert. peta. & in c. fin. in 4. colum.
de conſuet. Ibi tamen tenet, quòd pluſquam ſemiplenè pro-
bent, per text. quem ad hoc reputat ſing. in d. cap. fi. idem tenet
Bald. in c. licèt cauſam. in 7. colum. de proba. & latius in Auth.
rogati. C. de teſt. Tu pondera, quòd Bart. hic vult contrarium,
& Pan. in d. c. fin. in 2. colum. per illum text. de ſucceſ. ab inteſta.
& Pau. de Caſt. in conſil. 419. incip. viſa petitione & dom. Alex.
licèt de prædictis non faciat mentionem, in d. l. Gallus. §. ille ca-
ſus. in 7. colum. Nec obſt. fundamentum Bald. de ſingularitate,
quia etiam in exemplis Bart. hic ſunt teſtes ſingulares in ſenſu,
& ſenſato, & tamen coniunguntur, vt plenè probent, quia ſin-
gularitas nunquam habet nocere, quando teſtes tendunt ad
eundem finem, licèt per varia media, vt declarat Bald. in rub.
de controuer. inueſti. & in repet. l. de quib. in penult. col. Caue
tamen, quia tex. in quo ſe fundat Bart. in d. cap. fin. de ſucceſ. ab
inteſt. probat oppoſitum, dum dicit, non tanquam probantes,
ſed tanquam vehementer adminiculantes, & ſic vult, ꝙ con-
iungantur, non vt plenam probationem faciant, vt dicit Bart.
ſed vt faciant vehemens adminiculum, & ſic pluſquam ſe-
miplenam probationem, vt dicit Bald. latè in d. Auth. rogati. &
in c. fi. de conſuet. ¶ In ead. glo. ibi, maximè ſi res petita eſt mo-
100 dica. habes ex gl. † quòd in cauſis magnis, ſeu arduis non de-
fertur iuramentum in ſupplementum probationis. idem dicit
glo. in d. l. in bonæ fidei. C. eo. & in d. cap. fi. Specu. in titu. de iur.
delatione. §. 1. circa medium. & dicit Barto. hic in antepen. col.
101 quod eſt magiſtrale verbũ. † Et quæ dicatur cauſa magna, [a]
a relinquitur arbitrio iudicis ex qualitate perſonarum. l. ſed ſi ſu-
ſceperit. §. 1. vbi glo. & Docto. ff. de iudi. cum multis ſimil. quæ
addidi hic in repet. Limitat Bar. duobus modis, primo quando
vertitur quæſtio ſuper proprietate, ſecus ſi ſolùm contendere-
tur de poſſeſſione, pro quo facit, q̃a in iudicijs poſſeſſorijs ſuf-
ficit conſtare de iure agentis ſummatim per præſumptiones,
vel indicia, & ſemiplena probatio habet vim plenę, ſecundum
Bar. in l. 2. in verſic. fi. C. vbi in rem actio. & in l. 1. C. quo. bono,
& in l. momentaneæ. C. qui leg. perſo. no. dom. Math. in not. 3.
Secundò limitat Barto. quando non eſt quæſtio ſuper cauſa
principali magna, ſed ſuper aliquo incidenti, per quod nõ tol-
litur ius cauſæ principalis, puta, an ſententia lata ꝯ procurato-
rem valeat, cùm ille non ſit procurator, & hoc vult probari
per iſtud iuramentum neceſſarium, ſequitur Bald. quod repu-
tat tenendum menti in l. non ſolum. §. qui alieno. in 3. colum.
ad fi. ff. de procu. Ange. in d. l. in bonæ fidei. in fi. Spec. in titu. de
teſte. §. reſtat. in verſi. hoc tamen fallit. dom. Anto. in d. cap. fi. in
102 8. colum. ¶ Ex iſta concluſione gl. infero tres illationes. † Pri-
mò, quòd in cauſis criminalibus non eſt locus huic iuramen-
to neceſſario, ſecundum quod dixi, & limitaui in l. 3. §. 1. s̃. eod.
quia ſunt cauſæ magnæ. Secundò infero, quod in cauſis ſpiri-
b tualibus, puta matrimonij [b] carnalis, vel ſpiritualis, puta mo-
c nachationis, [c] non habet locum iſtud iuramentum neceſ. ſe-
cundum Bart. & alios hic, & in d. l. in bonæ fidei. & eſt glo. ord.
in cap. mulieri. extra eo. in glo. prima. quamuis contrarium, &
malè teneat glo. in c. vidua. in verſic. ſacramento. de regula. de
103 quo etiam per glo. & Mod. in l. 3. §. pen. s̃. eod. † Tertiò infero
* idem eſſe in cauſis obſcuris, * vt eſt gl. in cap. cum ſint partium
iura. in glo. fin. de reg. iur. in ſexto. Spec. in titu. de iuramen. dela.
§. 1. verſi. vt autem. & verſi. ſequen. Ioan. And. & alij in d. cap. fi.
Sal. & Ludo. Rom. hic, quia agitur de graui cauſa, cùm æqui-
paretur cauſæ vitæ. l. iuſta. cum glo. ff. de manu. vin. l. Iulianus.
ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtam. Bar. & Docto. in l. tranſigere. in 1.
colum. C. de tranſa. quamuis Bart. hic inaduertenter dicat con-
trarium, per aliquas ll. quæ non loquuntur in iſto iuramento
neceſſariò, ſed in voluntario, vel iudiciali, & eum in ſpecie re-
probat Imo. in d. cap. fi. in 3. col. & verè non eſt opin. Barto. ſed
fuit quædam additio cuiuſdam Ray. de Salic. quæ fuit in cor-
porata lectu. Bart. prout atteſtatur dom. Alexan. in l. 3. §. 1. in 3.
104 colum ſupra eod. † Quartò infero idem in cauſa vſuraria, ſe-
cundum Bald. in d. l. in bonæ fidei. in 1. colum. qui dicit ita de
conſuetudine ſeruari. Quintò infero idem eſſe in cauſa ſtatus
perſonæ, ſeruitutis, vel in cauſa legitimationis, ſecundum Bal.
ibidem, qui etiam infert idem eſſe in cauſis ſpiritualibus. De
vltimo vide Gemin. in cap. 1. in princip. in vltim. colum. de eo,
qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. libr. 6. quod limitat per text. in c. ex
inſinuatione. de procur. quia ibi erat quæſtio ſuper incidenti ad
105 cauſam beneficialem. † Sextò infero idem in cauſis feudali-
bus, ſecundum Bald. in d. l. in bonæ fidei. in vltim. colum. in ver.
3. inſpicitur quantitas rerum, cum limitatione text. in c. 1. §. ſa-
cramentum. de conſuet. recti feud. Limita omnes iſtos caſus
(& iſta eſt multum ſubſtantialis limitatio, & valde neceſſaria)
niſi eſſet pluſquam ſemiplenè probatum, puta, quia haberet
vnum bonum teſtem, qui ſemiplenè probaret. Item, & alios
de auditu, qui ſaltem indicium faciunt, tunc quamuis cauſa ſit
ardua, puta matrimonij, vel ſtatus, tamen ſi perſona ſit hone-
ſta, poteſt iudex deferre iuramentum in ſupplementum pro-
bationis, & iſtud eſt propriè, quod vult dicere tex. in d. cap. fi. in
ver. ſanè. ſecundũ Sal. hic in 17. col. Lud. in 29. & in 34. & Alex.
hic, & in l. 3. in prin. in 8. & 9. not. in vlti. col. ſupra eod. & not. in
conſi. 264. incip. viſo proceſſu vtriuſque cauſæ, & in conſi. 407.
incip. in cauſa, & lite vertente inter Chriſtof. in vlti. col. Raph.
Fulg. in conſi. incip. viſo proceſſu. Pau. de Caſt. in l. 3. in prin. ſu-
pra eo. & de hoc habes glo. ſolennem in c. vidua. in gl. fi. de re-
gula. declarat no. Pan. in c. mulieri. in 4. colum. extra eo. Ex prę-
dictis aliquas cauſas habes, in quib. dato, quòd quis habeat ſe-
miplenam probationem, tamen iſtud iuramentum nunquam
defertur, alias retuli in præcedenti parte gl. vbi dixi idem eſſe in
106 cauſa vltimæ voluntatis. ¶ † Adde alias cauſas, vbicunq; lex,
vel ſtatutum requirit apertiſſimas probationes, nunquam de-
fertur iſtud iuramentum, glo. eſt in l. fin. in princ. in verbo præ-
ſumptioni. ff. quod met. cauſa. Idem ſi requiritur indubitata,
vel liquida probatio. Bald. in l. fi. C. de ſecund. nup. & in l. 1. in 8.
107 oppoſi. C. de his, quæ pę. nomi. Idem † ſi plena, glo. eſt not. in
cap. cupientes. §. quod ſi per viginti. in verbo. plenam fidem. de
elect. in 6. quam reputat ſin. Lud. hic in 26. col. Facit text. in c. 1.
in ver. plenè. eo. tit. in ſexto. Idem vbicunque lex, vel ſtatutum
requirit perſpicuam probationem, ſecundum Bald. in d. l. in
108 bonæ fidei. in penult. colum. in fi. † Idem vbi requiritur pro-
batio

ADDITIONES.

a ¶ Magna. Adde Hoſt. in c. fi. de crimine fal. & ibi Io. de Ana. Card. in cle. non poteſt. in 11. q. de procu. Ant. de Butr. in c. fi pro debilitate. de offi. deleg. Io. de Imo. in c. edoceri. in 3. col. de reſcr.

b ¶ Matrimonij. Adde glo. fin. in regula cum ſint partium. de regul. iur. libro 6. glo. 2. in cap. tam literis. de teſtam. Bart. in l. maritus. verſi. vlt. quæro an crimina. ff. de quæſt.

56 ibi limitat iſtam doctri. Barto. procedere in ciuilibus. † Sed in criminalibus ſemper, & quandocũque poſſunt produci inſtrumenta, & probationes, eo quia in criminalibus non attenditur concluſio in cauſa, vt not. inquit Bart. in l. diui fratres, per illum text. in ver. quocunque tempore. ff. de quæſtio. Bal. in l. ſi accuſatoribus. in vlt. colum. C. de accuſ. Ludo. Rom. hic in 6. colum. iſtam doctri. Barto. impugnat Ludo. Rom. hic in 8. colum. tribus fundamentis bonis, & miror, quòd d. Alexan. nullam de eo faciat mentionem. Primò mouetur fortiter Ludo. ex doctri. eiuſdem met Bartol. in l. ſi mater. §. cãdem. in vlt. verbis. ff. de excep. rei iudi. vbi vult Barto. quòd ea, quæ non poſſunt produci poſt ſententiam, non poſſunt etiam produci poſt conclu. in cauſa, quia à pari procedunt, alleg. Bar. bonum tex. cum gl. in l. ſi rem. §. fin. ff. de euic. & ad hoc. s. proximè allegaui alias concor. ſed ſic eſt, ꝙ poſt ſententiam nõ poſſunt produci inſtrumenta etiã de nouo reperta. l. Imperatores. ff. de re iudi. l. ſub ſpecie. C. eod. de re iudi. ergo etiam non poterunt produci poſt cõclu. in cauſa. Secundò mouetur Lud. quia ſi vera eſſet doctri. Bart. ſeque-
b retur, ꝙ fruſtratoria eſſet deciſio. l. [b] per hanc. C. de temp. appel.
57 & cap. fratarnitatis. de teſtibus. quibus dicitur, † ꝙ non productum in cauſa principali, poteſt produci in cauſa appel. & eſt credendum illam deciſi. nõ ex alio emanaſſe, niſi vt ea, quæ reperta ſunt nouiter poſt concluſio. in inſtantia principali, poſſint poſteà produci in cauſa appel. Nec dicat aliquis, ꝙ illa iura procedant ſiue inſtrumenta fuerint de nouo reperta, ſiue non, quia indiſtinctè in cauſa appellationis inſtrumenta non producta in cauſa principali, indiſtinctè poſſunt produci in cauſa appel. qa iſtud eſt falſum, vt ſecundum eum eleganter declarat do. Ant. de Butr. in cap. ad audientiam. el 2. de reſcrip. dicens, quòd illa iura ſolùm habent locum in his, quę non ſunt producta in cauſa principali, aut ratione ignorantiæ, aut ratione impedimenti, illa bene poſſunt produci in cauſa appel. ſed illa, in quibus qs fuiſſet

ADDITIONES.

a ¶In cauſa. quando dicatur cõcluſum in cauſa, vide quæ ſcribit Alex. cõſi. 182. nu. 7. lib. 6. Nat. conſil. 251. col. fi. conſil. 252. num. 2. col. 3. Neuiz. conſil. 20. nu. 26. Miſing. Cent. 3. obſer. 17. drĩam aũt inter cõcludere, & renunciare, ponũt Doct. ad pract. Maſueri tit. de iudicib. nu. 30. & facit Pract. Pap. for. ꝓduc. inſtru. ver. pen. vbi dixi, Quibus accedit, quod cõcluſio in cauſa principali, ſicuti nõ extendit in cauſa appellationis, ita nec in cã ſupplicationis. Rol. cõſi. 93. nu. 13. lib. 1. qd in criminal. & dic qđ in eis locũ non habet. Nat. cõſi. 359. Ro. cõſil. 176. in prin. Hippol. in pract. §. ſequẽs. & an requirat in cauſa denũciationis, vel accuſationis, Guid. Pap. q. 201. & licèt quo ad partes cõcludatur in cauſa, põt tñ iudex ex æquitate, & ex officio probationes recipere. Aym. cõſil. 134. nu. 1. no. Capel. Toloſ. q. 146. Rom. conſil. 20. poſt num. 2. col. fi. conſil. 100. colum. fin. d. conſil. 176. nume. 9. & 12. Qua in materia videri poteſt Felin. in cap. cum dilectus. colum. 2. de fid. inſtrumen. & in c. ſignificauerunt. de teſti, Iaſ. inſti. de act. in princip. MASVER.

b ¶Deciſio legis. Vide Felyn. in capit. cum Ioan. colum. 19. de fide inſtrument. Rolan.

* Declara, vt per Areti. inſti, de except. in princ, col. 27. Rom. conſil. 381. Rob. de ordi. conſil. 94. nume. 10. lib. 1. conſil. 45. libr. 2. Guid. Pap. quæſtio. 14. Rob. de ordi. iudi. cap. 43. nume. 22. Catel. verb, teſtes communiter. Capel. Toloſ. quæſt. 373. Pract. Pap. for. lib. Appel. verſic. iniquam. vbi dixi, & aliqua not. D. Oſaſc. Dec. 14. nume. 8. Neuiz. conſil. 19. colum. fin. Tremol. ad Pract. Bonacur. titu. de peremp. excep. poſt. nu. 6. litera A. verſicu. à ſententia. MASVER.

fuiſſet negligens in cauſa principali,nō poſſet poſtea producere in cauſa appel. quod diligenter not. Tertiò mouet̃ Luduic. contra Bartol. per text.in d.c.cum dilectus. in generalitate ſui. de fid. inſtru. vbi generaliter dicitur, quòd poſt concluſi. in cauſa inſtrumenta produci non poſſunt: nec diſtinguitur ibi, an eſſent de nouo reperta, vel non. Paul. de Caſtr. hic in 10. colum. dicit, quòd Bartol. nimis generaliter locutus eſt, & mouetur in effectu primo fundamento Lud.proximè relato. vnde dicit Paul. de Caſtr. diſtinguendum eſſe. Aut ſumus in caſu,in quo etiam poſt ſententiam talia inſtrumenta produci poſſunt,& illa poterunt etiam produci poſt concluſi.in cauſa, & in iſtis terminis ſecundum eum loquitur iſta gloſſ.relata ad text.noſtrum,ſecundum primum intell.communiter approbatum:nam in caſu huius l. etiam poſt ſententiam talia inſtrumenta de nouo reperta produci poſſunt, & probatur expræſsè per text.& glo. in c. licèt. de prob. ea autem,quæ fiunt poſt concluſi.in cauſa,cenſentur fieri poſt ſententiam, cùm à pari ꝓcedãt,vt s̃.dixi.Aut ſumus in caſu,in quo poſt ſententiã,quę tranſiuit in rem iudi.non reciperentur alia inſtrumenta de nouo reperta, prout regulariter eſt,d. l. Imperatores. & d. l. ſub ſpecie. & tunc, aut à ſententia non poterat appellari, & iſto caſu, ne ius partis totaliter pereat, debebit iudex reuocare concluſi. in cauſa. & talia inſtrumenta poſtea nouiter reperta admittere, & dicit, quòd vidit practicari in curia Romana, vbi ſeruatur ius commune,non autem ſtante concluſi.in cauſa poſſet iudex talia inſtrumenta recipere: quia iſtud contineret repugnantiam. Limitat tamen,quando ita faciendo remaneret ſaluum ius alterius partis. per Bartol.in l. mancipiorum. ff.de opt. leg. & per gloſſ. in cle.ſæpè.circa.fi.ff. de verb.ſign. Si autem erat cauſa, in qua lata ſententia poſſet appellari, prout regulariter eſt, & tunc tenet d. Paul. de directo conrra Bartol. quòd poſt concluſio. in cauſa talia inſtrumenta nouiter reperta admitti non debent,ſed debet expactare ſententiam, qua lata poterit appellare, & poſtea in cauſa appe.talia inſtrumenta producere. Sicut in ſimili videmus in confeſſione partis facta per errorem: quia ſi non ſit reuocata ante concluſi. in cauſa, non poterit reuocari poſt concluſi. in cauſa, ſed debebit expectari ſententia,& ab ea appellari, & in cauſa appel.reuocare errorẽſuum,vt no. in l.non fatetur.ff.de confe.& in l.creditor. §.iuſſus.ff.quãdo appel.ſit & ſubdit d.Pau.quòd ſi à iudice peteretur terminus poſt concluſi. in cauſa ad producendum inſtrumenta nouiter reperta, quòd ei non debet indiſtinctè concedi, ſed eo modo, quo dictum eſt, & dicit quòd ita vidit in curia Romana obſeruari.Domi.Alexan.Imo.in 13. colum. & ſequ.diſtinguit,ſi quæratut an poſt concluſi. in cauſa inſtrumenta de nouo reperta produci poſſint, aut ille nullã culpã, aut negligentiam commiſit in perquirendis talib.inſtrumentis, quę tñ inuenire non potuit,& tunc, quia iſtud eſt iuſtũ impedimentũ, ꝑꝑ ꝙ concedi debet reſt. in integr.ex clauſula gñali, certè impetrata prius reſti. in integr.poterit talia inſtr̃a nouiter reperta ꝓducere poſt concl. in cauſa,& iſto modo inelligi debet,& ſaluari Bar.qa tũc mediãte reſt. in integ. poſſẽt ꝓduci ẽt poſt ſñiam ſm̃ Bart.in l.1.C.de ſen.aduer.fiſ.latis.li.10.cũ multis cõcor. quas allegaui in p̄cedẽti particula gl. in 1.difficultate ibi mota.Et iſtud procedit ẽt,ſi tũc eſſemus in caſu, in quo appellari poſſet:quia pinguius prouidet̃ per reſt.in integ.q̃ per appellationem,ergo vnum remediũ non debet aliud excludere, vt no. in l.fi.C.ſi aduer. rem iud. & quia vtilius eſt intacta iura ſeruare, quàm poſt vulneratam cauſam remediũ quęrere, vt inquit tex.in l.fi.C.in quib.cau.reſt. in integ. nō eſt neceſ. Si verò ille nō fecit diligentiã in perquirendis talibus inſtr̃is, ſed fuit negligens, & tũc talia inſtrumẽta ẽt nouiter reperta nō poterit ꝓducere poſt conclu. in cauſa: ſicut nec poſſet ꝓducere poſt ſñiam.d.l.Imperatores, & d.l.ſub ſpecie.qa ea,quæ nō poſſunt ꝓduci poſt ſñiam,non poſſunt ẽt poſt concl.in cã, vt s̃.dixi.& ſic omnes reincidunt in idẽ fundamentũ, & per iſta reprobat̃ Inno. in c. cũ veniſſent, de teſt.& Pau.de Caſt. in l.oratione.ff. de fer.dum volunt,quòd ex iuſta cauſa poſſint produci inſtrumenta poſt concl.in cauſa, ſine aliqua reſt.in integ.quia tenet ipſe, quòd imò requiritur prius reſt. in integ.alleg. d. Anto.de Bu.ita tenere in c.intimauit,de teſti.& dicit,quòd iura per eos
68 alleg.non probant oppoſitum.† Adde tu etiam,quòd d.Ant. de But.in c.paſto in 7.ſeu.8.col. de excep. tenet poſt multa per eum ibi dicta,quòd etiam quando inſtrumenta ſunt de nouo reperta, tamen non poſſunt produci poſt conclu. in cauſa niſi mediante reſt.in integ.prius impetrata,per text.in c.auditis.de in integ.reſt. alleg. etiam Io.Andr. in c. cum dilectus. de cauſa poſ.& propr.Do. de Rota in concl.30. & in concl.95. & idem videtur ſequi domi. Abba. Pan. in d.c. paſtoralis. de excep. & Ludoic. Roman. in l. ſi mulier diuerterit. ff. ſolut. matrimo. Quid tenendum? Paſſus iſte ex prædictis redditur valde dubius,& ſcrupuloſus.Ego puto,quòd opi.Bar.indiſtinctè ſit vera, ꝙ inſtrumenta de nouo reperta poſſunt produci poſt conclu.in cauſa abſque reſt.in integ. Primò mouent me auctoritates Doctr. Bar.& ſequacium. Secundò bene facit. d. l. videamns.§.pe.j.de in lit.iur. Tertiò ego cõfirmo opi.Bar. & miror, quòd non allegetur ex eo,quod in ſpecie decidit Spe.in tit.de renun. & concl.§.1.in verſ. & ſcias,quod poſt concluſionem: vbi tenet, quòd licèt poſt conclu.in cauſa,non poſſint admitti probationes.d. c. cum dilectus. iſtud eſt verum, niſi ex aliqua iuſta & euidenti cauſa.Refert,& ſequitur Bal. in l.j.in fi.C.ſen. reſc.non poſ.Lu.Ro.hic in 6.col. ſed videtur mihi iſta iuſta & euidens cauſa, cùm inſtrumenta ſint de nouo reperta,vt expreſsè dicit text.in d.l.videamus. in §.pe.in fi.idẽ tenet do. Abba.Pan.in c.paſtoralis.de except.vbi expræſsè tenet,ꝙ poſt concluſionem in cauſa probationes, & except. ex iuſta cauſa admitti debeant: nec tali caſu opus eſt reſt.in integ.ſm̃ Inn. in c. cum veniſſent.de teſt.expræſsè Pau.de Caſt. in l.oratione.ff. de fer. quicquid dicat hic d.Alex. & tanto magis iſtud probatur, tenendo, ꝙ in hac l.non requiratur aliqua reſt. in integ. prout tenui.s̃.in tex. in 1.not.Non obſt.fundamentũ, in quo omnes Mod.Lud.Ro.Pau.de Caſt.& do Alex.faciunt capitale: dum dicunt,ꝙ paria ſunt,ꝙ ſit concluſum in cauſa,vel quod ſit lata ſententia:quia iſtud fateor eſſe veriſimum,vt s̃.dixi.& dum dicũt,ꝙ inſtrumẽta etiã de nouo reperta nō poſſunt produci poſt ſententiam d. l. Imperatores. & d. l. ſub ſpecie. ergo nec poſt concl.in cauſa. Reſpondeo (& credo ꝙ iſta ſit veritas ab alio non ponderata,) quòd eſt falſum, dum dicunt, quòd poſt ſententiam inſtrumenta de nouo reperta produci non poſſunt:quia imò poſſunt produci poſt ſententiam, ſicut poſt concl.in cauſa, & ſic iſtud facit pro Bart. Nec obſtant iura allega.ꝑ eos in d.l.Imperatores.& d.l.ſub ſpecie,quia loquunt̃,qñ ſñia iã tranſiuiſſet in rem iudi. & quis vellet producere inſtr̃a de nouo reperta ad retractandũ talem ſñiam: & tunc nō poſſet: in alijs ergo ſecus. nam dum dicimus, paria eſſe concluſũ in cauſa,vel eſſe latam ſñiam,intelligo de ſñia ſimpliciter lata, non de ſñia, quæ tranſiuit in rem iudi. quia eſſe concluſum in cauſa, non æquiparatur ſñiæ, quæ tranſiuit in rem iudic. ſed æquiparatur ſñiæ ſimpliciter: nam ſententia, quæ tranſiuit in rem iud.eſt maioris potentiæ,quàm ſit concluſio in cauſa:patet,qa amplius non poteſt appellari. Non obſt.ca.auditis. in fi. de in integ. reſt. vbi requiritur reſtit. in integr.quia reſpondeo, quòd ille text.non loquitur,quando inſtrumenta eſſent de nouo reperta, prout loquimur nos: ſed loquitur ſolum quando probationes fuerunt ante conclu.in cauſa omiſſæ, & cauſa erat eccleſiarum: vnde cùm eccleſia fungatur iure minoris,
a vt ibi dicit text. certè in eccleſia, & minore [a] conceditur reſtitutio. in integrum aduerſus probationes omiſſas, quamuis ſit concluſum in cauſa, & quòd ille text.loquatur, qñ inſtrumenta non ſint de nouo reperta,dicit in ſpecie Lud.Rom.hic, in 7.colum.Conclude ergo ex prædictis,quòd indiſtinctè vera eſt ſententia Bartol. & ſequacium, ſecundum quam poteſt intelligi, & limitari text. in dict. capitul. cum dilectus. de fid. inſtrum.vt procedat, niſi inſtrumenta eſſent de nouo reperta: quia iſta eſſet rationabilis cauſa, vt prædixi, & ſecundum
69 iſtam opinio. ego conſulerem, & iudicarem.† Retenta iſta opinio. Bartol. indiſtinctè pro vera, ſuccedit noua dubitatio, nunquid quemadmodum inſtrumenta de nouo reperta poſſunt indiſtinctè produci poſt concluſ. in cauſa, an eodem modo teſtes de nouo ſuperuenientes poſt concluſionem in cauſa indiſtinctè poſſint admitti? Prima fronte videtur dicendum, quòd ſic, cùm parem vim habeant teſtes, & inſtrumenta.l.in exercendis. C. de fid. inſtrum. Hanc quæſt. in indiuiduo non tangunt Doctor. hic, ſed eſt deciſio ſingularis dominorum de Rota in concluſio. 28. vbi determinant, quòd non, quod in cauſis profanis non beneficialibus, neque matrimonialibus, neque ſummarijs teſtes de nouo ſuperuenientes non poſſunt produci poſt concluſio. in cauſa. Mouentur pulchra ratione; quia teſtes de nouo producendi non habent expeditam probationem, ſine vlteriori cauſæ cognitione, cùm in eis requiratur citatio, productio articulorum, & capitulorum, delatio iuramenti, examinatio,& ſimilia: ſed iſta non requiruntur in inſtrumentis, quæ ſunt probatio probata, & habent expeditam probation. allegãt. Bald. hic, & in l.cum de in rem verſo. ff. de vſuris. Tu caue, quia in contrarium vr̃ facere d.l.videamus.§.pe.in ver. probationibus.

A D D I T I O.

a ¶In eccleſia,& minore.Adde Innoc. in cap.2.de arbitr.Card. Zab.in capitul. fin.in 3.not.de reſtit.in integr.

bus,vbi nõ diſtinguitur,an ſint inſtra,an teſtes.Breuiter puto,ꝙ
in hoc debeat dici,& diſtingui prout diſtinguunt Bar.& Doct.
ſ.in vlt.col.& in vlt.q. dum quærunt,an iſta l.quæ loquitur, qñ
inſtra ſunt de nouo reperta, habeat locum in teſtib. de nouo
repertis,& diſtinguunt,vt ibi per eos,& videbis, quæ ibi dictu-
60 rus ſum ad,quę me refero.† Qualiter autẽ ꝓbabitur, ꝙ inſtra
ſint de nouo repeta? Bar.hic.in 2.col.tenet,ꝙ per ſolum iurm,
per tex.in c.paſt. de excep. & cũ Bar.tenẽt omnes.Addit Ful.in
ſimili bonum text.in l.fi.C.de fid.inſtru.Tu adde text. meliorẽ
in c.nulli.in fi.dum dicit,de huiuſmodi autem ignorantia fidẽ
faciat proprio iuramento.de elec. in 6. & text. in c.vt circa. in
verſ.ſuper his.eod.tit.quæ iura allegat Lud.Ro.hic, & bene in
7.col.Facit quod vult Sal.in l.1.C.de dila.ſequitur.d.Alex.in 6.
col.in fi.Limita duobus modis ſm Lud.Ro.hic.Primò,niſi re-
periatur quem ſemel falſum iuraſſe: quia conuictus ſemel
de periurio,perdit in quacunque materia facultatem iurandi,
& probandi per iuramentum.text.eſt not. in c. paruuli.22.q.5.
a Facit regula vulgata: quia ſemel malus a ſemper præſumitur
malus in eodem genere mali. l. Caſſius. ff. de Sena. Bart.in l. ſi
cui.in prin.& in §.iiſdem.ff.de accuſ.Secundò limita iſtud pro
cedere quo ad duas vices, cùm iuramentalis probatio non
poſſit habere vim,niſi quo ad duas vices,& non vltra, text.eſt
quem Ludo.ad hoc reputat ſingul.& non eſſe alibi, in l.fi.in fi.
61 ff.de bon aucto iud.poſ.† Ex ſ.ſcriptis omnib. habes regulam
cum trib.fallen.Regula eſt, ꝙ inſtrumenta & probationes nõ
poſſunt produci,nec admitti poſt concluſionem in cauſa.d.c.
cum dilectus, de fide inſtr. Hanc regulam ampliat ſing. Lud.
Romau.hic.in 6.col. vt procedat non ſolùm qñ inſtrumenta
producerentur ad probadum, ſed etiam ſi producerentur ſo-
lum ad declarandum alia prius producta: quia ſecundum
eum, poſt concl.in cauſa non poſſunt produci aliqua inſtru-
menta,ſiue tendentia ad probandũ, ſiue tendentia ſolũ ad de-
clarandum iam probata: caſum dicit eſſe de hoc not. in d.c.
auditis.de in integ.reſt.qui tex.mihi non ſufficienter probat:&
in ꝯrium facit trita regula,quę habet,ꝙ qui ſolũ declarat,nihil
de nouo dat, l.hæredes palàm.§.ſi quid poſt. cum ſi.ff. de teſt.
Iſta regula fallit,vt dixi,qñ inſtrumẽta eſſent de nouo reperta.
Scdo fallit in criminalib. vt dixi. Tertio fallit ex magna, iuſta,
& euidenti cauſa, vt prædixi. Quartò fallit in cauſa publica,
pupilli.vel eccleſiæ, d.c.auditis.etiam ſi inſtru.nõ ſint de nouo
reperta:nam ſi eſſent de nouo reperta, tunc in cauſis ſimilium
perſonarum etiam ſententia quæ tranſiuiſſet in rem iudicatã,
retractaretur.l. Imperatores,cũ gl.ff.de re iud.c.inter monaſte-
rium.cum gl.fi. de re iud. Adde quintò, ꝙ ſi iudex ſciat factã
eſſe concl.in cauſa,poteſt talem concluſionem reuocare, non
ſolũ expreſſe,ſed etiam tacitè:nam eo ipſo,quòd poſt concluſ.
in cauſa iudex admittit probationes, quę admitti nõ deberẽt,
intelligitur tacitè reuocaſſe ipſam concluſionem in cauſa:
concurrentib. tamen his, quæ in reuocatione ſententiæ inter-
locutoriæ requiruntur: ita not. determinant do. de Rota in
deciſ.5.quæ incipit. item ſi poſt concluſi. ſequuntur.d.Ant.de
Butr.& Ioan.de Imol.in c.auditis. in fin.de procur.d.Abb. Pan.
in c. quoniam contra falſam.in 12. colum. de prob. Bald. in l.
peremptorias,in 2.colum C.ſen.reſc.non poſ.d. Card. Floren.
in cle. teſtib. in 2. colum. de teſti.do. Alexan. in 4. colum hic,
quamuis contrarium & malè tenuerit Paul.de Caſtr.in 11.
colum.vt ſuperius retuli, quem in hoc ſpecialialiter reprobat.
62 d.Alexan.in loco prællega. †Item adde,quòd iudici nunquã
concluditur in cauſa, ſed ſemper vniformiter viget eius of-
ficium,vſque ad ſententiam incluſiuè:ita pulchrè inquit Ang.
in conſi. ſuo 295. incipi. viſis atteſtationib. teſtium prædicto-
rum &c.in vlt.colum.licèt ipſe non dicat, puto quòd ratio ſit,
quia concluſio in cauſa, dicitur renunciatio probationum,
quam faciunt partes, per quod vinculum non debent manus
iudicis ligari, per regulam.l.ſi.vnus.§.ante omnia.ff. de pact.c.
cum clamor. de teſt. Per hoc ego infero limitationem ad re-
gulam,quam ſ.tradidi, quòd paria ſunt, vel quòd ſit conclu-
ſum in cauſa, vel quod ſit lata ſententia:.quia iſta parificatio
procedit quo ad ipſas partes, quib.ligantur manus ex conclu-
ſione in cauſa, ſed non procedit quo ad ipſum iudicem. Se-
cundò infero per hoc, quòd iudex etiam poſt concluſionem
in cauſa poteſt ad omnem finem ex proprio officio interroga
tiones facere, quia ſibi non ligantur manus, & in ſummarijs
poteſt non ſolùm ex proprio ſuo officio,ſed etiam ad inſtan-
tiam partis.gloſſ.eſt not.iuncto text. in clementi. ſæpè. in verſ.
interrogabit. de verb. ſig. quam Ludouic. Rom. hic reputat
63 ad hoc ſing.† Addo aliam, & pleniorem in c.quoniam con-
tra falſam. in verſi. interrogationes, & ibi latè Docto.de prob
In tantum quòd dicit d. Anto. de Butr.in c.1.de iudi.ſe in con.
tingentia facti conſuluiſſe, quòd iudex poſt concluſionem in-
cauſa poteſt facere interrogationes non ſolum ad declaran-
dum dubiam proba.iuxta.c.cum Io.de fid.inſtru. &c.per tuas.
de teſti. & quod not. gloſſ. reputata ſing. in c. quia verò. in
Auth.de teſtib.ſed etiam ad fundandam intentionem aduesa
rij,per regulam.l.vbicunque.ff.de inter.act.& l.generaliter.§.1.
C. de reb. cred. non tamen cogitur iudex iſtud facere, per. l.
non quicquid.ff.de iudi. & ſequitur Ioan. de Imol.ibi in illo.c.
1.Adde d.Ant.de Butr.& Ioan. de Imol. in c.cum cauſam. de
iur.calum. & in terminis. Bald.in l. ampliorem,in 2. colum.C.
de appel.& l.per hanc.in princi.C.de temp.appel.& l.2.§.quod
obſeruari.in 6.colum.C.de iur.calum.Imo.in l.4.§.hoc autem
* iudicium.ff.de damn.infect.*& ita communiter tenetur*.In contra-
rium tamen facere videtur gloſſ. not.in l.filiuſfami.§.veterani.
in gloſſ. 1. ff. de procu. quæ vult, quòd iudex non poſſit ſup-
plere vltra tempus parti conceſſum,quod bene no.Facit,quod
64 notatur in l. querelam. C. de fal. † Item adde, quòd licèt ſit
concluſum in cauſa, nunquam tamen intelligitur præcluſa
via alleg.iuris,quin ſemper leges,& iura allegari poſſint: quan
tum ad hoc nunquam intelligitur eſſe clauſum os parti: ita
not.inquit Bald. in Auth. iubemus,in vltim. colum. C.de iud.
alleg.l. quamuis indubitati. C. de adul. & in Auth. vt cum de
appel.cog. in prin.Ita debet intelligi, & limitari dictum Inn.in
c.paſto.de cauſa poſ. & propr.vbi dicit, quòd poſt concluſio-
nem in cauſa nil poteſt allegari, vel de iure, vel de facto: nam
debet intelligi Innoc. niſi allegatio conſiſteret in ſolo iure.
Idem quod Bald.not.d. Anto. de Butr. in c. dudum. el 1. in 2.
colum. de elec. vbi etiam not. ſubdit, quòd poſt concluſ. in
cauſa admittitur allegatio, quæ eſt notoria iuris, vt eſt gloſſ.
ſingula.licèt vulgata in c.ſignificauerunt,extra de teſtib.Igitur
ſm eum,ſi pars velit opponere aliquid,ꝙ cõſtet ex actis,vel ꝙ
ſit notoriũ,talis allegatio,vel oppoſitio admittitur,ẽt poſt con
cluſi.in cauſa: vnde ſi opponatur inhabilitas teſtiũ, q̃ pateat
ex actis,vel ꝙ ſit notoriũ,talis allegatio,vel oppoſitio admittit
etiam poſt concluſi.in cauſa, quod reputat eſſe notandum: &
tu not.iſta ad ea, quæ dixi in text ſuper verbo, quib.ſolis.Iſtud
idem,quod allegatio notoria facti, vel quæ patet ex actis,poſ-
ſit opponi poſt concluſi.in cauſa, tenet d.Abb. Panormi.in d.
c.dudum.in 2.colũ. & ſequen. vbi limitat verum, dummodo
ſit notorium facti permanentis : ſecus ſi ſit notorium facti
65 tranſeuntis, vt ibi per eum.† Quoſdam alios caſus vltra pręd
ctos, in quib.probatio admittitur poſt concluſi.in cauſa, vide
per Specul. in titul. de renunc. & concluſione, in §.1.in verſic.
& ſcias, per Bald. in l. vnica. in 1. colum. C. vt quæ deſ. aduo.
66 † Vltimo adde inquantum ſupra dixi, quòd dicitur conclu-
ſum in cauſa, quando partes renunciauerunt probationibus,
quia etiam eo ipſo, quòd partes, vel iudex committunt cau-
ſam ad conſilium ſapientis (vt tota die fit) dicitur conclu-
ſum in cauſa,ita not.inquit domin.Anton. de Butr. in dict.ca-
pitul. dudum.in 2. col.in 3.no. ꝙ reputat eſſe notandum: non
tamen aliquid allegat. Vltra eum adduco pro hoc viuam ra-
tionem, quia poſtquam cauſa eſt commiſſa ad conſilium
ſapientis, cùm debeat eſſe plenè inſtructus, iudex, qui com-
miſit, non poteſt alias nouas probat. recipere. text. eſt not.
in l. ex illo. C. de appel. & ibi ad hoc not. Bartol. & dicit
eſſe perpetuò menti tenedum. Item, nec ipſe ſapiens,
cui eſt commiſſa, poſſet alias nouas probationes recipere,
ita not. Bartol. in l. 1. per illum text. C. de relat. & in l. final.in
vltim. colum. ff. de fer. & ibidem Bald. in 7. colum. & alij.
Bartol.in l. 1. §. quæſitum. ff. de appellat. & in l. in offe-
rendis. C.de appellat. Iſta ſufficiant quantum ad iſtum ſecun-
dum intellectum gloſſ.qui intellectus, licèt in ſe poſſit eſſe bo-
nus, tamen non eſt tenendus ad text. noſtrum, quia violen-
tiam facit, & diuinationem continet. ¶Sum in 3.ſolut. glo
ibi, vel tertio dic. Ex qua habes tertiam ſolutionem, &
conſequenter tertium intellectum, quòd contraria loquun-
tur, quando ſententia fuit lata purè, & ſimpliciter, quo caſu
tranſiuit in rem iudi. ideo non retractaretur etiam per inſtru-
menta nouiter reperta:ſed hæc ſñia fuit lata non purè, ſed ſub
conditione ſi iuretur, quæ ſñia penden. conditione poteſt be-
ne retractari, & dum gloſſ. ſubdit, quòd l. ſi quis iuſiurand.
C.eod. corrigitur per l. ſequentem ſcilicet per l. generaliter. in
prnc.

ADDITIO.

a ¶Semel malus.Adde, ꝙ iſta regula fallit, videlicet vbi quis per trienniũ lau-
dabiliter vixit poſt cõmiſſum delictũ.tex.eſt in Auth. de mona.col.j.in prin.
& hanc fallen. ponit Io. de Imo.in c. cum deputati. de iud. * Declara,vt per
Alci.trac.præſum.lib.3.reg.2.præſump.7.Ro.cõſi.54.col.vlt. poſt med.con-
ſi.236 nu.6.Hipol.ſing.74.& 393.Cur.in l.vnic.nu.36.C.de prohib.ſeq.pec.
Bart.in l.Caſſius.ff.de Sena.Abb.in c. propoſuit. de cleri. excommu.Gram.
deciſ.25.num.7. MASVER.

ꝑtinc.dic,ꝙ istud non est verum,sed bene limitatur, & declaratur per d.l.generaliter.in princip.& §.1. vt per Cyn. Barto.& alios ibi,& Bald.& alij in l.manifestæ turpitudinis.j.eod.Cano. in c.fi.eo.tit. Iste tertius intellectus glo. in se potest esse bonus, sed ad text.nostrum diuinat,& facit violentiam.Item exponere exactum. 1. præceptum, vt facit glo. non est sine violentia
* literæ,& propterea *communiter non tenetur*. Tamen ex isto intellectu multa not.colliguntur.Primò colligitur limitatio ad regulam.l.1. §. biduũ.ff.qñ app.sit.quæ est canonizata.2.q.5. in §. biduum,vt procedat, nisi conditio,sub qua lata fuit sententia, sit intrinseca,& importet illud,quod est de substãtia iudicij, vt
67 est probatio. † De hoc tamen passu,an & qñ sñia a sub conditione ferri possit, & quando non, quia hic non est locus suus, vide per Bar.& alios in l.cum eorum. & in l.cum iudex. C. de sen.Bart.in l.si conditionalis.ff. de auth.tut.Bartol. & alios in l.
68 à diuo pio.§.in venditione.j.de re iud.¶† Secundò collige, ꝙ valet sententia lata sub condi. ista si actor, vel reus probauerit,vel iurauerit, etiam sine assignatione termini: de quo pũcto,quia naturam legis egreditur, vide latè per Bald.hic.Bar.in d.l.cum iudex, & ibidem Bald. C. de senten. & not. Bartol. & alij in l.ait prætor.§.si iudex. vbi aliquas q. ponit.ff.de re iudic. Specul. plenè in titul. de senten. in §.species. in versicul quid si iudex.& ibidem Ioan.And.in addit.quæ incip.habeo quæstionem solenniter disputatam,&c.& in eod.titul.§. inserta.in verbo, ecce iudex. Angel.& Imol.in l. qui Romæ.§. Augerius. ff. de verbor oblig.Paul.de Castr.in l.continuus. in princip.in eo. titul.de verbor.oblig.ponit dom.Anto,de But.in c.cum venerabilis.de excep.& in c.constitutus.& in c.cum venerabilis. de
69 relig.dom.& in c. 1. de re iud. † Tertiò not. diligenter ex gloss. relata ad text. ꝙ quando in sententia est apposita conditio, si ille,pro quo lata est sententia,iurabit, hic est casus not. secundum istum intellectum,ꝙ tunc aduersarius non potest facere probationes contrarias,nisi per instr. nouiter reperta,& ita no. Bald.Fulg.& d.Alex.hic, quicquid teneant Sal.& Paul.de Cast.
a hic,secus si esset lata sententia a sub cond.si fuerit probatum,
70 vt statim dicam. ¶† Quartò not. ex ista lect. gloss. ſm Bartol.
* *& communiter Doctor. hic*, quod quando fertur sñia sub conditione, si ille pro quo lata est sñia probauerit, beneficium probandi, ꝙ per sñiam ad vnum extenditur, extenditur etiam ad alium, & sic quemadmodum ille, pro quo lata est sententia, potest probare ad confirmandum sententiam, ita aduersarius suus donec conditio impleatur põt facere probationes ꝯrias ad infringendum ipsam sententiam. Facit regula. l. petendæ. C.de temp.in integr.resti.pe.& c.fi.de mu. pe.& ratio est, quia in iudicijs debet seruari æqualitas.c.cum inter. de excep.l.fi. C. de fruc.& lit.expen.& dicit Bar.ꝙ de hoc est casus hic, secundum istam lec.Tu aduerte, ꝙ illatio Bar. est vera in se,propter æqualitatem seruandam,vt dixi,& quia dilationes, quæ competunt vni parti,extenduntur ipso iure ad aliam partem, vt dixi in text.super verbo quib. solis. Tamen Bar.ad text. nostrũ latè,& gñaliter loquutus est, admittendo quamcunque probationem.nam ſm istum intellectum glo.relatæ ad text.si sñia fuerit lata sub conditione, si iuretur, non poterit aduersarius admitti ad probandum contrarium, nisi per instrã nouiter reperta,vt s̃.proximè dixi: & ita in specie reprehenditur Bar.per Fulg. tamen dictum Bart. procederet non habito respectu ad text. nostrum, quando iudex tulisset sententiam simpliciter sub conditione si fuerit probatum, tunc bene aduersarius admittetur ad quamcunque probationem. Subdit etiam Bar. ad vnum esse aduertendum, ꝙ si post sñiam vni parti competat facultas probandi, quæ respicit vires sñiæ, etiam aduersario competat facultas probandi ad infringendum sñiam, quia sẽper tantum debet licere vni,quantum alteri ex litigatorib. d.l. fi.C.de fruc.& lit.expen.Si autem post sñiam illi, pro quo sñia est lata, competit facultas probandi, quæ non respiciet vires sententiæ, sed eius executionem, iuxta notata in l.1. C. de iur. & fact.ignor. illud idem eodem modo licebit aduersæ parti probare,& sequuntur simpliciter Fulgos.& Paul.de Castr.hic. ¶Extra gl.adde,ꝙ quartus fuit intellectus Odof. relatus ꝑ Iac. de Rauen.Bart. & alios.qui dixit, quòd ista l.debet intelligi secundum.l.fi.C.eodem.quando virtute iuramenti fuit lata sententia super testamento, si sententia transeat in rem iudicatã: & postea reperiatur ipsum testamẽtum disponens ꝯrium eius, quod fuit iuratum, talis sententia retractabitur per instrumentum de nouo repertum.& istæ sunt illæ constit. principũ, de quibus facit mentionem ista l.Istam lectur. Odof. reprobãt Bartol. Alberic. & Fulgos.& Ludouic. Roman. hic, primò, qa ista lex non potuit diuinare de illa l.noua Imperatoris.in d. l.fin.C.eod.argum.l. iubemus. in fin. C. de testamen. Secundò (& fortius) dict. l. fin. C. eodem. habet locum in omni iuramento non solùm necessario, sed etiam voluntario, & iudiciali,tñ ista l.in 1. parte solùm habet locum in iur̃o necessario, ſm communem intellectum, & aliud est in iur̃o voluntario, & iudiciali,vt in versi.fi.ergo iste intellectus non est bonus, dicit tñ Alb.de Ros. hic in vlt. col. fidelis conseruator antiquitatis,ꝙ istã lec.non inuenit in scriptis Odof.Quintus fuit intellectus subtilis Pet.de Bel.prout refert Lud.Rom. hic,in 10. col. ꝙ ista lex debet intelligi in causa publica: istud dixit Petr. vt euaderet contrarium.l. Imperatores. & l.sub specie. quæ allegatur in gl.in quib.dr̃, ꝙ sñia, quæ transiuit in rem iudicatã nõ retractatur postea,etiam per instrã de nouo reperta, nisi fauore reipublicæ. intelligendo ergo istã l. ꝙ loquatur in causa publica,ista l.concordabit cum legib.ꝯrijs.Istum intellectum reprehendunt & bene Alb.hic in vlt.col.& Lud.Rom.in 10.col. quia nimium restringit istam l. Secundò, & fortius, quia si ista lex loqueretur in causa publica, sententia contra rempublicã, quæ transiuisset in rem iudicatam, retractaretur per instrã de nouo reperta,siue esset lata prætextu iur̃i necessarij,vt in 1.parte.l.siue prætextu iuramenti voluntarij,& iudicialis, vt in versi. fin.cum omni casu retractaretur fauore reipublicæ.d.l. Imperatores,cum ibi notatis.& l. 1.C.de sen.aduer.fiscum latis. lib.x.
* Teneas ergo primum intellectum gl.qui est verus *& communiter approbatus*: declarando,vt eum declaraui in prima particula huius tertiæ partis gloss. Aduerte, quòd secundum omnes quinque intellectus supra proximè relatos, in hac l. constituitur differentia, an sententia sit lata prætextu iuramenti necessarij, & tunc procedat prima pars. l. quia potest talis sententia retractari per instrumenta de nouo reperta, an verò sententia sit lata prætextu iuramenti voluntarij, vel iudicialis,& tunc sit secus,ita loquitur versic.final. Tamen verè (dicant glo. & Doctor,quantum velint) in versicul.fin.de sententia verbum nullum, propter hoc vltimum (vt credo) sextum intellectum pricipalem ad hanc l. & pro certo peregrinum, & non vulgarem attulit illustris Doctor subtilitatum princeps, domin. Christoph.de Castil.qui tenuit,quòd in hac l.non constituatur dicta differentia inter sententiam latam prætextu iuramenti necessarij,& sententiam latam prætextu iuramenti voluntarij, & iudicialis. Item tenuit ꝯ omnes,ꝙ prin.huius.l.loquatur in quocunque iur̃o, siue necessario, siue volũtario,siue iudiciali, sed ſm eum in hac l.fit tãtum differentia,an post iur̃m (quodcunque sit illud) si sequuta sñia,& tunc propriè procedit principium huius l.ꝙ talis sñia retractatur tunc per instrã nouiter reperta: eo quia talis sñia dr̃ fundata super probatione falsa, vnde sicut qñ sñia est lata per falsos testes, vel per falsa instrã, potest retractari.l.3. per totum. C.si ex falsis instr̃is. ita poterit in casu huius l. & de istis constitutionib. principum positis in d.tit.C.si ex falsis instr̃is.loquitur ista lex,ſm eum, quamuis gl. 1.& alij omnes Doctor. dicant, quòd istas constitutiones non habemus: secus est si tantum intercesserit iuramentum voluntarium, vel iudiciale,& nulla lata sit sententia, tunc procedit versicul.final.& tunc stamus regulæ l.non erit.§. dato.supr. eod. Huic intellectui videre meo satis applaudent verba literæ,præsertim in versi. sed & hæ constitutiones,vbi limitat primam dec.text.qñ super iuramento, vel vigore iuramenti lata fuit sñia,deinde in versic.fi.ꝙ si aliàs.ponitur aduersatiua, quæ debet aduersari præcedentibus & in facto, & in iure, & in illo versicul.final. de sententia verbum nullum, & text.innuit cõtra eum in illis verbis, inter ipsos iureiurdando transactum sit negotium: ergo de sentantia nihil habetur. Iste intellectus quamuis peregrinus,& multum congruat literæ, tamen in effectu non est tenendus. Primò per text. in 1. parte. in versic. exactum. & in verb. exacto. nam exigere propriè est ab inuito extorquere. l.fideicommissa. §. si rem.cum simil.ff. de legat.3. ergo apparet, quòd 1. pars solùm loquitur in iuramento necessario, quod ꝓpriè exigitur ab inuito, & non in volunrario, & iudiciali. Nisi dicas, quòd etiam exigi dicitur à volente, sed minus propriè,vt dicit gloss.expresè in dict.l.fideicommis.§.si rem.in versic.exigisset.& in terminis tituli nostri est text. in l.cũ qui.§.in popularib. in versic. exactum. s̃. eod. quem ibi sic intelligunt Fulgos. & dom.Alex.Facit ad idem.l.quoties.§.final. ff.de noxa. sed replicari posset, quòd verba in dubio sunt propriè intelligenda. l. 1. §. si is, qui malè.in versic.igitur de re dubia. ff. de exerci.l. ille, aut ille.§. cum in verbis. in l. non aliter. ff. de legat. 3. Secundò in contrarium facit, quia ista lex non potuit diuinare de dict. l. 3. & titul. C. si ex falsis instrum. qui postea compositus fuit per Imperatorem. l. iubemus.in fi.C.de test.Tertiò in contrarium stringit, quia dict. l. 3.

non

ADDITIO.

a ¶Esset lata sententia.Adde in l.1.in §. biduum.& ibi Docto. ff. quando appel.sit.

non requirit, quòd instrumenta ſint de nouo reperta, prout expreſsè requirit iſta lex: ergo non poteſt intelligi ſm illam. Quartò in contrarium multum ſtringit fundamentum Bart. hic in 1.col.in fin.nam difficilius reuocatur, quod duplici vinculo ligatum eſt, quàm q̃ vno.vt no. in l.1.C.de pac. Auth.itaque.C.communia.de ſucceſ.in Auth.de conſan.& vte.fratr.in prin. ſed quando ſuper iuramento lata eſt ſententia, hic ſunt duo vincula deciſiua litis, ergo difficilius debent ſolui, quàm qñ ſolùm adeſt iuſm,& ſic ſolum vnum vinculum, cuius cōtrarium de directo vult intellectus do. Chriſtoph. Nec huic argum.poteſt conuenire ſol.quam dedit Bart.in d.1. col.in fin. dum dicit, q̃ ſi ſuper iuſo neceſſario in ſupplementum prob. feratur ſententia, quòd iſta non ſunt duo vincula tendentia ad eundem finem.Iuſm neceſſarium imponitur ad ſupplendam proba.non ad deciden.immediatè litem.Sententia autem fertur ad decidendam litem: quia iſta ſolutio Bartol.non poteſt conuenire, quando ſuper iuramento voluntario, vel iudiciali eſſet lata ſententia, prout do. Chriſtoph. generaliter intelligit primam partem huius.l. quia tunc ambo vincula tenderent ad eundem finem, & effectum, quia iuramentum voluntarium, vel iudiciale eſt litis deciſiuum.l.1.ſ.eod.& ſic in iuramento iudiciali, & voluntario ſequuta ſententia adeſt duplex vinculum tendens ad eundem effectum:ergo difficilius deberet poſſe retractari, quàm vbi ſolùm adeſt ſententia: cuius cōtrarium vult de directo intellectus dom.Chriſtoph. Scđo contrarium ſuadetur (non dico ſtringit) ex verſi.ſolent,ibi, in dubijs cauſis, qui magis ſonat in iuramentum neceſſarium, quã in voluntarium,vel iudiciale,& ſic eſt expedita.3.pars princip. huius glo. ¶ Sum in 4. parte glo. ibi item contra.ſ. de re iud.l. poſt rem. In qua tu reſpon. melius ad contrarium gl. ſecundũ Fulg. Lud. Rom.in 7.col.& d.Alexan. quòd illa l.poſt rem. loquitur in iuramento voluntario,vel iudiciali, & ſic concordat cum iſta l. in fin. ¶ Sum in 5.parte ibi,præterea ſicut. in qua gl. alle.l.ſi.minor 25.ann. quæ nihil facit.ſed eſt text. de hoc in l.2. C. ſi ſæpius in integ. reſt. poſtul. fue. quam alleg. gloſſ. in vlt. parte,& ſic ponit gl.vnum caſum, in quo ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, tamen poteſt retractari beneficio minoris ætatis.Alios caſus poſui in prima particula.3.partis prin. huius gl.In vlti.parte gl.ibi.Itẽ not. q̃ gl.tacitè colligit, an teſtes extra articulum,in quo producuntur,ſint examinandi. vide gl. & ibi no.Bar. in d.l.ſi duo patroni.§. idem Iul. ſ. eo.ad ibi dicta me remito.¶ Gloſſ.magnam in verſicu.exacto.diuido in quinque partes principal. quamuis non ſatis commodè diuidi poſſe videatur. In prima declarat text. In ſecunda arguendo à ſufficienti partium enumeratione declarat, quando iſtud iuramentum neceſſarium deferatur actori, & dicit qñ ſemiplene probauit,& declarat, quæ ſint illa, quæ ſemiplenam prob. inducant.In tertia reaſſumit diſputando, an vnus teſtis ſemiplenam prob inducat.In quarta gl. ponit alios caſus, in quib. iuſm defertur actori. In quinta,& vlt.gl. declarat, qñ iuſm neceſſarium deferri debeat ipſo reo. Scđa ibi, & vt plenè videas. Tertia ibi, teſtem vnum dico. Quarta ibi, item datur actori ſacr̃m. Quinta & vlt. ibi. aſs aũt ibi actor. Scđa pars pricipalis poſſet ſubdiuidi in varias particulas, quas vide per te ipſum. Aduerte etiam pro expeditione huius glo. & eius materiæ ſimul cum toto apparatu Bar. q̃ quinque principalia exminabunt cum multis acceſſorijs. queſt. Primò qñ iudici dicat̃ nihil probatum, & qñ plenè probatum. Scđo principaliter erit videndum, quæ ſint illa, quæ ſemiplenam prob.inducunt, & hic cadent iſtæ principales q.cum ſuis acceſſorijs.Item, an priuata ſcriptura,quæ reperitur triplex,ſemiplenam proba. inducat. Item an comparatio literarum. Item an vnus teſtis. Item an fama.Tertiò principaliter erit videndum, qñ duæ ſemiplenæ probationes faciant vnam plenam,& an, & quando ſimul iungantur ad faciendam plenam probationem. Quartò principaliter erit videndum, quæ ſint cauſæ, ſeu qui ſint caſus, in quibus iſtud iuramentum neceſſarium non poſſit deferri in ſupplementum proba. Quintò, & vltim. erit viden.cui deferri debeat iſtud iuramentum neceſſarium in ſupplementum probationis, an actori, an reo. Iſtis ſic ſecundum ordinem gl. expeditis ſimul cum toto apparatu Bartol. quem applicabo iuxta ordinem gloſſ. intelligetis finem eſſe de hac l. Venio ad glo.prima pars eſt clara,quæ ſolũ declarat tex.In ſecunda parte gl.facit tres caſus princip.Aſſumo primò caſum gl. quando actor nihil penitus probauit, & ſic nec plenè, nec ſemiplenè ſecundum gloſſ. reus eſt abſoluendus etiam ſine iuramento. Facit bene text. in capitul. final. in verſicul. ſanè,extra eodem. dum dicit text. quòd ſi actor nihil penitus probauerit,reus eſt
71 omnino abſoluendus, etiam ſi nihil præſtiterit. † Pulchrum ergo eſt dubium pro intellectu gloſſ. dum vult, quòd ſine iuramento reus ſit abſoluendus: & iſtud dubium intendo bene diſputare, an actor, qui nihil penitùs probauit de intentione ſua, poſſit deferre iuramentum (nõ intelligas neceſſariũ, ſed iudiciale) ipſi reo, vt reus cogatur iurare, vel referre, aut ſoluere,iuxta l. iuſiurand. & ad pecunias.§. ait prætor. & §. final.& l. manifeſtæ turpitudinis.infra eodem, an verò ſit iuſta cauſa recuſandi iuramentum, eo quia actor nihil penitus probauerit.Specul.ſingul. in titul. de iuramenti dela. §. 1.in princip.in verſicul. Si autem actor. tenet, quòd actore nihil probante,
a reus [a] debeat abſolui, & quòd non teneatur iurare, vel referre, aut ſoluere,per regulam l.qui accuſare. C. de eden.& per text. optimum in dict.capit. fina. in verſicul. ſanè. vnde ſecundum eum. d. l. manifeſtæ turpitudinis. cum alijs proximè alleg. debent intelligi, & limitari, quando actor aliquid probauit, ſed minus, quàm ſemiplenè: ſed ſi nihil penitus probaſſet, tunc non haberent locum illæ leges. Eandem opin. tenet do. Abb. Panor.in dict.c.fin. extra eod. per ſupra ſcripta, & dicit, quòd idem ſentit Io. And. ſuper text. ibi in verb. nihil præſtiterit,& ſuper gloſſ.2.Adducit etiam l.in bonæ fidei. C. eod. dum dicit cauſa cognita debere deferri iuramentum: ergo non ex ſimplici delatione actoris, & dicit, quòd ita videtur ſentire iſta gloſſ.Bart. hic. & in d.l.in bonæ fidei. Moueor etiam, quia ſi ex cauſa, quando actor nihil probauit, poteſt recuſare iſtud iuramentum neceſſarium,quod defertur à iudice parti. d. capit. final. in verſicul. ſanè. quanto fortius ſecundum eum poterit recuſari iuramentum iudiciale, quod defertur à parte parti.Facit ſecundum eum,quod not.Ioan.And. in capitul. 1. de clan. deſpon.& text.in capitul.2.eod.tit.& dicit hoc eſſe notandum, & quod multi decipiuntur intelligentes dict. l. manifeſtæ turpitudinis.ſimpliciter,quæ tamen non habet locum,niſi quãdo
* actor aliud * probaſſet, ſecus ſi nihil penitus. Idem tenet dom. Abb.in capitul. 1. in vltim.not.de prob.vbi dicit, quòd iſta eſt iuſta cauſa recuſandi iuramentum, quando actor nihil probauerit,quia ſicut actore plenè probante reus debet omnino cōdemnari,ita ècontra,eo nihil probante reus omnino debet abſolui, etiam ſi nolit iurare. per dict. capitul. final. & per regulam dict.l.qui accuſare.C. de eden. Pro iſta opin. ego diſputationis gratia adduco aliud fundamentum. Nam ego habeo,q̃ quando actor plenè probauit intentionem ſuam, fortè per teſtes,vel per inſtrumenta, ſi poſtea reus deferat iuramentum, poteſt actor licitè recuſare: in tantum,quòd non valeret conſuetudo contrarium diſponens, quòd actor poſtquam plenè probauerit,teneatur iurare, tex. eſt ſing.in cap.2. de probat. de quo dicam aliqua pulchra in 2. caſu huius gloſſ. Si ergo in actore ita ſtatutum eſt, quòd poſtquam plenè probauit intentionem ſuam, quòd non teneatur iurare, imò poſſit licitè recuſare iuramentum, quanto fortius idem dicemus ècontra fauore rei,quòd eodem modo quando actor nihil penitus probauit, quòd reus etiam non teneatur iurare, cùm etiam reus tunc ſit in caſu victoriæ obtinendę, ſicut actor in primo caſu, eo etiam, quia fauorabiliores ſumus reis, quàm actoribus,l. fauorabiliores.ff.de re iudic. Arrianus. ff. de actio. & obligat. Facit bene,quod vult gloſſ.ſingula.in capitul.clerici.81. diſtinctio.quam pro ſingular.apud Legiſtas alleg. Bal. in dicta l.data opera. C. qui accuſa. non poſſ. Eſt verum, quòd loquitur in criminalibus, nec huic fundamento obſt. vnum,quod dicit domin. Alexand. in dict. l. manifeſtæ. infra eodem.dum dicit, quòd etiam ſi actor nil penitus probauit,quòd tamen reus eſt in manifeſta turpitudine, & confeſſione, ſi nolit iurare, ſi ſibi deferatur iuramentum, & ſciat veritatem, quia dico, quòd ſi iſta ratio in hoc propoſito eſſet attendenda, multò fortius militaret in primo caſu, quando actor plenè probaſſet intentionem ſuam, quia poſtquam plenè probauit, & ſcit veritatem, ſecurus debet iurare, & ſi nolit iurare, ſuccedit ſuſpicio, & dicitur eſſe in manifeſta turpitudine. Confirmatur, quia contrariorum eadem debet eſſe diſciplina. l. 1. ff. de
72 his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. cum ſimil. † Item, quia in correlatiuis prout ſunt actor & reus, quicquid ſtatuitur in vno,intelligitur ſtatutum in alio.l.fi.vbi no.Bart. & Doct.C.de indi. vid. tol. l. final.ff. de excep. vbi etiam Bartol.not.in l.1.C. de cupreſ. ex lu. da. non cæ.lib.10.ſed quãdo actor eſt in caſu obtinendæ victoriæ, vt quia plenè probauit, non cogitur tunc iurare: ergo eodem modo reus quando eſt in caſu obtinendæ victoriæ, non debet cogi ad iurandum. Ad idem facit, quia nulla l. cauetur expreſſè, quòd quando actor nihil penitus probauit,quòd reus cogatur iurare:imo iura præallegata probant contrarium, & præſertim iniquum videtur, q̃ tali caſu reus

ADDITIO.

a ¶Reus.Adde Abb.in c.cũ P.manconella.de accuſ.ſuper gl.fi.Abb.in c.ex lr̃s, in pe.no.de pba.Card.Zab.cōſ.27.Barb.cōſ.7.in 2.vol.

* Aliquid.

reus compellatur ad iuran. Contrariã opi.tenet d.Paul.de Ca. hic in 12.col.& in l. iuſiur. & ad pecunias.§. ait prætor.ĩ.eo.& ibi dicit, ꝙ Doct.noſtri malè declarãt iſtum paſſum, & tenet, ꝙ quãuis in iuramento neceſſario, ꝙ defertur à iudice in ſupplementum probationis, vel in iuramento neceſſariò purgationis rei, niſi actor ſemiplenè probauerit, reus non cogitur iurare, ſed debet abſolui prout propriè loquitur text.in d.c.fin. in verſicul.ſanè.tamen in iuramento, ꝙ defertur à parte parti in iudicio, etiam ſi actor nihil penitus probauerit, cogitur reus iurare, aut referre, aut ſoluere: & tunc habet locum dict.l. manifeſtæ. Nec hoc videatur iniurioſum reo, cùm poſſit referre iuramentum, ſi ipſe non vult iurare: prout reſpon.Iuriſcon.in d.l.iuſiur.& ad pecunias, in princ.quæ ratio ceſſat in iuramento neceſſario, quod referri non poteſt. Eandẽ opi.tenet Pau.de Caſt. in d.l.manifeſtę.idem Bald. in lec.antiqua. ibi idẽ tenet etiam d.Alex.Imo.& mouetur, quia quamuis actor nihil penitus probauerit, tamen ſi reus, cui iuramentũ defertur, ſit de veritate informatus, turpe eſt ſibi nolle iurare: & ſic habet locum ratio. dict. l. manifeſtæ. Sed aduerte, vt in ſuperiorib. dixi, quòd ſi iſta ratio eſſet in propoſito noſtro attendẽda, ſequeretur, quòd multò magis haberet locum in actore: & conſequenter ſi actor plenè probaſſet intentionem ſuam, & ſciret veritatem, ſequeretur quod cogeretur iurare: quia turpe eſſet recuſare, & poſſet ſecurius iurare: & iſtud eſt falſum, & cõtra tex.in d.c.2.de prob.Nõ obſt.ſecundũ d.Alex.d.l.in bonæ fidei. & d.c.fi.quia ad hoc reſpond. & bene, quod loquuntur in iuramento neceſſario, in quo non habet locum relatio, & ſic ceſſat ratio.d.l.manifeſtę.iuncta.d. l.iuſiur. & ad pecunias.in prin. ꝙ turpe ſit, aut non iurare, aut nõ referre, cùm iudex non habeat neceſſe iurare prout in iur̃o iudiciali: & in iſto iur̃o neceſſario propriè loquitur Io.An.in d.c.fi.& Bar.hic.& in d.l.in bonæfidei.Addo vltra eos pro iſta opi.bene facere text. in l.generaliter.§.1.C.eo.in ver.omne igitur.vbi eſt text. quòd iuramentum voluntariũ, vel iudiciale poteſt præſtari in prin.in medio, & in fi.cauſæ. ſi ergo in prin.cauſæ, ergo antequam probatum ſit: quia ſi iuramentum non poſſet deferri, niſi quando actor plenè, vel ſemiplenè probaſſet: certè non poſſet in prin.litis deferri, quod eſſet contra illum text.& per illum text.inuenio tenere hãc partẽ Alb.de Ro.poſt Iac.de Are.in d.l. in bonæ fidei. in pen.colum.C.eod.Potes ad illum text.reſpondere, ꝙ loquatur, qñ iuramentum ſponte defertur, vt probat text.ibi, ſiue à iudicib.ſiue à partibus, ſed an vna parte inuita, vel recuſante poſſit deferri illud iur̃m in prin.litis, tex. ille non concludenter probat. Eandem opin. tenet ætatis noſtræ Iuriſconſultorum facile princeps, domin.Fran.de Are.in c.2.de prob.in 4.no.Mouetur per tex.in l.fin.in 2.reſponſo. C. de fideicom. vbi ſecundum eum eſt caſus clarus, quòd etiam vbi nullus teſtis, nulla probatio ex parte actoris interuenit, poteſt tamen iuramentum iudiciale deferri, & tenetur reus illud ſubire, etiam quòd ibi nulla eſſet probatio.patet in text. illo, dum dicit, nullis teſtibus, nulliſque alijs aduentitijs probationib. req̃ſitis. Tu rñ. ꝙ ibi eſt ſpecialis caſus fauore vltimæ volunta. ne pereat, vt ibi clarè dicit text. in verſic. penultim. & ſic etiam text.dicit in §.fi.vbi ſimilis tex. Inſtit. de fideicõ. hæred.ibi, ne depereat vlt. voluntas teſtatoris fidei hæredis commiſſa, & ita dicit Bartol. in l. nemo poteſt. in 1. colum. vbi etiam tangitur per Imol. ff.de lega.1.Cùm ergo ibi ſit ſpecialis caſus, ergo probat, quòd in contrarium eſt ius commune.l. 1.§. final. ff.ad municip. ſecundò reſpon.aliter, quòd illa l.probat contrarium, quia ibi loquitur, quando teſtator noluit ſolenniter teſtari, ſed ponere in fide hæredis: tunc bene verum eſt, quòd tali caſu cogitur hæres iurare, deficiente omni ſpecie probationis: ita declarat Bartol.in dict.l.final. in 2.intellectu, & expreſsè text. in dict. §. final.Inſtit. de fideicom.hæred. & Bartol in l. poſt legatum, in princip.in 3.colum.in verſicul.Item oppo. dicitur hic. nec obtinuit.ff. de his quibus, vt indig. ergo (vt dixi) extra iſtum caſum illa l.probat contrarium.Secundò adducit text. quem ad hoc dicit eſſe notab.in l.tutor.in princip.infra eod. vbi text.dicit, quòd tutor deficientibus omnibus probationibus, iuſiurand. deferens audiendus eſt: & tunc pupillo quandoq; denegabitur actio. nec potes dicere, quòd ibi eſſet ſemiplenè probatum, quia ſi ex parte pupilli eſſet ſemiplenè probatum, non denegaretur pupillo actio, cùm ſibi potius deferri debeat. Pręterea ſecundum eum, quando tutor ſemiplenè probaſſet deferendo iuramentum non eſſet audiendus, quia non vtiliter gereret negotium pupilli, quia potius deberet petere, quòd deferatur ſibi iuramentum: & tamen text. ille dicit contrarium: ergo apparet, quòd etiam ibi per tutorem non erat ſemiplenè probatum.Mihi videtur, quòd in illo text.non poſſit fieri concludens fundamentum, quia ſtat ſimul, quòd non ſit ſemiplenè probatum ex perſona tutoris, vel pupilli, aliquid tamen ſit probatum, aliàs ſi nihil eſſet probatum petitus, ſemper ſibi denegaretur actio etiam ſine iuramento. Præterea ille tex.loquitur quantum ad præiudicandum pupillo, an ſi tutor deferat iuramentum aduerſario, qui iuret, iſtud præiudicet pupillo, dicit, quòd ſic, quando deficiebant aliæ probationes: non tamen per h.d.quòd cogatur iurare.Mouetur etiam do.Fran.per tex. quem ſuperius allegaui in l. generaliter. in princip. C. eod. vbi iſtud iuramentum poteſt deferri in initio litis: ergo antequam aliquid ſit probatum, dic, vt ſuperius dixi. Addo pro hac ſententia bene facere text. not. in l. cum de indebito. §. in omnib.ff.de probat.vbi text. fortius probat, quòd etiam in caſibus, in quibus eſt præſumptio contra actorem, propter quã præſump. ſibi incumbit onus probandi, dicit text. ſi non vult probare, poteſt aduerſario iuramentum deferre, ſi prius de calumnia iuret, & reus debet vel iurare, vel referre. Pondera, quòd text.in fin.dicit, habet tamen reus facultatem ex toto iuramenti referendi, ergo non recuſandi, & ibi non erat etiam præſumptio ꝯ reum, imò potius contra actorem. Ad idem facere videtur regula.d.l.manifeſtæ. & d. §. ait prætor, quæ leges indiſtinctè loquuntur. Suadetur etiam iſta pars per text.in d.c.2.in fi.de proba.vbi dicitur ad contextum, ꝙ ad huiuſmodi iuramentum deuenitur, cùm aliæ legitimæ probationes deficiunt. Ex his apparet, quòd iſte paſſus eſt multum in ambiguo, & poſſet diſputando de facili vtraque pars ſuſtineri,
73 *tamen iſta ſecunda videtur eſſe communior.* † Quicquid ſit not. vnũ
* caſum ſpecialem, in quo actore nihil probãte penitus, tamen reus cogitur iurare.ſ.in feudis: & iſte caſus eſt indubitatus, qñ vaſallus eſſet in poſſeſſione feudi, & dominus directus negaret eum, vel prædeceſſores ſuos nunquam fuiſſe inueſtitos, certè, licèt vaſallus ſit in poſſeſſione feudi, & ꝯ eũ nihil oĩno probetur, tamen cogitur iurare.text.eſt in c.1.ſi de inue.inter dom. & vaſal.lis oria.Aliqui libri habent pro §.fin.c.1. ibi dum text. dicit, tunc ſine vlla probatione teſtium debet ſolus iurare: ad idem text.in c.1.de contrò. inter maſc. & fœmi. de beneficio.
74 † Item inquãtum in ſuperioribus dixi, quòd iuramentum iudiciale poteſt deferri in princip. litis per dict.l. generaliter.§. 1. Not. diligenter in actu practico vnum, quòd ſingul.determinat Alberic.poſt Oldra.Laud.nec alibi vnquam legi, in l.iuſiurand. & ad pecunias.§. ait prætor. in fin. infra eodem, quòd ſi actor petat centum à reo, propter quæ fecerit eum citari coram iudice, & dicat actor, nolo ſtare iuramento rei, reus reſpon. offeras primo libellum, poſtea tibi reſpondebo, dicit actor, nolo offerre libellum, quia non intendo litigare: volo, quòd de præſenti decidatur quæſtio, aut tu iurabis, aut referes mihi iuramentum. determinant ſingul. præfati Doctor. quòd requiritur, quòd actor primò libellum offerat, iuxta.l. manifeſtæ, quæ ſic debet intelligi: quo oblato, bene poterit poſtea cogere reum, aut iurare, aut verò referre. Mouentur, eo quia regulariter in cauſis debent offerri libelli.l. 1.in princip. cum gloſſ.magiſtra.ff.de eden. Authen.offeratur.C.de lit. conteſta.Dura ſemper viſa eſt mihi hæc deciſio, quamuis contradicentem non inueniam, & calumnioſè petere videtur reus libellum, cùm ipſe reus ſi dubitet, poſſit petere tempus ad deliberandum, quomodo iuret, vt expreſsè dicit text. in dict. l. iuſiurand.& ad pecunias, in fin. principij. † Secundò principa-
75 liter quæro iuxta iſtum primum caſum gloſſ.quomodo dicatur nihil probatum. Bartol. in 3. colum. hic tradit ſolennem, & vtilem doctrin. quæ notanda eſt, ſed malè declaratur, & communiter recitari ſolent verba formalia Bartol. dicit ergo Bartol. Aduerte, quòd aliquando iuriſdictio iudicis, vel inſtantia cauſæ habet terminum ſtatutum à lege, & tunc ad hoc, vt actor dicatur nihil probaſſe, ita quòd reus poſſit diffinitiuè abſolui, requiritur, quòd terminus ſit ſibi ſtatutus ad probandum à iudice: & ſi intra illum terminum actor nihil probauerit, debet reus abſolui diffinitiuè, hoc eſt iudex debet diffinire per ſententiam, quòd reus nihil debet, ſed ſi nullus terminus eſſet ſtatutus actori ad probandum, tunc non diceretur nihil probatum, ſed nihil actitatum: & reus non poſſet tunc abſolui diffinitiuè, ſed deberet tantum abſolui ab obſeruatione illius cauſæ, & ſic actor poſſet quandocunque de nouo petere l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudic. quamuis gloſſ.ibi contrarium dicat, & malè, & communiter reprehenditur ibi. Si verò iuriſdictioni, vel inſtantiæ cauſę eſſet ſtatutus terminus ab homine, prout tota die videmus fieri compromiſſa in arbitris, cum hoc, quòd pronuncient intra menſem, vel fieri delegationem de conſenſu partium cum hoc, quòd ſententiam ferat intra menſem, iſto caſu talis terminus aſſignatus ab homine cenſetur præfixus non ſolùm notioni, ſi eſt arbiter, vel iuriſdictioni, ſi eſt delegatus.iuxta l. ait prætor. in principio. ff. de de re iud. ſed etiam cenſetur præfixus ipſis partib. ad probandum, & producendũ

omnia iura ſua,& tantùm operatur, ac ſi ſpecialiter eſſet præ-
fixus terminus ad proban.& ideo eo elapſo, ſi actor nihil pro-
bauerit,debet reus diffinitiuè abſolui.alleg.Bart.in l.ſi de meis.
§.fi.iuncta glo.in ver. liquere.ff.de arbit.Innoc. in c. ſuper eo.el
76 2.de appel.† Addo,ꝙ plus dicit multum ſignanter,& ſing.Bal.
in Auth. ei qui. C. de temp. appel. ꝙ talis terminus aſſignatus
ab homine iuriſdictioni iudicis,vel inſtantię cauſæ,non ſolùm
habet vim peremptorij ad probandum quantum ad ipſas par
tes, ſed etiam habet vim termini peremptorij ad audiendum
ſententiam,& ideo iudex in vlt.die termini poterit reum diffi-
nitiuè abſoluere, etiam actore peremptoriè non citato, quod
perpetuò not.nec vnquam obliuiſcaris, & iſtud vltimum re-
fert,& ſequitur Pau.de Caſt.in 13.colum.Facit,ꝙ not. per glo.
in clem.1.de appel.per Bar.in l.item illa.in prin.ff.de conſti.pe-
cu.Adde,ꝙ ante Bart.deci.illam Innocen.in d.c. ſuper eo. el 2.
recitat,& ſequitur Specu.in titu.de ſent. §. nunc videndum,in
ver.illud autem.cum Bart.tenent Ange.& dom.Alexan.hic,&
Barto.in l.properandum.§. & ſi quidem.C.de iudic. & in d. l.ſi
de meis.§.fi. de arbit.Bal.in c.fi.in 4.& 5. col. extra eo.& ibidē,
d.Ant.de But.in 3.colum.& in c.prout. de dolo, & contum.&
not.dom.Matheſi.in ſuis no.dictis,in no.18.& ibi limitat duo-
* bus not.modis iſtam docto. Bart. *magis communiter approbatam*,
quas limitationes ibi vide per eum. Fulgo. hic reprobat iſtam
deci.Barto.addo Bal.in Auth.qui ſemel.in fi.poſt gl. ibi.C.quo-
modo,& quando iud.& in c.ſancimus,quo tempore miles. in
vſib.feud.& quod no.Bald.in c.1.de mil.vaſal. qui contumax
eſt,& cum Barto.tenet etiam d.Alex.in d.l. properandum.§.&
ſi quidem.in 4.& 5.colum.C.de iud.Iſte eſt pulcher,& ſubtilis
paſſus,& pro repetentibus iſta eſſet pulchra concluſio, quan-
do terminus eſt ſtatutus ab homine iuriſdictioni vel inſtantiæ
cauſæ,nunquid talis terminus habeat vim termini perempto-
rij ad probandum, ita ꝙ ſi non probetur aliquid ī. terminum,
poſſit reus abſolui diffinitiuè; & Raphael. Fulgo.hic reprobat
hanc opin.Barto. & dicit non eſſe differentiam, an tempus ſit
præfixum iuriſdictioni,vel inſtantię cauſę de conſenſu partiū,
an verò de iure communi.per d.§.& ſi quidem. cum gloſſ. in
verb.termino.Et iſtud quod dicit Barto. ꝙ habeat vim termi-
ni ad probandum,non probatur iure,& ꝙ Innoc.in d. c. ſuper
eo.el 2.non dicit illud,ad quod eum alleg.Barto. ſed dicit con-
trarium,ſi bene inſpiciatur, dum ſubdit, ſic etiam dicimus in
termino iuris ad terminum ſtatutum à partibus,& ſi velit per-
tinaciter inſtare,aduertat ſecundum eum,ꝙ Innoc. vbi. ſ. po-
nit aliā opi.nec in iſta prima ſtat,quia ſe non firmat,vnde con-
cludebat Fulg. ꝙ actor nihil dicitur probaſſe, quando ſtatutis
dilationibus congruis ad probandum, nihil probauit, ſecun-
dum Docto.in d.§.& ſi quidem.per l.fi. ff.de fer.ita intelligitur.
l. qui accuſare.C.de eden.non habita differentia inter iudicem
ordinarium,& arbitrum, quia eſſet contra l.1.ff. de arb. & non
habita differentia,an terminus ſit ſtatutus à l.vel à partib. quia
ſicut inſtantia iudicialis non eſt terminus peremptorius niſi iu
dici.d.l.properandum.§.1. & quod ibi not.non enim perimun
tur actiones,vel probationes partium, ita idem ſit in termino
ſtatuto ex partium conſenſu iudici,vel arbitro,qui arbiter ha-
betur inſtar iudicis.l.1.ff.de arbit.& ſubdit Raph.ꝙ in cauſa ꝓ-
pria alleg.iſtam doctri.Bar.ſed ꝙ non potuit obtinere de facto
ꝙ ſeruaretur opin.Bar.Pau.de Caſt. in 13. colum. hic dicit,ꝙ
vidit de hoc magnam diſceptationem, dum iſta quæſt.eſſet
de facto,& ꝙ Bald. conſuluit pro opin.Barto.1. anno,quo Pa-
piam applicuit, & ꝙ omnes alij Docto.conſuluerunt contra-
rium,& ꝙ lata fuit ſententia contra conſilium Bal.in Authen.
ei,qui. C.de temp. appel. vbi dicit, ꝙ ille iudex fuit vna beſtia
humana.Finaliter d.Pau.concludit in hoc paſſu, ꝙ ſi appareat
coram iudice,vel arbitro litem fuiſſe conteſt.vel habitam pro
conteſt.tunc procedat opin.Innoc.Bar.& Bal.quorum magna
eſt auctoritas in cauſis decidendis,& ꝙ Innoc. voluit illud, ad
quod eum alleg.Bar.vt patet ex verbis Specu.ſic eum referen-
tis in tit.de ſent. prola.§.nunc videndum. ver. Illud autem, ta-
men iſtud non ſufficienter probatet,ꝙ Inno.illud dicat, ꝑ hoc
ꝙ Spec.eum referat,arg.Auth.ſi quis in aliquo documento.C,
de eden. Si autem lis non fuerit conteſt. vel non fuerit habita
pro conteſtata, quia partes non comparuiſſent, tunc ſecundū
77 Pau.procedit alia opin.Ratio pulchra eſt,† quia lite non con-
teſt. non debet dari terminus ad probandum, cùm probatio-
nes regulariter non recipiantur ante litis conteſt. toto tit.vt lit.
non conteſt.ergo ille terminus iuriſdictioni à partib. prefixus,
non poteſt habere vim termini peremptorij ad probandum,
quia vbi non poteſt habere locum veritas, ibi nec fictio. l.qui
78 ad certum. ff.locat. l. adoptio.la 1. ff.de adopt.† Item lite non
conteſt.non poteſt regulariter perueniri ad ſententiam diffini-
tiuam,l.fin.§.illud.ff.de temp.appel. Item intelligit d. Pau. opi.
Barto.non procedere,niſi actor lite conteſt.petijſſet terminum
ad probandum,& iudex, vel arbiter noluiſſet dare alium ter-
minum, & iſto caſu etiam procederet alia opin. & terminus
tunc aſſignatus ab homine iuriſdictioni, vel inſtantiæ cauſæ
non habet vim termini peremptorij ad proban. Ratio eſt ſe-
cundum eum, quia probationes ſine termino fieri non poſ-
ſunt.allega.no.in l.in crimine. ff. de adult. ſed ſi actor non pe-
tijſſet terminum ad probandum,tunc procederet opin.Innoc.
79 & Barto.& dicit,quòd iſta eſt veritas in hoc paſſu.† Caue,quia
iſto vltim. caſu errat, cùm probationes ſine vlla dilatione fa-
ctæ valeant,ita Barto.in d.l.in crimine,& in l.fin.ff.de fer.& ibi-
dem Albe. Bald. Ange. & Moder. & Barto. in extrauagan.ad
reprimen. in ver.figura,& Doct.in ca. licet cauſam,de probat.
Imò fortius valet ſententia diffinitiua lata non dato termino
ad proban.ita not.Barto.in l.petendæ.in 3.not.per illum tex.C.
de temp.in integrum reſtitut. peten. dicens hoc eſſe menti te-
nen. Et ſi dicatur, quòd iudex denegando dilationem ad pro-
ban. videatur declarare ſe nolle admittere probationes. Re-
ſpon.quòd imputet ſibi pars, quæ non appellauit ab ipſo gra-
uamine, vel non habuit recurſum ad ſuperiorem per viam
quærelæ,vt in Authen.vt differen.iud.in princip.& in propoſi-
to iſto not.Bald.in l.2.in 11.quæſt. C.de epiſ.aud.fatetur tamen
dom.Pau.quòd lex,in qua ſe fundat Barto. cum glo. videlicet
d.l.ſi de meis.§.fin.cum glo.in verſi. liquere. ff.de arbitr.parum
facit pro ipſo, & quòd nunquam ſciuit bene colligere ex illa
gloſſ. prout etiam dicit Fulgo. ſed quòd auctoritas Innocen.
eum principaliter mouet. Sed imò videtur ibi poſſe colligi,
cùm non appareat datam fuiſſe dilationem ad probandum,
& tamen glo.ibi ſentit,quòd non factis probationibus, potuit
ibi reus diffinitiuè abſolui per iudicem. Ludou. Roma. hic in
15.colum. contra Barto. dicit,quòd idem ex vtraque ſententia
ſequi videtur effectus,ſiue reus abſoluatur ab obſeruatione iu-
dicij,ſiue abſoluatur diffinitiuè,quia non probatum. Nam nō
obſtante tali ſententia poterit actor ſolutis expenſis litis quan-
docunque agere: nam quando reus ſolùm abſoluitur ab ob-
ſeruatione iudicij,res eſt clara,quòd actor poteſt de nouo quā
docunque agere, d. l. properandum. §.& ſi quidem, & in hoc
non eſt dubium. Eodem modo ſi reus eſt abſolutus diffiniti-
uè,quia non probatum,poterit actor de nouo agere, quando-
cunque non obſt.tali ſententia,ſiue reus ſit abſolutus expreſsè
in ſententia,quia non fuit probatum, ſiue iſtud colligatur ha-
bita relatione ſententiæ ad acta.l.ait pretor.§.iudex.ff.de re iud.
ſiue ſimus in dubio, nam tunc præſumitur lata ſententia,quia
non probatum.l.ſi quis ad exhibendum, in glo. ff.de excep.rei
iudica.poterit omni caſu petitor iterum de nouo, quandocun
que agere,vt plenè no.in l.Iulia.verum debitorem. in gloſſ. 1.
magna.poſt princ.ff.de condi.indeb.vnde dicit Ludo. Rom.ſe
non videre magnum effectum inſurgere ex iſta doctri.Barto.
licèt pulchra,errat Ludo.Roma.Bene verum eſt, quòd ſi fera-
tur ſententia abſolutoria ſolùm ab obſeruatione iudicij, tunc
bene verum eſt, ꝙ actor poteſt quandocunq; de nouo agere,
ſed ſi feratur ſententia abſolutoria, eo quia non ſit probatum,
talis ſententia eſt ſententia diffinitiua, & ſi ab ea non appellare
tur,tranſiret in rem iudica. & non poſſet poſtea agi. l. ſub ſpe-
cie.C.de re iud.l.Imperatores.ff.de re iudica. glo. eſt in propo-
ſito in Authen.at qui ſemel.in verſi.locum habet.C.quomodo
& quando iudex. ad quod ſpecialiter bene facit tex.in l.argen-
tarius.§.cum autem. ff. de eden. quem ſic induco, nam in illo
tex.inter cætera dicitur, quòd ſi actor non potuit probare in-
tentionem ſuam, eo quia argentarius noluit edere rationem,
& propterea reus fuit abſolutus diffinitiuè, dicit ibi text. quòd
actor poteſt agere contra argentarium ad damnum litis ſu-
peruenientibus probationibus, vt ibi, tunc ſi ſic ille actor poſ-
ſet quandocunque agere contra reum abſolutum non obſt.
ſententia,ab argentario non poſſet petere damnum litis, ſed
ſolùm expenſas litis, quia plus non intereſſet ſua, & ideo dicit
text.quòd aget contra argentarium, ergo apparet, quòd am-
80 plius non aget contra reum abſolutum diffinitiuè. Vnde † di-
a cit Paul.de Caſt.& bene in l. qui accuſare. C. de eden. [a] quòd
ignorantes dicunt, quòd ſententia abſolutoria (quia non pro-
batum) dicitur ſententia interlocutoria, ſicut & illa quæ fer-
tur ab obſeruatione iudicij, & malè dicunt, quia imò prima
eſt diffinitiua,& tranſit in rem iudica. ſi non appelletur ab ea,
& poſtea amplius agi non poterit.ſecus in prima,per d.l.argen
tarius.§.cū autem.Nec obſt.gl.alleg. per Ludo.Rom.in d.l.Iul.
verum debitorē.in gl.1.magna.poſt prin. quia illa gl. nō dicit,
quòd

ADDITIO.

a ¶ C. de eden. Dic hæc in l.Iulia, 4. colum. infra de condi.indebiti,
PVRPV.

quòd si reus fuerit absolutus diffinitiuè, quia non probatum, quòd actor possit de nouo agere, sed bene dicit, ꝙ si talis reus sic diffinitiuè absolutus soluat creditori, & postea velit solutū repetere, & agat condictione indeb. dicit gl. ꝙ creditor, qui nūc effectus est reus in ista noua instantia tendente ad alium effect. bene poterit probare de suo credito: & ita declarat ibi Bar. in 2. col. *& omnes sequuntur*, quia imputet sibi reus, qui soluit, licèt per errorem, & postea agit, quod non est in casu nostro. Pro clara tamen, & formali intelligentia doctri. Bar. quam alij non declarant, sed simpliciter verba Bar. referunt, vt faciunt Ful. & Ludo. Roma. hic, & D. Abb. Panor. in c. fi. extra eo. aduertendū est, & cognosces in quo Ludo. Rom. errauit. nam dicit Bart. & bene, quando nullus terminus est statutus à iudice partibus ad probandum, an debeat sequi sententia absolutoria solùm ab obseruatione iudicij, an verò reus debeat absolui diffinitiuè à causa, dicit Barto. ꝙ si terminus sit præfixus à l. iurisdictioni iudicis, vel instantiæ causæ, prout est de iure communi, secundum ꝙ causæ ordinariæ habent instantiam triennalem, iuxta. l. properandum. in prin. & tunc, si infra talem terminum actor nihil probauerit, dicitur nihil actitatum, & reus potest solùm absolui ab obseruatione iudicij, sed si terminus sit præfixus ab homine, puta à partib. iurisdictioni iudicis, vel notioni arbitri, tunc talis terminus non solùm quo ad iudicem, sed etiā quo ad partes habet vim termini peremptorij assignati ad probandum, & ideo si actor intra illum terminum nihil probauerit, est perinde ac si nihil probasset intra terminum peremptoriū sibi assignatum à iudice ad probandum, & ideo tali casu reus debet absolui diffinitiuè à causa. Ego autē sic intelligo, ꝙ reus dicatur absolui diffinitiuè à causa: nam si iudex diceret, ego absoluo reum, quia nihil fuit probatum, istud non esset absoluere diffinitiuè à causa, sed absoluere diffinitiuè à causa est, quando iudex diffinit, & pronunciat circa merita causę, vt quia dicit, ego absoluo reum, & pronuncio eum nihil debere, quia nihil fuit probatum in termino præfixo, istud ego intelligo ꝙ sit absoluere diffinitiuè à causa. Ratio, quia ista sententia diffinit negotium principale, an quis sit debitor, vel non, & qa talis sententia tangit negotium principale, certè tollit naturalem obligationem, & elidit ciuilem, vt habetur in d. l. Iulia. verum debitorem, & ideo si non appelletur à tali sententia, & transeat in rem iudica. actor non pōt amplius agere de nouo, quia non habet ius agendi. Sed quando reus solùm absoluitur ab obseruatione iudicij, & sic sententia solùm tangit instantiā causæ sed non merita, quia talis sententia non tollit nec naturalem, nec ciuilem elidit, illa censetur sñia interlocutoria, quia non diffinit merita causæ principalis, & ideo ea non obst. potest actor quandocunq; agere, dummodo expēsas litis soluat, ita etiam voluit glo. in d. l. properandum. §. & si quidem, in verbo iudicij. & sic vides, ꝙ magna est differentia, an reus absoluatur diffinitiuè à causa, an absoluatur solùm ab obseruatione iudicij, & in hoc inaduertenter errauit Ludo. Roma. Vnde in proposito nostro ad confirm. prædictorum quærit optimè Bar. in l. Titia. in 1. col. & 2. q. ff. de accus. an sententia absolutoria ab obseruatione iudicij sit interlocutoria, vel diffinitiua, quia si est diffinitiua, debet ferri in scriptis cum debitis solennitatibus, vt l. 1. & 2. C. de sent. & interlo. om. iud. & ibi determinat Bar. in effectu, qui dicit, ꝙ si talis sententia absolutoria solùm tangit instantiam causæ, & nihil de meritis causæ principalis, tunc dicitur sententia interlocutoria. Et ideo si reus simpliciter absoluatur ab instantia, & sic ab obseruatione iudicij, quia nihil fit ꝓbatum, certè hic nihil diffinitur de debito principali, ista dicitur sententia interlocutoria. Sed si talis sententia absolutoria tangat merita causæ principalis, quia iudex dicat, absoluo reum, quia non est debitor, cùm nō sit probatum, ista sententia tangit debitum principale, & illud diffinit, tunc ista dicitur sententia diffinitiua, & vide quæ ibi ponit Bar. in seq. q. Et nunc intelligis, quid sit absoluere simpliciter ab obseruatione iudicij, & quid sit absoluere diffinitiuè à causa, qui sit effectus, quia primo casu est sententia interlocut. & non transit in rē iudica. scdo casu est diffinitiua, & transit in rem iudica. Et vide vltra prædicta gl. no. in cle. fi. in gl. 2. in fi. & ibi Pet. de Anch. & alios, de appel. & gl. in clem. 1. in ver. diffinitiua. de seq. poss. & fruc. Ang. & Imo. in l. 5. in prin. vbi plenè per eos. ff. de verb. obl. Io. And. in c. peruenit. el 2. de appel. & Ioan. Fab. aliquid in §. fin. Insti. de perpetuis, & temp. act. & sic modo videtis, ꝙ ista impugnatio Ludo. Roma. est falsa, quia errat in fundamentis. Adde ꝙ dom. Anto. de Alexandria insignis Doctor Partheno peius, seu Neapolitanus in l. qui accusare. in pen. colum. C. de eden. reprobat istam doctri. Bar. inquantum Bar. vult, ꝙ si datus est terminus ab homine iurisdictioni iudicis, quo casu talis terminus habet vim termini dati ad probandum, quo elapso, si actor nihil probauerit, iudex debet absoluere reum diffinitiuè, istud secundum eum sustineri non potest tali fundamento à partibus sufficienter enumeratis. Nam intra terminum, hoc est, dum pendet istud tempus, iudex non potest diffinitiuè pronunciare tanquam pendens ad probandum. l. siue pars. C. de dilat. post terminum verò elapsum minus poterit iudicare iudex delegatus, vel ordinarius, quia expirata, & extincta est iurisdictio iudicis, vel delegati, vel arbitri. l. cum non eo die. C. quando prouoca. non est necess. & hoc dicit esse notandum, quia non tangitur per alios. Sed tu aduerte, ꝙ ex supra scriptis habes solutionem ad hoc, quia imò iudex vltima die istius termini poterit, & debebit pronunciare diffinitiuè, cùm talis terminus habeat vim peremptorij termini, non solùm ad probandum, vt dicit Barto. hic, sed etiam habet vim termini peremptorij ad audiendum sententiam, vt signanter dicit Bald. in d. Auth. ei, qui. & supra feci mentionem, ergo vltima die termini poterit absoluere reū diffinitiuè, & sic remanet argu. euacuatum. Item adde, quòd dom. Abb. Panor. in c. fi. in ver. sanè. in 2. colum. & sequent. extra eo. refert formaliter istam doctri. Barto. & dicit, ꝙ inquantum vult Barto. quòd quando iurisdictioni iudicis, vel notioni arbitri, seu instantiæ causæ est assignatus terminus à partibus, vt tota die fit in compromissis, ꝙ talis terminus etiam quo ad partes habet vim termini peremptorij ad proban. ita quod eo elapso si actor nihil probauerit, debet reus absolui diffinitiuè à causa. dicit ipse, quòd hoc vltimum est valdè singul. sed quòd debet necessariò restringi duobus modis. Primò respectu arbitrorū, data absentia partium: nā non posset arbiter pronunciare absentib. partib. nisi ista potestas fuisset sibi expressè à partibus collata. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. ff. de arbi. sed bene committitur pœna compromissi, vt ibi. & l. 2. vbi Barto. C. de arbit. Item deberet restringi doctri. Bar. quando lis esset contestata à partibus, vel habita pro contestata, aliàs non valeret sententia diffinitiuè lata non præcedente litis contest. maximè in iudice delegato. toto titu. extra vt lite non ꝯtest. l. fi. §. illud. C. de temp. appel. & sic secundum eum talis terminus assignatus ab homine operatur solū quo ad partes, vt habeat vim termini peremptorij dati ad probandum, non autem supplet alias solennitates à iure requisitas. Adde, quòd illud quod dicit de lite cōtest. est benè dictum, & ita etiam declarat Pau. de Cast. hic in 13. colum. & s̄. plenius retuli eum referendo, sed dum subdit idem Dom. Abb. quòd assignatio talis termini facta ab homine operatur solùm quo ad terminum peremptorium ad probandum, sed non quo ad alias solennitates. Dic quòd imò etiam operatur ad peremptorium terminum ad audiendum sententiam, qui est de solennitatibus necessariò requisitis in iudicio, vt supra opportunè retuli, secundum Bald. in d. Authen. ei, qui. Ex istis habes defensatam, & declaratam istam solennem doctri. Barto. ab omnibus contradicentium spinis expurgatam, cui etiam adde Do. Barth. Veronen. eam tenentem, & deducentem ad practicam in cautela. 83. quæ incipit, sæpè contingit. Vltimò (vt nihil omittatur) circa istum primum casum glo. quòd actore nihil probante reus absoluendus est etiam sine iuramento, adde text. in c. 1. vt eccle. benefi. sine dimi. confe. & ibi vide gl. magistram in verbo, non probante. ponentem plures fallentias ad hāc regulam, in quibus etiam actore nihil probante, tamen reus non venit absoluendus. Alias fallentias habes in d. l. qūi accusare. C. de eden. non refero hic, quia non est principaliter de materia l. nostræ.

81 ¶ † Condescendo nunc ad secundum casum principalem glo. quando actor plenè probauit intentionem suam, & tunc reus debet condemnari. Adde tu, quòd ista conclusio ꝓcedit etiam sit actor, cui defertur iuramentum à reo in iudicio, nollet aliter iurare, post quam plenè probauit, in tantum quòd non valeret consuetudo disponens, quod postquam actor plenè probauit intentionem suam, quòd etiam teneatur

82 iurare. text. est solennis, & singul. in cap. 2. de proba. † Ex quo text. habes notare, non valere consuetudinem, à pari ratione nec statutum, per quam cōsuetudinem plenę probationi actoris adijceretur probatio per iuramentum eiusdem actoris. dicit d. Pau. de Cast. hic in 3. colum. in princip. quòd Venetijs nō seruatur dispositio illius tex. imò seruatur illa consuetudo, quę

83 satis videtur facta ad refrenandas malitias hominum. † Et per illum singul. text. d. c. 2. dicit Ludo. Roma. in vlt. colum. se his diebus in quæst. de facto consuluisse in ciuitate Vincentię, vbi adest statutum, quòd probatio per acta causæ non sufficiat, nisi etiam producens faciat fidem proprio iuramento, dicit Ludoui. Roma. se consuluisse, & bene per d. c. 2. ꝙ tale statutum nihil valuit, quia acta causæ inducunt probationem etiam notoriam, c. cum olim. de verb. sign. c. fi. de cohab. cle. & mulie. Innoc. in c. per tuas. de testib. & in c. ex insinuatione. de appel. quando publicata sunt, & non aliter. l. gesta. C. de re iud. & quādo cōclusum est in causa, & non aliter, gl. est sing. licèt vulgata in

in c.ſignificauerunt.de teſti.ergo conſequens ſit, quòd tale ſta-
tutum nihil valeat per d.c.2.tanquam probationi plenæ, & no
toriæ inductæ ex actis addat aliam probationem per propriũ
iuramentum.Item adde,ꝙ per illum tex.in d.c.2.quem Bal.ibi
merito dicit eſſe ſingularem, & in vltimis verbis atteſtatur,ꝙ
non eſt tex.in iure magis ponderosè loquens illo,decidit ibi ſin
gul.Bal.in 3.col.duo ſolenniter ſignanda, de quibus, (quod eſt
84 mirum,) nullus Cano.facit mentionem.† Primum enim eſt,
quòd iuramentum calumniæ non præſtitum in conteſt. litis,
debet præſtari poſtea in quacunq; parte iudicij exigatur, aliàs
nolens iurare habetur pro confeſſo,& quod quandocunq; præ
ſtari debeat.tex.eſt in c.1.de iura.calum.in 6. glo.no.in c.ex lite
ris.de iureiur.Bal.in l.1.in vlt.colum. & in l. 2. §.ſed quia vere-
mur.C.de iura.calum.Hoc limitatur ſingulariter per d.c.2.niſi
actor iam plenè probaſſet intentionem ſuam,quia ſi poſtea ab
eo exigatur iuram.calu.poteſt illud recuſare licitè,nec habebi-
tur pro confeſſo,caſum dicit eſſe Bald.ibi, & non reperiri alibi
ſic expreſsè,quod multum not.quia Bal.ſolenniter extendit d.
cap.2.loquens in iuramento veritatis,quod neceſſariò non eſt
præſtandum poſt plenam probationem, vt etiam habeat lo-
cum in iuramento calumniæ,quamuis illud facilius pręſtetur.
Secundò decidit ibi Bal.per illum tex. ſtante ſtatuto in ciuita-
te, quòd reus requiſitus ad ſubeundum tormenta,ſi non com-
paret,habeatur pro confeſſo & conuicto, debet intelligi tale
ſtatutum,niſi per prius de innocentia ſua perfectè probauerit,
quod multum no.Item ad d.c.2.adde,quod not.dicit Do.de S.
Gem.in c.1.in 1.col.in ver.no.ꝯſuetudinem valere,de iura.ca
lum.in 6.vbi per illum tex.not.quod quamuis non valeat con-
ſuetudo,vel ſtatutum, per quod plenę probationi ſuperaddi-
tur alia probatio,etiam per iuramentum, illud eſt verum,quã
do prima probatio eſſet plena, & perfecta, ſecus ſi non plena,
puta per iuramentum, tunc illi poſſet addi alia probatio per il
85 tum tex.† Iuxta iſtum caſum glo.Barto. hic per duas colu.latè
proſequitur,declarando,an & quando dicatur plenè probatũ,
& cum eo alij omnes ſimpliciter tranſeunt, & aliud non ad-
dunt.Et dicit Pau. de Caſt. in 14. colum. quod iſta doctri. eſt
pulchra,& quòd Barto. eam ex ſuo capite adinuenit. Tu vltra
alios diligenter pondera,quod Bart. ſubtiliter inſpicienti in iſta
doctri. vnum vult nunquam tradendum obliuioni, quod eſt
ſummè neceſſarium in præſenti materia,& iſtud vult in 5.col.
in verſi.poſt dubitationem autem poteſt incipere, &c.& aper-
tius in ver.immediatè ſequenti, qui incipit, poſt iſtam autem
ſuſpicionem, &c. quod iuramentum in ſupplementum pro-
bationis non tantum venit deferendum, vbi ſemiplenè proba-
tum,ſed etiam vbicunque actor habet ſolùm pro ſe præſum-
ptiones,vel aliquas coniecturas, per quas iudex inducitur ad
ſuſpicionem,vel ad opi.dicit enim ibi formaliter Bart. vt eum
inuenias,& in iſtis duabus cauſis dubijs ſcilicet quando iudex
reductus eſt ad ſuſpicionem,vel opi.loquitur hic, & ſic habet
locum iſta lex,& ita inuenio egregiè ponderaſſe d. Alex.Imo.
in conſi.53.quod incip.in cauſa vertente inter Michaelem, in
vult.col.lib.1.Iſte eſt pulcher,& neceſſarius paſſus, & non tan-
gitur per Doct.hic,aut in neceſſarijs locis.Adde glo.not.in cap.
tam literis.in glo.2.in verbo prolata,de teſt.quæ no. dicit,quod
a in cauſa criminali etiam ciuiliter mota propter ſolam præ-
ſumptionem non eſt deferendum iuramentum in ſupplemẽ-
tum,ſed in cauſis ciuilibus, ſi quis habeat vnam præſumptio-
nem pro ſe,conſiderata cauſa,& perſona,debet ſibi deferri iu-
ramentum in ſupplementum probationis. Facit quod vult
Bal.poſt Iaco.de Aret.in l.ſi fundum,ad fin. C. de rei vend.vbi
formaliter inquit,quod ſi iudex habet probabiles coniecturas,
debet deferre iuramentum in ſupplementum probationis, al-
leg.no.per Gul.de Cun.in l.ſi duo patroni.in prin.ſ.co & quod
ex ſolis coniecturis deferatur iuramentum iſtud in ſupplemẽ-
tum probationis,colligitur ex c.1.& ibi no.Bald. de controuer.
inter me,&,dom.in vſib.feud. Adde etiam,quòd ſolus Ludou.
Roma.hic in 23.col.quamuis de Bart. & prædictis nullam fa-
ciat mentionem,ſic diſtinguit in hoc pulchro, & notabili paſ-
ſu. Aut loquimur in cauſis ciuilibus,& tunc ſi quis habeat pro
ſe ſolùm præſumptionem leuem, ex ea non defertur iſtud iu-
ramentum in ſupplementum probationis. glo. eſt in l.3.§.1.ff.
de mino.& glo.in l.non eſt veriſimile.in prin.ff.quod met. cau-
ſa.Sed ſi aliquis habet pro ſe bonam & vehementem præſum-
ptionem,quod quando ſit,relinquitur arbitrio iudicis,tunc be
ne ſibi debet deferri iuramentum in ſupplementum probatio
nis,per glo.in d.c.tam literis.Si autem ſumus in cauſis crimi-
nalibus,tunc quia in eis requiruntur probationes luce meridia
na clariores l.ſciant cuncti. C. de proba. clarum eſt, quòd non
habet locum iſtud iuramentum in ſupplementum probatio-
* nis,ſm glo.Bart.& *& communiter Doct* in l.3.§.1.ſ. eo. in l.mari-
tus.ff.de quæſtio.Sed ſi cauſæ criminales ſint ciuiliter intentatę
ad priuatum intereſſe, iuxta.l. pen. ff. de furt. tunc teneo cum
Ludo.Roma.quòd propter bonam & vehemẽtem præſump.
arbitrio iudicis relinquendam,deferendum eſt iuramentum in
ſupplementum probationis, & in hoc reprehendit gl. contra-
rium tenentem in d.c.tam literis. Si autem ſumus in cauſis fa
moſis, tunc quamuis habeat bonam,& vehementem præſum
ptionem pro ſe, niſi alijs adminiculis confirmetur, non defer-
tur iuramentum in ſupplementum proba.tex. eſt rotundus in
c.fi.extra eo.ita in hac veriſimili,& colorata diſt.reſidet Ludo.
Roma.hic.Adde,ꝙ d.Abb. Panor. in c. fi.in ver. ſanè.extra.eo.
in 3.col.in ver.tertiò quæro nũquid ſemper,&c.nullam de prę
dictis mentionem faciens,quærit nunquid aliquo dato gradu
probationis ſemper ſit deferendum iuramentum in ſupple-
mentum probationis,& dicit quòd ſic, cauſa cognita, per l.in
bonæ fidei.C.eod.Poſſet enim ſm eum eſſe ita leuiſſimum in-
dicium, quòd non deferretur,& propter hoc tex.in d.c.fi.dicit,
poteſt iudex.Dicit tamen eſſe aduertendum, (& hic eſt pun-
ctus) quòd ſi præſumptio pro actore non faciat ſemiplenam
probationem,ex ea non eſt deferendum iuramentum in ſup-
plementum probationis.Ratio eſt,quia ſi prima non eſt ſemi-
plena, quomodo poteſt ſuppleri per iuramentum neceſſariũ,
vt plenam faciat, ſed bene tunc, quando præſumptio eſt mi-
nus ſemiplena probatione,ſi iudici videbitur, poteſt bene de-
ferri reo,contra quem eſt præſumptio, iuramentum purgatio
nis.d.c.fi.& c.tam literis. Adde etiam,quòd Ang.in d. §.ſi verò
vſusfructus,ad fi.in Auth.de nupt.dicit formaliter vnum ſcien
dum eſſe,quod nec actori,nec reo debet deferri ſacramentum
in ſupplementum probationis ex indicijs,ſed ex ſemiplenis p-
bationibus,vt dicit not.glo.in l.3.§.fin. ff. de mino. ſunt autem
ſm eum ſemiplenę probationes pluſquam indicia, vt l. cum
probatio,cum gl.ff.de proba. Item, quod iuramentum in ſup
plementum probationis nunquam defertur ei,qui minus quã
ſemiplene probauit,tenet ipſemet d.Alex.ſibi contrarius hic in
diſcurſu in 26.col.per glo.d.l.3.§.1. in ver.ſi leuior. ff.de mino.
Ex iſtis apparet,quod paſſus iſte neceſſarius nõ eſt ſine dubio,
86 & non tangitur à Docto.niſi incidenter.† Quid tenendum?Pu
to,quòd propter leuem præſumptionem nunquam defertur
iſtud iuramentum in ſupplementum probationis, glo. eſt de
* hoc not.in d.l.3.§.1.ſuper verbo, ſi leuior. ff. de mino. *& in hoc
omnes concordant*,vt proximè retuli.Si autem quis habeat pro ſe
vehementem præſumptionem,puto quod iſtud iuramentum
in ſupplementum deferri debeat. Intelligo autem leuem præ-
ſumptionem,quando eſt minus ſemiplena probatione:quan-
do autem inducit ſaltem ſemiplenam proba. puto quod tunc
ſit vehemens præſumptio.Et ſic concludo,quòd nunquam ex
præſumptionibus vel coniecturis defertur iſtud iuramentum
in ſupplementum probationis,niſi ſint tales,quæ faciant ſemi-
plenam probationem,quia aliàs quando præſumptio eſſet mi-
nus ſemiplena probatione,non poſſet ſuppleri vt plenam face
ret,ad hoc ego expreſsè pondero ipſummet Bar hic in penult.
colum.in ver.his præmiſſis,&c.vbi dicit Bar.formaliter, quòd
ſi actor, vel reus habet tantum pro ſe, ꝙ faciat ſuſpicionem,
non autem præſumptionem, vel ſemiplenam probationem,
nunquam defertur iuramentum in ſupplementum probatio-
nis.Ratio eſt ſecundum Bald.quia tunc iuramentum non ſup-
pleret,ſed bene deferretur tali caſu iuramentum purgationis
illi,contra quem militat illa præſumptio. d. c. fi. Subdit poſteà
Barto. (& iſtud eſt,quod pondero) ꝙ ſi actor haberet pro ſe ſe-
miplenam probationem, hoc eſt tantum ꝙ iudicem inducat
ad opi.& reliqua Pondero multum iſta verba. ſecundum quæ
debet declarari Barto in 5.colum.quem ſuperius declaraui, vt
ibi,dixit Barto.ꝙ ſi actor habeat pro ſe coniecturas,per quas iu
dex inducatur ad opin. quia intelligit, vt ipſemet declarat in il
la 5.colum.ꝙ talis opin.debet cauſari ex ſemiplena probatio-
ne.Idem,& clarius pondero velle ipſum Bar. in 6. col.ad fin. in
ver.videnda ſunt ergo exempla prædictorum, vbi formaliter
ſic inquit,videnda ſunt iſta, quæ faciunt iſtam opin. vel iſtam
ſuſpicionem, quam glo. noſtri appellant ſemiplenam proba-
tionem,& ſic ipſemet Barto. in 6. colum.declarat iſtud, quod
dixerat in 5.colum.quomodo intelligatur ſuſpicio,vel opinio,
ex qua iudex poſſet deferre hoc iuramentum, & vult ꝙ ſit ſe-
miplena probatio.Quæ ergo ſint illa,quæ faciunt ſemiplenam
probationem, dicam nunc plenè in tertio caſu gloſſ. quem
ingredior.

A D D I T I O.

a ¶In cauſa criminali.Adde Card.in c.tuæ.de procurato.
* Et dic quòd in criminalibus non defertur,ſecundum communem per Dec.
conſi.37.fallit tamen,vt in caſu, de quo per eundem Dec. in c. 1.col.pen.de
appel.priorem autem communem ſequitur Soc.conſi.136.colu.2.& 3.lib.1.
conſi.155.col.2.lib.2.De quo plura no.Iaſ.in l.ait prætor.1.reſponſ.num.18.
ſupra eod.tit.Dec.conſi.615.nu.9.Alex.conſi.66.col.1.lib.1. MASVER.

ingredior. Tertius principalis casus glo. est, quando semiplenè
probatum est, isto casu propriè habet locum ista lex, scilicet, ꝙ
iuramentum in supplementum probationis deferatur. Videnda ergo sunt illa, quæ inducunt semiplenam probationem, vt
sic cognoscamus, quādo huic iuramento sit locus. gl. hic, & in
l. in bonæ fidei. C. eo. ponit 4. casus. Primum exemplum est in
a domestica, seu priuata [a] scriptura, prout etiam tenuit glo. in l.
2. C. de fid. instr. & in l. 1. §. eiusdem quoq; principis. ff. de testi. d.
Azo. & Hostien. vterq; in sua summa prout hic refert Barto.
idem tenet Ioan. And. in d. c. fi. extra eo. aliter tenuit Specu. in
titu. de instr edi. §. nunc dicendum, circa medium, quem reprehendunt Petr. & Cyn. in l. in bonæ fidei, per duo fundamenta,
de quibus hic per Bart. Et propterea gl. in §. si vero quisquam,
in verbo interuenerit, in Auth. de instr. ca. & fide. limitat gl. nostram, vt intelligatur de priuata scriptura alterius tertij, quàm
87 producentis. † Pro plena intelligentia huius passus aduertendū
est s'm Bart. & Docto. hic, & Barto. & omnes in l. nuda ratio. ff.
de dona. ꝙ priuatæ scripturæ tres sunt species. Quædam dicitur apocha, & in vulgari dicitur apodissa, de qua loqtur l. plures apochis. C. de fid. instr. & in Auth. si quis vult cautè deponere. C. qui pot. in pign. hab. Quædam est liber rationum, quem
88 vnusquisq; sibi conficit. Quædam, & tertia est epistola. ¶† Cir-
b ca primam speciem priuatæ scripturæ, videlicet apocham, [b]
Bar. ponit doctri. quam etiam formaliter ponit hic Alb. de verbo ad verbum in 2. colum. Tu attende, vt hanc doctr. bene explices, ꝙ in ea sunt quinque casus principales, in tribus primis
apocha facit plenam probationem, in quarto facit semiplenā
proba. in quinto facit qualemqualem fidem. Primus casus indubitatus est, quando ille, contra quem Apocha priuata producitur, confitetur eam scriptam sua manu propria. l. publia, in
fin. ff. depositi, & tunc planum est, ꝙ plenam probationem facit. Secundus casus est, quando apocha habet subscriptionem
partium, & testium simul, & est à testibus approbata l. scripturas. C. qui pot in pign. hab. Tertius casus est, quando apocha
habet subscriptionem testium, vel præsentiam testium, qui
viderunt eam scribi, tunc si approbatur per testes, & comparationem literarum, plenam fidem facit. Auth. & si contractus.
C. de fide instr. istis tribus casibus apocha plenam fidem facit.
Quartus casus est, quando apocha approbatur per testes tantum de per se vel per solam comparationem literarum, tunc
tantum semiplenam probationem facit. §. & quia igitur. in Authen. de instr. cau. & fide, & ideo glo. hic posuit vt duas species
separatas, scilicet priuatam scripturam, & comparationem literarum, licèt olim sola comparatio literarum plenam fidem faceret. l. comparationes. C. de fid. instr. Subdit tamen Bar. ꝙ tanta posset esse vis comparationis literarum, ꝙ sola comparatio
plenam fidem faceret, quia si comparatio literarum contradicat dictis testium, potest iudex stare soli comparationi contra
testes. §. si verò aliquid. in Auth. de instr. cau. & fide, quanto magis poterit iudex stare cōparationi, quæ non habet ꝯtradictionem testium? Quintus, & vltimus casus est, quando producitur
priuata apocha nullo adiutorio suffulta, nec subscriptione
partium, nec testium, nec comparatione literarum, tunc aliquam præsumptionem inducit, non tamen semiplenam probationem. glo. in §. si tamen quisquam. in Auth. de instr. cau. &
fi. & comprobat Barto. duabus rationibus, de quibus hic per
eum, & cum tota doctri. Barto. transit simpliciter Raph. Fulg.
in mea lect. quamuis d. Alex. eum aliter referat. Tu attende diligenter, inquantum Barto. in secundo, & tertio casu constituit
differentiam, an priuata apocha habeat subscriptionem partium, & testium, an solam præsentiam testium sine subscript.
quia testes dicunt ꝙ viderunt partes scribere apocham, & tūc
si talis scriptura confirmetur comparatione literarum, facit
plenam fidem, aliàs dictum testium non plenè, sed semiplenè
probat, idem probat Barto. in d. l. nuda ratio, & in Authen. & si
contractus. C. de fid. instru. sequuntur do. Anto. de But. & Abb.
Panor. in c. 2. de fid. instr. In hac differentia in primis non bene
dicit Bar. quia si testes viderent debitorem scribere apocham
priuatam manu propria, non requirit alia ipsius debitoris subscriptio. l. cum antiquitas. §. cum autem, & ibi ad hoc no. Cyn.
& Bald. in vlt. not. & d. Pau. & alij Moder. C. de test. Idem not.
Bar. (sub dubio fortè) in l. cum tabernam. §. idem quæsijt. in 2.
no. & ibi clarè Ang. & Saly. ff. de pigno. Item mirum videtur illud, quod vult Barto. in 3. & 4. casu, quod quando testes deponunt, ꝙ fuerunt præsentes, & ꝙ viderunt partes scribere apocham, & ꝙ eam recognoscant, ꝙ talibus testibus plenè non credatur, nisi simul concurrat comparatio, & similitudo literarum, cùm tamen habeamus, ꝙ testes soli ita plenè probent, sicuti instrumenta. l. in exercendis. C. de fid. instru. Ad istud respōdet Barto. non hic, sed in d. Auth. & si contractus, in 2. oppo. &
ante eum Iac. de Butr. ꝙ ex quo tales testes non deponunt immediatè de debito, vel contractu, quia si deponerent, plenè
probarent, sed solùm deponunt de scriptura, ꝙ talis apocha
fuit scripta, vel subscripta manu debitoris, & quia in hoc possunt de facili errare, ideo requiritur cōparatio literarum, aliàs
soli testes non plenè probant, ita etiam not. respondet Bald. in
Auth. sed nouo iure. in pen. col. C. si cer. pet. & d. Abbas Pan. in
d. c. 2. in 2. colu. in fi. & seq. de fid. instru. Sed ista responsio non
est bona, & per consequens decisio Barto. falsa. nam si tres testes, prout requiruntur in apocha, iuxta Authen. si quis vult
cautè deponere, & in corpore vnde sumitur. C. qui pot. in pig.
hab. & rationem quare testes tres requirantur, declarat Bart. in
d. l. scripturas. in primo no. & d. Abb. Panor. in d. c. 2. si tales tres
testes deponant, ꝙ fuerunt præsentes, & viderunt partes propria manu scribere, vel subscribere talem apocham, vel viderunt, & audierunt partes mandare tertio, qui illam scriberet, &
scripsit præsentib. partibus, & testibus, & ꝙ de hoc bene recordantur, & recognoscunt ipsam apocham, certè cùm deponant per sensum appropriatum tali actui, debent plenè probare, absq; alio adminiculo comparationis literarum, per regulā
l. vbi numerus. ff. de testi & per notata in c. cùm causam, quæ
inter Archiepiscopum. de testi. nec tali casu dicuntur testes tales errare, aut decipi, licèt bene possent decipi, si solùm redderent causam quare cognoscūt literam, & ad hoc confirmand.
bene facit tex. in §. si verò aliquid tale. in Auth. de instru. cau. &
fide. iuncto eo, quod habetur in princ. illius Auth. vbi dicitur,
ꝙ si testes deponant se vidisse partes scribere, vel subscribere, &
postea comparatio literarum producta per eum, cōtra quem
scriptura priuata producta est, contradicat dicto testium, tamen quia testes deponunt de veritate, scilicet se vidisse scribere, statur dicto testium, non obstante, ꝙ comparatio contradicat, quanto magis standum est dicto testium, quando compa-
89 ratio literarum non contradicit? † Est bene verum, ꝙ sola cōparatio literarum non plenè probat fidem apochę, nisi testibus iuuetur, sed si incipiat à testibus, non est opus comparatione, & ita reprehendit Barto. Ioan. de Imo. in d. l. nuda ratio. in
2. colum. & dicit, ꝙ ita est expressè de mente Iaco. de Aret. &
Cyn. in l. comparationes, in vlt. q. C. de fid. instru. & ita per hæc
fundamenta, quæ sibi ascribit tacito auctore Ludo. Roma. in
d. l. nuda ratio. in vlt. colum. & per eadem fundamenta contra
Barto. tenet Ioan. de Imo. in c. 2. in 4. colum. de fid. instru. & in
c. fi. in 3. colum. eod. tit. de iureiuran. & contra Bart. tenet etiam
Ludo. Rom. hic. in 20. colum. & seq. & d. Alex. Imo. in 23. colu.
& seq. contra Barto. etiam tenent Host. & Ioan. And. in d. c. 2. de
fid. instru. & ita teneas per fundamenta superius facta, & quia
ll. allegatæ per Bar. non probant, nam inquantum Bar. in 2. casu principali, scilicet quando apocha priuata habet simul, &
semel subscriptionem partium, & testium, & etiam est à testibus approbata, allegat ad hoc l. scripturas. C. qui pot in pigno.
hab. caue, quia illa lex loquitur etiam quando priuata scriptura non habet testium subscriptionem. Item inquantum Barto.
allegat illam l. ad illud propositum, quando scriptura priuata
confirmatur comparatione literarum, minus allegat, quia in
illa l. scripturas, de comparatione literarum verbum nullum
facit, secundum d. Abb. Pano. in d. c. 2. in 3. colum. de fid instru.
Imo. in d. l. nuda ratio. in 2. colum. & contra Barto. tenet, etiam
d. Fran. de Aret. in consi. 64 incip. diligenter, & maturè. tn̄ cum
Barto. ꝙ sola depositio testium sine literarum comparatione,
nō faciat plenam fidem, sed semiplenam probationem, tenet
Ang. hic, & in l. comparationes. C. de fid. instru. Bal. in Authen.
sed nouo iure. C. si cert. pet. Iac. de Bel. in §. sed & si quis, & in §.
fin. in Auth. de instru. cau. & fid. & habes glo. ordi. idem tenentem in §. si quis igitur. in verb. faciamus. in Auth de instr. cau.
* & fi. *Opi. præcedens verior est, & communior*, vt prædixi. Pro opi. Bart.
adde, quod tenet ipsemet d. Alex. sibi contrarius in consil. 322.
inci. in causa, & lite vertente coram arbitris lib. 2. Item inquātum Bar. in 4. casu vult, ꝙ tāta posset esse vis comparationis, ꝙ
sola

ADDITIONES.

a ¶ Seu priuata scrip. Adde Bar. in l. nuda ratio. ff. de dona. Anto. de But. & Abb. in c. 2. de fid. instru. Alex. de Imo. in consi. 181. inci. in causa, & lite vertente coram arbi. in 2. vol.

b ¶ Apocham. Adde Abb. consi. 37. incip. circa primum dubium. in vlt. colu. in 2. volum.

* Et vide quæ scribit Nat. consi. 287. Bar. in l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. nume. 2. de verb. obl. Afflict. Decis. 104. 181. & quid de apocha scripta, & subscripta per tertium de voluntate alterius, vide Aym. consi. 73. nu. 1. & quomodo differant apocha, antapocha, & chiragraphum, vide Dec. in Rubrica C. de apoch. pub. gl. in l. plures apochis. C. de fide instru. & quod possit iudex cōpellere partem ad recognoscendum, & responden. an apocha sit eius manu scripta; not. Dec. in c. 1. nu. 25. de fid. instru. Cur. hic. nu. 37. Dec. in ca. 1. 1. lect. 4. not. & 2. lect. col. 3. de iud. Rom. consi. 373. in prin. MASVER.

ſola literarum comparatio plenam fidem faceret, quod pro-
bat,quia quando teſtes contradicunt comparationi literarum,
poſſet eſſe tanta vis comparationis,ꝙ iudex poteſt ſtare,& ple
nè credere ſoli comparationi contra teſtes,d.§. ſi verò aliquid,
quanto magis vbi non eſt contradictio teſtium, poteſt iudex
credere plenè ſoli literarum comparationi? Adde,ꝙ iſtud idẽ
per d.§.ſi verò aliquid.tenet d.Anto.de But.in d.c.2.de fid.inſtr.
& idem dom.Abb.Panor.in 3.colum.in fin.& ſeq.Adde,quòd
tex.in d.§.ſi verò aliquid.non probat illud,quod dicit Bar.nam
tex.ille bene dicit, ꝙ quando comparatio literarum contradi-
cit dictis teſtium, & ſic dicta teſtium contrariantur compara-
tioni,poteſt eſſe tanta diſſimilitudo literarum,ꝙ iudex nõ po-
terit credere teſtibus,per hoc non dicit text. ꝙ iudex poſſit ſoli
comparationi literarum credere, ſed bene poteſt non credere
teſtibus, & ita reprobat Io.de Imo.in d.c.2.in 5.colum.in fin.&
ſeq.cuius reprobationem ſibi aſcribit d. Alex.hic in 24.colum.
contrarium etiam tenet Sal.hic.Vlt.inquantum vult Barto.in
vlt.caſu,ꝙ ſi priuata ſchedula ſicut apocha nullo adminiculo
ſit ſuffulta,neq; teſtium,neq; comparationis literarum, ꝙ tũc
non facit ſemiplenam probationem,ſed facit aliquã præſum-
ptionem,quia non de facili quis præſumitur feciſſe falſam apo
cham timore pœnæ,cum Bar.tenent Raph.Ful. & Pau.de Caſt.
& d.Alex.hic.Contrarium de directo,ꝙ imò ſemiplenam pro
bationem faciat,tenet idem Bart.in d.l.ſcripturas, in fi.& dicit,
ꝙ ſic debet intelligi glo.hic,& in l.in bonæ fidei. C. eod. Idem
videtur tenere d.Anto.de But.in c. fi. extra eo. dum referendo
Bar.hic tenet,ꝙ talis apocha facit tantam præſumptionem, ꝙ
locus ſit delationi huius iuramenti neceſſarij, ergo facit ſemi-
plenam probationẽ,quia aliàs nõ defertur iſtud iuramentũ,vt
ſuperius latè demonſtraui. Teneas præcedentem opin. ꝙ non
faciat ſemiplenam probationem, ſed aliquam præſumptionẽ,
prout etiam tenet Iac.de Bel.in §.ſi quis igitur.in Auth.de inſtr.
cau.& fide.tenent dom.Anto.& Io.de Imo.in d.c.2. & ibi etiã
tenet dom.Abb.Panor.in 3.col.qui ad hoc inducit tex.in d. ca.
2.in fi.dicentem, ꝙ talis ſcriptura priuata non habeat aliquod
robur firmitatis, quod dici non poſſet, ſi ſemiplenam proba-
tionem faceret,quia tunc haberet robur firmitatis.d.c.fi.extra.
eo.Imò fortius videtur velle Ang.hic in 3. colum. ꝙ talis apo-
cha iſto caſu nullam probationem, vel præſumptionem in-
ducat,& ſic nec etiam aliqualem,& optimè probat tex. in d.c.
2.in fi.qui vult,ꝙ non habeat robur aliquod firmitatis, niſi in-
telligas illum tex.quantum ad plenam,vt ſemiplenam proba-
tionem,prout ibi in ſpecie declarat tex.illum d. Anto.de Butr.
90 in 4.colum.† Stat ergo concluſio,ꝙ priuata apocha nullo ad-
miniculo ſuffulta, non facit plenam, nec ſemiplenam proba-
tionẽ.Limita ſingulariter, niſi ſcriptura talis apochæ eſſet an-
tiqua,& de facto antiquo, quia tunc bene facit præſumptio-
nem,ſeu ſemiplenam probationem, quia licèt priuata inſtru-
menta non probent per ſe,tamen cum alijs adminiculis bene
probant.l.exemplo.l.rationes.l.inſtrumenta.C.de proba.& 34.
quæſt.2.ca.ſanè.ita in terminis Io.And. poſt Nico.de Mu.in tit.
de inſtru.edi.in §.nunc dicendum,ſuper ver.quid ſi producens.
refert & ſequitur dom.Anto.in d.c.2.(& alij non faciunt men
tionem) in 4.colum.in ver.tertius caſus, quando ſcriptura nul
lo modo approbatur, &c. quod benè not. Ad iſtud vltimum
bene faciunt multa ſimilia, quæ dicam infra in quæſtione de
fama,an probet, & ibi etiam declarabo, quando quid dicatur
91 antiquum. † Ex prædictis omnibus habes colligere per teip-
ſum quatuor caſus,in quib.apocha priuata plenã probationẽ
facit. Addit d. Pau.de Caſt. in 15. col.quintũ caſum, quando
ſcriptura priuata apochæ negata haberet ſigillum proprium
negantis,per l.2.à contrario ſenſu,& ibi glo.C.de reb.alie. non
alie.poterat allegare Spec.idem tenentem in tit.de proba.§.fin.
in verſi.10.vbi in ſimili tenet Spec.ꝙ ex appoſitione ſigilli pri-
uati mittentis epiſtolam,plena fides epiſtolæ attribuitur, per d.
l.2.Iſte caſus non eſt ſine dubio, & credo ꝙ non ſit verus: Tu
vide plenè vſque ad ſaturitatem Cano.omnes in d. c. 2. de fide
inſtr.& ibi eſt tex.& glo.ſcribit latè Innoc.in c. 1. in 10. colum.
in glo.ſuper verbo literas.de tranſa. & eſt glo. in c.ex literis.de
tranſac.& glo.& ibi Cyn.Bal. & alij in l. pacta nouiſſima. C.de
pact. bene verum eſt,ꝙ ſi ſcriptura priuata haberet ſigillum pu
blicum,& aucto.alicuius Regis,Principis, vel Communitatis,
vel etiam alicuius publici officialis, puta Poteſtatis, tunc be-
ne plenam fidem faceret.ita pulchrè inquit Bal. in rub.C.de fi-
de inſtru. in penult. colum. in ver. ſm ſupplementũ eſt,vbi di-
cit, ꝙ ſcriptura priuata cum authentico ſigillo maiorum ma-
giſtratuum,plenè probat,ſi eorum officium ſit ad hoc inſtitu-
tum, aliàs non, vt ibi not. per eum. Iſtud eſt etiam, quod vult
Anto. de Butr.in d.c.2.in 1.colum.in verſi. ſextus caſus, vbi di-
cit, ꝙ ſcriptura quæ fit à priuato,ſi ſit ſigillata publicis ſigillis,&
ſolitis magiſtratuum gerentium officia publica, plenè probat
ſine alia teſtium ſubſcriptione, ſicut fit in curia Papæ, & offi-
cialium.Regum,vel principum, dummodo talis ſcriptura ſit
de his,quæ ſpectant ad officium ſigillantis.allegat.Io.And.poſt
Nico. de Mut. in addi. Specu.ſuprà proximè relata,& quæ ha-
bentur in c.poſt ceſſionem.de proba. Sic etiam in ſimili dicit
Bart.in l.ſi procu.vbi q̃rit, an literæ mãdati alicuius ꝓcuratoris
probent,& dicit ꝙ ſi ſunt ſigillatæ ſigillo publico, & authẽico
alicuius Comitis,vel alicuius Ducis plenè probant,ſecus ſi ſint
ſigillatæ ſigillo alicuius priuati.Ita etiam in ſimili in epiſtola di
ſtinguitur,an ſit ſigillata ſigillo publico, & authentico, & tunc
plenè probat,ſecus ſi ſit ſigillata ſigillo publico alicuius priua-
ti, ita Bar. & Doct.in l.nuda ratio.ad fin. ff. de dona.& Ludo.
92 Roma.hic in 23.colum.& ita obſeruatur.† De hoc tamen vlti
a mo ſcilicet de literis ſigillatis, [a] an & quando probent, & quan
do non, vltra prædicta vide plenè Cano.& præſertim ibi dom.
Ant.de But.vſq; ad ſaturitatem in d.c.poſt ceſſionem. de prob.
glo.& Bald.poſt antiquos,in l.ſi qua per calumniam. C.de Epi.
& cler.Barto.in l.1.§.ſi quis neget.ff.quemadmod. teſt. aper.&
vnum verbum in l. quæ dotis.ad fi.ff.ſolu.matr. & tex.in tit.de
pace conſtan.ad fi.in verbo ſigillo muniri,& Bald.ibi not. vide
etiam quod pulchrè not.Bald.in l.falſus.ad fi.C.de fur. Spec.in
93 tit.de citatione.ver.literis.† Adde ſextum caſum,in quo priua
ta apocha plenè probat, quando priuata ſcriptura in actis re-
peritur,quia obtinet vim publici inſtrumenti. ita not. Bald.in l.
* prout etiam ibi Bald. & alij *communiter*, tamen dicit ipse, quòd dominus suus tenebat, quòd licèt hodie campsoribus nostri temporis non adhibeatur plena, & integra fides, quæ olim nummularijs: tamen etiam hodie ex totō non repelluntur, sed relinquitur arbitrio iudicis, qui arbitretur considerata qualitate mercatoris, & rerum l. si quis pro redemptione. §. pe. C. de do. l. per hanc. §. pe. C. de erogat. mil. ann. lib. 12. & sequit Bald. in d. l. rationes. & dicit Sal. hoc sibi videri æquum, cùm etiam hodie ad eorum fidem recurratur: & duret in eis modus conficiendi rationes, prout & olim. Specul. in tit. de instru. edit. §. nunc dicendum, in versi. licèt autem instrumenta. tenet quod si nummularius, vel campsor nostri temporis, cuius scriptura non est publica, sed priuata, scripserit se mutuasse tali die centum Titio, præsumitur pro scriptura cum adminiculo vnius testis, vel cum iuramento scribentis, licèt durum videatur, secundum eum, & refert Bartol. hic in 6. colum. in fin. prout in superioribus retulit. Ioan. Andr. in d. addi. magna in 3. colum. vbi refert opin. quorundam, quòd semiplenam probationem facit, vt sit locus iuramento in supplementum, quod dicit non placere Cyn. in d. l. instrumenta, & istud vltimum sequitur simpliciter d. Anto. de Butr. in d. c. 2. in 5. colum. Caue, quia Bald. post Nico. in d. l. rationes. in 1. colum. in versi. reuoco in dubium & c. non dicit de semiplena probatione, sed de aliquali fide. Breuiter puto, quòd liber rationum mercatoris, vel campsoris de iure communi cessante consuetudine, vel statuto non probet pro scribente plenè, nec etiam semiplenam probationem faciat, prout tenet gloss.
* ordinaria. in d. § nummularios. in gl. mag. & ibi Bart. *& alij communiter*, Docto. Alexand. in l. 1. in vlti. colum. C. de eden. & dicit Bald. in rubr. de contro. inuc. in vsib. feud. quòd etiam si essent mille scripturæ priuatæ, non facerent plenam fidem. Puto tamen prout dicit do. Abb. in d. c. 2. in 7. colum. in princip. quòd non esset malum dicere, quòd liber rationum mercatorum pro ipso mercatore viuente qualemqualem fidem faciat, secundum qualitatem scribentis, & causę: quia non est verisimile, quòd viuus mercator debeat librum suum falsificare, maximè pro modica quantitate. c. ad audientiam. de præscrip.
132 Per ista remaneat expeditus secundus casus Bartol. ¶† Circa a tertium casum princip. [a] inquantum Bartol. non hic, sed in d. l. nuda ratio. in pen. colum. in fin. concludit, quòd si liber rationum confectus sit ex necessitate officij de publico iniunctū: puta per gabellarium, vel deputatum ad collectas publicas, quòd plenam fidem facit pro tertio contra alium tertium: eo quia publica auctoritate nititur. adde, quòd idem te-
* net Barto. *& communiter alij* in dict. l. quædam. §. nummularios, in vltim. not. post gloss. ibi, idem Bartol. in Auth. at si contractus. C. de fid. instrum. Caue, quia Bald. in l. Imperator. la 1. in vlt. colum. ff. de sta. hom. tenet, quòd non credatur scripturæ, vel libris massarij communis, nisi notarius se subcribat, per l. 2. C. de conue. fis. debi. libr. 10. vel nisi lex municipalis aliud inducat. l. 1. C. de eman. lib. no. Ioan. And. in capitul. cum P. tabellio. de fid. instru. in nouella. Potes respondere ad dict. l. 2. prout respōdet d. Ale. in dict. §. nūmularios. ꝙ ibi susceptor tributorum erat deputatus solùm ad recipiendum: ad scribendum autem erat deputatus tabellio: quo casu, quando vltra officialem publicū esset deputatus notarius ad scribendū, vel subscriben. clarum esset, quòd tunc soli scripturæ officialis non crede-

ADDITIO.

a ¶Casum principalem. Circa hunc tertium casum vide Alexan. lib. 4. consil. 186. incip. Iuris subiectum. colum. 2. versic. non obstat etiam, & vide eundem libr. 1. consil. 53. PVRPV.

crederetur:& ad hoc vide omnino not.Bal.in l. 2. C.de couue.
ſiſ.deb.libr.10.& diſtinguit Sal.in l.exemplo. C.de prob.in qua
tenet ad propoſitum noſtrum, ꝙ libri, vel ſcripturæ,qñ ſunt
confectæ ab officialib. publicis ad hoc deputatis, ꝙ pro publi-
cis, & ſolennibus habentur. Et ibidem ſubdit ſolenniter quæ-
133 ſtionem facti.† Nam quidam fuit fideiuſ. pro vno, qui con-
duxerat datia publica, iſte fideiuſ. dicebat ſe exactum fuiſſe
à fiſco, & ſoluiſſe vnam magnam quantitatem pecuniæ,& de
hoc producebat vnam ſcripturã publici officialis deputati ad
recipiẽdum tales pecunias publicas, puta theſaurarij,quæ cõ-
tinebat receptionem dictæ quantitatis. Fuit oppoſitum in fa-
cto,ꝙ illa ſcript. publici officialis nõ faciebat plenã fidẽ, qa nõ
erat ſcripta manu publici notarij, prout de iure requiritur,per
d. l. 2. dicit Sali. ꝙ oportuit probare, quòd de conſuetudine
talis ſubſcriptio non requiritur, & hoc dicit multum tenen-
dum menti pro his, qui ſimpliciter ſoluunt bona fide colle-
ctas publicas, & præſtita officialibus publicis, à quibus reci-
piunt ſcripturam confeſſionis de recepto, quia ibi debet inter-
uenire ſubſcriptio notarij publici, vt plenam fidẽ faciat.Certè
iſta ſua deciſio debet intelligi (vt prædixi) quando talis offi-
cialis publicus eſſet ſolùm deputatus ad recipiendum: alij au-
tem eſſent deputati ad ſcribendum rationes communitatis,
aliàs ſola ſcriptura ſolius officialis publici plenè probaret, vt
prædixi,pro tertio. Item inquantum Bartol.hic, & not.in dict.
l.nuda ratio.in vltim.colum.& in dict.l.quædam.§. nummula-
rios,& ſub dubio fortè.in dict.Authen. at ſi contractus, prout
eum refert dom.Alex.hic in 28.col. quamuis in lect.mea in d.
Auth.at ſi ꝯctus.nihil dicat, in iſtis locis concludit, ꝙ hodie li-
a ber mercatorum, [a] vel campſorũ ſemiplenè probat pro ter-
tio, contra alium tertium, quia licèt hodie non habeant pu-
blicum officium, tamen interim ſuccedunt in locum eorum,
qui olim publicum officium habebant:& dicit Bartol.ꝙ olim
conſuetudo iſtud admittebat. Vnde Doctori illuſtri atteſtan-
ti de conſuetudine, ſtandum erit, vt inquit Bartol.in repe.l.de
* quib.ff.de legi.in 15. colum. *cum Bartol.tranſeunt alij communiter
hic:*& pondera multum,quia Bart.in d.l.nuda ratio. in vlt. col.
ſolùm loquitur de his mercatorib. & campſorib.qui iurant le-
galiter artẽ exercere, & ſunt approbati in eorum arte: ſecus
autem eſſet in eo mercatore, vel campſore, qui propria au-
ctoritate ſibi tale exercitium aſſumeret: tunc enim eorum li-
bris non præſtaretur etiam ſemiplena fides, in præiudicium
alterius,cùm ſint omnino priuatę ſcripturę.& ita in ſpecie dili-
genter ponderat dom.Abb.in d.c. 2. in 8. colum.circ.fi. Adde,
ꝙ cum princip.deciſ.Bart.tenet.d.Ant.in c. fin.extra eod. Bald.
in rubr.C.de fid.inſtru.in 16.col. verſic. ſequitur videre de ſcri-
pturis mercatorum, & in l. inſtrumenta. C. de prob. idem te-
nent Iac. Butr. & Nic. vt refert Bald. in d.§. nummularios. niſi
ſcribens eſſet perſona ſuſpecta: idem ſentiunt Mod. præſertim
Pau. de Caſt.& d.Alex.Pro iſta opi.benè facit, quod dicit Bar.
in rub.C.de conſtit.pec.in pen.col.vbi dicit, ꝙ mercatores ho-
dierni temporis quamuis non habeant publicum officium,
prout olim habebant argentarij, gerunt tamen quaſi public.
officium, & idem Bald.in dict.rub.C.de fid.inſtrum.in dict.16.
colum. dicit, quòd mercatores, & campſores hodierni tem-
poris habent magnam ſimilitudinem cum illis nummularijs,
ſeu argentarijs antiqui temporis,& idem Bald.in dict. l. inſtru-
menta.& Sali.in l.1.in vltim.col.circa medium.C.de eden. ſed
Io.de Imol.in d.l.nuda ratio.in vlt.col.cir.med.reprobat iſtam
opin.ceſſante conſuetudine. Primò, quia iure non probatur.
Secundò, & fortius, quia plus non debet credi voci mortuæ,
quàm viuæ.§.ſi verò aliquid tale.in Auth.de inſtru. cau. & fid.
not.in cap.cum P.tabellio.de fid.inſtr. Sed ſi mercator produ-
ceretur in teſtem pro tertio, non crederetur ſibi etiam ſemi-
plenè ſine iuramento.l.iuriſiurandi. C. de teſt. ergo etiam non
deberet ſemiplenè credi eius ſcripturæ, in qua non adeſt iura-
mentum, & licèt fortè ſecundum conſuetu. mercatorum ge-
neraliter iurauerit exercere fideliter officium ſuũ, certè iſtud
iuramentum generale non ſufficit, cùm non iurauerit ſpe-
cialiter dicere veritatem in cauſa illa coram iudice mota: ſi-
cut in ſimili dicit Imo.ſe putare,ꝙ non ſufficeret ſi aliquis ge-
neraliter iuraſſet dicere veritatem in omni cauſa, quia ſi pro-
duceretur ſpecialiter in teſtem in certa cauſa, oporteret eum
ſpecialiter iurare, ꝙ diceret verum in illa cauſa; aliàs ſibi non
crederetur ꝑꝑ ſolum iur̃m gñale. Iſtud idem tenet Inn. in d.c.
2.in 10. col.ad fi. & ſeq. quia nullibi in iure cautum eſt, ꝙ talis
liber campſoris,vel mercatoris debeat pro tertio ſemiplenam
probationem facere: imò potius reperitur oppoſitum, cùm
regula ſit, ꝙ priuata ſcrip. non facit ſemiplenam probarionẽ,
ſed aliqualem præſumptionem l. inſtrumenta, & l. rationes,
C.de probat.Item, quia ſicut dictum teſtis extra iudicium ſine
iur̃o nihil probat, ſic iſta ſcriptura cũ ſit facta extra iudicium,
& ſic ſine iuramento nihil debet probare.Lud.Ro.not. in hac
l.prout corruptè eum alleg. d.Ale.hic.in 20.col. in fi. ſed in d.l.
nuda ratio.in antep.& pen. col. prout ipſemet Lud. hic in 23.
col. ad illum locũ ſe remittit, tenet ꝯ Bar.per fundamenta ſu-
perius relata, quæ ſibi aſcribit, quia non plus debet credi voci
mortuæ,q̃ viuæ.Item,quia eſt dictum ſine iur̃o, & nulli credi-
tur non iuranti.l.iuſiur.C.de teſti. & dato,ꝙ mercator,vel cã-
pſor in initio officij gñaliter iuraſſet exercere officium ſuum
legaliter, tñ iſtud iur̃m gñale non ſufficit.alleg.c.pe. extra eod.
qui text. nihil facit. Tertiò mouetur,quia olim argentarij, vel
nummularij ſi aliquid ſcribebant in libro rõnum,ꝙ eſſet extra
eorum officium,nil credebatur, vt firmat Io.And.in addi.ma-
gna pluries allegata. & dixi de hoc. ſ̃. in tertia limitatio. tertiæ
limitationis ſecundi caſus prin. ergo nec aliquid debet credi
libro mercatoris, vel campſoris extra eorum officium, & in
hoc vlt.credo,ꝙ Lud.bene dicat,vt dixi in loco præalleg.Bald.
ẽt in l.1.in fi.C.de eden.quærit de libro rõnis mercatorum,quã
fidem faciat reſpectu tertij,& dicit,ꝙ de hoc eſt gl. in d.§. nũ-
mularios.& quòd regula eſt, ꝙ nulla ſcriptura (niſi ſit notarij
authentici) plenam fidem facit: vnde ſecundum eum nulla
ſcriptura campſoris,vel mercatoris plenã fidem facit pro ter-
tio, niſi conſuetudo, vel ſtatutum aliud diſponat.quod dicit
eſſe not. Bald. tamen ibi loquitur quo ad plenam prob. ſed de
134 ſemiplena, de qua agit̃,nil dicit.† Teneas cõmunem ſñiam,
& tota difficultas reſidet in hoc: ſi viuæ voci mercatoris, vel
campſoris non ſtaretur ſine iuramento, quo ad ſemiplenam
prob. ergo nec ſuæ ſcripturæ non iuratæ. Reſpondet Paul. de
Caſt. hic in pen.colum.ad fin.quòd quando mercator produ-
citur in teſtem,non deponit tanquam mercator publicus,ſed
tanquam quilibet homo priuatus, tunc non creditur ſibi ſine
iur̃o,ſed qñ ſcribit in libro rationũ, ſcribit tanquam mercator
publicus, ad cuius libri fidem publicè recurrit̃.Nam homines
ſemper nolunt ire ad notarium, ſed vadunt ad mercatorem,
vt de communi conſenſu partium ſcribat in libro ea, quæ
acta ſunt inter partes,vt veritas appareat,prout dicit,quòd vi-
dit pluries fieri, & ideo ratione publicæ vtilitatis inductũ eſt,
quòd talis liber rationum ſemiplenam proba.faciat inter ipſas
partes.Alio modo reſpondet ipſe Pau.in d.§.nummularios.di-
cens hoc eſſe valde not. quòd dictum mercatoris deponentis
ſine iuramento, non faciat ſemiplenam prob. pro tertio, &
tamen ſcriptura eiuſdem mercatoris ſine iuramẽto facit pro
tertio ſemiplenam prob.Ratio diuerſitatis eſt ſecũdum eum,
quia facilius committitur falſitas ſolo verbo teſtificãdo corã
iudice, quàm per ſcripturam ſcribendo falſum in ſuo libro ra-
tionum, quem pro authentico tenet: cùm huiuſmodi falſitas
ex libris ſemper oſtendi poſſit: nihil tamen allegat, & quod di-
cit de libro mercatoris ſine iuramento, non eſt verum, vt di-
cam nunc.vnde reſponde tertiò, & bene ſecundum do. Alex.
hic in 28.col.quod cùm Bar.præſertim in d.l.nuda ratio. in vlt.
col.in prin. cum myſtrio loquatur in mercatore, vel campſo-
re,qui à princip.iurauit officium ſuum exercere legalirer, cer-
tè videtur, ꝙ illud iuramentum ſufficiat quo ad omnia depẽ-
dentia ab exerci.illo:ſicut in notario, qui à prin.creationis ſuæ
iurat officium tabellionatus legaliter exercere: nam tale iura-
mentum generale ſufficit.cap.ad audientiam.de præſcrip. c.ſi-
cut,ne clerici,vel mon. Specu.in titu. de inſtru.edit.§ reſtat,in
verſic.ſed quæro, ſub qua forma. ſed quando eſſet mercator,
vel campſor,qui à princip.non iuraſſet officium ſuum legali-
ter exercere:& ſic generaliter,ſed ꝓpria voluntate ſine iuramẽ-
to exerceret mercaturam,vel eſſet campſor: & tunc bene ve-
rum eſt, quòd ſcriptura, & liber rationum talis mercatoris,
vel campſoris non iurati non faceret etiam ſemiplenam pro-
bation.ne tunc credatur plus voci mortuæ, quàm viuæ ſine
iuramento, quo caſu bene tunc militaret argumentum Imol.
& Ludouic. Roman. & quod iſtud vltimum ſit verum,patet:
quia ſi talis mercator non iuratus, cuius liber rationum non
facit ſemiplenam probationem, ſcribendo falſificaret librum,
per hoc non teneretur pœna falſi.text. eſt in l.1. §.qui in ratio-
nibus, & ibi not. Bartol. ff. ad l. Corn.de falſ.& in l.damus.vbi
gloſſ. in verſic. priuatas. C. de falſ. aliàs ſi eſſet liber rationum
mercatoris, vel campſoris iurati, & in eo falſum ſcriberet, te-
neret̃ falſi:& eſſet de falſo puniendus, vt ibi expreſsè vtrun-
que not.Bald.in rubric.C. de fid.inſtrum.in 28.colum.verſicul.
ſed quæritur, quid ſi ſcripſit falſum. ¶ Conclude ergo ex præ-
* dictis *cum ſententia communi,* quæ vera eſt, quòd liber rationum
mercatoris, vel campſoris iurati, & matriculati, ſemiplenam
probationem facit pro tertio contra alium: ſecus ſi non iura-
tus.Limita tamen hãc communem opin.aliquibus ex his mo-
dis,

ADDITIO.

a ¶Liber mercatorum.Adde Fel.in c.2.in 3.fal.de fid.inſtrum.

dis,quibus limitaui secundum casum Bart.precedentem post, nisi persona mercatoris esset infamis,vel aliter suspecta.Secūdò quando esset liber continens formam rationis, & sic data, & recepta. secus si vnam postam tantum.Tertio in spectantibus ad eius officium , & non aliter , vt dixi. s̄. in secundo casu

135 Bart.¶ † Vltimò inquantum Bart.concludit, ꝙ si dubitatur, an liber rationum sit scriptus manu illius , cuius debet , ꝙ recurrendum est ad comparationem literarum,quæ in hoc plenam fidem facit hodie.l. comparationes.C. de fid.instru. quæ l. hodie est solùm correcta in apocha priuata, & non in libro rationum.Adde, ꝙ idem tenet Bart.in d.l.nuda ratio.in vlt.col. & in d.Auth.at si contractus. in vlt.col. & ibi assignat duas rationes diuersitatis.Prima est,quia facilius falsificatur vna schedula priuata,quàm vnus liber rationum. Secunda , quia schedula priuata scribitur præsente parte , quæ sibi imputet si non adhibuit debitam solennitatem,quæ ratio cessat in libro rationum.Et idem , quod Bart. refert, & sequitur Bald.in Auth.sed nouo iure.in 3.col.C.si cert.pet.dicens, quòd ita obseruat consuetudo, ad quam semper recurrendum est, secundum Inno. in cap.2.de fid.instru.idem tenet Saly.in d.l.comparationes.ad fin.& ibidem Ang.& d.Ant. de Butr. in d.cap.2. in 7.col. & Io. de Imo.in l.si ita scripsero.ff.de cond.& demonst. contrarium tenet d.Abb.Pan.in d.c.2.in 6.col.vbi dicit,quòd istud dictum Bart.habet magnam æquitatem , sed quòd nullibi iure probatur,& quòd ratio,in qua se fundat Bart.est falsa , dum dicit,ꝙ cùm liber rationum fiat absente parte , nihil potest imputari parti,quia secundum Abbatem licèt non possit aliquid imputari, quando scribitur liber, tamen bene potest sibi imputari quando à princ.non seruauit legis consilium,vt in Auth.de instru.cau.& fid.in princ.scilicet , quòd in præsentia notarij , aut testium faceret contractum , & non committeret se fortunæ vnius libri. Per hoc tamen non discedo ab opi.communi intellecta de mercatore iurato, ad cuius libri fidem publicè recurritur,vt superius declaratum est.Et not.bene , quod si mercator , vel campsor neget scripturam , quæ reperitur in libro rationum suarum esse sua manu,aut sua voluntate scriptam, præsumitur in dubio contra eum, vt opportunè dixi supra in primo casu prin.Bart.vbi videas,& ibi etiam tetigi, an & quando liber rationū requirat diem,& consulē,seu annum.Do salu

136 tis. † Quid autem sit de libris archiui publici , & censualis , quam fidem faciant,dic,quòd plenam.l.Celsus.ff.de prob.c.ad audientiam.vbi Doct. extra de præscr.Auth. ad hæc. C.de fid. instru. tenet Lud.Ro. hic in 28.col. Tu vide de hoc pulchrum text.in cap.peruenit.30.q.1.& text.cum glo.in c.cum causam. de prob.Inn.in c.1.in vlt.sua glo.& quod ibi not. Doct.de pro

137 cur.& adde,quòd statim sequitur. † Quid autē de libris, qui sunt in curijs ciuitatis Episcoporum , vel aliorum præsidentium,in quib.continentur census,seu reditus, qui dicuntur de beri curiæ , vel ciuitati , vel continentur æstimationes rerum, vel statuta,vel consue.ciui. nunquid plenam fidem faciāt pro curia petente tales census,vel talia debita, vel pro alijs producentib.tales scripturas , quando non apparent scriptæ manu propria notarij,vel sub publica forma? vide not. Bart. & Saly. post Nico.de Mut. in l.exemplo.C.de prob.vbi etiam per eos, an plenè probent extra territorium , & inter non subditos , de quib.etiam vide Bald.in rub.C. de fid.instru.in pen. col.in ver. quintum supplementum.& in vers.seq.d. Ant. de Butr.in d.c. 2.in 2. col.Io. And.in addi. magna pluries allegata. in vlt.colu. in ver.quintum supplementum.Alb.Saly. & Flo.in d.l.Celsus. ff.de proba.& not.in d.c.ad audientiam. Et vide omnino Petr. de Anch.in cons.41.incip.Primò de viridis,&c.in 3. col.& seq. vbi vult,quòd libro canonicorum , in quo sunt descripti omnes emphyteutæ , & censuarij canonicorum , & continentur canonum solutiones, & concessiones in emphyteusim , & similia, detur plena fides pro ipsis emphyteutis, vel censuarijs contra canonicos, & contra tertias personas habentes causam

138 ab eis. † Quid de libris fœneratorum? Bald.in l.Cassius. in vlt. col.ff.de sena.dicit,quòd sunt infames.l.improbum. C.de infa. * ideo non faciunt fidem contra se , * & suos hæredes. cle.1. de vsuris.& si fiscus eis succedat, vtitur iure cōmuni.l. inter chartulas.C.de conue. fis. deb. lib. 10. si tamen pœniteant , & restituant,vel cautionem præstent ex æquitate canonica,restituuntur ad famam, per capit. quanquam, cum ibidem not.de vsu. in sextò. Et per ista cum laude Dei sit expedita materia libri

139 rationum. ¶ † Tertiò , & vlt. principaliter est videndum de epistola,quæ ad absentes scribitur , quam fidem faciat. Bartol. hic in 3.colum.ad fin.se vno verbo expedit, quòd in ea dicendum est,prout in apocha priuata,eo excepto, quod in epistola sola comparatio literarum plenam fidem facit , in apocha priuata non,quia l.comparationes.C.de fid.instrum. hodie est solùm correcta in apocha,& non in epistola. Adde, quòd Bar. plenius,& not.in d.l.nuda ratio. ad fin. distinguit. Aut epistola est confessata per scribentem , & sine dubio probat contra eū. l.publia.§.fin.ff. depo. Aut est negata , & si habeat sigillum authenticum , plenè probat, per glo. in l. si qua per calumniam. C.de epis.& cle.& not.in l.si publicanus. §.1.ff. de pub. & vect. & commis. Aut talis epistola negata non habet sigillum authenticum , & tunc per comparationem literarum plenam fidem facit,dummodo sit missa ad absentem , quia est eadem ratio , quæ in libro rationum , in quo sola comparatio literarum plenam fidem facit,eo quia fit absente parte, secus in epistola data præsenti.Et quòd epistola possit fieri à præsente præsenti , habes text. in l.Titius. quem ibi ad hoc not. Bartol.ff.de consti. pecu. de quo etiam vide per Bartol. in Auth. at si contractus.vbi lect.Bartol.variant.C.de fid.instru. per Cyn.Barto. Bald.& alios in l.non epistolis.C.de proba. Petr.de Anch.in cle. si summus Pontifex.de sen.excom. Adde dictis Barto.inquantum loquitur de epistola habente sigillum authenticum, quæ plenè dixi s̄.de apocha priuata, hic non repeto , post text.glo. & Doct. in cap.2. de fid. instru. Item adde inquantum Bartol. hic, & in d. l. nuda ratio. ad finem concludit, quòd sola comparatio literarum in epistola ita facit plenam fidem,sicut in libro rationum,quando epistola mittitur ad absentem,quia tūc est eadem ratio,prout in libro rationis , propter absentiam nihil potest imputari parti , quæ ratio cessat in apocha priuata , quæ fit præsente parte, ideo parti est imputandum si non fecit adhiberi solennitatem numeri testiū. Idem tenet Pau.de Cast. hic in 15.col.ad fin.Rapha. Ful.in 6.col. & d.Alex. in 29. colu. Idem tenet do. Ant. de Butr.& Imo. in d.cap.2.Imo.in l. si ita scripsero.post Bartol.ibi.ff.de condi. & demon.contrarium de directo,(& fortè melius)tenuit d.Abb.Pan.in d. cap.2.in 5.col. & sequen. quia secundum eum si ponderetur diligenter text. in d.Auth.de instru.cau.& fid.in prin.fundat se, quia comparatio literarum est fallax propter literarum similitudinem, & vt falsitas euitetur , vnde cùm facilius possit quis falsificare epistolam ab absente sibi transmissam , quàm librum rationum , videtur quòd ratio expressa illius text.correctorij, quæ vniformiter militat in epistola sicut in apocha priuata,debeat etiam vniformiter determinare in vtroque. cap. maiores de baptismo.Item text.ibi non se fundat super negligentia partis in non adhibendo testem, vt præsupponit Bartol. sed se fundat super malitijs hominum,qui sunt proni ad falsitatem, quia illa probatio est fallax.Adducit etiam quædam alia leuia.& quòd postea reperit Bald. idem tenere in d. Auth.at si contractus. circa fin.nam ibi videtur velle Bartol. idem esse in epistola , quòd in apocha priuata.dum dicit, quòd si negetur , debet probari sicut apocha,& subdit d.Abb.quòd ista sunt notanda,quia non discussa per alios.Adde,quòd eandem opi.contra Bartol.tenet Bald.in l.fin.in 14. col.in 5.q. & ibidem Saly. in 5. colum. C.de edi.diui.Adr.tol. Angel.in d.l. comparationes , & est de mente Iacob.de Bel.in §.fin.ad fin.in Auth.de instru.cau. & fid.Et illa magis mihi placet , quòd quantum ad comparationes literarum idem sit in epistola , quòd in apocha priuata , vt necubi comparatio literarum plenam fidem faciat , & sic in vtroque sit correcta.d.l.comparationes.moueor per prædicta , & quia ratio assignata in §.si quis rem.& in §. sed & si quis.in Auth.de instru.cau.& fid.militat in vtroque casu, & quia facilius inducitur quis ad falsificandum epistolam , vel apocham priuatam,quàm librum rationum,quem pro authentico tenet. Ad istam materiam epistolæ quam fidem faciat , vide quod pulchrè,& signanter decidit Spec.in tit.de oblig.& sol.§.prænotan

140 dum.in ver.pone mercator.vbi quærit. † Pone,mercator existens vltra montes in monte Pessulano , procurator societatis suæ scribit epistolam ad consocios mercatores Bononiæ cōmorantes,tenoris huiusmodi. Noueritis me hac die recepisse ducatos 100. mihi actualiter numeratos per Titiū noīe talis scholaris,qui de præsenti Bononiæ studet, quos(visis præsentibus)statim eidē numerabitis,habita ratione cābij. quærit Spe. an talis epistola plenam fidem faciat , & qua actione possit agere scholaris contra illos mercatores , & dicit , quòd creditur talibus literis sigillatis , præsertim contra sigillantem , & scholaris poterit agere actione de consti. pec. vel actione neg. gestor.vt ibidem plenius per eum,vel ex consuetudine.de quo etiam vide not.per Bald.in rub.C.de const.pec.in 3. col.in ver. quæ circa literas mercatorum , &c. vide quæ.infra sequuntur.

141 Item† inquantum concludit Bar.in d.l.nuda ratio.ꝙ epistola cū sigillo authētico plenè probat,intellige verū,qñ talis epistola fuit acceptata per eum,ad quē destinatur,secus si expressè ꝯdixisset, vt in simili dixi s̄.in lib.rōnum in tertia limit.1.casus

* Nisi contra se,legendum videtur ex d.cle.& glo.ibi in vers.rationum.

ſus princ. & in ſpecie in epiſtola ita limitat Lud. Ro.in d.l. nu-
142 da ratio. in vlt.colum.† Et not.quòd ille,qui ſimpliciter ac-
ceptat epiſtolam,& retinet,ſi ei expreſſè non contradicit,vide
a tur fateri vera eſſe omnia, quæ continentur in epiſtola.[a] l.ſi fi-
lius.ff.ad Maced.cle.1. de procu. & in l.cum tabernam.§.idem
b quæſijt.[b] & ibi Bart. not.in vlt. not.ff.de pig. Bart. poſt Gul.de
Cun. in l.Titius. ad fin.ff. de conſti.pecu. & idem Bart. in l.quo
enim.§.1.ff.rem ra.ha.Bald.in rub. C.de fid. inſtru. in 28.col.in
ver.quæro , quid de literis tranſmiſſis. & in l. ſi hæres. ad fin.ff.
mand.& in l.fin.C.ad Maced.& in l.ſi defunctus, & in l.ſi pro-
cur.ff.de procu.& in l.ſi abſentis.C.ſi cert.pet.Bald. & Fulg.in l.
emptor. per illum text. in §. Lucius. ff.de pact.d. Alex.Imo.in
conſ.77.incip.In cauſa , & lite vertente inter Bart. in 1.colu.in
1.vol. Et ex hoc habes mirabilem modum extorquendi con-
feſſionem ,vel conſenſum alicuius mediante receptione lite-
rarum facta in præſentia teſtium,qui ſint informati de conten
tis in literis , vt in ſpecie not. d.Math.in no.24. & d. Barth. Ve-
ron.in ſua caut.24.vbi iſtud ſingulariter limitat , niſi in talibus
literis contineretur calculus rationis de datis,& receptis, vt fie
ri aſſolet,& vlt.loco poneretur in literis,ꝙ deberet reſtitui cer-
ta ſumma , q̃ reſtat,quia licèt quis retineat literas , nõ per hoc
diceretur confiteri contenta in literis eſſe vera , præſertim de
reſtitutione,ſed potius diceretur literas retinuiſſe, vt videret an
calculus rationis eſſet bene factus,per tex. notabil.in l.cum ſer
uus.ff.de condi. & demon. ꝙ bene not. In contrarium tamen
eſt text.in d.l.emptor.§.Lucius.intelligendo, vt ibi per Bald. &
Ful.Secundo limita ſingulariter,& intellige verum, ꝙ epiſtola
probat , ſi peruenit ad eum , cui mittebatur viuo adhuc mit-
tente , ſecus ſi iam mortuus eſſet mittens, antequam epiſtola
perueniret quo mittebatur.Ratio enim quare epiſtola probet
eſt,quia abſens dicitur abſentem alloqui mediante epiſtola , vt
dicit Bart.in d.l.nuda ratio , ſed quando mittens eſt ante mor-
tuus,non poteſt dici, ꝙ alloquatur alium , ita in ſpecie limitat
ſingulariter Lud.Ro.in d.l.nuda ratio.in pen.col.in fi. pro quo
facit optimè , ꝙ ſignanter decidit do.Ant. de Butr. in c. fin.de
confeſ. in 7. col. vbi dicit , ꝙ licèt confeſſio extra iudicium fa-
cta abſente parte,ſi fiat per epiſtolam , vel in ſcriptura libri ra-
tionum , præiudicet confitenti non ſolùm quo ad probandũ,
ſed etiam quo ad obligandum.l. Publia.§. fin.cum gl.ff.depo.
eo quia talis ſcriptura ſemper loquitur , vt latè not. Doct. &
Bart.in d.l.nuda ratio.cum ſuis concor. tamen dicit do.Ant.ſe
putare hoc verum,viuente eo,qui confitetur,eo autem mor-
tuo ſcriptura eius non loquitur,ideo non credit , ꝙ eum obli-
garet,vel hæredem,per not.in c.cum dilectus, de ſuc.ab inteſt.
facit omptimè , ꝙ ſingulariter decidit Inn.in illo. c. cum dile-
ctus,ante medium,vbi inquit,ꝙ confeſſio extraiudicialis præ-
iudicat confitenti,eo tantum viuente,ſed eo mortuo nõ, quia
non poteſt dare intellectum ſuæ confeſſioni,argum.c.cum di-
lectus.de accu.non præiudicat quo ad plenam probationem,
ſed bene quo ad præſumptionem , cui ſtatur donec contrariũ
probetur,& hoc ſequitur ibidem d.Ant.de Butr.in 9.col.Iſtud
dictum Inn.pro mirabili refert , & ſequitur do.Ant.in cap per
inquiſitionem.in 6.col. de ele.Ang. in l.1. circa med. ff.de con-
feſ. Ad iſtam materiam vide , quæ not. Bald.in procœmio ffo-
143 rum.in vlt.col.vbi quærit in 11. q.† an valida ſi epiſtola miſ-
ſa abſque nomine mittentis , vel eius ſubſcripto,ſi tamen eius
ſigillum habeat,& dicit,ꝙ hæc quæſtio fuit de facto ibi.Etiam
in 11. q. quærit , quid ſi epiſtola habeat ſolùm nomen ſcriben-
tis,ſed non habeat alia ſolita cognomina?& tenet,ꝙ ſi factum
ſit arduum,talis epiſtola non cenſetur authentica,cùm infrin-
gat ſolitum ſtylum ſcribentis , argum.l. ſacri affatus. C. de di-
uer.reſcri.quod multum not.Ibidem etiã in 12.q.decidit Bald.
quòd ſi ſcribens mutaret ſibi nomen , non valeret epiſtola per
l.fin.C.de hæredi. inſtit. & in 13.q.tenet , ꝙ valet epiſtola , licèt
non contineat dignitatem eius , cui ſcribitur , tanquam dire-
cta perſonæ non dignitati,argum.c.quoniam Abbas.de of. de
leg.Iſtud tamen , ꝙ dicit Bald. de mutatione nominis proprij
in epiſtola , non habeo pro expedito , q̃n conſtaret de corpo-
re,& mutatio non eſſet fraudulenter facta,per ea,quę not.Bar.
in §.nos verò.in procœmio fforum. Bald. in l.fin.in 1. & 2.q.C.
de hæred.inſtitu.& in princ.C.in 2.col.& in rub.C. de fid.inſtru.
in 11.col.& in l.1. C.ad leg. Iul.viſce.Io.Fab. in §. ſi quis in no-
mine.Inſtit.de leg.Bart.in pulchra q. in l.demonſtratio falſa.in
144 princ.in vlti quæſt.ff.de condi. & demon. † De literis autem
c credentiæ , [c] quid probent, & quantum , vide plenè Bart. in l.
Lucius ff.de fideiuſ.aliquid per Bart.in l.ſi pupilli.§.item ſi pro
curatori ff. de neg geſt.not. Bald.in rubr.C.de conſti.pec.in 3.
colum.circa fin.in ver. deinde quæro de iſtis literis , & aliquid
in 4.col.in ver.venio ad ſecundum.Bald. in l.fin.C. quod cum
eo. & in addi. Specu. in titu. de oblig. & ſol. §.prænotandum.
ſuper ver.pone mercator.dom.Anto. Imo.& dom. Abb.Pan.
145 in cap.fraternitatis.de cle.non reſi.† De literis autem Epiſco
d pi,[d] & aliorum prælatorum, an & quãdo eis credatur , & ple-
nam fidem faciant,vide latè vſque ad ſaturitatem d. Ant. in c.
poſt ceſſionem. de prob. plenè Arch. in c. qualiter. 7.q.1. & in
cap.curæ.poſt glo.ibi.11.q.3. & c.teſtes. poſt glo.ibi.3.q.9. & in
c.placuit.6.q.2.latè per Inno.& Hoſt.in c.1. de fid.inſtru. & vi-
de in hoc propoſito no.dictum Gem.poſt Arch.in cap. qui in
aliquo.51.diſtin.& an credatur literis Epiſcopi in factis benefi-
e ciorum , [e] ſi narrat ſolennitatẽ præſentationis,vel ſimilia præ-
ceſſiſſe,vide eleganter, & copioſè diſputatum per Lud. Ro.in
l.ſciendum.in 10.q.prin.quæ inc. Quæro quid ſi conſtat Cleri-
cum,vel Epiſcopum. de verb. oblig. &c. Et an credatur literis
Epiſcopi dicentis ſe inſtituiſſe aliquem in beneficio ad præſen
f tationem talis patroni, [f] vide do.de Ro.in ordine meo nouiſ-
ſimo in conclu. 404. Et vltra prædicta de literis , vel epiſtolis
tam priuatorum quàm Prælatorum, quam fidem faciant,vi-
de text.in cap.2.& ibi glo.1.de ſol. & glo.in cle. 1.in ver.literis.
146 de procura.† Quid autem de literis recommendationis, [g]
g an obligent ſcribentem?pungit glo.in cle.1. in ver.diœceſanis,
in fin.de iure pa.vide Bald.in l.ſi literas.C.mand.& in l.inſtitor.
ff.de inſti.& in l.ſi verò.§.item cum quædam. in reportatis an-
tiquis.ff.manda.vide Io.de Imo.in ca. fraternitatis. de cle.non
147 reſi.† An autem falſificans literas priuatas ſit puniendus?Bal.
determinat,quòd ſic in rub.C.de fid.inſtr.in 19.colum.in verſ.
quæro de illo,qui falſificat, &c. per text.ad hoc valde not.in l.
Titio cum eſſet.in prin. ff.ad municip. & ibi etiam per Bartol.
in fin.colum.& text.ille eſt ſingularis ſecundum Bald. in l.non
148 dubium.in 12.colum. in 17. oppo. C.de legib. † Et de falſifi-
h cante literas , [h] qua pœna puniatur , ponit etiam Bal.in l.Pau-
lus,in fin.ff.ad l.corn.de fal.Et ibi etiam per eum, quid de falſi-
i ficante literas Papæ, [i] vel alterius Principis,& licèt ipſe non al
leget,eſt text. principalis in cap. licet. & in glo. 1.mag. quæ eſt
149 magiſtralis. de cri.fal. & eſt text.in cap. olim.de reſcr. † Et an
qui non reſtituit literas eius, cui mandatum ſuſcepit , punien-
dus ſit, & an incidat in falſum , vide Bald.in d.l. Titio cum eſ-
150 ſet.in princ.vlt.col.in verſic.Venio ad ſecundam par.† Quid
k autem in eo , qui aperit literas alienas , [k] an incidat in falſum ?
ponit not. Bald. in l. 2. ff. ad leg. corn. de fal.& ibi not. decidit.
151 † Quid ſi aperiat , & oſtendat aduerſario , [l] debet puniri de
l falſo,ſed ſi ſolùm aperiat,ſecus eſt,& cum Bartol.tenet d.Abb.
Pan.in cap.cum olim.el.2. de offic.deleg. aliquid per Bartol.in
152 d.l.Titio.in princip.in vlt.colum.† An autem mercator, qui
fecit literas cambij alicui, poſſit eas reuocare antequam pecu
niæ ſoluantur, ita quòd non teneatur ad aliquod intereſſe?po
nit not.Bald.in rub.C.de conſti. pecu.in 3.colum. in ver.2.cir-
ca hoc quæro an mercator poſſit reuocare,&c.& ibidem deci
dit,quòd ſi tales literæ etant diſpoſitiuæ, non poſſit eas reuoca
re per l.falſam.aliàs eſt ſub l. vtrum præſente.in verſ. vnde fal-
ſam.ff.de conſti.pec.ſecus ſi eſſent literæ ſimplicis mãdati. Ad
iſtud propoſitum vide pulchram deciſ.Ioann.And.in addi.ad
Spec.in titu.de depoſito,ſuper rubr.vbi quærit.Pone , depoſui
centum ducatos penes vnum campſorem , vel vnum merca-
torem,eram debitor Sempronij de centum ducatos,eo abſen
te iubeo mercatori , quòd illos centum ducatos ſoluat Sem-
pronio creditori meo , mercator ponit iſtos centum duca-
* tos ad placitum * Sempronij, nunquid ego poſſim reuo-
care, & inhibere mercatori ne ſoluat ? Decidit ibi pulchrè Io.
And. quòd ſi mercator iam intimauit Sempronio , non poſ-
ſet

ADDITIONES.

a ¶Epiſtola.Vide Alex.lib. 2.conſ.147.incip.Ponderatis.col.2.& lib.eod.conſ.
78.incip.In cauſa, & lite.colu.1. PVRPV.
b ¶Idem quæſijt.Adde not.per Docto.ad Bar.in l.fin ad macedo. & in d.§.idẽ
quæſijt.& qua cautela vtatur creditor,vt pater teneatur pro filio,vide Doc.
ad Bar.in l.1.C.de fi.fa. & quemadm.pater pro eis. lib. 10. BELLOT.
c ¶De literis autem credentiæ.Adde Doc.in c.poſt ceſſionem.de proba.
d ¶De literis autem Epiſcopi.Adde Rot.deciſ.12.in nouiſſimis.in 3.quæſt.
e ¶In factis beneficiorum. Adde Bart. de Belen. in c.poſt ceſſionem. in 2.col.
de proba.in apoſtil.
f ¶Ad præſentationem talis patroni. Adde Bart. de Belen. in c. poſt ceſſionẽ.
in 2.col.ver.in eo.ibi ad præiudicium apoſtolicæ.de proba.in apoſtil.
g ¶De literis recommendationis.Adde glo.in c.duæ ſunt.19.q.2.
h ¶De falſificante literas. Adde l.ſi quis tabula. ff. de dolo. & in l. querelam.
C.de fal.
i ¶Literas Papæ. Adde l. ſi quis tabula. ff. de dolo. & in l. querelam. C. de
fal. Quid de falſificante literas Papæ? Adde text.in c. ad falſariorum.de cri.
fal. in §.quæritur. ver. ſed hodie præceptum eſt. Archid.in capitu.in memo-
riam.19.diſtn.
K ¶Literas alienas.Adde glo.in verb.ſigil.in c.cum olim.el.2.de offi.deleg.
l ¶Et oſtendat aduerſario.Adde Bar. in l.qui teſtamentum.ff. ad l.Corn.de falſ.
* Partem.

ſet mandatum reuocari: aliàs ſic, per iura ibi per eum alleg.&
dicit ita conſuluiſſe Abbatem antiquum, Odof.& Cyn.in cõſ.
23.hanc vlt.deciſ.refert,& ſimpliciter ſequitur Ang. in l.ſingu-
153 laria.ff.ſi cert.pet.& in l.qui vſumfru.ff.de verb.oblig † Quid
autem ſi depoſui,vel dedi mercatori centum ducatos,& mer-
cator fecit mihi literas cambij de iſtis ducatis centum,ſoluen-
dis mihi Mediolani per ſuos conſocios mercatores, & in
itinere perdidi literas, ita quod cambium non eſt ſequutum,
quid fiet hoc caſu,an mercator teneatur reſtituere pecuniam?
ponit ſingulariter Bald.& alibi non legi in l.inſtrumenta,in vlt.
col.C.de fideic. & ibi pulchrè decidit, quòd talis mercator te-
netur mihi reddere pecuniam, quamuis ego non poſſim ſi bi
reſtituere literas cambij: liberando tamen mercatorem per pu
blicum, & ſolenne inſtrumentum cum debitis cautionibus,
per text.ad hoc not.in l.huiuſmodi.§.ſi ita cui, de lega.1.quod
Bald. reputat multum tenendum menti. Et ad quem ſpectet
periculum, poſtquam mercator ad quem deſtinantur literæ
acceptauit literas cambij, ſi poſt acceptationem literarum ef-
ficeretur non ſoluendo, vel aufugeret, vide per Bald. in l. pro
debito. C. de bon.auct. iud. poſſ. Per iſta ſint expeditæ omnes
tres ſpecies ſcripturæ priuatæ, hic traditæ per Bartol. videlicet
154 apochæ priuatæ, libri rationum, & epiſtolæ. ¶ † Succeſſiuè
Bartol. ingreditur materiam ſcripturę publicæ per quatuor
quæſtiones, ante tamen dicit primò Bart. quòd ſcriptura pu-
blica, & authentica alicuius notarij publici, quo ad tertium
plenam fidem facit.Ratio eſt vltra eum, quia pro inſtrumen-
to publico præſumitur,& ei ſtatur donec contrarium probe-
tur.l.cum precib. vbi Doct.C.de prob.glo. in l.quamuis. & in
glo.vnica.in fin.C.ſi quis alteri,vel ſibi.Bart.not.in l.1.circa me
dium, vbi iſtud limitat.C.de iur. cal.niſi aliqua ſuſpicio ſit cõ-
tra inſtrumenrum propter raſuram,vel propter perſonã pro-
ducentis,qui ſimilia ſit ſolitus facere.l.ſi quis ex argentarijs.§.1.
cum ibi notatis in glo. ff.de eden. & alibi dicit pulchrè Bald.in
c.1. §.ſi inſtrumentum. de no. feu. certum eſſe, quòd de iure
communi pro inſtrumẽto publico duę oriuntur præſumptio
nes,imò duę probationes,quòd ſit verum,& quòd ſit ſolenne,
per dictam l.cum precibus & not.per glo.in l.iuriſgen.§.quod
ferè.ff.de pact.& idem Bald.in rep.l.1.in pen. char.C. de reſcin.
vend. Alibi ſæpius dicit Bald. quod inſtrumentum publicum
eſt probatio probata, & non probanda. Bald.in l.2.in 2.col.C.
quãdo fiſc.vel priua.& in l.quoties, in vltimis verbis.C.de iud.
& in l.fin.C.de vſu.pu.alibi dicit idem Bald.in l. Imperator.la.
1.in 2.col. ff.de ſtatu.ho. quòd inſtrumentum eſt veritas appa-
rens,& probatio probata,& non probatio probanda,ideoque
non indiget diſcuſſione,ſeu diſceptatione fori:nihil.n.poteſt al
legari in contrarium, quando veritas eſt notoria, & hoc dicit
tenere Cy. expreſsè in l.nã ita diuus. ff.de adop. argum.no.per
Inn.in c.cum inter vos.in fin. de conſue.Alibi inquit Bald.in c.
conſuluit.in 5.col.in fin. de offic. deleg. quòd probatio inſtru-
menti eſt probatio probata,in qua non timetur ſubornatio,
& ideo ſecundum eum inſtrumenta produci poſſunt parte
non citata,quod vltimum non firmo,nec examino. Item ad-
de, quòd inſtrumentum publicum facit rem haberi pro ma-
nifeſta.c.cum olim.de verb. ſign.l.fin.cum gl.1.C. de reb.cred.
not. Bald. in l.1. in verſic. Venio ad quæſtiones.ff. de no. oper.
nun.Item illud dicitur euidentiſſimè conſtare,quod ex inſtru-
mento,ſeu viſione inſtrumenti apparet. capit. licèt cauſam.in
verſic.ex præmiſſis. de probatio. & ibi not.Ant. de Butr. in 17.
colum.in verſ.venio ad ver.ex præmiſſis. Alibi dicit Bald.in c.
1.circa principium.de feu.dato in vicem leg.cõmiſ.in vſi.feu.
quòd qualis eſt contractus in prima ſui figura, talis præſumi-
tur eſſe in ſui eſſentia, prout in inſtrumento continetur, niſi
contrarium probetur. per d.l. cum precibus. item omnia ſcri-
pta in inſtrumento præſumuntur de voluntate partium ſcri-
pta,ſecundum Bald.in cap.cum in iure peritus.in 3.colum.de
offic.deleg. & in l.1.circa fin.C. de priuile.do. & in l.2.circa fin.
C.de exec. rei iud. Et quæcunque verba à tabellione in inſtru-
mento ſcripta reperiuntur, præſumuntur per prius à partib.
prolata. ſecundum Lud. Ro. in conſ. 279. incip. Ampliſſime
155 Doct.in 2. col. † Quærit ergo primò Bart. an exemplum in-
ſtrumenti probet, & reſpondet Bart. ꝙ ſi quis exemplum in-
ſtrumenti ſimpliciter producat, nihil probat, quia habet præ-
ſumptionem,& ſuſpicionem contra ſe, & exemplum ſuum,
quare originale non producat. Sed ſi producens exemplum
diceret ſe originale perdidiſſe, tunc iſto caſu tale exemplum
ſemiplenam probationem facit. allegat de hoc glo. in l. ſicut
iniquum.C. de fid. inſtrum. & not. in l.2. ff.de fid. inſtrum.alij
tangunt hic.Quid tenendum? Bartol. poſt Ray. in l.in bonæ fi-
dei.in pen.colum.C.eod. tenet, quòd imò exemplum inſtru-
menti nihil probat, ſicut nec dictum teſtis de auditu auditus
nihil probat, quia neſcit facti veritatem: nam eodem modo
exemplum dicitur quodammodo teſtimonium de auditu, &
vltra eum gl.quam alleg.Bart.hic. in l.2.C.de fid.inſtr.in glo.1.
magna ante finem.in ver. quicquid autem ſi ſine iudice. dicit,
ꝙ per tale exemplũ inſtrumenti bene inducitur præſumptio,
cùm ex priuato hoc fiat,non autem dicit gl. ꝙ faciat ſemiple-
nam probationem,tamen illa gl. & Bald. & Ray.non loquun-
tur in terminis Bart.quando producens inſtr̃m allegat origina
le perdidiſſe.Idem,ꝙ Bald.& Ray.tenet Fulg.in d.l. in bonæ fi-
dei.in 13.col. in verſ. ſeptimum exemplum adducit quidam,
ſcilicet ꝙ exemplum inſtr̃i nihil probet per fundamentũ præ-
alleg.& dicit, ꝙ iudicio ſuo hæc ſentit gl.in d.l. ſicut iniquum,
licèt aliter intelligi poſſit ſm eum. Adde,ꝙ Bar.in Auth.ſi quis
in aliquo.C.de eden.in 2.col.in verſ.quęro,quid ſi vnum inſtru
mentum eſt exemplatum per tres notarios,&c. fortius,& ſin-
gularius determinat, ꝙ ſi tres notarij exemplarent vnum in-
ſtrumentum,& omnes tres atteſtarentur,ꝙ tale inſtr̃m exem-
plarunt ab originali,ꝙ cognouerũt eſſe manu talis notarij pu-
blici, & omnes tres ſe ſubſcriberent ad hoc, iſtud exemplum
non probaret,niſi eſſet ſumptum ex commiſſione iudicis, vel
eius ad quem ſpectat,per rationes,de quib.ibi per eum,præſer
tim ſi notarius aliquid deponat de eo, de quo non fuit roga-
tus à partibus.nihil ei creditur,prout eſt in caſu iſto.Item ſi de
ponunt ſine iuramento,& præſentia iudicis,tñ ſm Bartol.hoc
caſu tale exemplum trium notariorum facit aliqualem præ-
ſumptionem,quæ prodeſt ad multa, allegat not.in d.l.2. ff.de
fid.inſtr.idem tenet Spec.in titu.de inſtr. edi.§. oſtenſo. in ver.
quid enim.in fin.ff.de eden.d.Ant. de Butr. in c.1.in 10. col.de
fid.inſtru.Pau.de Caſt.in d.Auth.ſi quis in aliquo. vbi dicit, ꝙ
* *iſta eſt communis opi.* qñ pars non fuit ad hoc citata. Puto in hoc
paſſu concludendum, ꝙ exemplum alicuius inſtr̃i licèt ſum-
ptum à notario bonæ famæ, & vocis, ſi ſimpliciter produca-
tur abſque eo,ꝙ allegetur, & probetur originale eſſe deperdi-
tum,nullam fidẽ faciat, vt etiam tenet Bart.hic in primo mẽ-
bro,& in iſtis terminis loquuntur Ray.Bal.& Saly.in d.l.in bo-
næ fidei.tñ poſſet attentari(& credo, ꝙ ſit verum)ꝙ ſaltẽ qua-
lemqualem præſumptionem, vel coniecturam faciat, in iſtis
terminis procedat,& ſaluetur glo.in d.l.2.ff.de fid.inſtr.& Bart.
in d.Auth. ſi qs in aliquo.hoc põt cõprobati argum. quo vtun
tur Ray.Bald.& Saly.in d.l.in bonæ fidei, quia teſtis de auditu
a auditus [a] licèt non probet, vt ipſi dicunt, eo quia neſcit facti
veritatem, tamen facit qualemqualem præſumptionem, ſeu
b coniecturam. [b] ita ſingulariter tenet Arch.22.q.5.c. videtur.re
fert,& ſequitur pro ſingulari Lud.Ro.in l.ſi verò.§. de viro, in
vlt.col.ff.ſol.matr.Pau.de Caſt.in conſ.13.ꝙ inc. In cauſa, quæ
vertitur Parmæ.in 15.col. & do.Alex.Imo. in conſ.78.incip.In
cauſa accuſationis de crimine fal. & prodeſt pro ſe habere iſtã
qualemqualem probationem, quia ſi probationes ab vtraque
parte eſſent hinc inde pares, ille deberet obtinere in cauſa, qui
haberet iſtam qualemqualem præſumptionem. glo. eſt ſing.
* *& ibi communiter approbata* in l. ſi duo patroni. in princ. in gloſ.
parua. in ver.auctoritatis.ſ.cod. & ibi dicit Ang. ꝙ eſt gl. me-
lior,quæ ſit in iure.& eam etiam ſequitur Ang. in l.1.ff. de ex-
ce.rei iud.in repe.l.ſciendum. in 13.col. ff.de verb.oblig. vbi di-
cit illam glo.eſſe ad hoc ſing. tamen iſta qualiſqualis præſum-
ptio non ſufficeret ad hoc, vt locus eſſet iuramento in ſupple
mentum probationis,vt tenet glo.in l.2.§.minorem, in verbo
leuior. ff. de minor. & gloſſ.in l.fin.in prin.in glo.magna,ſuper
verbo præſumptio.circa princ.ff.quod me.cau. Ang. in d.repe.
l.ſciendum.in 13.colum. quamuis contrarium ſenſerit Bartol.
non tamen ex toto in iſtis terminis in hac l. in 12. col. in fin. in
verſ. Sextò eſſet videndũ.Si autem producatur exemplum in-
ſtrumenti ſumpti per manum publici notarij,& ſimul allege-
tur ac probetur perditio originalis,tunc teneo, quòd tale exẽ-
plum ſemiplenam probationem faciat, ita ſingulariter Bart.
hic.in iſto caſu, & in iſtis terminis propriè loquitur, & proce-
dit gl. in d.l. ſicut iniquum. quam ad hoc Ang. reputat ſing. in
d.Auth.ſi quis in aliquo. & iſtud ſingulare dictum Bart. ſequi-
tur d.Alex.in d.Auth.ſi quis in aliquo.in 4.col.& miror, quòd
non alleget d.Ant.de But.referentem,& tenentem iſtud dictũ
Bart.in cap.1.in 10.col.de fid.inſtr. Intellige tñ, quæ dicta ſunt
de exemplo inſtr̃i, niſi ſumptum eſſet ab illomet notario, qui
fuit

ADDITIONES.

a ¶Teſtis de auditu auditus. Adde hic in quibus caſibus valet teſtis de auditu auditus.Primò in probanda parentela,vt cap.licet.de teſtib. Secundò in probando hæredẽ falſaſſe hr̃ditatẽ,vt in §.ſi verò abſit, in Auth. de hæred.& fal. Tertiò in factis multum antiquis, ſecundum Bart.in l.ſi arbiter.ff.de prob.

b ¶Coniecturam.Limitat Arch.in c.1.35.q.6. procedere,quando de auditu ante motam litem, ſed ſi poſt,nullam præſumptionem facit. c.licet ex quadã. de teſt.Rom.in ſing.275.incip.In omni caſu.Deciſ.conſ.82.col.1. PVRPV.

fuit rogatus de originali, quia exemplum ſuum dicitur æquè
originale,& vtique plenè probat,vel niſi exemplum eſſet ſum
ptum per alium notarium auctoritate iudicis,vel eius,ad quē
ſpectat,tunc etiam plenè probat,ſecundum Bart. in d.Auth.ſi
quis in aliquo,cum ſuis concor.ibidem ſignatis,vbi etiam tan
gitur per Bart.& alios.Quid ſi tale exemplum eſſet ſumptum
per alium notarium de voluntate,& expreſſo cōſenſu vtriuſ-
156 que partis,an plenè probaret,ibidem videatis.†Secūdò quæ-
rit Bart. quid ſi inſtrumentum publicum non eſt factum inter
eaſdem perſonas?exemplum . Duo fratres diuiſerunt hæredi-
tatem,& in inſtrumento diuiſionis continetur, quòd vnus eo-
rū reſtituit alteri centū ducatos, quos ille mutuo acceperat à
Sempronio,& expenderat in domo: nunquid tale inſtrumen-
tum probet mutuum quo ad Sempronium? Et concludit, ꝙ
non facit plenam probationem, quia eſt confeſſio facta abſen
te parte.l.fin.ff.de interog. act.l.certū.§.ſi quis abſente.ff.de cō-
feſ.tamen facit ſemiplenā probationē.l.capite quinto cū gloſ.
fin.ff.de adul. Nota perpetuò iſtam ſolennem deciſ. Bartol. &
eam multum ſigna , quia vtilis , & quotidiana . Ex qua habes
duo principaliter notare. Primò , quòd inſtrumentum factū
inter certas perſonas probat ſemiplenè quo ad alias perſonas
in ipſo contentas.Secundò , quòd confeſſio extraiudicialis fa-
157 cta abſente parte,ſemiplenam probationem inducat.¶†Cir-
ca primum adde,quòd idem tenet do.Ant.in cap.fin.extra co.
Fortius conſuluit ſingulariter Bartol.in conſ.ſuo incip.factum
ſic ſe habet. Titius , & Seius venerunt ad diuiſionem.quòd ſi
tale inſtrumentum inter alios factum contineret dotem ter-
tiæ perſonæ,quòd fauor dotalis faceret plenam probationem,
ſicut ſecundum eum verba enunciatiua pro dote plenā pro-
bationem inducunt, alleg.glo.in l.2. C.de do. promiſ. Et cum
illa ſingulari deciſ. Bart. tenet Pau. de Caſt. in ſuo conſil. 166.
quod incip.Ius de Bellanis.d.Alex.hic in 30.col. & in ſuo conſ.
166.quod incip.Videretur inſpectis,&c. in 7.col.Tu caue,quia
glo.per quam mouetur Bart.in d.l.2.in glo.1.C. de do.promiſ.
& ibidem Doct. & glo. in l. cum de in rem verſo. in glo. fin.in
verbo,præſtitiſſe,de vſuris.non dicunt, quòd ibi ſit ſpeciale fā
uore dotis, ſed quòd ſit ius commune , quòd vnica promiſſio
vſurarum facit præſumi debitum dotis pręcedere,& idem eſ-
ſet in alio debito : ita etiam dicit Bartol. in l. qui in aliena.§.ſed
ſi non adierit.ff.de acq. hær. vide etiam , quod decidit Bald. in
rub.C.de do.promiſ.vbi tenet, quòd ex pollicitatione dotis fa-
cta inter abſentes , non interueniente nuncio aut epiſtola, agi
non poteſt per mulierem,quamuis referat Cy. ibi dicere con-
trarium , & falſum dicit ſecundum eum. Eodem modo dicit
ibi Bald. quòd ſi aliquis per literas diceret ſe promittere do-
tem pro muliere,illa ſcriptura non obligaret , niſi receptis lite-
ris à muliere:eo quia actus,qui ex literis explicatur,non poteſt
data abſentia ſortiri effectum etiam fauore dotis , niſi mulier
receptet literas , per l. qui abſenti. in princ.ff.de acq.poſſ. Extra
caſum dotis redeundo ad Bart.hic,qui vult inſtrumentum fa-
ctum inter certas perſonas quo ad alias abſentes ibi nomina-
tas ſemiplenam probationem facere , adde,quòd in contra-
rium ſtringit fortis text.qui mirabiliter probare videtur,quòd
imò tali caſu plenè probat.in l.deſiderium.C.depo.vbi eſt tex.
& Bald. ita eum ſummat , quòd inſtrumentum factum inter
te , & me de centum ducatis tibi mutuatis , quos dico depo-
ſuiſſe apud Sempronium , plenè probat quo ad ipſum Sem-
pronium tale depoſitum:tamen Cyn.ibi dicit,quòd licèt Anti
qui dicant illam legem probare vnum mirabile, quòd inſtru-
mentum factū inter certas perſonas plenè probat quo ad alias
ibi nominatas : tamen ſecundum Cyn. illa lex hoc non dicit ,
& aliter non declarat.Bald.dicit , quòd imò illa l. iſtud dicit, ſi
bene inſpiciatur,in verſi.arguit.niſi ſecundum eum dicas , qđ
vtraque pars allegabat, & confitebatur verum inſtrumētum,
vnde debet etiam probare contra eum , cui nocet. Saly. etiam
ibi confirmat,ꝙ text.illud probat, & non obſt. ſi diceres,ꝙ cō-
feſſio facta abſente parte nihil probat.l.certum.§. ſi quis abſen
te.ff.de confeſ. Reſpondet hoc eſſe verum , niſi talis confeſſio
fiat in inſtrumento,& vltra eum puto, ꝙ ratio ſit , quia inſtru-
mentum,& ſcriptura ſemper loquuntur , vt in ſimili declarat
Bart.in l.nuda ratio.in 2.col.ff.de dona. niſi ſecundum Saly.re-
ſpondeas ad illum text. vt proximè dixi , ꝙ vtraque pars con-
fitebatur tale inſtrumentum eſſe verum, vel quòd ibi nō erat
contentio de depoſito.Vel tertiò , & pro certo aliter non po-
teſt reſponderi,ꝙ tex.ibi in verſ.arguit,exponitur.i.argutè pro-
bat,non tamen,quòd tale inſtrumentum plenè probet contra
tertium.Dicit tamen , quòd text. ille eſt tenendus cordi , & ſe
remittit ad ea,quæ dixit in l. is apud quem.C.de eden.Pro cer-
to fortius eſt text.ille, nec de facili poteſt tolli , per quem text.
ita conſuluerunt Doct.Peruſini , ſed dura eſſet deciſio , qđ res
inter alios geſta , debeat plenè probare quo ad alios abſentes ,
contra titulum,res inter alios acta.& l.ſæpè.in prin.ff.de re iud.
ſatis videtur , quod ſemiplenam probationem faciat , vt hic
vult Bart. Contra quod vltimum etiam facere videtur illud ,
quod dicit Bald.in rub.C.de fid. inſtru.in 3.col.ver.ſequitur vi-
dere de ſcriptura extraiudiciali.vbi concludit,quod nulla ſcri-
ptura extra iudicium facta probet,niſi inter eos,qui eam fece-
runt,vel fieri mandauerunt.l.prætor. in prin.l. ſi quis ex argen-
tarijs.§. pertinere. ff. de eden. Ratio eſt ſecundum eum , quia
cùm notarius debeat eſſe rogatus à partib. §. quod autem. in
Auth.de tabellio.ſi notarius in inſtrumento aliquid atteſtetur,
de quo non fuerit à partib.rogatus,nihil probat:ergo nihil de-
bet probare inſtrumentum quo ad partes abſentes,à quib.non
fuit rogatus , quod intelligit verum quo ad probandum obli-
gationem,vel factum non rogantium , ſed quantum ad pro-
bandum titulum,qui ſufficiat ad præſcribendum,bene ſuffice
ret,vt ibi per eum.Item ad hanc deciſ.Bart. vide etiam , quod
not.Bald.in l.mater. C.de rei vend.in 7.col.in verſ. ſed hic quæ
ro,quòd in caſu tali maritus,& vxor.ad fin.illius quęſtionis.Ad
de etiam,quod dicit Cy. in l. antiquæ.in 3.quæſt. C.ad Velleia.
158 ¶ † Circa ſecundum,quòd viſus eſt velle Bart. quòd confeſ-
ſtium,aliàs ſi non fuerit oppoſita, tales teſtes intelliguntur taci
tè approbati,vt dixi.ſ.in textualib. huius legis in 2.no.quod ce
cidit ſuper ver.ſolis,vbi ad hoc allegaui opportunas auctorita
tes,& opponit in ſpecie dom.Alex.Imol.in pręalleg.conſ.264.
in 3.& in penult.colum.Et iſta omnia bene ſigna,& commen-
183 da memoriæ,quia vtilia,& quotidiana ſunt.¶† Secundò prin
cipaliter limita regulam.ſ.datam, ꝙ vnus teſtis ſemiplenam
probationem facit, vt non procedat quando veriſimiliter cir-
ca idem poſſunt haberi plures teſtes:exemplum,ſi ſit ſtatutum
in ciuitate,quòd fama plenam ꝓbationem inducat, certè vbi
fama eſt,neceſſariò ſeq̃tur,quòd plures ſcire, & deponere poſ-
ſunt,tunc vnus ſolus teſtis non probaret famam ſemiplenè,ita
vt ſit locus iuramento neceſſario in ſupplementum proba.
quia pręſumptio eſt contra producentem, quare plures teſtes
non produxerit,ſicut eſt præſumptio contra producentẽ exẽ-
plum inſtrumenti,quando poteſt producere originale,l.fin.C.
de fid.inſtru.& tetigi.ſ.poſt Bar.in illa quæſt.an exemplum in-
ſtrumenti probet.ita concludit Barto.hic.in 10.colum. & cùm
eo tenet Ang.Fulg.Pau.de Caſt.& d.Alex.hic,Bald.in d.l.in bo
næ fidei.in 3.col.& ibi Saly.in 12.colum. dom.Anto. de But.in
c.fin.in 6. colum.extra eo.idem ibi Bald.in 9. colum.quia cùm
actor fuerit in culpa,qui potuit plures teſtes producere,& non
produxit,certè adiuuari non debet. l. argentarius.§.cum autẽ.
ff.de eden.& l.de rebus.in fi.ff.de arbitr.refert tamen Bart. Ray.
tenere contrarium,& malè,& cum Barto.tenet etiam d.Alex.
in conſi.190.lib.3.inci.viſo proceſſu cauſæ vertentis inter And.
in vlt.colum. Bene facit,quod voluit Bal. in l. de quibus.in 22.
colum. ff.de leg. vbi tenet, ꝙ ad probandum conſuetudinem,
vel notorium,probatio vnius teſtis non ſufficiat,vt ſit locus iu
ramento in ſupplementum probationis, quia ꝯſuetudo,& no
torium veriſimiliter debent eſſe nota multis. Tertiò fallit præ-
dicta regula in caſibus, in quibus duo teſtes non ſufficiunt, &
non facerent plenã probationẽ,vt in caſu l.fi. C. ſi cer.pet.& in
ſimil.tunc in illis vnus teſtis non faceret ſemiplenam proba.per
fundamentum gl. ſumptum à contrario ſenſu, ꝙ ſi duo teſtes
faciunt plenam,ergo vnus ſemiplenam,quod fundamentum
glo.intelligitur,quando illa duo ſunt æqualis potentiæ, aliàs ſe
cus, vt hic declarat Bar. in 10.colu. in fin. quem vide per teip-
184 ſum.† Iuxta hanc fallen.quærit Barto.opportunè in 11. colu.
in teſtamentis requiruntur. ſeptem teſtes, nunquid duo ſemi-
plenam probationem facerent? videtur, ꝙ non per fundamen
tum glo.ſumptum à contrario,vt proximè dixi, quia in teſta-
mentis quatuor teſtes non faciunt plenam proba. ergo etiam
duo non debent facere ſemiplenam. Hoc non obſtante Bart.
hic fuit in mirabili,& ſingu. opin. ꝙ ſi iſti duo teſtes ſimpliciter
deponerent,quòd teſtator reliquit.100.Titio, tunc nihil peni-
tus probarent,etiam ſi hæres confiteretur, quia tunc eſſet reli-
ctum in minus ſolenni teſtamento,cùm in eo eſſet defectus in
numero teſtium,ſed ſi iſti duo teſtes deponerent, quòd teſta-
tor coram ſeptem teſtib. rogatis reliquit Titio. 100.iſto caſu
concludit mirabiliter Barto. (& fuit ſua noua conſideratio,)
quòd iſti duo teſtes ſemiplenam proba.facerent.alleg. not.in l.
2.C.de bon.poſ.ſecundum tabu.& not.in l.hac conſultiſſi.§.ex
imperfecto. C. de teſt. & in l.fi. C.famil. erciſc.pro hoc etiam
adducit fundamentum,in quo facit totum capitale,quia pro-
batio

ADDITIONES.

a ¶Teſtis Adde Docto.in l.etiam matris.ff.de probatio.Ant. de But.in cap.fin.
de iureiuran.

b ¶De fide. Adde Iaſo. in l. iubemus. C. de iudi. vbi pono. & ibi ampliat.
PVRPV.

c ¶Non poſſit quis eſſe iudex.Adde l.1.C.ne quis in ſua cauſa.Bar.in l.proximè
ff.de his,quæ in teſt.delen.Inno.in c.noſti.de elec.

batio fit in teſtamentis,& componitur ex duobus videlicet ex probatione iuriſgen.& ex ſolennitate iuris ciuilis, patet quia ſi ſolennitas iuris ciuilis ſubducatur, remanet probatio iuriſgen. cum duobus teſtibus,quæ ſufficit, vt patet in teſtamento mili tis,in quo caſu ceſſat ſolēnitas iuris ciuilis, & habet locum iuſgentium,& ſic duo teſtes ſufficiunt.l.diuus.ff.de teſt.milit.l. mi lites.cum glo. C.de teſt. milit. eod. modo in teſtamento patris inter liberos l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt. Mo do iſtæ duæ partes ſcilicet ſolennitas iuriſgen. & ſolennitas iuris ciuilis conſtituunt plenam proba. teſtamenti,ergo ſolennitas iuriſgent. de per ſe, quæ eſt contenta numero duorum teſtium,cùm ſit pars potentior, debet ſufficere ad inducendum ſemiplenam proba. non aſſumendo in teſtamento probationem,quæ proueniat ex numero teſtium, ſed per illas duas ſolennitates iuriſgen.& iuris ciuilis.Præterea ſecundum Barto.illa ſolennitas iuris ciuilis ſemel affuit in tali teſtamento, prout illi duo teſtes deponunt,ergo licèt de præſenti interuenire non poſſit,vt quia alij quinq; teſtes fortè ſint mortui,illi duo teſtes qui ſuperſunt, debent ſaltem inducere præſumptionem,& ſemiplenam proba.per l.teſtium,in fi.C. de teſti. ita reſidet Bart. Iſta opin. Bart. *per omnes indifferenter reprobatur*, tamen repetendo hanc l.poſſet quis aſſumere hanc opin. Barto. pro vna conclu. & diſputando poſſet de facili ad obiecta reſpondere, quia nihil adducitur,quod multum ſtringat.Iſtam opi.reprobat Sali.hic,& in d.l.in bonæ fidei. 11.colum. vbi dicit, quod iſta opinio Bar.apparet ſibi vna truffa. mouetur, quia fides, & probatio de teſtamentis, quæ fit iudici. l. quinquaginta, aliàs quingenta.ff.de proba.non fit, vt ex duabus ſolēnitatibus diſtinctis, ſcilicet iuriſgen.& iuris ciuilis,vt dicit Barto. ſed fit ex fide,quæ adhibetur tot teſtibus propter eorum numeroſitatem, vt ſecundum eum clarè probant tex.in l.hac conſultiſſima.in prin. & in l.vnus.C de teſt.& expreſſus tex.in l.fi.C.de fideicom.Potes reſpondere,quòd iſtam numeroſitatem ſeptem teſtium ſolùm ius ciuile adinuenit,licèt iuſgen. non curet, ſecundum qđ in ore duorum,vel trium conſiſtit omne verbum.Item mouetur Sal.nam cum iuſgen.exigat tantùm duos teſtes,ius autem ciuile requirat ſeptem,nunc cenſetur totum ius ciuile,quia regulā habemus,ꝙ quando ius ciuile aliquid addit, vel detrahit iurigen.efficitur ius ciuile.l.ius ciuile.ff.de iuſt.& iur. Rñde,qa hic eſt fallacia,quia illud,quod additur,vel detrahitur iurigen. illud additum bene efficitur ius proprium ciuitatis, & ſic ius ciuile,tamen quod primo erat de iuregen. durat, aliàs iuſgen. eſſet in totum ſublatum, quia rarò inuenietis aliquid de iuregen.quin aliquid non ſit additum, vel detractum de iure ciuili, & tamen durat iuſgen.ſed tamen illud, quod eſt additum, vel detractum bene eſt ius ciuile,ita loquitur.d.l.ius ciuile, vnde putat Sal.quòd in teſtamento ad probandum ſemiplenè neceſſariò exigantur quatuor teſtes. Subdit tamen not. & iſtud no quod etiam ſi eſſent quatuor teſtes,per quos in teſtamentis induceretur ſemiplena probatio,nō tamen illa ſemiplena probatio aliquid releuatet,nec faceret, ꝙ per hoc eſſet locus iuramento neceſſariò in ſupplementū proba. aliàs ſequeretur abſurdum,ꝙ ex teſtamento non publicato,ſi tres teſtes teſtamentarij eſſent mortui,ꝙ poſſunt hæreditas, & legata effectualiter peti ex teſtamento, producendo quatuor teſtes, qui deponerent de tenore teſtamenti, ꝙ teſtamentum eſſet factum corā ſeptem teſtibus rogatis, & poſtea iudex deferret iuramentum in ſupplementum proba.quod tamen videtur contra not.in l. 1.& melius in l.2.C.de teſt.& maximè, quia nos videmus in ſimili,ꝙ in contractu celebrato in ſcriptis, ſi ſit ſemiplenè probatum per vnum teſtem, eſt locus iuramento in ſupplementum proba.vt not. in Auth. ſed nouo iure.C.ſi cer.pet. Contra Bar.etiam tenet Ludo.Roma.hic in 33.colum.motus,quia de iuregen.non fuit aliquid diſpoſitum de ſolennitate numeri teſtium circa teſtamentum,ſed illud totum fuit inuentum de iure ciuili, hoc probat primo per l. quidam. ff. de pœn. ſecundo quia teſtamenti factio non erat cognita de iuregen.cùm ſit de iure ciuili,ergo non poteſt dici,ꝙ ipſi teſtamento non cognito de iuregen. fuerit ab ipſo iuregen. adiecta qualitas numeri teſtium,quoniam ſic eſſet reperire qualitatem ſine ſubiecto, qđ eſt impoſſibile.l.eius,qui in prouincia.circa fi.ſ.ſi cer. pet.Iſtud fundamen.Ludou.Roma.non eſt tutum, neque bonum,quia præſupponit, quòd teſtamentum ſit in totum inuentione de iure ciuili, quia ego dico quòd licèt ita tenuerit Bart. in diſcurſu in l.ex hoc iure in 3.colum.in prin.ff.de iuſt.& iure, *tamen in contrarium eſt communis ſententia*,quòd teſtamentum inuentione ſit iuriſgen.ſed ſolennitates, quæ poſtea in eo requiſitæ fuerūt, illę bene ſunt de iure ciuili partim, & partim de iure prætorio. Inſti.de teſta.in prin.ita tenet ipſemet Barto.in l.interdum.in 3. colum.ꝟ.de condi.indeb.& communiter Cano.vt dom.Anto. de But.& dom.Panor.in rub.de teſt.& eſt bonus text. in l. ſi teſtamentum. C.de teſt. vbi princeps per reſcriptum non poteſt tollere teſtamentum,eo quia eſt de iuregen.nam ſi ſolùm eſſet de iure ciuili, princeps etiam ſine cauſa poſſet tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis, vt not. glo. & Docto.in l.fi.C.ſi contra ius,vel vtil.publ.& c.quæ in eccleſiarum.de conſti. & Bal.in prooe.ffo-rum.cum ſim.Bene facit,quod no.Barto.in rub.ff.de acquiren. hæred.in 2. q. de quo puncto vide plenè per Ful. & Ludo.Roma. in d.l.ſi teſtamentum. cum concord.vnde ipſe Ludo.Roma.ſentiens hanc reſponſionem dixit, quòd etiam dato quòd velimus dicere teſtamenti factionem de iuregen.adinuentam, & conſequenter qualitatem numeri teſtium potuiſſe de iuregen.adinueniri,tamen ſecundum eum, fundamentum Barto. adhuc remanet falſum ꝑ rationem Sal.proximè relatam, quā ſibi aſcribit, quia qñ ius ciuile aliquid addit, vel detrahit iurigen.efficitur ius ciuile,ſed reſpondeo vt ſuperius reſpondi. Cōcludit ergo Ludo.Roma. ꝙ ad probandum ſemiplenè teſtatoris voluntatem,quatuor teſtes requiruntur, nec duo ſufficiunt contra Bart. & proderit ſ͠m eum ſemiplena probatio, non ad effectum, ꝙ poſſit poſtea perueniri ad deferendum iuramentum neceſſarium in ſupplementum probatio. ſed ad probandum,quòd relictum in teſtamento, quamuis etiam non ſolenni,ſit naturaliter debitum,vt not.glo.& ibi diſputat Bar.& Docto.in l.cum quis.C.de iur.fac.igno.& in l.1. ꝟ.de condi. indeb. Contra Barto.etiam tenet Pau.de Caſt. ad fi. dicens, ꝙ iſtud dictum Bar. nunquam ſibi placuit,eo quia ſolennitas teſtamenti eſt indiuiſibilis, adeo ꝙ non ſolùm duo teſtes imò nec etiā ſex fidem facerent in teſtamento, quia requireretur, ꝙ omnes ſeptem [a] interfuerint teſtamento quo ad ſolennitatem,& per omnes probetur veritas, per not. per glo. in l.2. C.de bon. poſ.ſ͠m tabu.Ad iſtud reſpondeo,ꝙ argu.ſuum procedit quātum ad plenè probandum, ſed quo ad probandum ſemiplenè,vt dicit Bart.ſufficit duos teſtes deponere, ꝙ tota ſolennitas ſeptem teſtium interuenit tempore conditi teſtamenti, in quo relicta ſunt 100.Titio.Contra Bar.etiam tenet do.Alex.Imo.in 31.col.ad fi.dicens ꝙ opin.Bart.non poteſt defendi, quia confunditur per proprium fundamentum ipſius.Bart.nam ſi vera eſſet eius opin.ſequeretur,ꝙ etiam ſi duo teſtes ſolùm deponerent,ꝙ teſtator reliquit 100. Titio, & non dicerent præſentib. ſeptem teſtibus rogatis, adhuc iſto caſu ſemiplenè probarent, quia probatio eſſet facta ſ͠m iuſgen.& tamen ipſemet Bart. tenet contrarium. Ego puto, quod ab iſto fundamento, prout etiam ab alijs poſſit defendi Bar. & ex verbis eius à parte colligitur reſponſio.Nam quando duo teſtes ſolùm dicunt ſimpliciter,ꝙ centum in teſtamento fuerunt relicta Titio,& non dicunt præſentib.ſeptem teſtibus rogatis,ideo tunc non probant ſemiplenè, quia defectus eſt non in dicto, ſed in numero teſtium,nam tunc nihil releuaret, dato ꝙ etiam ſemiplenè probarēt,cùm appareat illud fuiſſet relictum in minus ſolenni voluntate,quo caſu etiam ſi eſſet hæres, & fateretur,nihil releuaret,& ſic nihil prodeſſet iſta probatio facta ſ͠m ſolum iuſgen.ſecus eſt,quando illi duo teſtes dicunt.ꝙ præſentibus ſeptem teſtibus rogatis, tunc apparet, ꝙ non eſt defectus in numero teſtium,ſed in dicto,ideo tunc ſemiplenè probant, & iſta fuit ꝓpriè intentio Bar.& ſic ex iſtis apparet,ꝙ diſputando poteſt fa-
185 cilè defenſari opin.Barto. † pro qua addo bene facere, quod in propoſito pulchrè decidit Bal.in c.1.§. ſacramētum.in 3.col. circa fi.in ver.ſed tunc quæro quomodo ego ſciam. de conſuetud.rect.feud.vbi quærit Bald. In feudis ad ſolennitatem inueſtiturę feudalis requirunt̄ duo teſtes pares curiæ,nunquid vnus ſolus teſtis poſſit probare ſemiplenè inueſtituram ſolenniter fuiſſe factam coram duobus paribus curiæ, vel coram eo, & alio pari curiæ?Et dicit,ꝙ illa.queſt.tangitur in ſimili per glo.in l.hæredes palàm.in princ.ff.de teſta.& in l. 2. C.de bon. poſ.ſ͠m tabu.concludit ibi ſing.Bald.ꝙ ſi tales teſtes deponant de veritate,& ſolennitate inueſtituræ,quòd ſemiplenè probant, vt ibi per eum, tamen quia alij omnes communiter tenent contra Bart.non diſcedo à communi ſententia, quam contra Barto. etiam tenet dom.Anto.de But in c.fin.eod.tit. & Fulg. in d.l.2. per glo.ibi,& Ange. in d. l.in bonæ fidei,in vlt.colum. vbi dicit vnum magnum verbum, quod opin. Barto. de conſuetudine
186 non ſeruatur.† Pro iſta communi ſententia contra Bar.bene facit not.verbū Bald.in d.l.2.ad fi.vbi probat, quòd quando ad ſubſtantiam actus, & de forma probationis requiritur certus numerus teſtium,tunc etiam ſi in tali probatione non deficeret niſi vnus teſtis,non poteſt deueniri ad iuramentum in ſupplementum probationis, & maximè ſecundum eum iſtud ꝓcedit in teſtamento, in quo teſtes debent eſſe rogati, & ideo cùm

ADDITIO.

[a] ¶Quod omnes 7.teſtes.Adde tex. & ibi Docto. in c. cum eſſes.de teſti.

cùm pars, quæ nunc agit non fuerit rogata, nec possit subrogari loco testis rogati, consequens fit quod eidem non potest deferri iuramentum in supplementum proba. quia per iuramentum pars subrogatur loco testis, & quando in teste requiritur qualitas, quod sit rogatus, iuramentum solum nõ potest istud operari, ita etiam no. Bald. in c. 1. §. item si vasallus, in 3. colum. de controu. inuesti. & Bal. in d. l. in bonæ fidei, in 2. col. circa fin. & Ludo. Roma. hic in 26. col. Ex prædictis omnibus relinquitur cõcludendum *communem sententiam* esse contra Bart. ꝙ duo testes deponentes super testamento qualitercunq; deponant, nunquam probant etiam semiplenè. Vnus tamen casus est valdè sing. in quo per duos testes tantum potest plenè probari testamentum, etiam si sit quæstio de voluntate testatoris non solùm de solennitate, quando instrumentum testamenti authenticum factum corã septem testib. esset deperditũ, nam probato casu amissionis, tunc tenor testamenti, & ipsum testamentum plenè probatur per duos testes, ita in simili probat singu. tex. in l. testium. in fi. C. de test. quem allegauit Bar. hic in fi. huius quæst. & illum tex. ibi in specie Bal. ad hoc no. in 2. colum. & reputat ad hoc esse notan. & mirabilem. Idem ibi not. Sal. in vlt. not. & bene facit quod ibi dicit Cyn. in 6. no. & dicit Raph. Cuma. in l. hæredes palàm. in prin. ff. de test. quod illud dictum Bald. est multum tenendum menti, quamuis s'm eum non sit fortè auctoritate roboratum, & idem tenet Ang. in d. l. testiũ. vbi tamen intelligit, & restringit hoc esse verum, quando illi duo testes fuissent præsentes in testamento, ita ꝙ per eos probaretur, qualiter fuit cõfectum testamentum, per d. l. testium. in fi. cum ibi no. Idem quod Bald. tenet Ludo. Roma. in d. l. 2. & ibi Dom. Alex. Imo. sustinet dictum Bald. generaliter, etiam si illi duo testes non fuissent præsentes testamento, quando tales testes probantes amissionem instrumenti testamenti, & deponentes de eius tenore essent valde periti, puta duo notarij, quia sufficeret, dato quod non fuissent presentes testamento, per illud quod habetur in c. cùm olim. el 1. de priui. & no. Barto. in Auth. si quis in aliquo. circa med. & ibi Cy. C. de eden. Bar. in l. sicut. C. de fid. instru. & in l. 2. §. diuus. ff. de iure fisc. quod bene no. Vltra tres fallen. Bar. in quibus testis non facit semiplenam proba. quædam aliæ sunt addendæ. Sed caue, quia Lud. Rom. simul hic immiscet, & cõfundit 21. casus, quorum aliqui (sed pauci) tendunt ad propositum nostrum, scilicet ꝙ vnus testis non semiplenè probet. Aliqui sunt, in quibus dato ꝙ testis semiplenè probet, tamen non defertur iuramentum in supplementum proba. & isti non sunt ad præsens propositum. ergo separo istas duas materias, prout fieri debet, & hic solùm attingam, in quibus casib. vnus testis non semiplenè probat. postea. ĩ. loco suo sequendo ordinem Bart. ponam, & recolligam casus, in quib licèt fuerit probatum semiplenè, tamen non est locus huic iuramento necessario in supplementum proba. Quarto ergo vltra Bar. fallit prædicta regula, quando testis etiam nõ interrogatus à iudice non assignaret rationem, vel causam dicti sui, tunc non facit semiplenam probationem, [a] nam licèt duo testes non interrogati de causa faciant plenam proba. quia non tenentur assignare rationem dicti sui, si non interrogentur, vt est gl. in l. solam. in gl. magna. ad fi. C. de testi & in c. cùm causam, quæ inter Archiepiscopum, in gl. magna. super verbo, de causis. circa prin. de testi. & 4. q. 3. c. solam. super verbo attestatione, tamen vnus testis non facit semiplenam probationẽ, si non assignat rationem dicti etiam non interrogatus, sicut qñ vnus testis non dicit plenam veritatem, vt no. gl. in l. Lucius. ff. de infa. eo quia talis examinatio non caret aliquali boni viri suspicione, cùm iudex non laborauerit ad veritatem inquirendam. nam modicus defectus impedit semiplenã proba. vnius testis, nec mirum, quia satis exorbitat fides vnius testis à iure communi. c. in omni. de testib. ita sing. decidit Bal. in c. 1. §. sacramentum, in 2. colum. de consuetud. rect. feud. Et per hoc ego infero, quòd non semper erit bonum fundamen. glo. nostræ, quod duo testes faciant plenam probatio. ergo vnus facit semiplenam, istud non procedit, quando ratio non assignatur per testes de causa non interrogatos, quia duo testes bene probant plenè, & tamen vnus non probat semiplenè. istum dictum Bal. pluries reassumit, & sequitur Ludo. Rom. in hac l. in 26. col. in fi. in 6. fallen. & in seq. colum. in 10. fal. & in 31. colu. in fin. & in repet. rub. ff. de arbit. in 10. col. sequitur simpliciter. d. Ale. Imo. hic in 32. colum. Bene facit, quod voluit Iac. But. in q. per eum disputata, quæ inci. quæstio talis est, quidam petijt à Titio, &c. vbi dicit eleganter, quòd quando testis non reddit causam dicti, quia non est de ea interrogatus, non ita perfectè probat sicut ille, qui reddit bonam causam, & ideo duo testes reddentes causam legitimam etiam non interrogati, præponderant, & præferuntur totidem testibus deponentibus sine assignatione causæ, quia vera redditio causæ præponderat causæ præsumptiuæ, quod dictum pro valdè no. refert, & sequitur Bald. dicens, quòd alibi non inuenitur in l. presbyteri, circa fin. C. de Episc. & cler. sequitur Ludo. Roma. in l. 1. in prin. ff. de nou. ope. nnn. & in repet. rub. ff. de arbit. in 10. colum. Addo bene facere quod dixit Bald. in l. de quib. in repet. in 24. colum. ff. de legib. vbi dixit, quòd si vterque litigantium produxit pro sua parte vnum testem, ille testis, qui reddit rationem dicti sui, præfertur dicto alterius non reddentis causam, imò singul. subiungit Bald. (& istud bene no.) quòd testis non reddens rationem dicti sui, non debilitat dictum alterius testis reddentis rationem, quin ei, qui produxit illum vnicum testem reddentem rationem dicti, possit deferri iuramentum in supplementum probationis, quod dictum perpetuò teneas cordi, & facit ad ea, quæ ĩ. dicentur in loco suo, &c. Quintò prædicta regula procedit, quando testis immediatè deponit super facto, tunc bene probat semiplenè, sed si non deponit immediatè super facto, sed super indicio ad factum, tunc non probat semiplenè, imo nec facit indicium, vnde si vnus testis deponeret, quòd vidit mutuari, & numerari pecuniam, iste testis deponit immediatè super facto, tunc bene probat semiplenè, sed si testis deponeret, quod audiuit, vel etiam vidit confessionem talis mutui, tunc non deponit immediatè super facto, sed super indicio ad factum, & tunc non probat semiplenè, & ratio est, cùm indiciũ sit plenè probatum per duos testes, certè vnus testis non facit semiplenam probationem facti principalis, sed benè illius indicij, & sic vnus testis etiam non probat indicium, sed duo requiruntur, glo. est not. quam Bar. ibi multum not. ad propositum nostrum in l. fi. & ibi Bald. etiam in fi. C. famil. ercis. & illam gl. ad hoc reputat singu. Ange. in l. fi. circa fi. principij, vbi ad hoc adducit duo pulchra exempla. ff. quod met. causa. nam si reperiatur homo occisus, & vnus testis deponat, ꝙ vidit Titium exeuntem cum ense sanguinolẽto, vel imputatur Titio, quòd furto surripuit certos libros alicui, testis vnus deponit, ꝙ vidit Titium exeuntem de domo habẽtem fardellum sub chlamyde, ꝙ talis testis non facit indicium ad torturam, quia non deponit immediatè super facto, scilicet, ꝙ viderit fieri homicidium, vel fieri furtum, sed deponit super indicio ad factum, quod indicium per duos testes probari debet, vt dixi, ergo vnus nõ sufficit, & de dicto illius testis, qui vidit aliquem cum ense sanguinolento, vide per Bar. in l. 3. in princip. ff. de fur. & in l. fin. ff. de quæstio. per Bald. in l. neque natales. C. de proba. cum concordan. & ꝙ vnus testis non probet indicium ad factum, sed duo requiruntur, adde etiam Barto. hoc expresè dicentem in d. l. fi. ff. de quæstion. circa fi. vers. quæro qualiter, allegat. d. gl. in l. fin. C. de silen. adde Ange. in Authen. de testa. imperfect. in princip. vbi ponderat esse aliam glo. de hoc, & Ang. in l. fi. C. de condi. vbi ponderat de hoc aliam glo. super ver. excepto. Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. in ver. quod enim. ff. de eden. & in l. 2. in princip. aliàs est l. 3. ff. de excu. tut. & in d. l. fin. in prin. in 1. lect. ff. quod met. causa. & Bald. hic in 10. colum. & in terminis nostris, quòd quando testis cum iuramento non immediatè deponit super facto sed super indiciis ad factum, ꝙ non probet semiplenè, dicit Paul. de Cast. hic in vltim. colum. licèt nihil alleget, adde Bald. in specie in d. c. 1. §. sacramentum, in 4. colu. de consuetud. rect. feud. dom. Abb. Panor. in d. c. fi. §. sanè. in vlt. colum. Sextò fallit prædicta regula, quando talis testis esset fœnerator, infidelis, Iudæus, vel aliter infamis, tunc non probaret semiplenè, ita Ludou. Roma. hic in 27. colum. in 12. fal. & seq. sed ista fallentia continetur sub prima fal. Barto. & Docto. superius relata, quia talis testis tunc non est omni exceptione maior, cùm possit sibi impingi macula infamiæ. Benè facit, quod in terminis inquit Bald. in d. §. sacramentum. in 2. colum. circa med. vbi dicit, quòd si testis erat infamis infamia facti, quæ habet debilitare fidem testis, non esset integer testis ad hoc, vt deferri sibi possit iuramentum necessarium in supplementum proba. vt dicit not. in l. Cassius. ff. de senat. & in l. j. C. de sum. trinit. & fid. cathol. Facit optimè, qđ vult Cy. in d. l. in bonę fidei. in 7. quæst. & Bal. in l. qui accusare. C. de eden. vbi volunt, quod fœneratori, Iudæo, infideli, vel aliter infami non deferatur iuramentum in supplementum proba. quamuis semiplenè probauerit, de quo infra dicetur. Septimò dicta regula, quòd vnus testis semiplenè probat, procedit quando dictum talis testis verè, vel necessariò concludit, [b] secus autem si concluderet præsumptiuè tantum, tunc non probaret semiplenè taliter, quòd esset

ADDITIONES.

a ¶Semiplenam probationem. Ampliat Deci. in l. 1. ff. si cert. pet. in articulo de teste vicino, PVRPV.

b ¶Concludit. Idem Deci. in l. 1. ff. si cert. pet. Corne. consi. 69. colum. penul. PVRPV.

esset locus iuramento necessario in supplementum proba. ita Ludo.Rom.in suo consi.91.inci. visis ac percunctatis actis,&c. in 5.col ad fin.allegat pro hoc gl.in l.3.§.1.in ver.leuior.ff.de mino.& in l.non est verisimile.in prin.ff.quod met.causa. Pro hoc ego pulchrè infero,quod si testis deponat se scire,quia vicinus,vel consanguineus, certè cùm ista sit præsumptiua probatio, & non vera,aut necessariò concludens, vt est de mente Bal.in l.1.in 4.col ff.si cer.pet.tenet Bal.in l.conuenticulam.C.de Epis.& cler.& in l.1.in 7.colum.C.de ser.fug.& in l.data opera. in 13.colum.C.qui accu.non pos.talis testis non semiplenè probaret. ita quod esset locus iuramento necessariò in supplementum proba,Confirmo per illud quod fortius, & sing.tenet Bal. in l.2.in repe.magna.C.de rescin.vend. in princ.in vlt.char.vbi tenet,quòd talis testis deponens,quia vicinus,vel quia consanguineus, facit solùm indicium, & clarum est quòd indicium est minus,quàm semiplena probatio,secundum glo. in l. cum probatio.ff.de proba.cum concor. quas superius dixi.de tali tamen dicto testis vide materiam plenius traditam per Barto.& alios in d.l.1.per Cano. in c. literis, de præsump.cum suis concord.etiam pro ista limita. adde quod dicam in sequ. Octauò prædicta regula fallit,quando testis deponit super eo,quod est remotum à natura contractus,tunc vnus testis non probat semiplenè, ita quod sit locus iuramento necessariò, quia cùm eius testimonium non consonet naturæ, per consequens nec
* iuri,quod naturam imitat, * & sic in contrarium surgit præsumptio,taliter quod testis non probabit semiplenè,ita no.dicit Baldus in d.§.sacramentum.in 2.colu. in fin.vbi dicit,quòd istud est semper memoriæ retinendum.Refert,& sequitur Ludo.Roma.hic in 26.col.in 6.fal.vbi dicit de hoc esse tex sing.in c.1.§.præterea.in tit.quid sit inuest. in vsib. feud. Bene facit,quod pulchrè no.Bal.in d.c.1.§.fin.per illum tex. in tit. quid sit inuesti.vbi dicit, ꝙ cùm pacta extranea non præsumantur, ꝙ vnus testis de eis deponens non probaret semiplenè, ita ꝙ sit locus iuramento,quod alibi dicit Bald.non reperiri.facit,ꝙ dicam in seq fallen statim.Nonò prædicta regula fallit, quando testis habet aliquam præsumptionem contra dictum suum, quia talis præsumptio elidit vim illius testis,& facit vt non probet semiplenè ita probatur in l.fi.in prin. cum glo. magna super verbo præsumptioni,circa prin.quod met.cau.& ibi Bal.no.& clarius Ang circa prin.Ludo.Roma.in prealleg.consi.91.incip. visis, ac percunctatis.in 5 col.in fi.Bene facit,quod dixi in præcedenti fallen & est bona glo.in l.1.in ver.non sit.circa fi.& ibi Bar.& Bal no.C.qui,& aduer quos.Bal.in d. l.in bonæ fidei,in 1. col.in 3.oppo.Facit quod dicit Bar.hic in 13.col.in ver.quæro vtrum vna probatio imperfecta,allegando gl.in d.l.1.& ī.loco suo dicetur.Hinc ex istis infertur,ꝙ quando agitur contra officialem in syndicatu,cùm pro eo sit præsumptio,certè vnus testis non faceret semiplenam probationem,taliter,ꝙ locus esset iuramēto necessario,& de hoc est tex.no.in l.fin.ad fin.& ibi Ang.not. C.vbi de ratioci.Ad ista accedat,quod pulchrè not.Bal.in c.1. §.fi.ad fi.per illum tex.in titu. quid sit inuesti. vbi not.ꝙ contra præsumptionem consuetudinis non recipitur iuramentum in supplementum probationis, quod dicit esse tenendum cordi. refert,& sequitur simpliciter Ludo.Roma.hic in 26.colu.in 4. fallen.Decimò prędicta regula fallit,ꝙ vnus testis facit semiplenam probationem in criminalibus sine alijs indicijs, secundū Cyn.in l.fin.C.de quæstion quem refert, & sequitur do.Alex. in consi.354.incip. viso themate antescriptæ inquisitionis.in 2.
a col.Dictum est.s.ꝙ vnus testis [a] regulariter semiplenè probat,
187 † & qui sint casus,in quibus non semiplenè probat, adde ꝙ Specu.in tit.de testi.in §.restat.in versi.hoc tamen fallit.enumerando 30.casus,enumerat quamplures, in quib. vnus solus te-
b stis plenè probat, & plures enumerant Cano. Inno.dom.Ant. de But & alij in c veniens,el 1.de testi.& glo. in c. tanta.in vers. filius.86.dist.vltra quos vnum bene not.ꝙ in causis breuiorib. probatio per vnum testem, vel per famam dicitur plena probatio,& sic non est necesse deferre iuramentum in supplementum proba.& est de mente Bart. in l. de minore.§.tormenta,in vlt.col.ff.de quæstion.dom.Anto de But.in c.veniens.el 1.& in c.1.de appella.& ita expresse not.dom.Math.in 2.not. Eodem modo in iudicijs possessorijs, in quibus dicitur agi de leui præiudicio,probatio per vnum testem, vel per famam habet vim plenæ probationis,ita ꝙ non est opus iuramento necessariò in supplementum probationis,hoc sentit Bart. in l.1.C.quo bon. & clarius in l 2.in vers fin. C. vbi in rem act. quamuis contrarium voluerit Barto.in hac.l.3.& 14. colu. circa fi.& in extrauagan.ad repri.super vers summariè, & secundum do.Math.
188 in 3.not.† Adde etiam quod dicit Bald. in l. præscriptione.in 13.colum.C.si contra ius vel vtil publi. quod licèt regulariter requiratur probatio plena, tamen vbi concurrit fauor probantis,& modicum præiudicium, sufficit etiam solum iuramentum.allegat.l.3.§.duæ causæ. ff. ad Carb.melius facit vulgata.l.
189 Thesaurus.ff ad exhibend. † Adde etiam quod dicto Cardi-
c nalis [c] de latere, vel alterius excelsi viri asserentis aliquid sibi commissum esse à Papa, vel ab alio principe, plenè creditur absque eo, quòd aliter ostendat literas commissionis. c. nobilissimus,vbi glo.reputata singul.97.distin.Specu.in d §.restat. in versi.hoc tamen fallit.in 19.fallen.Bald. in l.iurisiurandi.in 2. colum. in princip. C. de testi. vbi refert Doct.ita dicere, quòd creditur dicto Cardinalis in sibi commissis per Papam, per c. cùm olim essemus.de priui. idem tenet Saly. & dom. Pau. de Cast.in l.vnica.C.de man.princip. & Ludo. Roma.vbi limitat duobus modis,in consi. 59. incip. ad discutiendum, in quarto dubio Contrarium in terminis in Cardinali tenet Bart.in l.vnica.per illum tex. C.de superindi. lib. 10. & in d.l. vnica,per illum textum,vbi bonus tex. C.de manda. princip. Bene facit.c. licet ex quadam.post med in ver. *etiam si præsidiali præfulgeat dignitate*,& tex.in c.cum à nobis.de test.& text.in l. iurisiurandi. C.de testi.& in c.si testes.§.vnius.4.quæst.3. accedat glo.singul. in cap.cum olim.el 1.in ver.quorundam fratrum.de priui.quę dicit,quòd dictum Cardinalis testis non iurati nihil probat, & illam glo.dom.Abb.Pan.ibi reputat singul. ad hoc.Veritas est, quòd dicto Cardinalis non statur in præiudicium alterius, sicut dicto alterius excelsi viri,glo.est in terminis in ca.sicut nobis.in glo.fin.de sentent. excommu. quam ad hoc not.ibi Cano.& per eam infert do.Abb.Panor.quòd si Cardinalis etiam de latere diceret Papam,sibi aliquid commisisse,quod respicit damnum, vel præiudicium tertij, non creditur sibi,nisi bullas apostolicas commissionis ostendat,vt ibi,sed quando dictum Cardinalis non tangeret damnum, aut præiudicium tertij,tūc bene plenam fidem facit,ita procedit gl.in d.cap.nobilissimus, ita in specie tenet dom.Ange.in l.quæcunque.§.fi.ff.de publ.in rem. act. dicens se ita pridie consuluisse apud Veronā,& inuenio, quòd ita pulchrè, & plenè consuluit in consi. 182. quod incip. mandatum principis, vbi concludit, quòd Cardinali quantuncunque legato de latere,vel alij excelsæ personę nullo modo creditur in præiudicium alterius,sed in his,quæ non præiudicant alijs, imò potius commodum subditorum respiciunt,plenam fidem facit, puta, quod habeat potestatem dispensandi,vel absoluendi, vel concedendi indulgentias, vt ibi pulchrè per eum,de quo etiam vide not.Bald.in idem reincidentem in l.exemplo.ad fi C.de proba.& in l.si qua per calumniam.in 3.colum.C.de Episc.& cler.& not.Specu.in tit. de leg. §.superest.in versi,quidam tamen dicunt.Docto. post glo.in d. c.cum olim.dom.Anto.de Butr.in cap. quod super his. de fide instru.& in cap cùm in iure peritus.in 6.colum. de offic.deleg. & in c.sua.de offic.vica dom.Abb.Panor. in cap.quod translationem.de offic.leg.& ibi vide Bald.Dom.de S.Gemi.in c.eos, qui.§.1.circa.fi.de senten.excommu.lib. 6. & latè ac diffusè per Ludo.Roma.in l.sciendum.in versic. 24. deciditur. ff. de verb. oblig.aliquid per eundem Ludo.Rom.in l. si publicanus. §.fi. ff.de publ.& vectig.& Pet.de Anch.in clem.1.de proba.limita, etiam si Papa sit præsens in loco:ista limitatio probatur per illud,quod in bono simili decidit Specu. in titu.de iudi.deleg.§. sequ tur.versi.in curia.& clarius in titu.de proba.§.videndum, ver.quid de auditoribus.vbi dicit,quod extra locum, vbi princeps delegat causam,delegatio non potest probari nisi per scripturam.argum.l.1.C.de mand. princip. & l. probatorias. C.de diuers.offic.lib.12. sed in loco vbi est facta delegatio, & sic vbi est princeps, illa bene potest probari per testes, & ad hoc est tex.not.in §.quia verò.in Authen.vt litig. iur. in §. alijs,& in Authen.de litig.& illam decis.Spec.sequitur Ludo.Rom.in l.sciendum.circa 26.colum.ff.de verb.oblig.& latè eum sequitur Anto.de But.in cap.super his.de fide instru. Facit etiam ad idem illud,quod vult Ange. in l.mutuum. §.his,qui. ff.de procura.vbi vult,quòd quando dubium est de mandato procura.non tenetur procurator cauere de rato,quando dominus est pręsens in ciuitate,ad idem bene facit illud,quod vult Barto.in l.quid ergo. § pœna grauior.ff. de infa. vbi tenet,quòd iudex ex causa non potest alterare pęnam statuti, quando princeps est pręsens in loco. Aduerte tamen quod licèt non stetur dicto solus Cardi-

ADDITIONES.

* Imitatur.

a ¶Vnus testis.Quando plenè probet vnicus testis.d.Bapt. de S. Seuerino in l. imperium.char.pen.in quæstione de probationibus iuris. ff.de iur. om.iud. PVRPV.

b ¶Vnus testis plenè probat.Adde Io.And.in c.vt circa.de elect.lib.6.in nouel. Bal.in l.vbi numerus. ff.de test.in apostil.

c ¶Dicto Cardinalis.Adde Innoc.in c.cum dilectus. de appel. Petr.de Anch.in clem.vnica.de probatio.

Cardinalis in his, quæ reſpiciunt præiudicium tertij, tamen
a vr̃ ꝙ ſtari debeat dicto Papæ a de eo, quod geſſit dum eſſet
Cardinalis, ita probare videtur tex. in c.quærelam. in princ. de
elect.& tex.in clem.1.in antepenult.col.in ver. intelleximus au
190 tem olim.de reliq.& vene.ſan.† Nunquid autem ſtetur dicto
ſolius Papæ, decidit Bal.quòd ſic.in d.l. iuriſiurandi. in 2.colu.
princi. dicit tamen, quòd ſi Papa non bene recordetur de fa-
cto, quòd ſibi dici poteſt ſalua ſua Maieſtate, quod nõ debeat
in illo errore perſiſtere, ſecundum Io.And.in c.cùm à nobis.de
teſt.in nouella, de quo etiam per Ludou. Roma.in præalleg.l.
ſciendum.Accedat, quod no.Bal.in l.exemplum. C.de fal.vbi
tenet, quòd in reſcripto conceſſo per Papam, vel Imperatorē,
191 ſi in aliquo dubitetur, ſtatur eorum dicto.† An autē Papa b
b poſſit ſtatuere, quòd plenè credatur vni teſti in pręiudicium al
terius? Prima fronte videtur dicendum quòd non, quia ſic Pa-
pa ſtatueret contra ius diuinum.c.in omni. de teſti.& iſtud nõ
videtur poſſe facere, arg.tex.no. in c.indicas Hermanum.3.q.9.
tamen dom.Abb.Panor.in c.nuper.de teſt.poſt Innoc.ibi con-
cludit, ꝙ etiam Imperator, vel etiam princeps poteſt ex cauſa
ſtatuere, ꝙ plenè credatur vni teſti in certis cauſis, non tamen
generaliter, de quo etiam per eundem dom.Abb.in c.ſicut.de
192 proba.& in c.cū à nobis.de teſt.† Et an valeat ſtatutum Epi-
ſcopi, ꝙ per vnum teſtem deponentem de veritate poſſit ple-
nè cõuinci vſurarius de vſuraria prauitate, ponit Pet.de Anch.
in commento.c.Canonum ſtatuta.de conſti.in tertio principa
li quæſito, in ver.accedat.& latè diſputat Ang. in q.per eum di
ſputata, quæ incipit, Aſtenſis miles. in 15. colum. & duab. ſeq.
poſt Fed.de Senis in loco ibi per eum allegato, cum alijs ibidē
193 adductis per eum.† Item adde, ꝙ ſoli Epiſcopo plenè credi-
tur in cauſis, quę agitantur in curia ſeculari, & in foro ſeculari,
non in eccleſia, text. in c.quicunq;. 11.q.1.per quem tex.ita ſin-
gul.tenent Innoc.& Hoſt.in c.nuper.de teſti. & dom. Abb.Pa-
nor.ibi multum no.iſtud dictum, tamen dicit, ꝙ credit hoc nõ
ſeruari de conſuetudine in foro ciuili, & verum dicit, vt patet
ex prædictis, & expreſsè.Specu.in d. §. reſtat. in ver.hoc tamen
fallit.in 22. fal. vbi dicit, ꝙ illud c. quicunque. eſt antiquatum,
& correctum per alia iura, de quibus ibi per eum. Item ſtatur
dicto vnius teſtis interpretis.l.1.§.fin.& ibi Barto. & Docto. ff.
verb.oblig.Bal.in l.iudices. C. de ſenten. & interlocu.omnium
194 iudi.vbi dicit mirum eſſe, † ꝙ dicto vnius teſtis interpretis ple
nè credatur.& Bal.in l.directas. C.de teſt. manu.dicit, ꝙ text.in
d.l.1.§.fin.eſt ad hoc vnicus, & ſingul. & ꝙ eſt omnibus notus,
quib. non cecidit puluis.ſuper libros, & plenè Pet.de Anch.&
dom.Abb.Panor.in c.propoſuiſti.de proba.& vide Ang.in Au
then.vt præpo.nomen Imperatoris.colum.5. vbi no.per illum
tex.in ver.pro veritate lecturæ, & d.l. 1.§. fi. ꝙ quando dubita-
tur de ſignificatu literarum, puta quia literæ græcæ præſentan-
tur inter latinos à quibus veriſimiliter hæc non intelliguntur,
195 ſtatur dicto vnius interpretis de earum intellectu. † Et hoc
dicit notandum eſſe contra hebræos, quorum libri, vel ſcriptu
ræ ſi producantur coram iudice Chriſtiano, & latino, apud quē
non ſit veriſimilis intelligentia ſuarum literarum, ſtabitur ple-
nè dicto vnius Iudæi de earum intellectu. Intellige tamen ſem
ꝑ qn̄ plures interpretes haberi nõ poſſunt, ſed ſi plures reperiri
poſſent in ciuitate, non ſtaretur tunc dicto vnius interpretis, ſe
cundum Bar.& Docto.in d.l.1.in fi.Bald.in d. l.directas.d.Alex.
de Imo.in conſi.34.incip. viſa priuata ſcriptura, & c.in penul.&
196 vlt. colum. Bene facit quod in ſimili tenet Barto. † de medi-
cis, qui adhiberi debent ad probandum, an vulnus ſit mortale,
vel an ex vulnere ſit remanſura cicatrix, vel in obſtetricib. quæ
adhibentur ad cognoſcendum, an mulier ſit prægnās, nam
vnius medici, vel vnius obſtetricis dictum non ſufficeret, quā-
do plures potuiſſent reperiri, ſm̃ Bar.in 1.conſtitu.fforum circa
fi.principij, vbi per hoc inſtruit aduocatos, vt ſint cauti, vt ibi
per eum, & idem Bar.in l.1.in prin. ff. de vent. inſpi. & in l.fi.ff.
197 ad l.corn.de ſica.† Item plenè creditur ſoli teſti ad impedien
dum matrimonium.c.ſuper eo.el.2.& ibi dom. Abb. Panor.in
vlt.notab.de teſti.& in c.præterea.de ſpon. Specu. in d.§.reſtat.
in ver.hoc tamen fallit.in 13. fallen. & per hoc infert do. Abb.
Panor.in d.c.ſuper eo.in vlt.no. quòd vbicunq; agitur ad pec-
catum impediendum, nec principaliter diminuitur ius alte-
rius, dictum vnius teſtis plenè probat, vt ibi per eum cum con
198 cordantib.per ipſum alleg. † Item plenè creditur dicto vnius
teſtis, qn̄ nulli principaliter pręiudicium infertur, vt quando du
bitatur, an aliquis ſit baptizatus, vel an eccleſia ſit conſecrata.c.
cum itaque, & c.paruulos.de conſecr.diſtin.4.glo.in c.licèt vni
uerſis.in glo.fin.in ver.vnius, & ibi Bald. & glo. not.in c.nuper.
in glo.fi.ſuper verbo, iuratus.circa fi.& ibi Bal.de teſti.Specu.in
d.verſ.hoc tamen fallit.in 9.fallen.& etiam 26.fallen.dominus
Anto.de But.in c.veniens.el 1.in 1.col. in fi. de teſti. Et per illas
gl.infert not. Bal.in d.c.licet vniuerſis, & in d.c.nuper, ꝙ clerica-
tus poteſt probari per vnum teſtem, quia actus iſte de ſe, &
ſui natura inſpecta nemini principaliter præiudicat, quod eſt
199 bene notandum.† Item in materia adde illud, quod vult gl.
not.in l.Titio fundus.ſuper glo.fi.in verſi.actiones, circa med.
quam Bal.ibi not.& dicit tenendam menti. ff.de condi. & de-
monſt.quod dictum vnius notabilis viri inducit iuſtam credu
litatem, & illam glo.multum not.& reputat ſingul. Bal.in l.in-
dicia.in prin.vltim.colu.C.de rei vendi. Adde Bar.in l.qui fun-
dum.§.procur.& in l.inteſtato.ff.de vſucap.pro emp. Io. And.
& alios in c.cura.de iurepat.& no.Bar.in l.de pupillo.§.ſi qs ipſi
prætori.ff.de nou.oper.nun.in 8.q.in fin. vbi poſt Cy.in l.4.C.de
ſer.& aqua.dicit quòd illud, quod dicitur à perſona fide digna,
eſt iuſta cauſa credulitatis, & quod no. Bar.in l.Celſus.in 2.col.
200 ff.de vſuca.† Quid ſi vnus teſtis eſt approbatus, & datus pro
confidato ab vtraque parte, an plenè probet? videtur quòd ſic
per l.Theopompus. ff.de dote præleg. ſed, vt ibi dicit Barto.illa
lex ponit caſum not.quem multi credunt ſcire, ſed ignorant,
nam ibi ſtatur dicto vnius teſtis ex voluntate, & diſpoſitione te
ſtatoris, cuius ſolius diſpoſitioni ſtaretur, & ita etiam ante Bar.
dicit glo.in c.veniens.el 1.in glo.fin.in fi.& glo.in c.licet vniuer
ſis.in glo.fi.in fi.de teſt.tamen Spec.in præalleg. ver.hoc tamen
fallit.in 24.fal.tenere videtur, ꝙ vbi conſenſus partium interue
nit, dictum vnius teſtis plenè probet, cùm etiam teſtimonio
aduerſarij ſtari poſſet de conſenſu alterius partis.l.fi. C.de ſent.
paſ.& in l.fi.C.de fideicom.& cum deciſione Spec. ſimpliciter
tenet.d.Anto.de But.in d.c.veniens.el 1.in 2. colum.in princip.
& Ludo.Roma.in l.1.§.fi.in 1. col. & ibi etiam do. Alex.Imo.
in col.1.ff.de verb.obl.& eſt de mente Bart.ibi. in 2.opp.Idem
tenet Bal.cum ſingulari limitatione in d.l. in bonæ fidei.in pe-
nult.colum.in ver.ſed dubitatur de vno puncto, vbi ſingulari-
ter tenet illud, quod dixi, procedere, quando partes conueniūt
in perſona, & dicto tertij, & tunc talis bene probat plenè, puta
ſi partes concordant ſtare dicto Sempronij de tali mutuo: ſi
autem partes ſolùm conuenirent in perſona, ſed non in dicto,
tunc tantùm ſemiplenam probationem facit, & licitū eſt eius
dictum infringere.l.ſi quis teſtibus.C.de teſti.& cum iſta ſingu-
lari limitatione Bald. tenet ſimpliciter Sal. in d.l.in bonæ fidei,
in 12.colum.in ver. circa prædicta quæro de caſu quotidie oc-
currenti, & c.quod diligenter nota.Eandem opi. de qua.s̃.in ef-
fectu tenet Ang.in l.pactum, quod inter hæredem.circa fi.ff.de
pac.vbi tenet limitando not.alio ſecundo modo concluſionē
prædictam, ꝙ licèt non valeat pactum, ꝙ indiſtinctè credatur
probationi vnius teſtis, quia forma probandi non poteſt pacto
alterari, tamen ſi fiat pactum, ꝙ credatur in ſpecie tali ſoli te-
ſti, valet, & ille plenè probat.d.l.Theopompus.quæ an probet,
dictum eſt.s̃.Imò plus ſecundum eum, teſti infami poteſt cre-
di de partium voluntate.l.ſi quis teſtibus. C.de teſt. Et de præ-
dicta quæſtione aliquid tangitur per Bal.in l.vnica, in 1.colu.in
fi.C.de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. vbi nihil clarè
decidit, alibi dicit ſingul.Barto.in l.Lucius.in fi. ff. de fideiuſſ. ꝙ
quādo fides alicuius eſt approbata ab vtraq; parte, illi creditur
ſine iuramento. Ad iſtud facit illud, quod tenet Bar.poſt Dy.in
l.fi.ff.de præto.ſtipu.vbi concludit reprobata opi.Specu. ꝙ va-
leat conuentio partium, ꝙ de damnis, & intereſſe ſtetur dicto
ſolius partis aduerſæ, & idem tenet Bar.in l.iuſiurandum, quod
ex conuentione.in prin.vbi etiam alij Docto. s̃. eo. & in conſil.
quod incipit, quidam habens bona communia.Bald.in l.iube-
mus.C.de iud.& in l.vnica.in 2. colum. C. de ſenten. quæ pro
eo, quod intereſt profer. Imol. in l.cuſtodias.ff.de publ.iudi.d.
Anto.de But.in c.finem litib.in penul. col. de dolo & contum.
& in c.2.in 6.colum. de fide inſtru. Nec prædictis obſtat illud,
quod vult Innoc.in c.cum P.tabellio, de fide inſtru.quòd par-
tes de communi conſenſu facere non poſſent, quòd priuatæ
ſcripturæ detur plena fides: nam primo iſtud dictum reproba-
ui s̃. in hac ead. glo. dum tractaui de apocha priuata, & quæ
ibi adduxi, conferunt etiam ad iſtud propoſitum, ſed dato, ꝙ
illud dictum Innocen.ſit verum, quia magis *communiter* appro-
batur per Docto.vt ibi retuli, reſponde, quòd ratio ibidem aſ-
ſignata per Innoc.tollit contrarium.nam dicit ibi Innoc.quòd
ideo partes non poſſunt conuenire, quòd priuatæ ſcripturę de-
tur plena fides, quia ſequeretur, quòd in effectu partes poſſent
quem creare tabellionem, quod quidem priuatis non permit-
titur, vt ibi per eum, & Gul.de Cun.& Bar. in l.nec ei.§.eorum.
ff.de

ADDITIONES.

a ¶Stari debeat dicto Papæ. Adde Anto.de Butr.in clemen.1. de reliq. & vene. ſancto.

b ¶An autem Papa. Adde glo.& Doct.in l.fi.C.ſi contra ius, vel vti.publ. Ludo. Rom.ſingu.179.

ff.de adopt.Specu.in titu. de inſtru. edi.§.reſtat.ver.quis autem
poſſit.Bald.in rub.C.de fide inſtru.in 3. colum. Facit ad prædi-
201 ctorum confirmationem,† & habebitis vnum caſum ſingu.
in quo vnus teſtis plenè probat,quod ſingu. dicit Barto. in Au-
then.niſi breuiores.ad fin.C.de ſenten. ex breu. reci. vbi vult,ꝙ
quando in compromiſſo partes dant poteſtatem arbitrio, ſeu
arbitratori procedendi,vel congnoſcendi in ſcriptis, vel ſine
ſcriptis,per hoc videntur partes velle, quòd eius ſimplici rela-
tioni credatur,quod reputat Barto.tenendum menti,& ſic iſto
caſu arbiter, vel arbitrator erit teſtis, & ſolus probabit de his,
quæ coram eo geſta ſunt, & ſi dicat ſibi conſtare reum debe-
re, vel non debere, illi ſoli creditur quaſi ex tacita voluntate
partium,quanto magis ex expreſſa,vt dictum eſt.ſequitur An-
ge.in repe.l.ſciendum.in 6.colum.ff.de verbor. oblig. & de iſto
dicto facit feſtum.dom.Anto.de But. qui illud tenet in c. cum
ad ſedem.in penult.colum.de reſtit.ſpol.& in c.quintauallis.in
5.artic.& ibi Ioan de Imol.in 12.char.de iureiur. Ange.met.in
d.Auth.niſi breuiores.& Lud.Rom.in d.l.ſciendum.in penult.
colum.& ibi dom.Alex.de Imo.in 11.colum.de quo etiam vi-
de Sal.in l.ſocietatem.§.arbitrorum.ff.de pro ſocio.dom.Abb.
Panor.in d.c.quintauallis.in 25.colum.& in d.c. quoniam con
tra.de proba.Ego addo,ꝙ deciſionem Bart. expreſsè tenet.do.
Abb.Panor.in c.1.in 6.colum. de libel. obl. & allegat not. per
Bar in l.iubemus.C.de ſacroſan.eccl.quæ optimè faciunt.Suc-
ceſſiuè circa iſtam materiam de teſte Bar.in 12. colum.format
202 4.q.† Prima quæſtio eſt,quid ſi teſtes deficiant in dicto, puta
duo teſtes dicunt,vidimus,ꝙ Sempronius mutuauit Titio pe-
cuniam,ſed neſcimus, aut non recordamur de quantitate,an
probent?concludit ſingu. Barto. ꝙ ſi quantitas poſſet ſuppleri
alijs coniecturis,puta ſi probaretur per alios duos teſtes,ꝙ Ti-
tius petiit à Sempronio 10. ducatos mutuo, certè per iſtos
alios duos deponentes,ꝙ viderunt numerari pecuniam ex cau
ſa mutui,licet quantitatem ignorent,iudex deberet deferrè iu-
ramentum in ſupplementum probationis.allegat. c. ex literis.
de teſtib.quæ deciſio eſt multum ſingu.notanda, & eam ſim-
pliciter ſequitur dom.Ant.de But.in c. fi.in 7. colum. extra eo.
& ſimpliciter dom.Alex. Imo. hic in 32. colum. alij non tan-
gunt.Ego ſpecialiter multum noto iſtam deciſionem, & limi-
tationem doctrinæ traditæ per glo.ordin.in l. Lucius.in glo.fin.
ſuper ver.debeant,poſt princ.ff.de infa.vbi dicit,ꝙ quando te-
ſtes non plenè dicut factum,ꝙ eis non adhibetur fides, de qua
glo.plenius per Bald. in l.data opera.C.qui accu.non poſ.nam
doctri. illius glo.ſingu.limitatur per Bar.hic,quando teſtes non
plenè deponerent factum,ſed illud quod ipſi dicunt ſuppletur
per alios teſtes,vel ex alijs coniecturis,nam ex omnibus ſimul
iunctis inducitur ſaltem ſemiplena proba.per quam iudex de-
bet deferre iuramentum in ſupplementum probationis.Et nõ
203 inuenio Barto.ad hoc per aliquem ponderari.† Adde ad de-
ciſi.Bart.illud,quod pulchrè decidit Pau.de Caſt. in conſil. 22.
incip. in cauſa, quæ vertitur in curia domini Poteſtatis. Adde
etiam,quod pulchrè determinant Bal.& Pau.de Caſt.in l. 1.C.
de reb.alie.vbi quærunt,ſi dico me præſcripſiſſe fundum alte-
rius 10.annis, & volo probare titulum per teſtes,pone,ꝙ pro-
duco duos teſtes, qui deponunt qualiter ego emi talem fun-
dum à Titio,ſed ꝙ neſciunt,aut non recordantur pro quanto
pretio, vel quib. pactis, aut conditionibus, nunquid iſti teſtes
probabunt?Arguunt ad partes,& finaliter concludunt,ꝙ tales
teſtes probant titulum ſufficientem ad preſcriptionem,niſi ver
teretur in præiudicium eccleſiæ, aut pupilli, vt ibi ſingulariter
per eos;ſequitur Raph.Cum.in l ſciendum.ff.de verb.obl.quã-
204 uis Ludo.Roma.ibi in 12.colum. reprobet. † Accedat,quod
ſingulariter inquit Cyn.in l.2. ad fi. C. de don. ante nupt.& ibi
Bald.illud exclamat multum,& dicit,facias vnam longam ma
num,vbi voluit,ꝙ ſi actor producat duos teſtes deponentes,
qualiter fuit ſibi promiſſum ex cauſa donationis, reus autem
ex aduerſo producat tres teſtes, qui dicunt,ꝙ fuerunt præſen-
tes tali promiſſioni, & ꝙ non recordantur ex qua cauſa facta
fuerit talis promiſſio,ſed bene recordãtur,& ſciunt,ꝙ non fuit
ex cauſa donationis,tales teſtes probabunt,quia ſatis eſt, ꝙ te-
ſtes recordentur illud, in quo conſiſtit vis, & ſubſtantia quæ-
205 ſtionis.† Accedat etiam,quod pulchrè determinant Bal.Ang.
& Imo.in l.ſi quis ita ſcripſerit,in fin. per illum text. ff.de hære.
inſti.vbi volunt, ꝙ ſi teſtes deponunt,qualiter illi duo fuerunt
hæredes inſtituti per teſtatorem, ſed non recordantur ex qui-
bus partibus fuerunt inſtituti, tales teſtes probabunt inſtitutio-
nem,& illi erunt hæredes pro æqualibus portionibus per illum
206 tex.† Confert & ad propoſitum queſtio facta per Docto.in l.
ſi duo patroni.§ Marcellus s.cod. vbi dicunt de eo qui iurauit
ſe rem emiſſe, ſed non expreſſit pro quanto pretio, an ex tali
iuramento oriatur actio, nam videtur ꝙ non,per §. pretium,
& § item pretium. Inſtit.de contrahen. emp. & iſtud tenet ibi
* Math. Ray.& Albe.de Roſa. tamen Barto. Bald. & alij *Moder. communiter ibi tenent* contrarium cum certis modificationibus,
de quibus ibi.In prædictis tamen vide Cyn.in l. 1. C. de contra-
hend.& commit.ſtipu.vbi quærit, ſi producatur inſtrumentũ,
in quo contineatur, ꝙ Titius emit à Sempronio talem fun-
dum, & in inſtrumento aliter non ſit expreſſum pretium, an
valeat?relinquit cogitandum.Iaco.de Rauen.& Rayn. de For.
ibidem decidunt,ꝙ tale inſtrumentum non valeat,per d.§.pre
tium, & eos expreſsè ſequitur dom.Alex.Imol. in conſi. 18.in-
cip.viſo proceſſu cauſę vertentis inter Antoninum.Bene facit,
quod tenet Barto.in l.ſciendum.in fin.1.colum. vbi alij Mode.
207 ff.de verbor. oblig. † Ad iſta etiam accedat illud,quod deci-
cit Pau.de Caſt.in l.ſuus.C.de repud.hęred.vbi quærit,ſi inſtru
mentum contineat tranſactionem factam inter tales, ſed non
facit aliter mentionem de eo, quod debet dari, vel remitti,ad
hoc vt tranſactio valeat,iuxta.l.tranſact. C. de tranſa.nunquid
tale inſtrumentum probet tranſactionem?Concludit ſingula-
riter, ꝙ ſic, & dicit de hoc eſſe caſum ſingularem in d. l. ſuus,
ſecundum iſtum ſuum intellectum,hoc reprehendit do.Alex.
in d.l.ſuus.motus pręcipuè ex deciſione Iac.de Rauen.& Ray.
in d. l. 1. Item inquantum Barto.in iſta 1.quæſt.dicit de proba-
tionibus ſimul iungendis per iudicem, ad hoc vt deueniat ad
iuramentum in ſupplemẽtum probationis.d.c.ex literis.adde,
quæ nota.ponit dom.Abb.Panor.in c. licet ex quadam.in vlti.
208 col.de teſti.† Secundò quærit Barto. quid ſi dictum teſtis de-
ficit ex parte examinatoris,quia non fuit examinatus à iudice,
ſed à quodam notario extra indicium?Concludit Bart.quòd ſi
b videndum est, an duæ semiplenè proba.ᵇ faciant vnam plenam.Barto.hic.in 13. colum. concludit, quòd si sunt eiusdem generis,vt duo testes,tunc coniunguntur, & plenam proba. faciunt,hoc etiam tenuit gloss.in l.2.§.fin.in vers. excusantur.ff.de excus.tut.& glo.in l.1.in versicu.non proficiunt. C. qui numero tute. Si autem sunt duæ semiplenæ proba.diuersi generis, an tunc coniungantur, vt plenè probent, dubium facere videtur, quod in simili dicimus,quòd si quis habeat duas,aut plures imperfectas excusationes,non coniunguntur,vt possit à tutela excusari,quia tales imperfectæ non simul iunguntur, vt prosint.l. 1.C.qui nu.tut.l.spadonem.§.qui multa iura.ff.de excus.tut.hoc non obst.concludit Barto. quòd duæ semiplenæ proba. etiam diuersi generis coniunguntur,& plenè probant, vnde secūdum eum,si quis habeat vnum testem, & confessionem factam absente parte extra iudicium,plenè probat.alleg.text.in capit.fi.de success.ab intesta.similiter secundum eum,si quis habeat vnum testem,& famam in casibus in quibus fama semiplenè probat, vt not.per gloss.in l.3.§.eiusdem.ff.de testi.& per gloss.in capit. 1.de appel.cum concor. positis in præce. quæstio.& idem dicit Bartol.esse in similibus casibus, & ad iura in contrarium adducta,quæ probant,quòd duo imperfecta non coniungūtur, examinat Barto.hic,& plenius,& clarius Barto. in l.1.§. idem Cornelio.ff.de quæstio.quòd aliquando duo imperfecta diuersi generis tendunt tantum ad vnum,& eundem finem, vel ad perficiendum vnum totum, vt paries, & tectum ad perficiendam domum.Item testes,& testator ad testamentum perficiēdum, & tunc simul debent iungi, vt totum faciant, sic in proposito nostro ista duo tendunt ad perficiēdum vnam probationem, & iudex potest assumere probationes non solùm eiusdem, sed etiam diuersi generis.l.3.§.eiusdem. ff. de testi. ideo simul iungi debent, vt probent. Aliquando ista duo imperfecta tendunt ad diuersos effectus,vt sunt illæ duæ imperfectæ excusationes,quę tendunt ad excusandum à diuersis tutelis,& illę simul iungi nō debent,ita loquuntur iura præalleg. sicut nec ad perficiendum domum possent simul iungi paries,& vnus testis,quia omnino ad diuersa tendunt,sed paries cum tecto sic, ista sunt dicta Bar. in hac q. Adde in primis,quòd ista vlt.solu. Barto. non videtur bona, quia etiam in illis iuribus illa imperfecta tendebant ad vnum finem, scilicet ad excusandum quem ab vna tutela. Vnde responde melius, quòd vbi vnum imperfectum de per se nihil operatur, & tunc duo simul iuncta etiam nihil faciunt, ita loquuntur iura præalleg. sed in casu nostro vnumquodque imperfectum de per se potest aliquid operari, quia vnus testis de per se operatur saltem semiplenam probationem, per quā deuenitur ad iuramentum necessa. in supplementum proba. ideo tunc duo imperfecta bene simul iunguntur. Ista solu. fuit de mente Ioan.de Imol.in l.quæ dotis.ff.solu.matrimo.Vel tertiò,& adhuc not. responde, quòd illa iura loquuntur quando agitur de aliqua re in esse producenda, & tunc duo imperfecta non iunguntur simul, hic verò agitur de aliqua re iam in esse producta,sed probanda, & tunc duo imperfecta ad probandū simul bene iunguntur, quia iudex non debet alligare animum suum ad vnam speciem probationis.l.3.§.eiusdem.ff.de test. ita not.respondet Bald.in l.si quis ex argentarijs.in §.1.in 4.not.ff.de eden.& in l.2.in princ.ff.de excus.tut. & plenius quàm alibi Bal. in l.spadonem.§.qui iura.eod. titu. & ibi assignat pulchram rationem huius solu. quia probationes solùm fiunt ad declarandum, sed facilius aliquid declaratur, quàm producatur in esse. l.hæredes palàm.§.sed si notam.cum gloss.ff. de testi. Et pro ista solu.bene facit,quod dixit glo.not. in l.sed & si possessori.§.fin. in glo.1.super verbo probatum esse.supra eodem.duas aliàs solu.ad istud contrarium vide per Bald. post Dyn.in d. §. qui iura
c multa.quas Bal.dicit esse not.& subtiles,& de istis imperfectis,ᶜ an,& quando simul iungantur,vt aliquid perfectum faciant,vide gloss.not.in cap. quorundam.super verbo,imposuisse,& ibi text.23.distinct.vbi glo.tangit de sacramentis vnitatis,& formę,
254 vt in sacramētis Eucharistiæ,baptismi, & similibus.† An duo imperfecta sacramenta faciant vnum perfectum,& quid in sacramentis solennibus, puta missæ, & est tex.solennis in cap.1.7.
255 quæstio.1.& ibi est etiam glo.not.in vers.presbytero. ¶†Item adde inquantum Barto.concludit,quòd duæ semiplenæ probationes eiusdem generis, puta duo testes proculdubio coniunguntur,& plenè probant, intellige, & limita verū,quando sunt contestes,& tendentes ad idem probandum,secus si sint testes singu.puta deponentes de diuerso tēpore, vel de diuerso actu, quia tunc non coniunguntur,nec probant, secundum Ant. de Butr. post Cald. in d. c. veniens,in vltim.colum.de test.d.Abb. Pan.in cap.cum causam.in 2.colum. de proba. Bald. in d.l.spadonem.§.qui iura multa. idem tenet Petr. de Ancha. in consil. 265.quod incip.visa narratione.& d.Alex.Imol.in consil.13.incip.ex his,quæ in themate narrata sunt.in penul. colum. ad fin. & sequen.Et dicit pulchrè Bald.post Old.Laud.in d.capit. cum causam. in 2. colum. de proba. ꝙ testes singu.quia in diuersum eunt,non probant,sed si vna probatio influit in alteram,& conferunt in idem,non dicuntur singulares,sed cōtextuales,& conferentes ad eliciendum vnam conclu. & tunc quæ nō prosunt singula,multa iuuant,per text.not. quem Bald. millies alleg. ad hoc in l. qui sententiam. in verbo *in vnum conspirantes,concordan-*
256 *tesque rei finem.* C. de pœ. † Hinc pulchrè dicit Bald. ꝙ millies alleg.in l.iusiuran.in 2.col.de testi.ꝙ mille testes singulares tantum probant,quantum vnus,alleg.Spec. titu. de inquisi.in §.1. ver.item not.Alibi etiam dicit multum signanter Bald.in tit.de contro.inuest.super rub. ꝙ si essent testes sing. non conferentes in vnum rei finem,ille,qui eos produxit,nō diceretur vnum testem habere, nec tunc producenti deferretur iuramentum in supplementum proba.Si autem testes non essent adeo singulares,imò venirent in eandem sententiam, licèt per diuersa media,seu per diuersas coniecturas sibi inuicem patrocinantes,secus esset,vnde secundum Bald.ibi duplex est singularitas,quędam obstatiua, & ista infringit testimonium:quædam adminiculatiua,& ista testimonium coadiuuat, de quo etiā vide Bald. in capit.licèt causam.in 7.colum.de proba.& in l. de quibus. in antepenul.colum.ff.de legi.quę omnia diligenter notabis,quia vtilia sunt.Alibi etiam dicit Bald. post Oldr. Laud. in l.1.ad fin. C.si vnus ex pluribus appel. quòd satis est, quòd testes concurrant, & concordent in eundem rei finem, ad hoc vt dicantur contestes,per præalleg.l.qui sententiam.C.de pœ. Per ista considera, an sit vera decisio Paul. de Castr. sic consulentis in consilio 375.quod incip.visa petitione,&c.in 2.colum. & consil.276. quod inci.viso processu.in 3.col. in quibus locis consuluit, ꝙ si vnus testis deponat de confessione facta in præsentia partis in vno loco, & alius testis deponit de alia confessione partis reiterata in alio loco,quòd isti duo testes coniunguntur ad plenam probationem. Credo ex prædictis, quòd ista decisio non sit vera,cùm isti testes sint singulares in loco, & tempore, ergo non coniungendi, vt prædixi, & contrarium in terminis tenet Anto.de Butr.in capitu.licèt ex quadam.in penul.colum.in versic. & per hoc decidit quæstio. de testi. vbi formaliter quærit, si ad probandum mutuum producantur testes,quorum vnus deponit de confessione mutui facta in vno loco, alius de confessione mutui facta in alio loco, licèt concordare videantur quo

ADDITIONES.

a ¶Torturam.Adde glo.& Bal.in l.4.C.de adul.Saly.in l.sciant cūncti. C.de proba.Spec.titu.de noto.cri.in §.fama.Anch.in consil.258.inci.quæst. presbyteri Caroli.& consil.356.inci.tres domini.

b ¶Probationes.Adde tex.& glo.in cap.quorundam.94.distin. Anto. de Butr.in cap.veniens.el 1.de testi.Archi.in cap.omnes,circa fi.2.quæst.1.

c ¶Imperfectis.Adde Bald.in l.si quis ex argentarijs.in §.1.ff.de eden. Sal.in l.in bonæ fidei.in vlt.col.C.de reb.cred.

quo ad probandum vnum finem.ſ.confeſſionem, tamen quia ſunt ſingulares in loco & tempore, nihil probant.alleg. Cyn. in l.2.C.quæ ſit long.conſue.ita etiam in terminis tenet do. Anto. de But.in commen.cap.fin.in antepe.col.de conſue. Eſt verum quòd do. Anto. in iſtis locis aliter non aperit, an talis confeſſio fuerit facta in præſentia partis, nec ne, prout loquitur Paul. de Caſt.in conſil. prealleg. Not. etiam diligenter, ꝙ iſtud quod dictum eſt, ꝙ teſtes ſingulares non probent, eſt verum vbi agitur de probatione alicuius actus ſingularis.cap.licèt cauſam.de proba.cap.bonæ.el 2.de elect. Videretur ergo prima conſideratione poſſe dici, ꝙ ſecus eſt vbi agitur de probando aliquid in genere, puta aliquem eſſe vſum iuriſdictione, vel aliquem eſſe vſurarium, vel hæreticum, vel blaſphematorem, & ſimilia, qa tunc tales teſtes etiam ſingulares probant, ita in ſpecie plenè tenet Iac.But.per glo.ibi in l.Arriani.C.de hære.glo. & Iac. But.in l.ob carmen.§.fi.ff.de teſti.Inno.in cap.qualiter,& quando.el 2. de accuſ. Spec.in titu.de inquiſi.§.1.in ver.quid ſi vnus. Bald. in l.1. C. de teſti. vbi ad probandum quem vſurarium, concludit ꝙ teſtes ſingulares probant, & idem Bal.in l.teſtium. C. de teſti. Et qñ iſta limitatio eſſet vera, deberet intelligi vbi tractaretur de probando aliquod totum vniuerſale, ſecus ſi tractaretur de probandis cauſis, ex quibus reſultat multiplicatio alicuius rei, ſed non aliquod vniuerſale, tunc non ſufficerent teſtes ſingulares, vt ſi volo probare aliquem religioſum feciſſe miracula, & per vnum teſtem probo ꝙ illuminauit cæcum, per aliũ teſtem quod liberauit vnum claudum, certè iſti teſtes non probant.ita not.Arch.in c.nec mirum.26.q.5.Inno.in c.venerabili. vbi bon. text.de teſt.& d.Anto.de But. in c. cum oporteat. de accuſ. vbi per hoc refert, quòd ſi volo probare Titium eſſe hæreticum, & vnus teſtis deponit, quòd Titius dixit, Chriſtum non eſſe natũ de Virgine, alius deponit, ꝙ Titius dixit in Trinitate non eſſe æqualem potentiam, iſti teſtes non probant, illum eſſe hæreticum, licèt ad vnum finẽ tendant, quia ſunt ſingulares, & in hoc do. Ant. de But.reprobat expreſſè Iac.But.in d.l.Arriani, & idẽ quod do. Ant.tenet etiam Sal.in d.l.teſtium.C.de teſti. Sed aduerte, ꝙ fortè tutius eſſet tenere, ꝙ indiſtinctè etiam vbi agitur de probando aliquid in genere, teſtes ſingulares nihil probent, prout tenet Hoſtien.in ſum.de teſti.§.quæ diuerſitas, ver.quid ſi agatur.glo.3.q.8.c.nihilominus, & ita finaliter vr̃ tenere Innoc. in c.licèt ex quadam.de teſti.Spec.met in titu.de teſte.§.iam de interrogatorijs.ver. item de tempore.in fin.Bald.poſt Ric. Malum.in lect. antiq. in d.l.ob carmen.§.fin.cum vna limitatione, de qua ibi per eum.Io.de Imol.in d.c.cum oporteat, de accuſ. & in d.l.inter pares. in 4. col ff.de re iudi. plenè per do. Alexan. Imol.in conſil.62.quod incip. inſpecto diligenter proceſſu.in 3. col. & ſeq. & in conſil. 100. incip. ſuper primo caſu cauſæ vertentis.in 8.& 9.col lib.1.& ego nunc addo, quod Bald. expreſſè, quem do. Alex.nõ inuenit, in c.licèt cauſam in 7.col.de proba. formaliter dicit vnum eſſe perpetuò not.dignum, ꝙ etiam vbi agitur de probando aliquid in genere, puta de probanda iuriſdictione, quòd teſtes ſingulares nihil probant, & de hoc dicit eſſe text.in d.c licèt cauſam, & quòd non reperitur alibi in iure tex. ita expreſſus, qui hoc ita bene probet, & iſta etiam multum diligenter not. quia quotidiana, & vtilia ſunt. ¶†Item adde inquantum Bart. etiam concludit, quod duæ ſemiplenæ proba. etiam diuerſi generis ſimul coniunguntur, & plenè probant, ꝙ idem expreſſè tenuit glo.in l.2.in princ.in verb. legitimis, & ibi Bald. ff. de excuſ. tut. & dicit ibi Nico.de Neap.inſertus in lect. Bar.in vlt.col.in prin.ꝙ illa gl.eſt perpetuò tenenda menti, quia eam totus mundus allegat. Aliter tenent Dyn.& Ray.in d.l.2.in princ.vbi concludunt, qđ in criminalibus duæ ſemiplenæ probationes ſine alijs indicijs nunquam plenè probant, per reg. l. ſciant.C.de proba.& per l.qui ſententiam. C.de pę. In ciuilibus autem diſtinguunt, quòd ſi tales ſemiplenæ probat. ſint diuerſi generis, ꝙ non coniunguntur, nec plenè probant, & ſic tenent de directo contra Bart.ſecus ſi ſint eiuſdem ſpeciei, vel formæ, eo quia in ſimilibus facilior eſt tranſitus, & cõiunctio.l.ſi vnus. §. pactus ne peteret. ver. quod in ſpecie.ff.de pact.l.in rem.§.itẽ quæcunque.ff.de rei vendi.l.an inutilis.§.accepto liberare. cum glo.ff.de accep.& dicit Ray.ſe ita continuò cõſuluiſſe de facto, & per hoc dicit in ſpecie quòd fama, & vnus teſtis non plenè probant etiam in ciuilibus, quod eſt de directo contra Bar. hic. Iſtas opi.refert Nic.de Neap.inter lect. Bar. in d.l.2.in prin.idem in effectu cum Dyn.videtur tenere Bald. in Auth. rogati. C. de teſt.quem infra in ſpecie referam, vbi ad hoc not. inducit text. d.capit.fin.de ſucceſſ.ab inteſta.Fatetur tamen, quòd licèt nõ faciant plenam proba.tamen faciunt pluſquam vnus teſtis, & ſic pluſquam ſemiplenam per illum text. in d. capit. fin. in verbo vehementer adminiculantes, quod dicit menti tenendũ. Alia, & tertia principalis fuit opin. Oldr. Laud. & Nico.de Neap.in prealleg. l. 2. qui videntur conſtituere differentiam inter duas

257

præſump.& illæ bene ſimul coniunguntur, ita loquitur gloſſ.in d.l.2.§.fin. & duas ſemiplenas proba. & illæ non coniunguntur. Adducunt rationem differẽtiæ, quia præſumptiones ſunt quid probabile, nimirum ſi coniunguntur vt probent, ſed probationes ſunt quid probans, & non quid probabile, nimirum ſi non coniunguntur, & ita etiam tenet Cald.in d.c.veniens, el 1.prout ibi refert do. Anto.de But. in vltim. colum. Sed attende, quia ſi eſſet verum eorum fundamẽtum, ſequeretur ꝙ etiam duæ ſemiplenæ proba.eiuſdem ſpeciei non coniungerentur, vt plenè probarent, quia etiam tunc militat eorum ratio, quia ſunt quid probans, & non quid probabile, & tamen ipſimet tenent oppoſitum, igitur &c. Alia & quarta principalis fuit opi. d. Ant.de But.in d.c.veniens, el 1.ad fin.qui concludit, quòd in re, quæ de facili põt probari, duę ſemiplenæ probationes non coniunguntur, vt plenè probent, ita procedat opinio Dyn. & Ray. In re autem de facili non probabili certè tunc probationes diuerſi generis coniunguntur ad plenè probandum.per capitu.cum cauſam.de proba.& capit.præterea.de teſtibus, & tunc procedit illud, quæ non proſunt ſingula, multa iuuant. Et iſtam opin. ſequitur dom. Alexand.de Imol. (de quo vehementer admiror) in conſi.166.quod incip.animaduerſis.in vlt.colum.lib.2.Quid
* tenendum inter tot varietates? Teneo ſententiam Barto. *quæ eſt communis, & vera*, cum limitationibus tamen ſtatim tradendis, quam etiam tenuit expreſſè glo. prealleg. in d.l.2. in princip.in ver.legitimis, & cum Barto.tenet ſimpliciter Rapha. Fulgo.hic in penul. colum. & videtur tenere dom. Alexand. hic in antepenul.colum.idem expreſſè tenet Bartol.in l.1.§. idem Cornelio.ff.de quæſtio.idem ſimpliciter tenet ipſemet dom.Anto. de Butr.in capitu.fin.in 8.colum.extra eod. Saly.in l.in bonæ fidei. in 13.colum.in verſi. viſis his, quæ ſemiplenam proba.faciunt. C.de rebus cred.d.Abb.Pan.in capitu.cum cauſam.in 3.colum. de proba.Spec.in titu.de noto.criminibus.§.fama. in ver.fama. Bald.in d.l.ſpadonem.§. qui iura multa. Hanc opin.etiam ſimpliciter tenet ipſemet dom.Alexand.Imol.in conſil.53.incip. in cauſa verten. inter Michaelem.in 3. colum. ad fin. & ſequen. 1. volum.Paul.de Caſtr.in conſilio 82. quod incip. quòd prælata ſententia. & in conſilio 302. quod incip. iudex eſt miniſter Dei. & dicit Archid.in capitu.omnes.circa fin.6. quæſtio. 1. quòd licèt præſumptio probabilis de per ſe non ſufficiat ad ſententiã, tamen iuncta cum vno teſte, vel alia ſimili preſumptione facit plenam fidem, & dicit vnum magnum verbum, quod eſt valde ſignandum in hoc pũcto, Alber.de Roſ. in d.l.2.§.fin. ad fin. ff. de excuſ. tuto. quòd vidit communiter obtineri, quòd in ciuilibus, & in criminalibus duæ ſemiplenæ proba. coniunguntur, & plenè probant, prout etiam dicit ſe notaſſe in l. 1. C. qui nu.tute.& plenius in l.inſtrumenta.C.de proba. eo quia ciuilia, & criminalia paribus paſſibus regulariter ambulant, vt Inſtitu. de publi. iudi. in princip. licèt criminalia lucidiores proba. exigant. l. fin. C. de proba.non tamen aperit Albe. an loquatur in ſemiplenis proba.eiuſdem ſpeciei, vel diuerſi generis. Item caue ad illud, quod tenet Albe. quòd etiam in criminalibus duæ ſemiplenæ probationes coniungantur ad plenè probandũ, & ſic vt reus poſſit condemnari, iſtud non puto verum, & contrarium tenet Dyn.& Ray quod ſupra retuli in d.l.2. in princip. & Bald.expreſſè in d.l.ſi quis ex argentarijs.§. 1. & l.3.in princip.in 3.colum.in apoſt.ff.de teſtibus. Salyc.in l.ea quidem.in antepenult. colum. C. de accuſat. Et propterea iuxta hoc vltimum plenè quærit Sal.in d.l.ea quidem.in penult.colum.in verſi. ſed tunc oritur dubium, ſi in criminalibus contra reum ſint productæ duæ ſemiplenæ probat, certè iungi non poſſunt, vt plenè probent, & ſic ad condemnandum reum, ſed bene ſufficiunt ad eum torquendum. Pone ergo, iudex poſuit reum ad torturam, reus fuit conſtans, & nunquam voluit confiteri, quid faciet tunc iudex? condemnare non poteſt, vt dixi, non videtur etiam, quòd eum debeat abſoluere, propter iſtas ſemiplenas proba. quæ militant contra eum, quid ergo facere debebit iſte iudex? Dic vt ibi per eum. Stat ergo ex prædictis communis, & vera concluſio, [a] quòd duæ ſemiplenæ proba. etiam diuerſi generis coniunguntur, vt plenè probent. ¶Iſtam concluſ. not.limita, vt procedat, quãdo vnaquæq; ſemiplena proba. eſt in ſua ſpecie perfecta, puta, vnus teſtis de veritate, & duo

ADDITIO.

a Vera concluſio. Adde, & declara, vt per Alexan, conſil.11. lib. 4. Afflic. deciſ. 12.Deci, conſil.146.colum.penul.in princ.Rom.conſil.91.colum.6. circa fin. Alexand.conſil.177.colum.2.lib.2.Dec.in cap.cum cauſam.col.pen. de proba. Neuiz, conſil.78,nu.25,& 26,glo.in l,inſtrumenta.vbi Bar. C.de proba.& quod probationes ſemiplenæ diuerſæ ſpeciei coniungantur ad plenè probãdum, & faciendum plenam probationem, ſcribit Neuiz.conſil.27. nu.21.glo. in l.3.§.eiuſdem.ff.de teſti.pulchrè Bald.in l.ſpadonem.§. qui iura.ff de excuſ. tut.Alex.conſil.57.& 118,lib 7.Rub,Alex,conſil.9.in fin. MASVER.

duo de fama, nam ad probãdum famam, vt semiplenam proba. faciat, duo testes requiruntur. cap. veniens. el 1. & ibi Docto. de testi. latè Bar. in d. l. de minore. §. plurimum. ff. de quæst. Isto casu istæ duæ semiplenæ proba. bene coniungerentur, & plenè probarent in istis terminis procedit conclusio supra facta. Sed
* si poneremus, ꝙ species * semiplenæ probationis essent in sua specie imperfectæ, puta vnus testis de veritate, & vnus de fama, vel alio iudicio. Nam ad probandum indicium duo testes requiruntur, quando non deponunt directò, & immediatè super facto, sed super indicio ad factum, vt dixi. s. in hac gl. in materia vnius testis. isto casu tales semiplenæ proba. in sua specie imperfectę, non coniungerentur, nec possent plenè probare, ita not. multum limitat Bald. in d. l. si quis ex argẽtarijs. §. 1. per tex. in d. cap. fi. de succes. ab intesta. & refert, & sequitur do. Alex. in consil. 13. quod incip. ex his quæ narrata sunt, in vltim. col. in 1. vol. & istam limi. multum signa ad intellectum doctri. Barto. & Doct. hic. Dixit tamen alibi not. Bald. in l. Gallus. §. ille casus. in 3. col. & in 4. not. ff. de libe. & posthu. ꝙ si vnus testis probat veritatem, & ipse idem testis, & vnus alius probãt famam, ꝙ cum istis proba. dicitur plenè probatum in causa ciuili. d. Alex. Imo. ibi in 7. col. ad fi. & seq. dicit, ꝙ est mirabile verbum, & ꝙ alibi scriptum non reperies, illud tamen reprobat per tria fundamẽta, quæ meo iudicio in effectu non sunt nisi vnum. Nam nullibi reperitur, quòd vnus testis regulariter possit facere plusquã semiplenam proba. cuiuscunque conditionis, & dignitatis existat. l. iurisiuran. C. de test. cap. à nobis, & c. in omni. de test. sed si vnus, & idẽ testis primò semiplenè probaret de veritate, & postea super fama probaret, faceret adhuc vnam quartam par. illius proba. vt ibi copiosius per eum, dicit tamen vltimo loco, ꝙ dictũ Bald. est multum tenendum menti, nam cùm neminem habeat contradicentem, authoritas Bald. multum vrgeret in practica, & quod vidit aliàs apud peritos de hoc magnã altercationẽ, qui dictũ Bal. ignorabant. Secundò limita conclu. communem supra traditam, quòd duæ semiplenæ proba. diuersi generis coniungantur ad plenè probandum, esse veram, nisi tales semiplenæ proba. essent diuersi generis, & etiam diuersorum actuum, tunc non coniungerentur ad plenè probandũ, ita limitat Ludo. Roma. hic, in 32. col. casum dicit esse de hoc, quem ipse reputat sing. in d. c. fin. millies allegatum, alleg. etiam Bald. in duobus locis, quem ego non inuenio aliquid dicere, in l. testium. ad fi. C. de test. & in l. obseruare. C. quo. appel. non reci. dicit etiam Ludo. Roma. istud posse inferri ex dictis Cyn. licèt non alleget tex. d. cap. fin. in l. 2. C. quæ sit long. consue. & d. Ant. in d. cap. veniens. el 1. Tu aduerte, nam pro ista limi. magis facere videtur, quando enim sunt semiplenę proba. diuersi generis, & etiam diuersorum actuum, vt ꝙ necessariò reddantur singulares, & propter singularitatem coniungi non possint, vt supra dixi in 1. addi. quam feci ad Bart. Hæc tamen non credo, ꝙ sic simpliciter intellecta possint esse vera: nam etiam in exemplis Bart. & Docto. quando vnus testis deponit de veritate, alius de confessione extraiudiciali, vel de fama, istæ semiplenæ proba. sunt diuersi generis, & diuersorum actuum, & tamen coniunguntur, & plenè probant, secundum Barto. & cõiter Docto. vt prædixi, ideo dicendum est in hoc casu, vt statim. j. subijciam.
258 † Item adde inquantum Bar. & Docto. concludunt, ꝙ vnus testis, & confessio facta absente parte plenè probant, per d. c. fin. nam ego nouiter pondero, ꝙ Bal. qui solet allegari pro concordanti, tenet in hoc contrarium, in titu. de contro. inuest. super rub. in 1. col. circa med. dum dicit formaliter, ꝙ si vnus testis testificatur de veritate, alter de confessione, tunc quia vnus adminiculatur alteri, bene defertur iuramentum in supplementum proba. per d. cap. fin. ergo vult, ꝙ non plenè probent, vt dicunt Bar. & Doct. hic, quia si plenè probarent, non esset locus iur̃o in supplementum proba. per text. sing. in c. 2. de proba. Teneas tñ cum Bar. & Doct. hic, vt ex prædictis apparet, & statim ex j. dicendis. Pondera etiam Bart. hic velle, ꝙ confessio facta absente parte semiplenè probet, idem vult Barto. s. in 9. col. & ibi plenè tetigi istum passum, vbi etiam examinaui intellectum. d. capit. fin. & præsertim, an ibi confessio illa esset facta absente parte, prout vtrobique præsupponit Bart. an verò in præsentia Abb. prout litera sonare videtur, ad ibi dicta te remitto, & statim ali-
259 quid subiũgam. † Item inquantum Bart. hic concludit, quòd fama publica, & vnus testis plenè probant in causis, in quibus fama de per se semiplenam proba. inducit. Adde, quòd *idem tenent communiter Docto.* in locis præalleg. & in specie Spec. in d. §. fama. in vers. fama. & Ioan. de Imol. in l. Gallus. § ille casus. ff. de libe. & posthum. in 3. colum. argum. illius text. quem ad hoc not. & dum Barto. dicit, quòd in aliquibus casibus fama semiplenam proba. facit, dic vt dixi supra in præce. quæstio. Barto.
¶ Suprascripta omnia tradita per Barto. & Docto. induci pos-
260 sunt in specie ad aliquas particu. decis. † In primis faciunt, an si per vnum testem probaui numerationem, & per alium testẽ probaui confessionem, an isti testes coniungãtur, vt plenè probent? Bald. in l. si ex cautione. in 12. q. C. de non nume. pecu. determinat ꝙ non, quia singulares sunt, dicit tamen quòd faciunt indicium, per d. cap. fin. & ratio manifesta est secundum Bald. singu. quia vnus testis deponit de visu, alter de auditu, & sic differunt in sensu, & sensato, prout plenè dicit notari per Cyn. in l. 2. C. quæ sit long. consue. Adde Bald. idem tenentem in l. 2. §. fin. ff. si cert. pet. & in cap. fin. in 4. col. de consue. ibi tamẽ subdit, quòd isti duo testes vnus de veritate, alter de confessione mutui, quamuis non probent plenè, probant tamen plusquam semiplenè, per text. quem ad hoc dicit sing. in d. cap. fi. Adde etiã Bal. in c. licèt causam. in 7. col. de proba. & latius Bald. in Auth. rogati. C. de test. vbi etiam ad hoc latè inducit tex. d. cap. fin. vbi vnus testis de vero oblationis actu, & alij testes de confessionẽ oblationis non plenè probant. Item quia istæ sunt diuersæ species, vnde vna non vnitur alteri, per not. per Dy. in d. l. 2. in prin. ff. de excus. tut. Fatetur tamen, ꝙ maiorem fidem faciũt, quàm vnus testis solus, & ꝙ confessio est munita coniectura veritatis. & hoc est, quod secundum eum dicit Papa in illo cap. fi. in ver. vehementer adminiculantes, quod est bene not. secundum eũ. Istud idem quod Bald. quod isti duo testes, vnus de vera numeratione mutui, alius de confessione, non plenè probẽt, tenet expressè d. Abb. Pan. in cap. cum causam. in 3. col. ad fi. de proba. & do. Alexan. Imol. quamuis de prædictis omnibus non faciat mentionem in d. l. Gallus. §. ille casus. in 8. col. Contrarium de directo expressè not. ipsemet. d. Abb. Pan. in d. cap. fin. in 2. col. per illum text. in ver. vehementer adminiculantes. vbi not. esse tex. optimum secundum verum intellect. quòd vnus testis de veritate, alius de confessione extra iudicium etiam incidenter facta, plenè probant. vnde secundum eum ibi est tex. quòd vnus testis deponens de vera numer. ex causa mutui, & alius de confessione, plenè probant, & faciunt quòd actor debeat in causa obtinere, dato etiam, quòd actor fundauerit se super mutuo, & non super confessione. Tu aduerte, quia text. in d. cap. fin. in verbo *vehementer adminiculantes*. non potest per hoc probare, qd̃ plenè probent, sed bene quòd plusquam semiplenè probent, prout retuli pluries dicere Bald. per illum text. Item text. ille nõ loquitur in confessione ex causa mutui, sed ex alia causa, inter quas est longa differentia, vt nunc ostendam. Breuiter concludendo veritas est, quòd in contractu mutui si vnus testis deponat de vera numer. & alius de cõfessione, quòd non plenè probent. ita loquuntur concorditer omnes Docto. præalleg. & ratio est, quia diuersę sunt species mutui: quoddam enim est mutuum merè naturale, quod fit mediante vera numeratione. quoddam est mutuum merè ciuile, quod fit per solam confessionem, vt est glo. ordi. in l. 3. §. fin. in fin. s. si cer. pet. ideo quando in mutuo vnus testis deponit super vera numeratione, iste deponit de mutuo merè naturali, alius autem testis, qui deponit de sola confessione, deponit de mutuo merè ciuili, ideo cũ deponant de diuersis speciebus, quæ non tendunt ad vnum, & eundem finem, sed ad diuersum, nimirum si tanquam penitus singulares non probant, & in istis terminis optimè loquuntur Docto. proximè alleg. & mirandum est, ꝙ do. Abb. Pan. in hoc fuerit varius. Sed in alijs contractibus præterquam mutui, & in alijs actibus cùm in eis cesset ratio proximè adducta, si vnus testis deponat de vero actu, & vnus, vel duo de confessione, isti bene coniunguntur, & plenè probant, vt expressè tenent Bart.
* *& communiter Docto. hic*, & in alijs locis supra alleg. per d. cap. fin. & ita etiam tenet Paul. de Cast. in consil. 329. incip. visa peti. Fateor tamen, ꝙ super text. d. cap. fin. non potest fieri magnum capitale, de cuius intellectu vltra prædicta vide Bal. in l. vnica. in 1. & 2. col. C. de cõfes. & ibi in 2. col. reddit illum text. sing. ad hoc, ꝙ redditio causæ per visum in re. quæ non propriè percipitur visu, sed auditu, si testis sit idiota, & grosso modo loquatur, probat ẽt in auditu, & ita etiam illũ tex. ponderat ad hoc pro sing. Lud. Rom. hic in 31. col. sibi ascribens, & nullam faciẽs de Bal. mentionem. & ex prædictis habes colligere tertiam limitat. ad
261 doctri. Bar. & cõem. † Secundò faciunt prædicta, ꝙ ad probãdum incestum, si duo testes deponant de cõsanguinitate tñ, & non de cognitione carnali, duo alij testes probãt cognitionem carnalem, & non consanguinitatẽ, ꝙ isti testes simul coniuncti plenè probant incestum, ita no. Bal. in d. l. Gallus. §. ille casus. in
262 3. col. in 3. not. per illum tex. vbi probat, † ꝙ licitum est arguere ex ɔiunctione duarum. ll. vel duorum capitulorum, ergo & testiũ. & dicit ꝙ de hoc est glo. in Decretis. idem tenet ibi Io. de Imol. in 3. col. quamuis de Bald. non faciat mentio. allegans ꝙ habetur per gl. quã voluit Bal. alleg. 3. q. 9. c. testes: & c. nihilomi-
263 nus. ¶ † Tertiò faciunt prædicta ad aliud, quod singu. decidit Bald.

* Duæ.

Bald.in l,obſeruare.in vlt.col. verſi. ſed pone ſtatutum dicit. C.
q 10.appel.non recip. vbi quærit ſi ſtatutum diſponat; ꝙ ſi ali-
quis iuerit de tali loco ad talem locum,puniatur pœna ampu-
tationis manus,vel pedis:pone,duo teſtes deponunt,ꝙ viderũt
eum ire vſque ad medietatem,alij teſtes deponunt, quòd vide
runt eum ire ab alia medietate vſque ad illum locum prohibi-
tum,an coniungantur,vt plenè probent? Decidit ſingu.ꝙ non,
quia perfectũ acceſſum probare non poſſunt,niſi qui viderunt
264 principium, & finem. † Item quia vbi ponitur dictio ad , vel
dictio vſque,requiritur maleficium conſummatum,ſed primi
duo teſtes probant maleficium attentatum non conſumma-
tum,argum.eius quod dicit glo.de lupo,qui exit ſyluam, non-
dum tamen exiuit,in l.arboribus.§.idẽ tractat.ff.de vſufru. Nec
obſt. ſecundum eum, ꝙ parentela poteſt probari, ſi duo teſtes
probẽt vnum gradum,alij alium, quia quilibet gradus in ſe eſt
perfectus, ſed in q. propoſita neuter aliquid perfectum depo-
nit.Sicut ſecundum eum nec ſeruitutem viæ præſcriptam pro-
barent teſtes ita diuiſim deponentes, & hoc reputat not. Pro
confirmatione puto,quòd magis faceret vnum,quod ſuperius
firmaui,quòd licèt in ciuilibus ſemiplenæ proba. coniungãtur
vt plenè probent,tamen iſta coniunctio nõ fit in criminalibus,
vt in q. Bald, & iſtud me magis mouet, quàm fundamentum
Bald.& adde, quod dicam nunc in ſeq Quartò prædicta faciũt
ad aliud,quod decidit Bald.in l.teſtium.in 6.colum.in ver.circa
primas interrogationes.C.de teſti.vbi decidit, ꝙ ſi volo proba-
re præſcrip. decennij, & probo per duos teſtes de primo quin-
quennio,& per alios teſtes de alio quinquennio, quòd optimè
probo ex coniunctione iſtorum teſtium præſcrip.continui de-
cennij,ſicut ſecundum eum in parentela ex duabus extremita
tibus ſimul iunctis (licèt per diuerſos teſtes) inducitᷓ plena pro-
batio. Nam ſi duo teſtes deponunt,ꝙ Titius ſit filius Petri, alij
duo ꝙ Ioanna eſt filia Petri, ex coniunctione iſtorum teſtium
plenè probatur,ꝙ Titius,& Ioanna ſunt fratres,vt not.in cap.li
cèt ex quadam,in glo.pen.de teſt. Intellige tamen ſanè deciſio.
Bald.quando alij teſtes deponerent de ſecundo quinquennio,
quod eſſet immediatè ſequutum, cùm ad inducendam præ-
ſcrip.decennalem requiratur continuata poſſeſſio,vt not.Bart.
265 in l.Celſus.ff.de vſucap.cum ſuis concor. ¶ † Item in tota iſta
materia diligenter not. ꝙ probatio reſultans ex diuerſis generi-
bus probationum ſimul iunctis, non dicitur propria probatio,
ſed præſumptiua,cui aliquando ſtatur, aliquando non.d.capit.
fin.verba ſunt egregia Bald. in c.1.§.cum autem. in vlt. colum.
in pen.quæſt.de contro.inueſt. Adde Bald.in rub.C.de proba.&
illud quod determinant Bar.& Doct.in l.certi condictio.§.quo-
niam.cum ſuis cõcor.ſi cert.pet.& ex hoc potes colligere ratio
nem, quare in criminalibus non coniungantur diuerſa genera
probationum,vt ſuperius firmaui, quia in criminalibus requi-
runtur probationes luce meridiana clariores, & non ſufficiunt
proba.præſumptiuæ.l. fin. C. de proba.ſaluo niſi eſſet præſum-
ptio violenta,iuxta text.ſing.in l.ſi qui.adulterij. C.de adult.c.af
266 ferte gladium.de præſump. † Item ad iſtam materiã de duo-
bus imperfectis, an & quando ſimul iungantur, adde q. de eo
qui ingreſſus eſt monaſterium, vel vnam religionem,& ibi ſte-
tit per ſemeſtre,poſteà exiuit,deinde rurſus eãdem religionem
intrauit, & ſtetit per aliud ſemeſtre,an iſta duo ſemeſtria ſimul
coniungantur, & faciant annum integrum ſtatutum ad profeſ
* ſionem faciendam. *Communiter concluditur*,quòd non, quia an-
nus debet eſſe continuus, de qua q. vide Bart.in l.fin.§.quoties.
per illum text.in ver.anno continuo.ff.de pub.vect. & commiſ
ſis.poſt Gul.de Cun.ibi per eum alleg. & Spec.in tit.de ſtat.mo
nach.§.1.in ver.39.Ang.Paul.de Caſt.Lud.Rom.& do.Alex.in
l.ſi idem.in prin.ff.de iuriſd.omn.iudi.Ang.& Imol.in l. quoties
in ſtipulationibus.ff.de verb. obl. Angel.in proœ.ff.§.fin. & in l.
2.§.1.ff.de condi.inſti Bald.in l.non ſolùm.in prin.per illum tex.
& in §.annus.ff.de excuſ.tut.quod not.glo.in cap. eum qui cer-
tus.in fin.de regu.iur.in 6.Ex his habes perfectè recollectam,&
expeditam totam iſtam materiam de duabus imperfectis, ſeu
ſemiplenis proba. an & quando ſimul coniungantur, nec cre-
267 do,quòd alibi inuenies ita plenè,& abundè tactam. ¶ † Quæ-
rit etiam Bartò. de vtili q. ſi actor probauit plenè intentionem
ſuam,reus aũt ſemiplenè probauit defenſionem ſuam,quid iu
ris ſit, & dicit Cano. & Legiſtas cõcordare in vnam ſentẽtiam,
quòd ſi probatio actoris perfecta, & probatio rei imperfecta
ſint de directo contrariæ, tunc præfertur actoris probatio perfe
cta, & extinguit, & annullat in totum proba.rei imperfectam.
l.ob carmen.§ fin.ff.de teſti.Facit cap.in noſtra.de teſti.& glo.in
cap.ſuggeſtum.in glo.ſi.ſuper verbo fulcitur.de iure patr. & te
net Spec.in tit.de teſte.§.poſtquam.in ver. ꝙ ſi vnus. cum ver.
ſeq.& do.Paul. de Caſt.in l.2.in fi.C.de bon.poſ. ſm tab. Si autẽ
probatio actoris perfecta, & probatio rei imperfecta non ſunt
de directo contrariæ, ſed diuerſæ, & ſe inuicem compatientes,
vt quia actor per duos teſtes plenè probauit creditum ſuum,
reus autem ſolutionem probauit per vnum teſtem, tunc cau-
ſa eſt dubia, & recurrendum eſt ad iuramentum neceſ. ſecun-
dum formam huius l.& l.in bonæ fidei.C.eod.& refert Bart.ita
tenere Docto.in d.l.in bonæ fidei. & Io. And.in cap.fi.extra eo.
Adde,ꝙ cum iſta doctri.Bart.ſimpliciter tranſeunt Raph.Fulg.
hic in pen.col.& Paul.de Caſt.in 14.col.& Bald.in cap. 2. in vlt.
col.de proba.dicens iſtud ibi not.probari in illo tex. ſi ſubtiliter
intueatur. ita etiam Bald.in d.l.in bonæ fidei. ad fin. in vlt. quæ-
ſtio. & ibi Saly.in 16.q.do. Anto. de But.in d.cap.fi.extra eod.in
7.col.ad fi.& ſeq.vbi dicit, ꝙ *iſta eſt communis opin.*& idem dom.
Abb.Pan.in §.ſanè.in pen.col.& do. Alex.de Imol.in cõſil.124.
aliàs 134.incip. in cauſa, & lite vertente inter Albe.de Miran.in
1.col.lib.2.adde text.in cap.poſt electionem, & ibi do.Anto.de
But.in c.cum ſuper.de conceſ.præb. & text. in cap. vt noſtrum.
& quæ ibi not.do.Anto.de But.de offic. Arch.Bar.in l.1.in prin.
per illum tex.ff.de ven.inſpi.per do. Anto. de Butr.in cap.fin.in
vlt.not.de ſucceſ.ab inteſta.Facit,quod not. Bald.in l.vbi pactũ.
C.de tranſa.in q.de ſoluente collectas &c. & quod not. Bald.in
l.Imperator.ff.de ſtat.homi.alleg.gl.in l.1. C.qui, & aduer.quos.
Facit etiam,quod dicit Bald.in c.1.§.ſacramentum. in 4.col.de
conſue.rec.feud.Confirmo per aliud,quod not. dicit Sal. in l. ſi
qui adulterij.per illum text. C. de adul. ꝙ ſi fundata intentione
actoris exceptiones rei, & replicationes inter ſe contradicunt,
nihilominus ferenda eſt ſententia condemnatoria pro actore,
quia adhuc manet fũdata intentio ſua.Eſt verum,quòd aliter
videtur tenere Bald.in d.capit.fin.extra eod.in 9.col. in princ.in
ver. quæro ſi actor probat per duos teſtes. vbi in q.iſta, quando
actor per duos teſtes probauit, & reus per vnum,reſpondet,ꝙ
ſi tales proba.ſint contradictoriæ ab origine, ſicut verum & fal
ſum,tunc præfertur probatio actoris plena,ſi ſint ex poſt facto,
vt quia actor per duos teſtes plenè probauit intentionem ſuã,
reus autem per vnum teſtem probauit pactum de non peten-
do,tunc dicit ꝙ in hoc ſunt opin. Doct.in d.l.in bonæ fidei. Sed
ipſe dicit ſe indiſtinctè tenere validiorem proba. vincere,& mi
nus validam nihil operari etiam in elidendo, quod eſt de dire-
cto contra Bart.& alios Doct.prælleg.remittit ſe tamen Bald.
ad ea,quæ dicit in d.l.in bonæ fidei.Retenta communi opin. &
vera, ꝙ quãdo actor plenè probauit per duos teſtes creditum,
reus autem ſemiplenè probauit ſolutionem, ꝙ tunc recurren-
268 dum eſt ad iuſm neceſ. † Succedit opportuna dubitatio, cui
hoc caſu deferendum ſit iuſm in ſupplementum proba. Bart.
hic non aperit,ſed de eius mente vr̃ eſſe,ꝙ ſit deferendum reo,
idem ſentit Io.And.in d.c.fi.ſed d.Abb.Pan. ibidem in §.ſanè.in
pen.col.ad fi.refert,ꝙ d.Ant.ibi ſentit, ꝙ deferendum ſit actori.
hac ratione, quia grauatur in hoc actor, quia cùm plenè pro-
bauerit, reus tñ purè non condemnatur, ideo releuari debet in
alio, vt iuſm neceſſarium ſibi actori deferatur, & non reo. do.
Abb.Pan.dicit hoc dictum ſibi placere,quia ex quo reus habet
ſemiplenam proba. ꝑꝑ hanc debet deferri ipſi actori iuſm ne-
ceſ. ad purgandum præſumptionem ortam ꝯ eum, niſi iudex
conſideratis circunſtantijs cauſæ,& perſonarum, ipſi reo vide-
rit deferendum,vt ibi in tex. Quicquid iſti Docto.teneant,ego
indubitanter teneo, ꝙ imò iſto caſu,ſi alia non obſtant,deferẽ-
dum eſt iuſm neceſ. ipſi reo ad ſupplẽdum ſuam ſemiplenam
proba.iſtud expreſsè tenet Paul.de Caſtr. hic, in 14.col. quãuis
de prædictis Doct.nullam faciat mentionem,& ad ita tenendũ
moueor,quia iuſm neceſſ. dr̃ eſſe ſuffragium,ſeu ſubſidiũ pro-
bationis imperfectæ,tex.eſt in c.2.in verbo ſuffragio. de proba.
& ibi Bald.in vlt.col.expreſsè not.illum tex. ad hoc, & pro h.d.
ꝙ ad hoc vt deferatur iuramentum in ſupplementum proba-
tionis,aliquid debet eſſe ſemiplenè probatum per eum,cui ve-
nit deferendum, vnde ſm eum ſi actor ſemiplenè probauit in-
tentionem ſuam,reus autem nihil probauit,certè reo non po-
teſt deferri iuſm iſtud neceſſarium in ſupplementum proba.
quia qđ non eſt,ſuffragium, ſeu ſupplementum habere nõ po
teſt.c.1.§.ſacramentum.de cõſue.rec.feu.ergo in propoſito no-
ſtro cùm actor plenè probauerit creditum ſuum, in hoc non
poteſt eſſe locus iuro neceſ. per text.ſing.in d.c.2.ſed cùm reus
ſemiplenè probauerit ſolutionem,iſta eſt, quæ exigit ſuffragiũ
iuramenti neceſ. ergo ipſi reo deferendum eſt, & non actori.
veritas huius clàrius apparebit ex his, quæ dicentur infra in vl-
tima par.gloſſ.in quæſt.illa,quando generaliter ſit deferendum
269 iuramentum neceſſ.an actori,an reo. ¶ † Quærit etiam Bart.
an vna probatio imperfecta tollat aliam proba. imperfectam,
& dicit de hoc eſſe caſum not. in l. 1. C qui & aduer. quos, &
ibi eſt gloſſ. not. in verbo, non ſit, vbi Bar. & Doct. & vera, &
indubitata ſententia eſt, quòd ſic, Adde Bald. in d. l. in bonæ
fidei. in 1. colum. in ver. opponitur ad idem. cum ver.ſequen.
Lud Rom. in conſil.91.quod inc. viſis ac percunctatis actis. in
5.col.in fin.Facit quod not.Bald.in c.fin.per illum tex.in tit.quid
ſit in-

ſit inueſt.Accedat quod multum pulchrè voluit Bal. in d.l.1.in
2.col.C.qui,& aduer.quos,vbi ſing.inquit,& bene no.quòd ad
hoc vt ex ſemiplena proba. debeat alicui deferri iuramentum
neceſ.debet eſſe non ſolùm ſemiplena probatio, ſed etiam ve-
riſimilis, nam ſi contrarium eſt veriſimile, ſemiplena probatio
eliditur,& non defertur iſtud iuramentum neceſſarium,quod
eſt not. ſecundum eum, & ſic vult pulchrè Bald. ꝙ ſemiplena
probatio nõ ſolùm elidatur per aliam ſemiplenam proba. con
trariam, ſed etiam elidatur per ſolam ſimilitudinem veri, quæ
270 in contrarium ſit. † Adde etiam quod not.in l.qui accuſare.in
vlt.col.C.de eden.ꝙ quando hincinde eſt ſemiplena probatio,
vincit reus, quia vna probatio imperfecta vincit reliquam. &
ideo ſecundum eum,ſi per ſtatutum eſt priuilegiata fama con
tra magnatem,vel ſi ſtatutum dicit, ꝙ in maleficijs commiſſis
de nocte fama ſufficiat ad torturam,tunc ſi hincinde probabi-
tur fama contraria,reus abſoluetur, quia de fama priuilegiata
non conſtat.l.diuus.ff.de teſta.mili. quæ lex ſecundum eum ad
hoc communiter alleg.& ad illud quod dictum eſt, quod vna
probatio imperfecta tollit aliam,facit quod in ſimili dicitur,ꝙ
vna præſumptio tollit aliam, vulgata.l.diuus.ff.de in integr. re-
ſtitu.& eſt gl.not.in cap.ex literis.in verſi.ad plenum.de in integ.
271 reſtitu. † Nunc videndum eſt,quæ ſint cauſæ, ſeu qui ſint ca-
ſus,in quibus dato ꝙ quis ſemiplenè probauerit, tamẽ non po
teſt deferri iſtud iuramentum neceſ. in ſupplementum proba-
tionis,& reintro gloſſ.ibi,maximè ſi res petita eſt modica. quæ
a glo. videtur velle,ꝙ in cauſis magnis [a] non ſit locus huic iura-
mento neceſ.gl.tamen iſta licèt ſic ponderetur per Bart. & om
nes Doct. non tamen multum neceſſariò iſtud probat propter
dictionem maximè,poſitam in glo.iuncta reg.glo.in l. ꝙ ſi mi-
nor.§.reſtitutio. in verbo vẽdicationem.ff.de mi.& gl.in l.illud.
in ver.æſtimari.ad fin.ff.ad l.Aquil. Idem tamen ſentit gl. in d.c.
fin.& apertius gl.in d.l.in bonæ fidei.in gl.fi.magna. circa fin. &
ibidem Doct.præſertim Sal.in 17.col.& ita tenent Docto. iuris
ciuilis,& canonici,& practica hoc obſeruat,& dicit Bart.hic,in
14.col.ꝙ iſtud verbum eſt magiſtraliter dictum per glo.non ꝙ
aliqua lex iſtud dicat, & eſt dictum ad ſimilitudinẽ cauſarum
criminalium, quibus cauſæ magnæ æquiparantur.l.propter li-
tem.ff.de excu.tut.& §.item propter litem.Inſti.eod.tit.poterat
Bar.allegare meliorem tex.in cap.frequens. in ver.illud.de reſti.
ſpol.in 6.Tamen cõtra fundam.Bar.facere vr̃ regula.l.in ſeruo-
rum.§.fin.ff.de pœ.quæ habet,ꝙ quęlibet minima pęna corpo
ralis eſt maior quacunque pœna pecuniaria. Bar.in l.1.§.fin.ad
fi.ff.de pœ.dixit,ꝙ regula.d.l.in ſeruorum, non habet locum in
vilibus perſonis,per illud quod dicit glo. in l. hæ operæ.§.fin.in
verbo durum.ff.de ope. libe. quæ dicit, ꝙ durius eſt ſeruire de
pecunia,quam de perſona.idem tenet etiam Bart. in l.leuia. in
ver.ſed contra hoc opponitur.ff.de accu. Nico.de Nea.in §.pœ
nales.in 2.oppo.gl.Inſti.de act.ſed per hoc non reſpõdet ad ob-
iectum,ideo tu rñde ꝙ Bar.non dicit, ꝙ cauſæ magnæ æquipa-
rentur cauſis criminalibus,in quibus imponatur pœna corpo-
ralis,quia obſtaret arg.ſed ſimpliciter dicit, ꝙ æquiparãtur cau
ſis criminalibus, intellige de cauſis criminalibus,pro quibus im
ponit̃ pœna pecuniaria, cogita tamen de opportuniori reſpon
272 ſo. † Quæ autem dicatur cauſa magna, [b] & quæ parua, Bart.
b hic.in 14.col.& alij Doct.reſpondent ſecundum qualitatẽ per-
ſonarum,& conſequenter relinquitur arbitrio iudicis,quia in-
ter aliquas pſonas cauſa 10. lib. diceretur magna, inter aliquas
perſonas cauſa 100.florenorum diceretur modica.l.ſed & ſi ſu
ſceperit.§.1.cum gl.in verbo modicam.& ibi Bart. & Ang.not.
ff.de iudi.Facit quod dicit gl.in l.illicitas.§.ne tenuis.in verb. lu-
mine.ff.de offi.præſid.& dicit in ſpecie Alb.de Roſ.in d.l.in bo-
næ fidei.in vlt.col.ꝙ ſi eſſet quęſtio inter duos Reges de 200.flo
renis,cauſa diceretur modica, & parua, ſecus ſi eſſet inter alios
duos ciues,qa eſſet magna,qđ bene not. & illud idem de Regi-
bus vult Barto.in d.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.1.circa finem,& circa
hoc quæ dicatur parua, vel magna cauſa, & ꝙ ſit arbitrarium
iudici,adde in ſimili Bar.in Auth.minoris debitor.in 2. col. cir-
ca princ.C.qui da. tut. poſ. vide tamen ꝙ aliter determinando
alibi voluit Bar. in l. ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio. in
6.col.in ver.pro declaratione prædictorum &c. Nam licèt arbi
ter, vel arbitrator poſſint lædere partem in modica quantita-
te, tñ nõ in magna.l.vnde ſi Neruæ.ff.pro ſoc. declarat ibi Bar.
quæ dicatur parua, & quæ magna quantitas. vide per eum, &
per Imol.in l.ſi quis arbitratu.ff.de verb.obl. & latè in l.1.§.ſi qs.
ff.de appel. dom. Alex.Imol.in conſil.46. incip. circa primum
quo quæritur.in 4.& 6.col.cum alijs multis concor. ibidem al-
273 leg.per eum. † Sic etiam in ſimili quæ dicantur cauſæ breuio
* res,*communiter concludunt Docto.*ꝙ relinquitur arbit. iud. inſpecta
cauſarum qualitate,ſecundum Bar.& Docto. in Auth.niſi bre-
uiores.C.de ſen.ex breui.reci.& Bar.in d.l.diuus. ff. de bon.dam.
licèt Bal.in 2.& 3.col.in ver.quæro iuxta hoc quæ dicant̃ cauſæ
minimæ. C. de peda.iud. expreſsè voluerit cauſas breuiores di-
ci,eſſe illas,quæ ſunt à 100.aureis ĩ.& hoc idem pondero noui-
ter velle Bar.in l.Imperium.circa fin. in ver. ſexta eſt iuriſdictio
minima.ff.de iuriſd.omn.iudi.& multum diligenter no. ſi verũ
eſt, quia eſt valde vtile cum in cauſis breuioribus non requira-
tur libellus,nec ſententia in ſcriptis.d.Auth.niſi breuiores,& ſe-
miplena probatio habetur pro plena, vt dixi ſupra in hac glo.
& in ſpecie ponit d. Matheſi. in ſuis not. 2. & 3. poſt Docto. ibi
per eum relatos,& de hoc,quæ dicantur cauſæ breuiores,vide
tamen Bar. aliter tenentem, & contrariantem proximè dictis
in l.mediterraneæ.per illum text.C.de ann.& trib.lib.10.vbi per
illum tex.dicit,ꝙ cauſæ dicuntur breuiores, quando expenſa in
ſcripturis tantum conſtaret,quantum valet cauſa.Adde etiam
quod not.glo.vnica.in cap.appellationibus, & ibi Docto.extra
de appel.Subdit ſing.Barto.ad vnum aduertendum eſſe,ꝙ licèt
cauſa principalis ſit magna, ſi tamen ſit ſolùm quæſtio de poſ-
ſeſſione,cauſa dicatur eſſe parua,& modica, per l.vnicam. C.ſi
de mo. poſ. fue. appel. & l.momentaneæ. C.qui legi.perſo.non
hab. & hoc dicit ſentire Io. And.in cap.ex inſinuatione.de pro-
cu.nec in hoc ſing.dicto aliquis contradicit,& illud expreſsè ſe
quitur.d.Anto.de Butr.in d.c.fin.in 8.col.extra eo.& facit, quia
in iudicijs poſſeſſorijs ſufficit conſtare de iure agentis ſumma-
tim per præſumptiones,indicia,vel ſemiplenam proba. ſecun-
dum Bar.in l.2.verſ.fin.C.vbi in rem act.in l.1. C.quorum bon.
& in d.l.momentaneæ.& d. Mathe.in ſuo not. 3. cum per hoc
non fiat præiudicium niſi in poſſeſſione, & non in proprietate,
licèt aliquando ex poſſeſſione poſſit magnum commodum ſe
qui,vulgato.§.commodum.Inſti. de interdi. Econtra aliquan-
do ex perditione poſſeſſionis ſequitur magnum incommodũ,
ſecundum Bald.in l.conſentaneum.in 2.col.ad fi. C. quomodo
& quando iudex. Subdit etiam Bar.ꝙ licèt cauſa principalis ſit
magni ponderis, tamen ſi illud, ſuper quo litigatur,non afferat
magnum præiudicium in principali cauſa, poteſt deferri iura-
mentum in ſupplementum proba.puta, ſi lata ſit ſententia in-
ter te, & quendam qui aſſerebat ſe procuratorem meum, ego
dico,ꝙ erat reuocatus,& iſtud probo per vnum teſtem, pote-
rit mihi deferri iuramentum in ſupplemẽtum proba.d. cap. ex
inſinuatione.de procu.quia quamuis ſententia pronunciaretur
nulla, per hoc non fit præiudicium iuri tuo,quin poſſis de no-
uo agere,ſi iuſtitiam foueas. Addo (quia cæteri nihil tangunt)
ꝙ idem ſimpliciter tenet Angel.in d.l.in bonæ fidei. in fi. & do.
Anto.de But.in d.cap.fin.in 8.col. iſtud idem ſequitur, & repu-
tat menti tenendum Bal.in l.non ſolum.§.qui alieno. in 3. col.
in fin.ff.de procu.Spec.in tit.de teſte.§.reſtat.in verſ. hoc tamen
fallit.Stat ergo ex gl.& ex prædictis. ꝙ in cauſis magnis, ſeu ar-
duis non defertur iuramentum neceſſ. & eſt concluſio vald e
274 neceſſaria in hac materia, quam limita, vt infra dicam. † Ex
iſta concluſione inferuntur in præſenti materia plures illatio-
nes.Prima eſt, ꝙ in criminalibus non defertur iſtud iuramentũ
c neceſſ.cùm ſint cauſæ magnæ,& eis æquiparentur, [c] vt dixi ſu-
pra, quia in criminalibus requiruntur probationes luce meri-
diana clariores.d.l.fi.nec ex præſumptionibus,ſeu indicijs debet
quis criminaliter damnari.l.abſentẽ.ff.de pœ. Item licèt in cau
ſis ciuilibus duæ ſemiplenæ proba. coniungantur ad perficien-
dum plenam proba.ſecus tamen eſt in criminalibus,vt tetigi ſu
pra in materia illa, quando duæ ſemiplenæ proba. iungantur.
Item præſumptiones, quæ tanquam euidentes in cauſis ciuili-
bus ſufficerent ad condemnandum,puta quia ſunt violentę,in
criminalibus non ſufficiũt,ita ſignanter dicunt Hoſt. & Imol.
in cap.quia veriſimile.de præſump. Bald.in l.fin.in vlt.col. C.de
proba.dom. Ant. de But.in cap.quanta.de præſump. do. Abb.
Pan.in capit.2.eod.titu.Ludo.Rom.in l.1.§. ſi quis in villa.ff.ad
Silla.dom.Alex.Imol.in conſil.15. incip. viſo proceſſu inquiſi-
tionis formatę per Poteſtatem Parmæ.in 15.colum.lib.1.Item
in cauſis ciuilibus creditur teſtibus non aſſignantibus cauſam
dicti,qñ de ea non fuerint interrogati,gl.& Doct.in l.ſolam. C.
de teſt.& in c.cum cauſam,quæ inter Archiepiſcopum.de teſt.
& 4.

ADDITIONES.

a ¶In cauſis magnis.Ampliat ſingul. Alex.lib.1. conſil.66. incip.viſo proceſſu. 3.col. * Declara, vt per Nat.conſil. 199. col. fin. & ꝙ non deferatur in cauſis arduis,ſcribit Rol.conſil.82.nu.22.lib.2.quæ concluſio nõ procedit,ſi ille cui defertur ſit perſona honeſta,vt not.Cephal.conſil.141.nu.20. lib. 1. & datur etiam in arduis,quando eſt plus quàm ſemiplenè probatum.Neuiz.conſi.25. nu.11.conſi.94.nu.6.& defertur etiam in cauſis poſſeſſorijs, etiam ſi de poſ-ſeſſione rei magnæ ageretur. Curt.hic,nu.67. & quid in cauſa beneficiali,vide Dec.in cap.veniens.el 1.nu.7.de teſti. MASVER.

b ¶Magna.Adde Hoſt.in c.fi.de crim.falſ.Card.in cle. non poteſt. in 6. de procu.Ant.de But.in cap.ſi pro debilitate.in 2.col.de offic.delega.

c ¶Eis æquiparentur.Sequitur,& ampliat Marſi.in l.de minore.§. tormẽta.col. 2.ff.de quæſt.comprobat, & arguit contra illationem Iaſ. in l.properandum, in prin.3.not.C.de iudi. PVRPV.

& 4.quæstio.3.c.solam.tamen in causis criminalibus non credi-
tur testibus,qui non assignant sufficientem causam dicti, quã-
uis non sint interrogati,ita sing. dicit Sal. in d.l.fin. C. de proba.
quem refert,& simpliciter sequitur dom.Alex.in præalleg. con
a sil.15.in 8.colum.in fin. & ꝙ in causis criminalibus [a] non defe-
* ratur iuramentum necessarium, *est communis, & vera opi.* quam
tenent glo.& Docto. in l.3.in princ. in verbo agatur.supra eod.
glo.& Barto.in l.si maritus.ff.de quæstio.& glo.fin.in capit.cum
sint partium iura.de regu.iu.in 6.& glo.in d.cap.fin.in ver.famo
sa.& ibi Docto.extra eod.& bona glo.in c.tam literis. in gl.2.su-
per verbo probatam. de test.Specu.in tit.de iur.dela. in prin.in
ver.vt autem plenius instruaris.Host.in sum.huius titu.§.vt su-
per.ver.quid si criminaliter.Arch.in capit.si quis presbyter.1.q.
5.Barto.in l.fin.ff.de in lit. iur. & in l. cum qui.§.in popularibus.
in 2.colum.s.eod.Bald.in l.iudices.in 1.oppo. C. de iudi.quam-
uis contrarium,& malè tenuerit glo.in d.l.in bonæ fidei.in gl.2.
super verbo cæteris causis.& Bald.in l.qui accusare. C.de eden.
& ad hoc accedat illud,quod dicit ista glo. in fin.ibi, & in deli-
ctis,& quasi delictis,quæ idẽ videtur sentire. Est ergo conclusio
communis,& vera, ꝙ in criminalibus non defertur istud iura-
mentum necessarium. Limitat Lud. Rom.in d.l.3.in prin.s.co.
275 nisi esset causa criminalis, † pro qua veniret imponenda pœ-
na pecuniaria,per illum text. in ver. pœnali. & idem ante eum
tenet dom.Anto.de Butr.in d.cap.fin. extra eod. nihil alleg. sed
Imol.ibi istud reprehendit, & d.Alexan.Imol.in d.l.3.in prin.in
5.col.per generalitatem.d.l.fin.C.de proba.quæ non distinguit,
an sit pœna pecuniaria, vel corporalis, nec aliquid facit text. in
d.l.3.in princ.in ver.pœnali,quia loquitur in iuramẽto deferen-
do à parte parti, & sic in iuramento voluntario, vel iudiciali,
non autem in necessario. Item loquitur,quãdo ciuiliter agitur,
sed aduerte quamuis aliàs ibi legendo sic simpliciter transiue-
rim,nunc inuenio ipsummet do.Alex.Imo.de cuius decisione
multum lætor,in consil.66.incip.viso processu causæ vertentis
inter Heliseum Capriolum. in 1. & 2. col.lib. 1. ꝙ in causa cri-
minali, vel mixta, quando agitur de pœna pecuniaria, potest
deferri istud iuramentum necessarium,eo quia semiplenè pro-
bauit,per text. in d.l. in bonæ fidei.in verbo in cæteris causis, &
ibi sic tenet glo.2.idem tenet Iaco. de Rauc. & Ang.ibi per illũ
tex.& per l.fallaciter.C.de aboli.& dicit ibi Ang. ꝙ illa gl.debet
intelligi in reo,aliæ vero gl.contrariæ,& Docto.s.alleg.dum di
cunt, ꝙ in criminalibus non defertur istud iuramentum neces-
sarium,intelliguntur in accusatore, qui per iuramẽtum suum
non potest perficere suam semiplenam proba. quia in crimina
libus reus non debet condemnari, nec puniri nisi ex probatio-
nibus luce meridiana clarioribus.d.l.fi. imò in criminalibus vbi
agitur de pœna pecuniaria,refert ipse Rayn. expresse tenere in
d.l.in bonæ fidei.posse iuramentum necessarium deferri, quia
non est magis præsumendum,ꝙ in hac causa deieret reus,quã
in alia causa criminali, & istam opi.refert etiam tenere Bald.in
d.l.3.§.fin,& sentire glo.istam hic in fin.ibi,& in delictis,& qua-
si delictis,& expresse tenere Host. & do. Anto.de Butr.in d.cap.
fin.in pen.col.& dicit do. Alex.in d. consil. vnum magnum ver-
* bum, scilicet *istam esse communem opin.* & ꝙ ab ea in iudicando
non est recedendum. iuribus vulgaribus, vnde propter autho-
ritatem præalleg.& do. Alex. ita consulentis, quicquid aliàs le-
gendo tenuerim,crederem quòd ista opin.posset in practica su
stineri.Caue tamen,quòd Bald. in d.l. 3. corruptè allegatur per
do.Alex.in illo consil.eo quia Bald.ibi nihil firmat, prout ibidẽ
etiam attestatur ipsemet dom.Alexan in 3.colum.sed credo,ꝙ
voluit alleg.Lud.Roma.istud expresse tenetem in d.l.3.in prin.
de quo non facit in illo consil.aliter mẽtionem. Accedat,quod
nunc subijcio in seq. limitatione. Secundò principaliter limita
dictam conclu. quòd in criminalibus non defertur istud iura-
276 mentum necessarium, vt sit vera, † quando criminaliter agi-
tur,secus si ciuiliter,& actio esset priuata, ita dicit Barto. in d.l.
maritus.in 2.colum.in ver.vltim. quæro.per tex.in d.l.3.in prin.
in ver.pœnali.& l.si duo.§.Iulia.supra eod.Sed credo,quicquid
teneat do.Abb. vt infra referam, ꝙ Barto. ibi loquitur de iura-
mento voluntario,vel iudiciali, vt patet ex ll.quas ipse alleg.nõ
autem loquitur in iuramento necessario, dictum enim Doct.
est intelligendum secundum legem,quam alleg.vt inquit Bart.
in l.non solùm.§.liberationis verba.ff.de lib. lega. Angel.hic in
vlt.col.circa fin.ponderat istam gl.decidere in fi. ꝙ in delictis,&
quasi delictis potest illud iuramentum deferri. quod intelligit
verũ,quãdo pro delicto agitur ciuiliter ad restitutionem dam-
ni,vel interesse,quia tunc ista censetur causa merè ciuilis, cùm
nihil de hoc applicetur fisco, sed si ageretur criminaliter, non
posset deferri iuramentum necessarium accusatori, quia requi
ritur, quòd afferat probationes luce meridiana clariores.d.l.fi.
nec etiam reo,quia præsumendum est,quòd verisimiliter deie-
raret.argu.l.1.ff. de bon. eorum. nisi reo absoluto deferatur iu-
ramentum posteà purgationis.Quid tenendum? passus est ne-
cessarius, & malè examinatur. In contrarium ꝙ imò in causa
criminali etiam ciuiliter mota non sit locus huic iurõ necessa-
rio,tenuit expresse gl.in c.tam literis.in glo.2.in verbo probatũ.
vbi Cano.præsertim d.Anto.de But.de test. idem tenet Petr.de
Anch.in c.1.in 3.not. de testi. in 6. Ad idem ego pondero illud,
quod vult d. Abb. Pan.in cap.fin.in 1.not.ad fin.quod me.cau-
sa. nam ibi in illo.cap.fin.agebatur pro violentia,& sic pro deli-
cto ciuiliter ad damnum & interesse,prout etiam est tex. in l.si
quando.C.vnde vi.dicitur in istis iuribus,quòd violentia debet
plenè probari, etiam si ciuiliter agatur.dicit ibi D.Abb. Pan.ꝙ
vbi ageretur de leui,aut modico præiudicio, si violẽtia esset se-
miplenè probata per vnum testem,posset deferri iuramentum
in supplementum prob.d.Anto.de But.in d.cap.fin.in 8.col. te-
net,ꝙ in causa criminali ciuiliter mota,si non est leuis ac modi
ci præiudicij, non potest deferri istud iuramentum necess. aliàs
secus.d.Abb.Pan.in illo cap.fin.in prin.in 9. col. ponderat Bart.
velle in d.l. maritus ꝙ in causa criminali ciuiliter mota habeat
locum, & possit deferri non solum iuramentum volũtarium,
& iudiciale, sed etiam necessarium, quod sibi videtur durum,
quia secundum eum,si causa esset famosa,puta iniuriarum,vel
esset magna, & præiudicialis, quamuis ciuiliter ageretur, certè
dicit,ꝙ tunc iuramentum necessarium non haberet locum,&
ꝙ Bar.non aliter dixisset,si rectè cõsiderasset, quia in causa etiã
merè ciuili ita dicitur,vt hac gl.nostra, vnde secundum eum,si
causa criminalis ciuiliter intentata,sit non multum præiudicia
lis,aut magna,potest deferri istud iuramẽtum necessarium, ita
loquitur Bart.& alij,supra alleg.aliàs secus,ita procedit glo.in d.
c.tam literis,& sic residet in effectu cum opin.do.Ant.de Butr.
& istud puto tutius,tamẽ vt superius tetigi,Bart.in d.l.maritus.
non loquitur in iuramento neces.sed in iuramento voluntario,
aut iudiciali,vt patet ex ll.per eũ alleg.vt supra dixi. Tertiò not.
limita,vt infra dicam. ¶Secundò prin.ex cõclusione gl.nostræ,
& Docto.ꝙ istud iuramentum neces. nõ habeat locum in cau
277 sis magnis,† infertur,quia locum non habet in causis spiritua-
b libus,puta monachationis,vel matrimonij [b] carnalis,quæ cen-
c sentur magnæ,& graues, [c] secundum Bar.hic in 14.col. Bald.in
d.l.in bonæ fidei.in 1. col. Paul.de Castr.& dom.Alex.Imo.in l.
3.in prin.supra eod.& est gl.ord. & solennis.in c.mulier. in gl.1.
d extra eod. & ꝙ in causa monachationis [d] non deferatur istud
iuramentũ neces.tenet Lap.de Castel.alleg.36.in vlt.col.in ver.
de tertio aũt.Lud.Rom.in 25.col.hic,quamuis in hoc vlt. gl.te
neat expresse ꝯriũ in c.vidua super verbo sacro.de reg. & ma-
* lè,& *communiter damnatur* per Docto.ibi, & d.c.fi.quia causa mo
nachationis habet in se causam bonorum annexam. c.cum ad
monasterium.de sta.mona.Auth.ingressi.C.de sacros.eccles.Li
278 mita tamen,& intellige, vt infra dicam.† Tertiò ex prædicta
conclu.glo.& Docto.infertur,ꝙ etiam in causis famosis nõ de-
fertur istud iurm neces.vt no.gl.fi.in c.cum sint partium iura.de
regu.iu.in 6.Spec.in titu.de iur.dela.in prin.in ver. vt autem. cũ
ver.seq.Io.And.& d.Anto.in d.c.fi.& ibi Imol.in 3. col. Sal.hic,
in 17.col.& in l.in bonæ fidei.in 18.col.Lud.Ro.hic in 33.col.&
seq. & est ratio euidens. nam quando agitur de fama hominis,
dicitur agi de graui,& magna causa, cùm agatur de eo, quod
afficit personam.l.cognitionum.post princ.ff. de va. & extraor.
cog.nam causa infamiæ, & causa vitæ æquiparantur.l.iusta cũ
glo.ff.de man.vin.gl.bona in §.suspectus autem. in ver.ob cul-
pam.Instit.de suspe.tut.Bart.& Docto.in l.trãsigere.in 1.col. ad
fi.C.de trãsa.ergo de maiori præiudicio dicitur tractari, vbi tra
ctatur de fama, quàm si de omnibus bonis, quia homo debet
pluris facere famam, quàm omnes facultates. l. Iulia.ff.si quis
omis.causa testa.& argu.l.reprehendenda C.de insti. & subsii.
ergo vbi agitur de omnibus bonis,istud iuramentum neces.nõ
defertur,ergo nec in causa infamiæ,quæ personam tangit. facit
etiam in argum.l.in seruorum.§.fin.ff. de pœ. Est verum,quòd
Bart.hic 14.col.nescio quo spiritu referens istam opin. eam re-
prehendit,quia est contra casum multarum ll. contra l.nam &
posteà.§. si damnetur. supra eod. l. furti. in vers. sed & si iureiu-
rand.ff.de infam.l.lex Corn.§.hac lege.ff.de iniur. melius potuis
set alleg.text.in d.cap.fin.in ver.nec licèt.iuncto vers.sequ. extra
eod.

ADDITIONES.

a ¶Criminalibus.Adde Cardin.Zab.in c.tuæ. de procu. idem Card. in cap. co-
gnoscentes.in 6.oppo.de constit.

b ¶Matrimonij.Adde Bar.in l.maritus.in ver. vltimo quæro.ff.de quæstio.

c ¶Magnæ,& graues.Vide Marti.in l.de minore.§.plurium,colum.12.ff.de quæ-
stioni.& Alex.lib.2.consil.142.quoniam abunde.Alex.& Ias.in l.3.s.eo. vbi li-
mitatur.Dec.in c.si pro debilitate,3.not. de iureiu. PVRPV.

d ¶Monachationis.Adde Azo.in sum.tit.de reb.cred. ver. item in causa mona-
chationis.Arch.in cap.quis presbyter.circa princ,2,quæst,5. Host.in sum.tit.
de iureiur. in §.& super quibus. ver,quid de causa monachationis. Abb. in c.
cum causam.de rap.

co.Sed ista opi.est euidenter falsa, vt ex prædictis apparet,& in
specie eam refert,& reprobat Io.de Imo.in d.c.fi.in 3.col.& verè
istud non est de lect.Bar.sed fuit vna additio cuiusdam Ray.
de Salla.incorporata lecturæ Bart. patet: nam in fi. huius q.est
scriptum Ray.de Salla. & ita expresse attestatur dom.Alex.de
Imo.in l.3.in prin.in 8.col.s̃.eo. Limita tamen & intellige,vt in-
fra dicam,& respondebo ad text.d.c.fi.in ver.nec liceat.iuncto
ver.seq.& miratur Lud.Ro.hic in 35.col.ꝙ Doct. illum tex.nō
279 allegent ad hoc.¶ † Quartò ex ista conclusione glo.& Doct.
& ex proximè dictis infertur, ꝙ ex causa vsuraria non defertur
iuramentum necessarium, tum quia in ea tractatur, seu vertit
delictum,tñ quia agitur de causa famæ,quia vsurarius est infa-
a mis.[a] l.improbum fęnus. C.de infa.ita tenet Bal. in d.l.in bonæ
fidei.in 1.col.qui dicit,qđ ita de consuetudine seruatur. Intelli-
ge tñ,& limita secundum Io.And.in c.quanquam.de vsur.in 6.
280 in nouel.† Quintò infertur, ꝙ etiam non defertur istud iura-
mentum necessarium.in causa status personæ,puta filiationis,
vel seruitutis,vel in causa legitimationis, ſm Bal.in d.l.in bonæ
fidei.in 1.col.qui per hoc etiam infert,qđ idem est in causis be-
neficialib.quia sunt graues, & quia vergerent in præiudicium
tertij,hoc est ecclesiæ,quæ non debet regi per intrusum. Adde
ad hoc facere tex.in c.vnico.de eo, qui mit.in pos.causa rei ser.
lib.6.& ibi traditur per Do.de S.Gem. post alios in pen. & vlti.
col.intellige tñ,quando quęstio esset immediatè super ipsa cau
sa beneficiali, secus si super aliquo incidenti ipsius causæ bene-
ficialis,tunc pōt deferri istud iuramentum necessarium. tex.est
281 ad hoc mihi not.in c.ex insinuatione.de procu.† Sextò ex ista
cōclu.glo.& Doct.not.infertur,ꝙ in causis feudalib.non defer-
tur istud iuramentū necessarium, quia sunt magnæ res,& ma-
gnæ causæ,ſm Bald.in d.l.in bonæ fidei.in vlt. col in versi.tertio
inspicitur quantitas rerum,qui istud limitat,nisi deferatur pos-
sessori, quia possessio aliquid adiungit probationi vnius testis,
alleg.tex.quem ad hoc dicit esse sing.in c.1.§. sacramentum.de
cōsue. recti.feud. Limita omnes istos casus, dum dixi, ꝙ istud
iuramentum necessarium nō defertur in causis magnis, aut ar
duis,nec in criminalib. nec in spiritualib. nec in causis famosis,
vel similib.& not.multum hanc limit. quæ est valde necessaria
in tota ista materia, nisi esset plusquam semiplenè probatum,
vt quia vltra semiplenam proba. aliquid esset adductum, vel
adesset aliqua alia præsumptio, vel ꝓduxisset quis duos testes,
quorum vnus nō esset omnino integer,quo casu saltem habe-
ret plusquam semiplenam probationem,tūc si persona sit ho-
nesta,potest iudex (quamuis causa sit ardua,vel grauis) deferre
istud iuramentum necessarium,per tex.in d.c.fi. in ver.sanè.per
quem tex.ita dicit Lud.Rom.hic in 29.col. & clarius in 34.col.
& ante eum Sal.hic in 17.col.in fi.idem tenet d.Alex.Imo.hic,
in 23.col.& in d.l.3.in prin.s̃.eo.in trib.locis,in 8.& in 9. & in 10.
not.in vlt.col.& in consi.264.incip. viso processu vtriusq; cau-
sæ.in 3.col.lib.2.dicit gl.in c.vidua.in gl.fi.super verbo sacramen
to.de reg. & trans.ad reli. Vnde dicit pulchrè in proposito do.
Abb.Pan.in c.mulier.in 3.col.extra eo.qđ in causis arduis,puta
matrimonij, si actor est optimæ vitæ, & petit puellam se infe-
riorem,vel æqualem, & habet in cōtractu matrimonij vnum
probatissimum testem,vel fortè habet duos testes, quorū vnus
est non omnino integer, & sic habet plusquam semiplenam
probationem,potest iudex deferre istud iuramentum necessa-
rium,per tex.in d.c.fi. & ita etiam in specie dicūt Pau. de Cast.
& do.Alex.in d.l.3.in prin.s̃.eo.vterq; in vlti.col. allegantes idē
velle Io.And.in d.c.fi.Confirmo per id,qđ no.dicit Bald.in prę-
alleg.l.in bonæ fidei.in vlt.col.in ver. tertio inspicitur quantitas
rerum, quem statim supra retuli, ꝙ licet in causis feudalibus
(quæ sunt magnæ) nō deferatur istud iuramentum necessariū,
tamen bene defertur possessori,quia possessio aliquid adiungit
semiplenę probationi,per tex.ſm eum sing.in d.c.sacramentū.
Secundò ego intelligo suprascripta omnia, ꝙ in casibus supra
scriptis,in quib.actori,qui semiplenè probauit, non potest de-
ferri istud iuramentum necessarium,eo quia sit causa ardua,&
sic nō possit suppleri semiplena probatio actoris, tñ quia ex ta-
li semiplena probatione occurrit suspicio,& præsumptio con-
tra reum, quæ tñ non sufficit, vt per eam possit ferri sententia
condemnatoria,tñ iudex debebit deferre ipsi reo iuramentum
purgationis d.c.fi.in ver.nec liceat,vbi Doct.& hoc tex.nostro,
qui propriè loquitur in istis terminis,ſm ꝙ declaraui in tex. Ex
prædictis habes septem casus principales, in quib. non defer-
282 tur istud iuramentum necessarium. † Octauo principaliter,
nō defertur istud iuramentum necessarium, vbicunq; lex, vel
statutum requirit apertissimas probationes.gl. est in l.fi.in prin.
in glo.mag.super verbo suspicioni.circa princ.ff.qđ met.causa.
Idem si requiratur indubitata,vel liquida probatio,ſm Bald.in
l.fi.C.de secun.nup.& in l.vnica.in 3.oppo.C.de his, quæ pœnæ
nomine.Idem si requiratur plena probatio, per glo.no.in c.cu-
pientes.§.ꝙ si per viginti,in ver.plenam fidem.de elec. in sexto.
quam gl.pro singulari ad hoc alleg.Lud.Rom.in 27.col.in 9.li-
mitatione.Accedat tex.in c.1.in ver.pleno.de elect.in sexto.Idē
vbi lex requirit perspicuam probationem, ſm Bal.in d.l.in bo-
næ fidei.in pen.col.in fi.in versi.secundo inspicitur natura cau-
sarum. Idem vbi requiritur ꝓbatio luce clarior, ſm Bal.in l.fi.
circa prin.per illum tex.in ver. luce clarior.C.si min.se maio di.
Idem si requiratur legitima probatio, nec enim iuramentum
est legitima probatio,vt est glo.reputata sing.in l.cum de inde-
bito.in prin.in ver.legitimis,& ibi Albe.de Ros.ff.de proba. Tu
adde similem glo.in §.quadrupli.in ver.duplicatur.Insti.de act.
283 † Et quæ sint legitimæ probationes, ponit gl.no.in l.proprie-
tatis.in ver.legitimis. C.de prob. inter quas non enumerat iura-
mentum,& ita teneas, quamuis Lud.Rom.hic, in 27.col.in 8.
fallen.istud reprehendat per glo.in c. statutum. §. cum verò,in
ver.per proprium iuramentum,de rescrip.in sexto, quæ nō fa-
cit:secundò per tex.vbi dicit esse expressum in c.2.de proba.dū
dicit tex.ꝙ ita demum ad huiusmodi iuramentum necessariū
recurrendum est,si aliæ legitimæ probationes deficiunt, tñ nec
iste tex.aliquid mihi concludenter probat, nisi fortè voluit pō-
derare,ꝙ dicto aliæ, sit repetitiua similium, vt est glo.in l.si fu-
gitiui.cum si.C.de ser.fug.tñ si rectè aduertis, tex.ille parum fa-
cit,poterat ad idem alleg.text.qui prima inspectione magis fa-
cere vr̃,sed in veritate nō etiam stringit,in l.fi.§.licentia. el 2.C.
de iure delibe.Imò fortius audeo in prædictis tenere, quamuis
nō meminerim in specie tactum legisse, qđ vbicunq; lex, vel
statutum requireret simpliciter probationem absq; eo, qđ di-
cat plenam,vel legitimam, vel perspicuam, vel liquidam, vel
similia,qđ etiam tunc non habeat locū istud iuramentum ne-
cessarium; moueor, quia vbi lex simpliciter facit mentionem
de probatione,intelligitur de plena.cle.cōstitutionem. cum gl.
in versi.fides.de elec.Bald.in l.peremptorias.in vlt.col.C.sen.re-
scin.nō poss.Facit tex.not.in l.Lucius.ff.de condi.& demon.per
b quem tex.Bal.ibi no.expresse,ꝙ appellatione proba.[b] in dubio
intelligitur de vera.Alibi dicit Bar.ꝙ in dubio intelligitur de le-
gitima.in l.ait prætor.§.si iudex.si malè nō memini.ff.de re iud.
c sed sic est,ꝙ iuramētum [c] non est propriè probatio.l.non erit.
§.dato.in ver.quasi.s̃.eo.quam ad hoc ibi not.Saly. Lud.Ro.&
do.Alex.& ante eos Bal.in rub.s̃.eo.& est melior tex.in l. sed &
si possessor.§.fi.ver.perinde haberi ac si probatum esset.s̃.eo. &
est gl.no.in c.si quis.in ver.absoluendum.si de inue. inter dom.
& vasal.lis ori.& ibi eum pōderat Bal.pro not.ad hoc.est enim
iuramentum potius releuatio ab onere probandi, quàm pro-
batio.l.eum qui.in prin.s̃.eo.Bal.in d.c.1.§.sacramētum.in prin.
de cōsue.rec.feu.& latius in c.1.§.conuenticulā.in prin.de pace
iur.firm.& in Auth.sed nouo iure.in vlt.col. C.si cert.peta.& in
rub.C.de prob.in 3.col.& in l.actori.C.eo. Bene facit tex.in c.fo
rus.circa med.de verb.sig.& ibi not.do.Abb.Pan.vbi probat,ꝙ
illa dicitur probatio ꝓpria, quæ fit per testes, vel instra, nisi tu
rñdendo diceres, ꝙ prædicta loquuntur in iuramēto volunta-
rio,vel iudiciali.istud bene verum est, ꝙ nō est propria proba-
tio, sed nos loquimur in iuramēto necessario supplente semi-
plenam probationem,& istud posset bene dici plena probatio,
& ita in specie dicit Lud. Ro.in l.non erit.§.dato. & ibi simpli-
citer refert.d.Alex.s̃.eo.alleg.Lud. Ro.ad hoc tex.nihil penitus
facientes in l.in bonæ fidei. C.eo.& in d.c.fi. extra eo.& si ita es-
set,oporteret tunc sic distinguere gl.in d.c.cupientes.§. ꝙ si per
viginti, in ver.plenam fidem.quam superius allegaui.Bene ve-
rum est,ꝙ vbi lex simpliciter faceret mentionem fidei,tūc suf-
ficeret,quodlibet iuramētum,ita probare vr̃ tex.in l.statutum.
§.cum verò.in ver. *fidem iudici faciat saltem per proprium iuramen-
tum.* de rescrip.in sexto,per quem text.ita in specie tenet Ludo.
Rom.hic,in 20.col.in 9.fali. nisi tu dixeris respōdendo ad text.
d.§.cum verò.ꝙ illud ibi ideo fit,quia lex vltra processit decla-
rando.Ex ista generali conclu.quam feci, ꝙ vbi lex, vel statutū
requirit apertissimas probationes,vel indubitatas, vel liquidas,
vel perspicuas, aut legitimas, aut similes, ꝙ non defertur istud
iuramentum necessarium, verificantur in specie quamplures
284 Doct.decis.† Primo, ꝙ si opponatur exceptio excommuni-
cationis etiam in vim dilatoriæ, non defertur istud iuramentū
necessarium,ita probat text.ad hoc not.in c.pia.§.si quis igitur.
in ver.

ADDITIONES.

a ¶Infamis. Adde.§.porrò.in c.quis adeo. 3.q.8.

b *Appellatione probationis. Adde, quòd vbicunque requiritur probatio legitima,non sufficit probatio iuratoria. no.Doct.in l.cum de indebito,in glo. versi.legitimis.ff.de probationib.& dic,quòd legitima probatio est, quando testes sunt omni exceptione maiores, quæ conclusio intelligitur in causa criminali.Secus in ciuili, vt scribit Dec.in c.at si clerici.col. 20.post princip.de iudi. MASVER.

c ¶Iuramentum.Adde l.cum de indebito.ff.de probatio.& in cap.at si clerici.in prin. de iudi.

in ver.apertiſſimis documentis.& ibi Io.An.& Gem.de excep.
in ſexto, nec tali caſu ad probandum excommunicationem
ſufficeret vnus teſtis cum fama, ſm Arch. in c. ſi teſtis.in verſi.
item ſæpe.4.q.3.Specu.in tit.de noto:cri.§.fama.in verſi.quid ſi
agenti.per tex.in d.c.pia.vbi etiam not.Gem.idem tenet dom.
Anto.de But.in c.veniens.el 1.in vlti.col.de teſt. & dixi ſupra in
285 materia famæ.† Secundo infertur, ꝙ quando agitur de impe
dimento primi anni, & petitur ſecundus annus ad proſequen-
dam appellationem,probato impedimento ſemiplenè nõ de-
fertur iſtud iuramentum neceſſarium, per text.in l.fi.§.illud.in
286 ver.euidentiſſimis probationib.C.de tempo.app.† Tertiò in-
fertur,ꝙ ad probandum ingratitudinem, nõ defertur iſtud iu-
a ramẽtum neceſſarium,cùm lex requirat indubitatam proba.[a]
tex.eſt in l.fi.C.de ſecun.nup.quem Bald.ibi ſing. ad hoc not.&
refert Lud.Ro.hic,in 26.col.vbi reputat illum text. eſſe ad hoc
287 ſing.licèt ipſe Lud.corruptè alleg.l.2.pro illa.l.fi.† Confirmo:
b nam licèt teſtes infames [b] ſola infamia facti nõ repellantur ip-
ſo iure à teſtimonio in cauſis ciuilib.glo. & Doct.in c.teſtimo-
nium.de teſt.& gl.& Doct.in l.cunctos populos. C.de ſum.tri.
& fid.cath.tñ vbi agitur de probanda ingratitudine, teſtes infa-
mes infamia facti ipſo iure repelluntur,tex.eſt de hoc not.in c.
1.in ver.integræ opi.quem ad hoc ibi no.Bal. qui teſtes ſint ne-
288 ceſſarij ad probandam ingratitudinem ,in vſib.feu. † Quar-
tò ex iſta conclu.generali verificatur illud, qđ ſing.not.Bal.in l.
1.in fi.C.de fid.inſtr.per illum tex.ibi in ver.manifeſtis probatio
nibus.per quem text.no.ibi Bald. ꝙ ſi creditor habebat inſtru-
mentum publicum de credito,& illud per iracundiam lacera-
uit,aut igne cremauit,quamuis per hoc ius crediti ſui nõ per-
datur,tñ grauatur pleniori probatione, ex quo culpa ſua per-
didit probationẽ indubitatam ſui inſtrumẽti,& ideo iſto caſu,
ſi probaret de credito per vnum teſtem, vel aliter ſemiplenè,
non deferretur ſibi iſtud iuramentum neceſſarium, per illum
tex.ibi in verſi.manifeſtis proba.Iſtud idem ſequitur ibi Saly.&
iſtud ibi mirabiliter limitare vr̃, & tu perpetuò tene cordi, vt
procedat, quando tale inſtrumentũ eſſet dè natura,vel de ſub-
ſtantia debiti contracti in ſcriptis,puta, quia partes ita expreſsè
conueniſſent,ꝙ de iſto debito fieret publicum inſtrumentum,
iuxta.l.contractus. C.de fide inſtrumento. vel quando eſſemus
in contractu, in quo de iure communi contractus requireret
publicum inſtrumentum, vt in contractu emphyteutico, ſm
vnam opi.de qua per gl. & Docto.in l.1. vbi aliàs plenè dixi. C.
de iure emphyt. vel quando per ſtatutum,aut per conſuetudi-
nem loci requireretur inſtrumentum publicum,iſtis caſibus ſi
creditor laceraret inſtrumentum per iracundiam, procederet
bene illud,quod dictum eſt,ꝙ tunc non eſſet locus iuramento
neceſſario,ita intelligitur d.l.1.& ibi Bal.ſed vbi inſtrumentum
nõ eſſet de natura,vel de eſſentia debiti,ſed eſſet voluntariè cõ-
fectum,prout eſt regulariter.l.pactum qđ bona fide.cum glo.
C.de pac.gl.in l.contrahitur.ff.de pac.pig.in ver. valet. & ibi eſt
tex.no.& plenior gl.in c.1. de cen.lib.6.tunc licèt creditor lace-
raret inſtrumentũ crediti, per hoc nõ grauaretur pleniori pro-
batione, ſed ſufficeret ſemiplena probatio cum eius iuramen-
to;& no.multum iſtam limit.cùm aliqualiter obſtare videatur
generalitas rationis aſſignatæ per Bal.in d.l.1. ſm ſing.deciſ.Bal.
& Sal.in d.l.1.intellige,& limita illud,qđ volunt glo.& Bar.in l.
ſicut iniquum.C.de fide inſtrum. ꝙ ſi probetur amiſſio inſtru-
menti,& eius tenor,licèt non probetur de contractu, iſtud fa-
cit ſemiplenam probationem, per quam defertur iur̃m in ſup-
plementum probationis, & illam glo.Bart.ibi multum not.&
ſequitur Ang.in l.2.§.1.ff.de iur.fiſc.Bal.in l.ſi de poſſeſſione.C.
de prob.& Bar.hic in 8.col.in ver. quæro quid de exemplo.vbi
289 dixi poſt eum,& adde,qđ dicam.j.in 24.fall. † Quintò ex iſta
generali conclu.ſequitur,ꝙ vbicunque quis venit ad impugna
tionem,vel retractationem ſententiæ, nunquam ex ſemiplena
probatione ſibi defertur iur̃m in ſupplementum probationis,
ita probat text.not.in l.fi.in verbo,luce. C.ſi mi.ſe.maio.dixe.&
ibi Bal.circa prin. no.illum tex. ad hoc,ſequitur ſimpliciter Lu.
Rom.hic,in 24.col.in 2.fall. & poſtea idem Ludo.in 20.col.re-
prehendit per text.ſm eum ad hoc notandum in c. ex inſinua-
tione. de procur. & ſecundum eum quamuis text. ille in hac
materia pluries allegetur per Docto. tamẽ ad hoc nunquam
fuit ab aliquo ponderatus,& ad d.l.fi.in ver.luce,reſpõdet mul-
tum leuiter, ꝙ etiam iuramentũ dicitur probatio luce clarior,
qđ eſt notoriè falſum, vt patet ex prædictis.idem Ludo.Ro.in
pen.col.ad fi.alleg etiam contra Bal.text.in c.Romana.de teſti.
in ſexto,& ibi dicit Lud.ſe mirari,quomodo tantus Cano. quã
tus fuit Bal dixerit cõtra tex. expreſſos duos iuris canonici, ſed
ſaluãdo Bal.puto pro concordia ſic poſſe dici, ꝙ aut agitur ad
reſciſſionem ſentẽtiæ,per viam reſti.in integ vel per viam ſup-
plicationis, & ſic de iure ſpeciali, & tunc non admittitur iura-
mentum in ſupplementum probationis, & in iſtis terminis
propriè loquitur.d.l.fi.& deciſ. Bal.ibi per d.l.fi. ſed ſi agatur ad
retractationem; vel reſciſſionem ſententiæ de iure communi,
& ſic via ordinaria,puta per appellationem,vt in caſu.d.c. Ro-
mana.vel per viam nullitatis, vt quia dicatur ſentẽtiam latam
cum falſo procuratore,vt in caſu.d.c. ex inſinuatione, & tunc
bene poſſet admitti iuramentum in ſupplementum probatio.
ita loquuntur iura Lud.Ro. vlt.loco allegata. Ratio diuerſita-
tis eſt,quia pro ſententia præſumitur.l.hactenus.§.Caia.cum ſi.
ff.de euict.& ideo ſemiplena probatio partis eliditur ex iſta præ
ſumptione ſententiæ, ita vt non poſſit eſſe locus huic iuramẽ-
to neceſſario: nec per reſt.in integ.tollitur iſta præſumptio ſen
tentiæ.l.præfecti.ff.de min.ſed appellatio à ſentẽtiæ,vel nullitas
bene tollunt præſumptionem ſñiæ. d. l. præfecti. & l.1.in fin.ff.
ad turp.not.Doct.in c.qm̃ contra falſam, de proba.nimirum ſi
tunc remota præſumptione ſentẽtiæ poteſt eſſe locus iur̃o ne-
290 ceſſario,& credo,qđ iſta ſit veritas. † Sextò ſing.ſequitur,ꝙ ſi
fideiuſſor ageret ad repetendam pecuniã,quam dicit ſe ſoluiſſe
pro debitore principali,& talem ſolutionem ſemiplenè proba
ret,puta per vnum teſtem, nõ eſſet locus huic iur̃o neceſſario,
ita ſing.probat tex.iunctis ſuperius dictis in c. peruenit.in verſi.
legitimè,de fideiu.iuncta etiam gl.no.in c.at ſi clerici.in prin.in
291 ver.legitima probatione.de iud.† Septimò infertur, ꝙ in cõ-
miſſione pœnæ, quæcunq; pœna ſit, etiam procedens ex con-
tractu, nõ eſt locus huic iuramento neceſſario, cùm non ſuffi-
ciant coniecturæ, ſed debet adeſſe probatio liquida, vnde qui
petit pœnam, debet plenè, & liquidè probare commiſſionem
pœnæ,vt eſt ſolennis text.in l.in teſtamento.1.ff. de cõdi.& de-
monſtra.ergo ſi ſemiplenè probaſſet,non eſſet locus huic iur̃o
neceſſario,ita ſing.tenet Bald.in l.vnica.in 3.opp.C.de his, quæ
pœ.nom.qđ reputat Bal.menti tenendum.Adde,qđ Bald.in c.
1.quali.do.propr.priue.alleg. ꝙ in d.l.in teſtamento.la.1.eſt tex.
ſing.ꝙ in pœnis debet liquidiſſimè conſtare. Accedat,quod di-
cit Bald.in l.cum proponas.in vlt.col. poſt med.C.de hære.inſti.
& per d.l.in teſtamento. ꝙ caſus pœnales non recipiunt aliquã
interpretationem extenſiuam, aut ſimilitudinariam.facit regu
la.c.odia.de reg.iur.lib.6.& l.cum quidam.ff.de lib.& poſth.eſt
verum,ꝙ Lud.Rom.hic,in 36.col.referens deciſ.Bal.in d.l.vni-
ca,tenet Bal.malè dicere, quia ſi in cauſa famoſa, vbi agitur de
pœna famæ,quę eſt maior quacunq; pecuniaria,vt ſupra dixi,
defertur iſtud iuramentum neceſſarium. d. c. fi. quanto magis
debebit deferri, vbi tractatur de commiſſione pœnæ tantum
pecuniariæ.Tu aduerte,ꝙ ex arg. Lud.potius colligitur limita-
tio ad dictum Bal. quàm reprobatio: nam in cauſa famoſa cũ
ſit grauis, regulariter non defertur iſtud iur̃m neceſſarium, vt
ſuperius dixi. Fallit niſi eſſet pluſquam ſemiplenè probatum,
ita loquitur tex.in d.c.fi.vt ſuperius declaraui.idem & circa cõ-
292 miſſionem pœnæ.† Octauò ſequitur ex iſta generali conclu-
ſione, ꝙ in probanda præſcriptione (cùm ſit odioſa) non de-
fertur iuramentum in ſupplementum probationis, ſed debet
plenè probari,ita dicit ſing.Bal.hic in vlt.col.ſola ad hoc aucto
ritate ſua contentus.Lud.Rom. hic in 29.col.in 10.fall. dicit, ꝙ
iſtud dictum Bald.ſibi videtur falſum, quia ſi in cauſa famoſa,
quæ eſt magis odioſa,defertur iſtud iuramentum,vt proximè
dixi,quãto magis in pręſcriptione,quæ licèt inducta ſit in odiũ
negligentis, non tamen eſt inducta in pœnam negligentiæ, ſe-
cundum gl.quam ipſe ad hoc dicit eſſe ſing.in Auth. de temp.
non ſol.pe.§.1. Tu dicas, ꝙ iſta ſit potius limitatio quàm im-
293 pugnatio,vt dixi in caſu proxi.pręceden.† Nonò ex prædicta
generali concluſione inferuntur tria alia,quæ voluit Bal.in l.nõ
ſolum.§.qui in alieno.in pen.col.per glo.ibi.ff.de procu.Primũ
eſt,ꝙ omni caſu,quo conſtituitur quis ad ſolutionem recipien
dam,debet plenè conſtare de mandato, vnde in defectum ſe-
miplenæ probationis non deferretur iuramentum neceſſariũ.
294 † Ex quo infert no.Bald.in l.1.C.de procur. quòd ille,qui agit
tanquam procurator in rem ſuam, vel tanquam ceſſionarius,
debet liquidè probare de mandato, vnde non ſufficeret ſemi-
plena probatio cum iuramento ceſſionarij,qđ eſt no.ſm eum,
& idem, ꝙ ad probandum mãdatum non ſufficiat ſemiplena
probatio,puta vnius teſtis, quia non eſt locus iuramẽto neceſ-
ſario in ſupplementum,tenet Ang.in d.§.qui alieno. in vlt.col.
circa med.& Lud. Rom.hic in 26.col.in 3.fall.vbi reputat illã
gl.d.§.qui alieno.eſſe ad hoc ſing. Adde tamen ſecus eſſe,quan-
do agitur de probanda reuocatione mandati.tunc bene defer-
tur iſtud iuramentum neceſſarium,tex.eſt in c.ex inſinuatione.
de procu. & expreſsè Bart.s̃.in 14.col. ad fin. vbi dixi poſt eum.

Caue

ADDITIONES.

a ¶Indubitatam probationem. Idem Iaſ. in l.1.colum. fin.in 1.lectu.C.de ſum. trinitate. PVRPV.

b ¶Infames.Adde Flo.in l.3.in prin.ff.de teſt. Archi.in cap.ipſi apoſtolici.circa fi.2. quæſt.7.

Caue tamen, quia Bar.in d.§.qui alieno.reprobat illam glo.ibi,
& idem Bar.in l.si sine.§.1.ff.rem rat.hab. Secundum est,qđ di-
cit Bald.in illo.§.qui alieno.ꝙ in executione iudicis, quia debet
de mandato suo liquere.l.prohibitum. C.de iur. fis. lib. 10. non
defertur istud iuramentum necessarium. Subdit etiam Bal.ibi,
idem esse in executione vlti.volunt. cùm in vltima voluntate
non deferatur istud iuramentum necessarium, & ita etiam te-
net Sal.in l.2.in vlt.q.C.de bono. pos. secundum tab.de quo vl-
timo vide, qđ dicit Bart.hic,in 11.col. & quæ addidi post eum,
& sic habes ex prædictis omnibus simul iunctis. decemocto
casus, in quibus non defertur istud iuramentum necessarium.
Decimanona causa est, vbi contra semiplenam probationem
esset præsumptio in contrarium, nam illa præsumptio contra-
ria elideret vim semiplenæ probationis, & impediret deferri
istud iuramētum necessarium.l.1.cum gl.no. vbi Bar.& cæteri.
C.qui & aduer.quos.Bart.hic, in 14.col.in versic. quæro vtrum
vna probatio imperfecta, & ibi de hoc dixi post eum, & ponit
295 Ludo.Rom.hic in 22.col.in 11.fall. ¶ † Ex hoc correlariè infe-
runtur aliæ 5.fall.quæ confirmantur ex ista.Prima est, ꝙ si quis
vellet probare aliquid, quod est extraneum à natura actus ce-
lebrati, & ad hoc induceret semiplenam probationem, certè
cùm habeat præsumptionem in contrarium, non esset locus
huic iuramento necessario, ita inquit Bald.in c.1.§. præterea.in
tit.quid sit inuest. per illum text.& hoc dicit alibi non reperiri,
& sequitur simpliciter Lud.Rom.hic,in 26.col.in 5.fall. Adde
ad hoc bene facere illud,qđ dicit Bal.in c.1.§. sacramentum.in
2.col.ad fi.de consue.recti feu.& reputat Bal. esse multum me-
moriæ retinendum, qđ quando vnus testis deponit super eo,
qđ est remotum à natura contractus, tunc quia tale testimo-
nium non consonat naturæ,nec iuri (qđ naturā imitatur) nun-
quam ex illo teste defertur iuramentum in supplementū pro-
bationis, & retuli etiam supra in hac glo. in materia de vno
teste.Secunda fall.est,quæ inde sequitur, ꝙ si contra semiplenā
probationem adsit præsumptio consuetudinis, tunc etiā nun-
quam defertur istud iuramentum necessarium,ſm Bald.in d.c.
1.§.præterea.in fi.qđ dicit tenendum cordi. & sequitur simpli-
citer Lud.Rom.hic,in 26.col in 4.fall.Tertia fallen.pulchrè se-
quitur, qđ vbicunque obijcitur dolus, ad probandum dolum
nunquam defertur iuramentum in supplementum probatio-
nis,ita sing.Bal.in l.1.in vlt.col.C.qui & aduer.quos,vbi ad hoc
bene inducit.l.3.§.1.cum gl.ff.de mino. & confirmatur prædi-
cta ratione,ex eo,ꝙ dolus non præsumitur,imò oppositum.l.
quoties.§.qui dolo.ff.de prob.Item dolus dicitur crimen,vt est
glo.sing.quam Bar.ibi ad hoc notat, in l.1.ff. de fideius.tut.si est
crimē,ergo in dubio nō præsumitur.l.merito.ff.pro soc.Quar-
ta fallen.sequitur, ꝙ quando agitur de probādo errore notarij
commisso in instrumēto, & notariusmet attestetur de tali er-
rore,certè ex dicto notarij non defertur iuramentum necessa-
rium in supplementum probationis, cum in cōtrarium adsit
scriptura publica instrumenti, ita not.inquit Bal. in l.Impera-
tor.la.1.in 4.col.ff.de statu hom.motus per gl.præalleg. in d.l.1.
C.qui & aduer.quos. Quinta fall.sequitur,quam ponit Bal.in l.
vnica.§.licentia.aliàs.§.ille autem, in versi. modo hic quæro.C.
de lati.lib.tol.vbi tenet,ꝙ si reperiatur instrumētum crediti pe-
nes debitorem,& debitor non sit persona suspecta, quæ verisi-
militer furto subtraxerit, quamuis ex hoc præsumatur libera-
tus,tamen ex ista præsumptione non deferretur iuramentum
in supplementum probationis, quia ista præsumptio cùm sit
sine causa,potest elidi præsumptione contraria. Addo,qđ con-
trarium in terminis tenuit Angel.in l. postquam. ff.de pact.vbi
per gl.ibi determinat in terminis,ꝙ ex ista præsumptione,quia
penes debitorem reperitur instrumētum crediti, inducitur se-
miplena probatio de solutione, per quam potest ipsi debitori
deferri iuramentum in supplemētum probationis,si modo sit
persona honesta,aliàs secus, vt ibi per eum. Veritas huius pas-
sus pendet ab his,quæ vidimus supra post Bar.in 5. col.in fi.vbi
tetigi, an ex sola præsumptione possit deferri iuramentum in
296 supplementum proba. † Et sic habes vigintiquatuor casus,
in quib.non defertur istud iuramentum necessarium. ¶Vige-
simusquintus est casus, vbicunq; numerus testium est taxatus
à lege,pro solennitate formali, & non ad solam probationē,vt
est videre in testamentis.in codicillis,in don.cau.mor. & si.ſm
Lud.Rom.hic in 27.col.in 7.fall.alle. Bald.in l.2.ad fi.C.de bon.
pos.ſm tab.& in c.1.§.item si vasallus.in 3.col.de controuer.in-
uestit.Adde Bal.in c.1.§.sacramentum.in 3. col. de cōsue. recti
feud.& no.Bal.in d.l.in bonæ fidei.in 2.col.ad fi.& in addi.Spec.
in tit.de iur.dela.ver.1.& in l.cum proponebatur. in 1.col.ad fi.
post gl.no.ibi.ff.de leg.2. ¶Vigesimosextò,vbicunq; requiritur
testes esse rogatos,ibi nunquam potest esse locus iuramēto ne-
cessario:nam cùm pars,quę semiplenè probauit,non fuerit ro-
gata,nec possit subrogari loco testis rogati,sequitur, ꝙ nō po-
test esse locus iuramento necessario.ita not.Bal.in l.2.ad fi.C.de
bon.pos.secundum tab.¶Vigesimoseptimò non habet locum
in contractu in scriptis celebrato ex natura cōtractus, vt est in
contractu emphyt.vel ex conuentione partium,vel ex disposi-
tione statuti,aut consuetudinis. Auth.sed nouo iure, & qđ ibi
not.maximè per Bald.in vlt.col. C.si cert.pet. ita expresè tenet
Sal.in d.l.in bonæ fidei.in 11.col.facit, qđ dixi. supra in octaua
prin.fal.post Sal.in l.1.C.de fid.instrum.¶ Vigesimooctauo non
habet locum istud iuramentum necessarium, vbi quis habet
pro se solam famam,& essemus in casu, in quo fama semiple-
nam probationē induceret,ita sing.tenet Bal.hic: mouetur ista
ratione,quia fama de per se non est probatio,sed bene est con-
firmatio probationis præced. l.3.§. eiusdem. ff. de testi.leuis est
hæc ratio Bal.& Lud.Ro.hic in 28.col.in 22.fall. referens istam
sing.decis.Bal.dicit Bal.in hoc malè dicere, si loquamur in cau-
sis ciuilib.& probat à partib.sufficienter enumeratis.Siue enim
velimus tenere, ꝙ fama regulariter faciat semiplenam proba-
tionem,prout tenuit glo.in c.veniens.el 1.de test.& gl.in c.1.de
appel.& tunc debet esse locus iuramento necessario in supple-
mentum probationis,& hoc voluit gl.in d.l.in bonæ fidei.in gl,
fi.magna:aut volumus tenere opi.aliorum,ꝙ fama faciat vio-
lentam præsumptionem, vt dicitur probari in c. præterea.ex-
tra de testi.cog.& idem multo fortius:aut volumus tenere opi,
Bart.in l.de minore.§.plurimum.in vlti.q.prin c.ff.de quæstio.ꝙ
relinquatur arbitrio iudicis, an fama semiplenam probationē
faciat,& adhuc idem, quia an deferri debeat iuramētum istud
necessarium,est secundum eum arbitrariū iudici inspecta qua-
litate personarum, & circunstantijs causæ. d.c.fi.extra eo.& c.
Romana,de testib.libr.6. in criminalib. autem aliud est. Mihi
quoq; dura videtur decisio Bald. ꝙ in casib.in quib.fama semi-
plenam probationem facit,ꝙ non debeat esse locus iuramēto
necessario,per regulam huius tex.& d.l.in bonæ fidei. cum si.&
qui sint illi casus,dixi remissiuè supra in materia de fama.¶Vi-
gesimusnonus casus est, vbicunq; probatio ponitur in condi-
tione,puta si fuerit probatum,tunc non est locus huic iuramē
to necessario in supplementum proba. Ratio est, quia condi-
tiones debent perfectè impleri in forma specifica.l. qui hæredi.
in prin.& in l.Meuius.ff.de condi.& demon.ita not.decidit Bal.
in d.l.in bonæ fidei.in pe. col.in ver. expedita est secunda pars,
ibi tamen limitat hoc esse verum, qñ conditio propriè appo-
neretur in vim conditionis, puta si Papa rescriberet hoc mo-
do, si tibi constiterit talem natum ex legitimo matrimonio,
prouideas illi de tali beneficio, secus, si non apponeretur per
modum conditionis, sed institutionis, vel excitationis, puta si
in rescripto ad lites diceretur,si tibi de promissione constiterit,
condemnabis, &c.nam hæc clausula intelligitur exprimere il-
lud,qđ tacitè inest,non autem allegare ius commune, cùm sit
rescriptum de iustitia,per dictum Inno.in c. prudentia.de offi.
deleg.& qđ not.in cle.1.eo.titu.per Bald.in l.præscriptione.in 4.
col. C.si ꝯ ius vel vtili. pu. vbi ēt refert illud dictum Inno.cū
ista doctr.Bart.transit etiā simpliciter Sal.in d.l.in bonæ fidei.in
18.col.in 3.q.Lud. Rom.in 28.col.in 29.fall.referens Bald.in d.l.
in bonæ fidei. Pondera, ꝙ idem Bal.hic tenet expresè contra-
rium, dum ponit exemplum in testatore, qui mandauit malè
ablata restitui,si petens illa probauerit,nam dicit Bal. hic, tunc
vnum testem cum iuramento necessario sufficere; nihil tamē
alleg.Adde,ꝙ idem,qđ hic,tenuit plenius Bal. in l.id qđ paupe-
rib.in 7.col.in 11.q.C.de Episco.& cle.vbi quærit.Pone,ꝙ testa-
tor in testamento mandauit solui omnib. qui probauerint se
debere recipere,nunquid requiratur plena probatio? Conclu-
dit,ꝙ quemadmodum cum ipso testatore,si viueret,sufficeret
probatio coniecturalis, & sic per vnum testem cum iuramen-
to,ita etiam cum executore debet sufficere non solùm plena
probatio,sed etiam probatio coniecturalis, vel præsumptiua.l.
si tutor petitus. C. de peri.tut. & l.licèt Imperator.ff.de leg.1.&
d.l.Lucius.ff.de condi & demon,ipse verò Ludo.Rom.in loco
præalleg.distinguit, quando probatio apponitur in cōditione.
Aut quis vult probare, & sic implere conditionem per solum
iuramentum,& tunc non potest,quia si posset,qñ filius institui
tur sub conditione,si probauerit se esse filiū, non diceretur con
ditio impossibilis,si posset per solum iuramentū probare,& tñ
istud est contra. d.l. Lucius. aut verò quis vult implere con-
ditionem per vnum testē,vel per aliam semiplenam probatio
nem simul cū isto iuramento necessario, & tunc potest. Ratio
est ſm eum,quia tunc tale iuramentum necessariū dicitur esse
legitima probatio,per text.in d.c.2.de proba.& dicit,ꝙ istud in
terminis sequitur Bal.in l.1. C.de sacrosan.eccl.post Io. And.in
c.quanquam.de vsu.libr.6.in nouel. Adde, qđ ætatis nostræ Iu-
risconsultorum facilè princeps d.Fran.de Are. in d.c.2.in 2.not.
de proba.pungit de illo tex.contra decisionem Bal.in d.l.in bo
næ fidei.nam ſm eum,tex.ibi,in ver. *cum aliæ legitimæ probationes,*

probat,

probat, ꝙ iuramentum ſit legitima probatio propter dictionẽ aliæ, quæ denotat iuramentũ eſſe eiuſdem qualitatis, l. mutus. §.1.cũ gl.ff.de procu.per hoc infert, ꝙ ſi ſtatutum faceret mentionem de probatione, veniret probatio iuramenti neceſſarij cũ ſemiplena probatione, & iſtud faceret contra Bald.in d.l.in bonæ fidei.volentem, ꝙ qñ probatio ponitur in conditione, nõ veniat iuramentũ neceſſarium ſuppletiuum, & ante eum Lud. Ro.hic, in 27.col.ponderat ad hoc text.d.c.2.ꝙ iuramentũ ſuppletiuum dicatur legitima probatio. Iſtud vltimũ non puto verum, & gl. *& communiter Doct.* tenent ꝯrium, patet ad ſenſum, quia ſi iuramentũ neceſſarium non eſt propriè probatio, quomodo dici poteſt legitima probatio? ſm ꝙ plenè examinaui ſupra in octaua fall.generali, & tangitur per gl.& Doct.in locis ibi per me alleg. Teneas ergo concluſionem Bal. & Sal.in d.l.in bonæ fidei.ꝙ ſi probatio ponitur in vera conditione, nõ veniat iuramentum neceſſariũ, cùm non ſit propriè probatio, ſed releuatio, vt latè dixi ſupra in loco proximè adducto, & ita etiã in terminis tenet d. Alex. de Imo. in l.licèt Imperator.in 1.col. in 2.no.ff.de leg.1.de quo etiã per Io. And.in c.cum pro cauſa. de procu. Ad prædicta vide, qđ pulchrè decidit Bar.in l.ait prętor.§.ſi iudex.in pen.q.ff.de re iudi.vbi quęrit Bar.ſi iudex in ſententia dicat, condemno Titiũ, ſi eſt probatũ eum debere: aliàs ipſum abſoluo, ſi appareat in actis probatũ eſſe per vnum teſtem, ita ꝙ aliter eſſet locus iuro neceſſario, an dicatur abſolutus, vel condemnatus? & decidit, ꝙ abſolutus, quia iurm neceſſariũ defertur propter inopiã probationis, ſi propter inopiã, ergo non eſt probatum, ergo cõditio non impleta. Itẽ illa conditio ſi eſt probatum, intelligitur de vera probatione l.hæc cõditio.ff.de condi.& dem.ſequitur Bal.reputans not. dignũ in c. qđ ad conſultationem.in 3.col.de re iud. & in l.4. in vlti. col. in ver.quæro de qua probatione. C.de ſenten.quæ ſine cer.quant. ¶Trigeſimo non habet locũ iſtud iuramentum neceſſarium, qñ recurritur ad eccleſiam, propter defectũ iuſtitiæ iudicis ſecularis, tunc corã Epiſcopo non habet locum iſtud iurm neceſſarium, ita ſin.Bal.in c.ſi quis per triginta, in vlt.col.in ver.poſtremò quæro, ſi de feu.fue.contro.inter do. & agn.mouetur, quia recurſus ad eccleſiã non eſt efficax, niſi manifeſtè appareat conſcientia aduerſarij læſa, vt not.Inno.in c.nouit.de iudi. no.in cle.1.de iurepat.ſed ſacramentũ aduerſarij mei non concludit conſcientię meæ, vt ibi plenius per eũ, qđ bene no. ¶Trigeſimoprimò non defertur iſtud iurm neceſſarium ad probandum intereſſe ſingulare ei, qui ſemiplenè probauit per vnũ teſtem, ita ſin. Bald.in d.l.vnica.ad fi.C.de ſent.quæ pro eo, qđ intereſt, & hoc dicit innuere gl.ibi, dũ dicit, ꝙ duo teſtes ſunt neceſſarij ad probandum intereſſe ſingulare, & rationẽ huius aſſignat ibi Bal. quia in hoc probationis genere ratio teſtis procedit per viam induſtriæ, non per viã ſenſus corporalis, ideo requiritur liquida probatio, qđ reputat perpetuò tenendũ menti. ¶Ex iſta ratione Bal. infertur 32.ſin. fallentia valde generalis, & multum ſignanda, ꝙ vbicunq; ſuper eo, in quo habent deponere teſtes, magis deponunt per iudicium rationis, vel intellectus, quã per ſenſum corporalem, ibi nunquã defertur iſtud iurm neceſſarium, vt eſt, quando agitur de probãdo dominio, vel de probando furore, vel ſimilib. vt per Bal.in l.proprietatis. & in l.cum res.C.de probat.& latè proſequitur Bald.in l.ſolam. C.de teſt. Can.in c.cum cauſam, quæ inter Archiepiſcopum, de teſti.vnde dicit optimè Bal.in l.3.vlt.col.circa med.C.de ſen. quæ ſine cert.quant.ꝙ qñ teſtes deponunt de dominio, territorio, diſtrictu, iure decimandi, & ſimilib. quæ potius intelliguntur ratione intellectus, quàm comprehendantur ſenſu corporeo, cauſa eſt de ſubſtantia dicti, etiã ſi teſtis nõ interrogetur, & dicit, ꝙ eſt no.dictum Inno.licèt vulgatum, in d.c.cũ cauſam. ¶Trigeſimotertiò non habet locum iſtud iurm neceſſarium, qñ petũtur teſtes examinari ad æternã rei memoriã, nam in iſta ſpecie probationis non habent locũ alię probationes ſuppletiuæ, vt delatio iuramenti neceſſarij in ſupplementũ, quia ſolæ atteſtationes ſunt illæ, quæ publicãtur, nec poteſt aliquid addi, vel detrahi teſtificatis.l.geſta.C.de re iud.ita no.Bal.in l.cũ te minorem, in vlt.col.C.de proba. ¶Trigeſimoquartò, qñ agitur de probando iuſto impedimento citati, ita Io.And.& alij Cano. in d.c.1.de do.& ꝯtu.in 6.in nouel. ¶Trigeſimoquintò nõ defertur iſtud iuramentum neceſſarium ei, qui potuit plenè probare, & fuit negligens, & ſemiplenè tñ probauit, ita Bal.in c.fi. in 9.col.extra eo.facit, qđ voluit Bar.ſ.in 10.col.in verſi. itẽ hoc intellige verum, vbi circa idem, &c. cum addi. ibi per me traditis. ¶Trigeſimoſextò iſtud iuramentum neceſſariũ non defertur infami, vſurario, iudæo, aut aliàs vili perſonæ; quamuis ſemiplenè probaſſent, vel haberent vnum bonum teſtem, ſm Cyn.in d.l.in bonæ fidei.in 7.q. Bald.not. in l.qui accuſare.C.de eden.& in fœneratore tenent Cano.in c.fi. extra eo.idem tenet Bar.no.hic in pen.col.ad fi.vel in prin.vlti.col.vbi dicit, ꝙ ſi ille, qui ſemiplenè probauit, eſt vilis perſona, vel aliàs infamis, non defertur ſibi iſtud iuramẽtum. Ratio, quia ſi eſſet extraneus teſtis huiuſmodi conditionis repelleretur, quanto fortius cùm ſit in cauſa propria: idem tenet Bald. in tit.de contro.inueſti.ſuper rubr. Ang.in q.per eum diſputata, quæ incip. Aſtenſis miles.in 29.col.in l.poſtquam.ff.de pact.& Lud.Ro.hic in 28.col. & do. Alex.hic in vlt.col. Et de iudæo poteſt notabilis ratio reddi: nã delatio huius iuramẽti dicitur fieri de æquitate, ſm Bal.in rub. de contro.inueſtit.in vſib.feu.ſed iudæo non eſt ſeruanda æquitas, vt eſt gl.no.in c.2.in gl.fi.de iudæ.per quam gl. poteſt inferri vnum, qđ tibi videbitur nouum, ꝙ in omnibus caſib. in quib. permiſſum eſt de iure purgare morã, qui ponuntur per Doct. in l.ſi inſulam.ff.de verb.ob.& in l.& ſi poſt tres.ff. ſi quis cau.ꝙ in illis iudæus non poterit moram purgare, cùm purgatio moræ dicatur de æquitate.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.obl.ſed æquitas (vt dixi) non ſeruatur iudæo, imò rigor, qđ no.pro noua, & pulchra limitatione ad ea, quæ tradũtur in locis præalleg. & præſertim in d. l. ſi inſulam. & hoc vltimum confirmo per illud, qđ not.idem Ang. in d.l.ſi inſulam. ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ in certis cauſis ſeruetur rigor, ꝙ in illis non poterit mora purgari, per rationem prædictam: refert, & ſequitur d.Alex. in d.l.& ſi poſt tres.in 1.col.ff.ſi quis cau.imò generalius, & notabilius (& iſta eſt no.regula) vbicunq; quis repellitur à teſtimonio ex cauſis enumeratis in l.3.§. lege Iulia. ff.de teſtib. multo fortius repellitur, ne ſibi deferatur iſtud iuramentum neceſſarium, cùm efficiatur teſtis in cauſa propria.l.fin.C.de fidei.& conſequenter ſit teſtis irregularis, contra regulam l.omnib.C.de teſti.& l.nullus idoneus.ff.de teſti.iſtam generalem regulã tradit not. Bal.in d.l.qui accuſare. & eam in ſpecie refert, & ſequitur Ludo. Ro.

297 hic in 27.col.in 14.fall.† Confirmo, quia quotieſcunq; admittitur probatio irregularis, vt hic, requiritur, ꝙ talis teſtis irregu-

a laris ſit omni exceptione maior.[a] iſtud probo ex eo, qđ ſin.decidit Ange.in l.1.§.ſi dubitetur. ff.quemad.teſta.apert.vbi dicit, ſtante ſtatuto, ꝙ delictum probetur per ſolam famam, certè, quia talis probatio eſt irregularis, oportet, ꝙ talis fama habuerit ortum à perſonis fide dignis, quæ ſint omni exceptione ma-

298 iores.† Et iſtud no.diligenter pro ſtatutis, quæ ſunt apud nos diſponentibus, ꝙ de damno dato in fundo, vel vinea alicuius, ſtetur iuramento damnum paſſi: nam cùm iſta probatio ſit irregularis, requiritur, ꝙ ille damnum paſſus ſit omni exceptione maior, & iſtud vltimũ in ſpecie ponit d.Ant.de Alex. Doct. Neap.in d.l.qui accuſare.in 2. col. Ex iſta generali regula infert pulchrè Lud.Ro.hic in 41.col.duas not.deciſiones. Prima eſt, ꝙ mulieri agẽti in cauſa feudali, quamuis ſemiplenè probauerit, non poteſt deferri iſtud iuramentum neceſſarium, cũ mulier in cauſa feudali non poſſit eſſe teſtis, vt eſt tex.ſignandus, & ſecundum eum ſin. in c. 1. in fi. quæ ſint neceſſaria ad proban. inue.& ibi Bal.in fi.ad hoc no.illum tex. pulchra equidem fuit, & noua conſideratio Lud. ſed credo, ꝙ ſit falſa. Primò, quia in cauſa feudali, cùm ſit cauſa grauis, regulariter non defertur dictum iuramentum neceſſarium, ſm Bal.in d.l.in bonæ fidei.in vlt.col.& retuli ſupra in prima principali fal.gl.niſi intelligas, vt ibi retuli, & tenet Bal.in loco præalleg. qñ in cauſa feudali eſſet aliquid vltra ſemiplenam probationem, puta poſſeſſio. Secundò contra Lud.moueor, quia habemus duos tex.feudorum, ꝙ imò in cauſa feudali poteſt deferri mulieri iuramẽtum in ſupplementum proba.text. eſt in c. 1. & ibi Doct. de contro.inter maſcu.& fœm.de benefi.& in c.defuncto.ſi de feu.fue.contro. inter do.& agn.& ad regulam generalem Bal. ꝙ qui nõ poteſt eſſe teſtis, repellitur ab iſto iuramento neceſſario, opus eſt reſpondere, & reſtringere, ꝙ illa regula procedit, qñ aliquis repellitur à teſtimonio per vitium ſuum, aut ſuam culpam: ſecus ſi propter ſolum defectum naturæ: puta ratione ſexus, vt iurib.

299 præalleg.† Secundò infert Lud.Rom.ꝙ mulieri aliquem criminaliter accuſanti, non poterit ciuiliter deferri iſtud iuramẽtum neceſſarium in foro canonico, cùm mulier nõ poſſit eſſe

b teſtis [b] in cauſa criminali de iure Canonico: licèt ſecus ſit de iure ciuili. Primum probatur per glo. in c.forus.de verb.ſig.& in c.quoniam.de teſti. Secundum probatur in l. ex eo.ff.de teſti.

canonizata

ADDITIONES.

a ¶Maior. Qui dicantur teſtes omni excep.maiores, vide glo.in verſi. idoneus. Inſti.de inuti.ſtipu.gl.in ver.maiores.in c.1.de conſan.& affi. Alex. conſi.18. 1.volum.

b ¶Teſtis. Adde Hoſt.in ſumma, in tit.de teſte, §. quis poſſet eſſe teſtis. Et dic, qđ admittitur mulier in cauſa crimin.quando aliter veritas haberi non poteſt. Dec.conſi.363.nu.5.Alex.conſi.24.nu.11.lib.2 & procedit prædicta concluſio in iudicio, ſecus in teſtamentis. Alex.conſi.70.nu.13.& ſeq.lib.2. qđ autẽ admittatur etiam in cauſa crimi.no. Alex.conſi.115.num.14.lib.4.plura no. Iodo. Pra.crim.c.50.nume.23. Dec.in c.3.de teſt. Cate. verb.mulier regulariter. MASVER.

canonizata 16.q.4. in c. ex eo. Ista secunda illatio videtur esse modici effectus, cùm omnino in causis criminalibus, cùm sint graues, & arduæ, non deferatur iuramentum necessarium, vt supra firmaui in prima principali fallen. sumpta ex glo. nisi intellexeris illationem Ludo. eo casu, quo esset plusquam semiplenè probatum, quo casu etiam in causis arduis esset locus huic iuramento necessario, vt dixi loco proximè alleg. quod tunc non deferretur mulieri in foro canonico. Et de eo, quod dictum est, an mulier de iure ciuili posset esse testis in causa capitali, vel criminali, vide Io. An. in addi. Spec. in tit. de teste. §. 1. super ver. ꝙ est mulier. Io. Fab. in §. testes. insti. de test. Et ꝙ de iure Cano. mulier non possit esse testis in criminalib. (quod ius seruandum est etiam tantũ in foro canonico) vltra d.c. forus. addo c. mulierem. 34.q.6. fallit in casib. exceptuatis in causa simoniæ, vt in c. tantam. de simo. in causa hæresis, læsæ maiestatis, & alijs enumeratis per glo. 2.q.2.c. firmatum. & ponit dom. Alex. de Imo. in consi. 11. qđ incip. circa primum dubium, quo

300 quæritur an aliquis Rex, vel dominus, in 3. col. libr. 1. Prædicta de infami faciunt †, an stipendiarijs nostri temporis debeat deferri iuramentum in supplementum probationis, veritas pendet ab eo, qđ decidit Alb. de Ros. in rub. ff. de testi. in 1. col. vbi tenet, ꝙ stipendiarij nostri temporis non sint infames infamia iuris, tñ sunt infames infamia facti, quia locant operas suas ad pugnandum, per l. 2. §. fi. in fi. ff. de infa. & ideo licèt non repellantur à testimonio ex toto, tamen fides eorum diminuitur, l. Cassius. ff. de senato. no. gl. & Doct. in l. 1. C. de sum. Trin. & fid. catho. nisi forent stipendiarij Papæ, vel Imperatoris, tales enim nullam contrahunt infamiam: imò laudem, & habent exinde priuilegia, & præmia, vt patet. ff. de re milit. per totum, & C. de testa. milit. per totum. Idem qñ in bello licito, vt quando ad defensionem, per ea quæ traduntur in l. vt vim. & in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iur. eo enim casu, quo essent infames infamia facti, non posset eis deferri hoc iuramentũ, & illam decis. Alb. refert d. Lanfr. Brixien. in repe. c. qñ contra falsam. tractans materiam testium, in versi. 3. quæritur quid de stipendiarijs, de pba. ibi tñ corruptè alle. Alb. in l. 3. in §. lege Iulia. ff. de testi. qui solum tãgit, & se remittit, debuit alleg. in d. rub. ff. de testi. Et ad istud de stipendiario videtur facere, qđ in terminis nostris decidit d. Anto. de But. in c. fi. in antepe. col. extra eo. vbi dicit, ꝙ si quis litigat cum stipendiario, & iuramentum necessarium veniat deferendum, est potius deferendum alteri, quàm stipendiario, qui habetur suspectus, vt ibi per eum. Adde tñ de stipendiario, ꝙ imò sibi possit deferri istud iuramentum, qđ pulchrè decidit Bald. in rub. C. de fid. instru. in 4. col. quem. j. statim referam. ¶ Trigesimoseptimò non defertur istud iuramentum necessarium ei, quem verisimile est debere deierare, [a] secundum Bal. in l. 2. in 2. no. per illum tex. C. de indi. vid. tol. & in l. quæ sub conditione. in prin. ff. de condi. inst. Lud. Rom. hic in 28. colum. in 19. fallan. adde text. & ibi glo. not. in cpa. clericos. in glo. 2. de cohab. cle. & mu. & pulchrum text. in §. nos igitur videntes. in Auth. de nup. & ꝙ suspecto de periurio non sit facilè deferendum iuramentum, adde gl. & Doct. in c. 2. qui cle. vel vo. & bonam glo. in c. quamuis. 22.q.1. & etiam qđ dicam. j. in 4. fall. & quæ sit pœna facientis iurare eum, quẽ scit debere periurare, habetur 20.q.5.c. ille qui, & ibi Archi. & c. seq. & est gl. 15.q.5. in c. presbyter. & facit, qđ dicam in seq. fall. ¶ Trigesimooctauò, vbi quis repertus est semel periurasse, qñ ex hoc perdit beneficium delationis cuiusq; iuramenti. [b] c. paruuli. 22.q.5. per quẽ tex. ita dicit Lud. Ro. hic in 28. col. in 18. fall. facit, qđ per eundẽ tex. dicit idem Ludo. Rom. s. in 7. col. & retuli. s. in glo. 2. in illo puncto, qđ instrumenta etiam de nouo reperta probantur per solum iuramentum. facit pro confirmatione illud, qđ dixi in præce. fall. Item facit regula vulgaris, qui semel malus [c] semper præsumitur malus in eodem genere mali. gl. in l. Cassius. & ibi Bar. expressè ad fi. ff. de senato. & in l. si cui. §. ijsdem. ff. de accus. Bal in l. fi. de her. insti. Saly. in l. si minorem. in 4. col. vbi limitat. C. de in integ. resti. min. & quod tradit Bar. in l. si prius. in 5. opp. 3. partis princ. ff. de oper. nou. nuncia. ¶ Trigesimusnonus casus est, si vnus testis deponat pro illo, qui fuit protestatus, ꝙ volebat obijcere contra testes, quia non defertur istud iuramẽtum necessarium ei, qui ita fuit protestatus, eo quia dictum illius testis debilitatur ex tali protestatione, ita sin. dicit Arch. 37. dist. in c. si quid veri. circa medium, post Gof. in c. præsentium. de test. in 6. ¶ Quadragesimus casus est, quando illud, quod quis vult iurare, non est verisimile, gl. est not. in l. 1. C. qui, & aduer. quos, quam ibi Bald. ponderat pro no. in 3. col. & sequitur d. Alex. de Imo. in consi. 71. in 3. vol. incip. clarissime domine iudex, in vlti. col. Vltra istas 40. fall. adde etiam alios nouẽ casus, in quibus vnus testis non facit semiplenam probationem, & in illis non defertur iuramentum in supplementum, quos dixi supra ead. gl. in materia de teste. Quosdã alios casus collige per teipsum ex supra dictis in discursu materiæ. Quosdam alios infra subiungam secundum, ꝙ offertur. ∴ Vltra istos casus si quos alios inuenies nullus existimet ignorantia, aut obliuione omissos, quia aut inutiles sunt, vel potius corrupti, vel mendosi, & nihil hic vnquam posui, quod prius originaliter in fonte non vide-

301 rim. † Ex omnib. supradictis fall. habes firmare regulam generalem, ꝙ extra casus specialiter exceptuatos, regulariter propter semiplenam probationem defertur istud iuramentum in supplementum probationis. Adde, ꝙ ista regula procedit non solùm in principalib. causis, sed etiam in causis incidentib. ita probat gl. in c. ex parte decani. in vers. sine speciali mandato, de rescr. & ibi etiam no. d. Anto. de But. in pen. col. in fi. Facit tex. in

302 c. ex insinuatione. cum gl. de procu. † Item quando stipendiarij perdiderunt equum in bello, vel ambasiatores in itinere, & apportant instrumentum de morte equi, sicut quotidie fit, defertur eis iuramentum in supplementum probationis, attento etiam, qđ res est parui præiudicij, vt l. hac lege. C. de pact. conuen. & l. non his. §. à barbaris. ff. de re milita. verba sunt ad literã Bal. no. in rub. C. de fide instru. in 4. col. ¶ In ea. gl. ibi item datur actori sacramentum propter enormitatem criminis, vt C. vn-

303 de vi. l. si quando hæres. † Not. ꝙ aliquando defertur iuramẽtum propter solam inopiam probationum absque aliquo delicto, & tunc propriè loquitur ista lex cum concor. Aliquando defertur iuramentum propter inopiam probationum, & propter delictum aduersarij simul, & semel, & tunc loquitur d. l. si quando. & l. properandum. §. sinautem reus. C. de iud. vbi defertur iuramentum actori propter contumaciã partis, & sic propter delictum: nam cõtumacia censetur delictum, vt no. Bar. in l. omne delictum. in prin. cum multis concor. ff. de re mili. & non defertur propter solam inopiam probationis. Circa istam partem gl. dicit sing. Bart. hic in 3. col. ad fi. se putare, ꝙ in casu d. l. si quando. cũ concor. & c. fi. qđ met. cau. sententia lata prætextu illius iuramenti non retractetur etiam per instrumẽta de nouo reperta, & sic non haberet locum ista lex, & idem dicit in sententia lata prætextu iuramenti in litem, qđ defertur propter dolum non restituentis, iuxta l. in actionib. j. de in li. iur. & idem in casu. d. l. properãdum. §. sinautem reus. Ratio istorum est, quia ista lex disponens sententiã latam prætextu iuramenti necessarij posse retractari per instrumẽta de nouo reperta, procedit in iuramento delato propter solam inopiam probationum absque aliquo delicto partis, sed in illis legib. iuramentũ defertur non solùm propter inopiam probationum, sed etiam propter delictum aduersarij, ideo ista lex in illis casib. locum habere non potest. Multum notabilis, & sing. est decisio Bart. pro limitatione huius legis, & pro intellectu d. l. si quando. & aliarum supra allegatarum; idem tenet Ange. & do. Alex. de Imo. hic in 34. col. d. Ant. de But. in c. fi. in fi. extra eo. Bal. in l. videamus. in §. 1. in lect. antiqua, & ibi Ang. & do. Alex. in vlt. col. in duob. locis. j. de in lit. iur. Io. de Imo. in l. qui bona. §. qui dam-

304 ni. ff. de dam. infec. † Ex ista communi diuisione ego nouiter elicio sing. limitationem ad regulam Inn. in c. tua nos. extra de coha. cle. & mu. de qua plenè dixi supra in gl. 2. in 3. parte. ꝙ sententia lata ex probationib. priuilegiatis puta ex iuramẽto proprio partis, nunquam transit in rem iudicatam, quin semper possit retractari per instrumẽta, vel per testes nouiter repertos. Illa regula debet limitari ex prædictis, vt procedat in sententia lata prætextu proprij iuramenti delati solũ propter inopiam probationis: secus si iuramentum fuisset delatum non solùm propter inopiam probationum, sed etiam propter delictum aduersarij, tunc sententia lata prætextu illius iuramenti, quamuis dicatur lata prætextu probationis priuilegiatæ, tamen retractari non posset per instrumenta de nouo reperta, secundũ Bar. & alios. s. alleg. tetigi etiam in d. 3. part. gl. 2. Adde, ꝙ Raph. Fulg. hic in vna lectu. 4. col. transit simpliciter cum decisione Bar. in alia verò lect. dicit, ꝙ in contrarium facere videtur. l. videamus. § pen. versi. item videndum. & l. fi. j. de in lit. iur. Ludo. Rom. hic in 15. col. & seq. expressè reprehendit Bart. & dicit se pro certo putare, ꝙ tantus Doct. in hoc passu errauit, quia tale iuramentum in casu dictarum legum vocatur iuramẽtum legale, plenam inducens probationem, sed multi sunt casus, in quibus licèt probatio per iuramentum legale plenam inducat probationem, tamen annullatur per probationem contrariã, istud patet in c. continebatur. & in c. attestationes. extra de despon. impu. vbi dicitur, ꝙ statur iuramento viri, qđ ipsam vxorem

ADDITIONBS.

a ¶ Deierare. Vide Alex. lib. 3. consi. 71. in 2. col. PVRPV.

b ¶ Iuramenti. Vide Ale. quẽ addo in l. 2. §. qđ diximus. ff. si quis cautio. PVRPV.

c ¶ Semel malus. Hæc regula fallit, vbi quis per triennium laudabiliter vixit post commissum delictum, tex. est in Auth. de mo. col. 1. in prin. & hanc fall. ponit Ioan. de Imo. in c. cum deputati. de iud.

rem carnaliter cognôuerit, & nihilominus dicitur in c.propo-
ſuiſti. de proba. hoc iuramentum per probationes contrarias
reprobari poſſe. Secundò per d.l.videamus.§. pen. & d.l.fi.ĵ.de
in lit.iur.vbi de periurio iurantis in litem, qđ in materia illa ple
nam probationem inducit,quæri tamen poteſt ex magna cau
ſa ſuperuenientib.veris probationib.Tertiò per gl.ſing.in c.2.in
a ver.affectata.de temp.ord.in 6. quæ vult, qđ licèt ignorantia [a]
probetur per ſolum iuramentum, tñ poteſt contrarium pro-
bari,idem tenuit Bart.non memor illius gl.in l. ſi cui.§.iiſdem.
305 ff.de accuſ.¶†Quarto adducit,qđ no.Inno.in c.quia propter.
in pen.col.de elect. vbi licèt in caſu illius capituli voluerit Pa-
pa impedimentum probari per iuramentum, nihilominus di-
306 cit ibidem per contrarias probationes retractari poſſe. † Vl-
timò adducit,qđ not. Inno.in c.ſuper eo.ad fi.qđ met. cau. vbi
vult, ꝙ licèt de expenſis præcedente iudicis taxatione ſtetur iu
ramento partis in odium contumacis d.l. properandum.§.ſin-
autem reus.C.de iudi.& in Auth.de iudi.§.quoniã.& in Auth.
nouo iure.C.de iud.nihilominus ex probationib. contrarijs po
teſt reprobari. Ex quibus omnib.dicit Ludo. Rom.manifeſtè
oſtendi,ꝙ iuramentum quantumcunque legale, plenam pro-
bationem inducens, retractari poteſt ex probationibus cõtra-
rijs: ergo ſuccedit prima regula huius legis, ꝙ ſententia lata
prætextu iuramenti, poteſt per inſtrumenta de nouo reperta
quandocunq; retractari: ergo Bar.non bene dicit. Tene deciſ.
Bart.pro qua videtur gl.in d.l.videamus.§. pen.in gl.magna.ſu-
per ver.ex magna cauſa.circa fi.& ibi Ang. & do.Alex.in fi.ex-
preſsè ad hoc no.Non ob.tex.in d.l.videamus.§. pen.quẽ Fulg.
& Ludo.allegant contra Bar.quia expreſsè ibi reſpondet gloſſ.
præalleg.ꝙ ille tex. loquitur antequam feratur ſententia à iudi-
ce,tunc bene iuramentum illud retractari poteſt ex nouis pro
bationibus, ſed poſtquam ſequuta fuerit ſententia diffinitiua,
ſecus eſt,per hanc legem. Ad quinq; ſimilia adducta per Lud.
Ro.reſponde ſecundum do.Alex.hic,in 34.col.ꝙ non loquun-
tur,quando in odium delinquentis erat inductum, ꝙ ſtaretur
iuramento aduerſarij,vt in terminis noſtris,vel nõ loquuntur,
307 quando iam lata erat ſententia pro iuramẽto,ſicut hic. ¶†In
ea. glo.ibi, item propter contumaciam rei datur actori. habes
duos caſus, in quib. ſtatur iuramento actoris, & iuramentum
habetur pro plena probatione. Hinc ſumpta occaſione Ludo.
Rom.hic in 16.col.& ſeq.in duob. locis quãplures alios caſus
adducit, in quib. iuramentum habetur pro plena probatione,
poſtea vnum caſum addit Lud.in vlti.col.vide hic per eum,&
308 adde etiam gl.in c.fi.in glo.magna, qđ met.cau. † Inter cæte-
ros caſus no.illum,ꝙ ignorantia probatur per ſolum iuramen
tum,gl.eſt in l.ſi cui.§.iiſdem.ff.de accu.quam Bar.ibi multum
not.ad hoc,& eſt tex.in c.ſi verò aliquis.de ſent. excom. Adde
tu gl.in c.ad audẽtiam.in gl.fi.mag. ſuper ver.irritum. de reſcri.
& gl.& Bal.in l.1.vbi Bal.limitat.C.ad Maced.aliter limitat Bar.
in d.§.iiſdem.& ante eum eſt glo.ſin.in c.2.in verſi. affectata.de
temp.ord.in ſexto.quam allegaui in præced.partic.gl. Adde,ꝙ
eodẽ modo alleganti ignorantiam ſtatuti ſtandum eſt cũ eius
iuramento,glo.in c.propoſuiſti.82. diſt. quam ad hoc pro ſing.
alleg.d.Abb.Panor.in conſi.36.incip.videtur primo dictos pon
tifices,& c.maximè concurrente præſumptione ignorantiæ, vt
ibi per eum,puta per forenſes.Adde tu aliam gl.idem expreſsè
dicentem in c.qui & humanis.in ver. ignorare.12.q.2. quam ad
hoc pro concordanti allegauit d.Abb. Pan.in c.2.in vlt.col.de
conſti.vbi etiam ad hoc alleg. tex.in c.nulli. ad fin.de elec.in 6.
309 † Confirmo per regulam,quæ habet,ꝙ in his,quæ conſiſtunt
in animo noſtro, vel in noſtra conſcientia, ſtatur noſtro iura-
mento, vt eſt gl.in §.ſed iſtæ.Inſti.de actio. quam ad hoc alleg.
Bar.in l.inter omnes.§.rectè.in 2.col.ff.de fur.& in l.Celſus.in fi.
2.col.de vſuca.& in l.gerit.in fi.2.col. ff.de acquir.hær.& in l.1.§.
hoc interdicto.in 2.col.ff.de itin.actuque priua. & in l.is poteſt.
in 8.col.ff.de acq.hæred.Adde aliam meliorem glo. in c.ſignifi-
caſti.in gl.3.ſuper ver.ſi ita eſt.de homi. quæ ad hoc alleg.bona
310 iura,maximè c.paſtoralis.in fi.de excep. † Adde etiam, quod
vult glo.not.in l.1.in ver.animo. C.ad l.Corn.de ſica. quam re-
putat valde ſing.Lud.Ro. in d.l.in illa.in pe.col. ff.de verb.obl.
ꝙ animus vulnerantis ſcilicet, qđ non vulnerauit animo occi-
dendi,probatur per iuramentum. Limita tamen multis mo-
311 dis,quos dixi in d.§.ſed iſtæ.Inſti.de act. † Item quantitas fru
ctuum præceptorum probatur per ſolum ſacramentum, glo.
eſt in §.ſi verò pecuniæ.in ver.iureiur. in Auth. de nup. de qua
facit feſtum Ang.& dicit, ꝙ eſt ſing.in iure in l. ſi nauis.ad fi.ff.
de rei ven.Lud.Rom.hic,in 17.col.in fi.Vltra Lud.adde alium
caſum ſin.in §.ſuper hoc ſancimus, in Auth. de coll.quem ad
hoc alleg. Io.And.in c.fi.& ibi Inn.in 6.col. qđ met.cau,videli-
cet in officiali, qui recedit ante finem ſyndicatus, ſtatur iura-
mento contra eum. Adde glo.& ibi not.Angel.in §.oportet.in
Auth.vt iu.ſine quoquo ſuf.& in d.§.ſuper hoc,alleg.gl. noſtrã,
ſupra ibi,vel per fugam rei,& ibi de hoc dixi ſupra.plures alios
caſus reperire laborioſum eſſet potius quàm ſubtile, nec ſunt
omninò de materia noſtra.¶In ea.gl.ad fi.habes ex glo.cui de-
b ferendum ſit iſtud iuramẽtum neceſſarium,an actori, an reo,[b]
ponit etiam glo.in l.in bonæ fidei. C.eo. in glo.fi. magna. & ibi
Doct.præſertim.Cy.in 7.col.& 8.q.& latius Sal. in 13.col.ad fin.
& quatuor ſeq.gl.in c.fi.in glo.fi.& ibi Can. & latius cæteris do.
Abb.Pan.extra eo.& glo.in c.cum ſint partium iura.de reg.iur.
in 6.& in c.1.in fi. de gra.ſuc.in feu. & glo.§. ſi verò pecuniæ.in
ver.iureiur.& ibi Angel.in §.ſi verò vſusfruct. in Auth. de nup.
aliquid gl.in l.maritus.in gl.1.ff.de quæſt. Spec.in tit.de iur.dela.
in ver.vt autem plenius inſtruaris.cũ ver. ſeq. in iſtis locis gl.&
Doct.variant. Bart.hic in pen.col. conſiderat quatuor caſus,&
in effectu tenet idem, qđ gl.hic, licèt vtatur verbis clarioribus,
aut notabiliorib.& verba Bar. formaliter reaſſumit Raph.Fulg.
hic in pen.& vlti. col. & nihil vltra addit. Ego autem ſequens
ordinem Bar.referam primò aliquos caſus claros, & indubita-
tos: poſtea attingam caſum, qui dubius eſt, & in quo glo.&
312 Doct.variãt,& illum vltimo loco plenè diſputabo. † Primus
caſus eſt,quando actor minus quàm ſemiplenè probaſſet, vel
haberet pro ſe ſuſpicionem tantum, aut indicium: nam indi-
cium minus eſt quàm ſemiplena probatio, vt ſupra pluries al-
legaui,glo.in l.cum probatio.ff.de prob. cum concor. iſto caſu
res eſt indubitata, ꝙ ſibi non deferretur iſtud iuramentum ne-
ceſſarium.Ratio eſt ſecundum Bar. quia iſto caſu non perfice-
ret plenam probationem,idem eſt ſecundum Bar.ſi actor ple-
nè probaſſet intentionem ſuam, reus verò probaſſet ſolutionẽ
per aliquod leue indicium,tunc eodem modo ipſi reo nõ eſſet
deferendũ iſtud iuſm neceſſarium. Iſtũ paſſum,ꝙ non ſit defe-
rendum iuſm neceſſarium ei,qui minus q̃ ſemiplenè probauit,
examinaui ordinariè ſupra poſt vlt.col. Barto.ibi in fin. tamen
priore caſu poſſet reo deferri iuramentum purgationis, d.c.fi.
extra eo. Secundus caſus eſt, quando actor probauit ſemiple-
nè intentionem ſuam, ſed neſcit veritatem per veram ſcien-
tiam,quæ percipitur ſenſu corporeo, ſed ſolùm per credulita-
tem,iſto caſu nõ defertur ſibi iſtud iuſm neceſſariũ ſecundum
gl.in d.l.in bonæ fidei.Ratio patet ſecundum Bar. quia etiam ſi
eſſet vnus extraneus teſtis,qui deponeret de credulitate,ſibi re-
gulariter non crederetur.l.teſtium.cum ſi.C.de teſti.nec in hoc
eſt aliqualiter dubitandum. Addo pro hoc benè facere,qđ di-
cit no. Bal.in d.l.in bonæ fidei.in vlt.col. ꝙ iſtud iuramentũ ne-
ceſſarium non defertur hæredi, qui communiter præſumitur
ignorare iura eius,cui ſucceſſit.l. qui in alterius. ff. de regul.iur.
alleg.ad hoc Bald.tex.in l.generaliter.in prin.& ibi Docto.C.eo.
313 ¶†Quid autem ſit in alijs iuramentis,quæ ex diſpoſitione le-
gis, vel ex forma ſtatutorum deferuntur, an tranſeat facultas
iurandi ad hæredes? Non tango hic,vide Bal.d.Pau.de Caſt.&
Lud.Ro.& do.Alex.in l.pe.§.in eum.per glo.ibi.ff.ne quis eum
q in ius voc.eſt vi exi.Bald.in l.3.in prin. & ibi Lud.Ro.in §.fi.ſ.
eo.Bal.in l.2.in prin.ĵ.de condi.ind.& plenè no.Lud. Ro.in cõſ.
ſuo 29.incip. in caſu propoſitæ conſultationis, breuiter dice-
mus dictum Fran.& qđ not.Bar.in l.in actionib.in vlt.col.circa
medium.ĵ.de in lit.iur. & dixi in l.ſi quando. C.vnde vi. & dicit
in propoſito multum ſignanter Bald.in c.1.in 1.col.ſi de inueſt.
inter dom.& vaſal.lis ori.per illum text.quem ad hoc dicit eſſe
valde notan. ꝙ in omnib.caſib. in quib. facultas iurandi tranſit
ad hæredes,intelligitur, ſi talis hæres veriſimiliter poſſit iurare,
vt quia informatus ſit de veritate.facit, quia iuramentum non
eſt deferendum ei, quẽ eſt veriſimile debere deierare, vt ſupra
dixi in 36.fallen.Item pro deciſione Bal,in d.l. in bonæ fidei. fa-
cit,qđ voluit gl.no.& ibi Docto.in l.item Pomponius ſcribit ſi
frumentum.§.fi.in gl.1.ff.de rei vendi.quę dicit,qđ poteſtas de-
clarandi,puta libellum obſcurum, non tranſit ad hæredem,de
quo tamen vide Bart.Bald.Ange.& alios in l. ſi quis intentione
ambigua.ff.de iud.Bar.& alios Mod.plenè in l.inter ſtipulantẽ.
§.1.cum ſuis concord,& limitationib. quæ ibi traduntur.ff.de
ver.ob.Bar.& Bal.& Doct. in l.ſi quis à filio.§.ſi plures. de leg.1.
& quod not. Bal.& Imo. in l.ſi quis ſeruum.§.ſi inter duos.ff.de
leg.2.Tertius caſus,qui eſt ſine dubio, quando actor ſemiplenè
probauit,& ſcit veritatẽ,ſed eſt infamis, vel aliàs vilis perſona,
etiam

ADDITIONES.

a ¶Ignorantia.Adde glo.in verſi.ſi eſt ita.in cap.ſignificaſti.el 1. de homi. Ro.
deciſ.45.incip.item ſi impetranti.in antiquis.Card.Zab.conſil.39.incip. vn-
de exercitium. * Et dic,quòd non probatur iuramento, quando eſt præſum-
ptio in contrarium.Alex.in conſ.71.lib.1.Qua in materia,& quomodo pro-
betur ignorantia,& an iuramento, vide Dec.in c.cognoſcentes.colum.fi.de
conſti.Rom.conſi.273.Felyn.in cap.2.de conſti. Roman.conſi. 102. & 381.
num.11. MASVER.

b ¶An reo.Adde Bal.in c.cũ eccleſia Sutrina.de cauſa poſſ.& proprie. & Abb.
in c.in omni negotio. de teſta.

etiam sibi non defertur istud iuramentum necessarium. Ratio est secundum Bar. quia etiam si esset vnus extraneus testis, sibi non crederetur, vt dixi de hoc latè supra in fallentijs in 36. fall. Quartus casus clarus est vltra Bar. quando qualitas, vel quantitas causæ impedirent delationem huius iuramenti necessarij, vt si esset causa magna, vel ardua, vel criminalis, vel famosa, vel similis, vt dixi supra in prima fallen. glo. nostræ. Quintus casus est etiam clarus, quando actor solùm semiplenè probasset intentionem suam, & reus etiam semiplenè probasset suam exceptionem, puta solutionis, isto casu in pari causa proculdubio esset deferendum iuramentum suppletiuum ipsi reo, quia in pari causa fauorabiliores sumus reo ad soluendum, quàm actori ad condemnandum, per regulam l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. & l. Arrianus. cum simi. ff. de actio. & obl. & istud sentit Bar. hic, & ita expressè determinat Spec. in tit. de iuramēti dela. in ver. quid si actor habet vnam. Ange. in §. quia verò vsusfructus, in Auth. de nup. per gl. ibi, quæ est in §. si verò pecuniæ, in ver. iureiurando, quæ gl. tamen vult, qđ isto casu deferatur honestiori: Imò fortius si actor non solùm semiplenè, sed etiam plenè probasset intentionem suam, & reus exaduerso semiplenè tantum probasset suam exceptionem, puta solutionem, deferendum esset istud iuramentum necessarium ipsi reo, ita firmaui suprà post quæstionem, quam ponit Bart. in 13. col. 1. q. quæ inci. quæro quid si actor probauit intentionem suā, &c. ibi videas. Isti casus, & similes sunt in hac materia clari, & indubitati. ¶ Passus ergo dubius, & disputabilis est, quando actor
314
est persona honesta sciens veritatem, sicut & reus, & causa habilis, & actor semiplenè probauit intentionem suam, puta per vnum bonum testem, reus autē exaduerso nihil penitus probauit, cui deferendum sit istud iuramentum necessarium, an actori, an reo? In hoc subtili, & disputabili passu inuenio varias sententias, quas singulariter referre nimis prolixum esset, referā principaliores sententias. Prima fuit sententia Azo. relata per gl. in d. l. in bonæ fidei. in glo. si. magna, ꝙ isto casu deferendum sit iuramentum necessarium reo, & nunquam actori, & huic sententiæ satis videtur adhærere gl. in d. l. in bonæ fidei. & dicit gl. in l. maritus. in gl. 1. ff. de quæstionib. secundum ꝙ eam alleg. Bald. in d. l. in bonæ fidei. in vlti. col. de consuet. si vterque tam actor, quàm reus vult iurare, præfertur isto casu reus, qđ dicit Bal. tenendum menti. Hanc opi. Azo. tenet expressè glo. in d. c. cū sint partiū iura. Io. And. in c. fi. extra eo. & ibi Io. de Imo. in vlti. col. nisi ex circunstantijs causæ, & qualitate personarum aliud sit, vt ibi per eos. Eandem opinionem tenet Ricardus de Sal. & Ang. hic in vlt. col. & idem tenet Iac. But. hic in vna limitatione; nisi actor plusquā semiplenè probasset, puta per duos testes, quorum vnus esset consanguineus, vel affinis, isto casu bene deferretur istud iuramentum necessarium ipsi actori, sed si tantum semiplenè probasset, tenet opinionem Azo. qđ deferendum esset reo, qui non probauit. Eandem opi. Azo. tenet Bald. in l. non hoc. in 6. col. C. vnde legi. cum limitatione supra tradita, nisi iudici ex qualitate personæ, & circunstantijs causæ aliud videretur. Sed ista limitatio non videtur necessaria ad propositum nostrum, quia disputato passu, quando est paritas personarum, & scientiæ, tam actoris, quàm rei, sed actor semiplenè probauit intentionem suam, reus verò nihil, in quib. terminis etiam loquuntur Docto. supra alleg. & qui infra allegabuntur. Idem cum opi. Azo. videtur tenere (nō dico, ꝙ apertè in his terminis loquatur) Ange. in d. §. quia verò vsusfructus, in Auth. de nup. Eandem opin. Azo. in terminis supradictis tenet d. Ant. de But. in c. fi. in pe. col. extra eo. ibi enim tenet expressè, ꝙ vbi actor tantum semiplenè probauit, tunc iuramētum necessarium non est deferendum actori, sed ipsi reo, sed quando actor plenè probasset intentionem suam, reus autem exaduerso semiplenè probasset exceptionem suam, tunc iuramentum necessarium deferendum est actori, & non reo. Rationem diuersitatis adducit: nam quando actor nō plenè probat, debet succumbere, per regulam. l. qui accusare. C. de edend. c. vt nostrū, vt ecclesiast. benefi. ergo si defertur iuramentum necessarium, reus dicitur grauari: ergo saltem in alio debet alleuiari, vt ipsi reo, & non actori deferatur istud iuramentum necessarium. Eodem modo ècontra, quando actor plenè probauit, reus autem semiplenè, ferri deberet sententia pro actore, si ergo deueniatur ad istud iuramentum necessarium, dicitur actor grauari, ergo in eius compensatione sibi debet deferri, & non reo. Et per hoc infert ipse contra limitationem Iaco. But. supra relatam, ꝙ si actor plusquam semiplenè probasset, tñ adhuc non esset sibi deferendum istud iuramentum necessarium, sed reo. Item secundum eum, quando actor plenè probauit, non est testis in causa propria, cùm habeat probationem sufficientem, & sic esset absurdum dictum do. Azo. de quo. ꝟ. in 3. fundamento. per c. in omni. de testi. sed benè esset testis si sibi deferretur, quando tantum semiplenè probasset, contra regulam d. c. in omni. quæ secundum eum locum habet in omni materia etiam peccati, & denunciationis. Credo, qđ vtrunq; membrum distinctionis suæ sit falsum. Primum reprobaui supra post quæstionem, quam ponit Bart. in 13. col. & incipit, quæro quid si actor probauit intentionem suam. Secundum membrum etiam erit falsum, sicut & opi. ista Azo. Et ad fundamentum suum respondebo. ꝟ. in 5. prin. fundamento, tenendo istam opinionem Azo. quæ multis auctoritatib. est suffulta. Illud benè no. pro eius extensione, ꝙ illud, qđ dicitur in reo, vt sibi deferendum veniat istud iuramentum necessarium, habet etiam locum in actore, qui tamen originaliter reus fuit, vt probatur in c. ex insinuatione. secundum vnum intellectum, de procura. & ibi glo. 3. in ver. superstitis clerici. quem ad hoc multum not. Io. de Imo. in 3. col. in prin. dicit enim ibi Io. de Imo. ex ista glo. esse diligenter notandum, ꝙ eo casu quo deferendum est illud iuramentum reo, procedit etiam si sit reus originarius, quamuis de præsenti sit actor in iudicio, de quo nunc quæritur, & ad hoc etiam allegat, qđ not. in simili de excommunicato in c. significauerunt. de excep. Pro ista opi. Azo. vt articulum benè discutiam, qui est summè disputabilis, stringit tex. in hac l. in ver. sed de constitutione, iuncto ver. sequenti, ibi istud iuramētum necessarium fuit delatum reo, & non actori. Et dicit Sal. in d. l. in bonæ fidei. in 13. col. ꝙ iste text. sine dubio fortiter facit pro Azo. & qui repetiturus foret hanc legem, inter principaliora dubia istud esset cæteris præstantius, tamen ipse Sal. ibi in 16. col. respondet, ꝙ in hac. l. ideo delatum fuit reo iuramentū necessarium, & non actori, quia fortè actor erat vilis, aut minus dignus, aut nō plenè informatus de veritate, vel causa erat ardua, aut testis per eum productus non erat omni exceptione maior. quib. casib. vt supra vidistis, deferendum est iuramentū reo, non actori. Et ꝙ ita sit verum, & ꝙ iste tex. non se restringat, ꝙ semper reo deferendum sit, patet ex ver. solent, vbi generaliter dicit, exacto iureiurando, secundum eum iudicari, qui iurauit, & non restringit se magis ad reum, quam ad actorem. Istam solutionem etiam tradit Ludo. Ro. hic in 44. col. ꝙ ita necessariò sit intelligendus iste text. declarant expresè Pau. de Castr. & do. Alex. in 1. col. vterque, & ita dixi in apostillatione text. Et si tu adhuc pertinaciter instes, ꝙ solutio ista diuinet ad text. ego, etiam replicabo, ꝙ in isto tex. non apparet, qđ actor semiplenè probauerit, vnde non potest fieri fundamentum cōcludens in hoc text. pro opi. Azo. Et si dicas, qđ imò probetur in ver. ex integro. Respondeo, ꝙ illud verbum non infert necessariò, ꝙ præcesserit semiplena probatio. Potes etiam aliter, iudicio meo respondere ad istum text. qđ in eo illud principaliter non quæratur, cui debuerit deferri istud iuramentum necessarium, an actori, an reo, sed præsupponit fuisse delatum illi, cui iuridicè debuit deferri, fortè ex causis supradictis, & principaliter dubitatur hic de retractatione sentētię latæ virtute talis iuramenti. Item potes intelligere hunc tex. quando actor plenè probat intentionem suam, reus autem semiplenè tantum probasset suam exceptionem, quo casu ipsi reo debet deferri istud iuramentum, secundū Sal. in d. l. in bonæ fidei. in 16. col. & dixi supra post quæstionem, quam ponit Bart. in 12. col. Sunt etiam qui respondeant, ꝙ in isto text. ponatur contingentia facti, & si bene consideres, reincidit in idem cum præcedentib. sol. nam ꝙ reo fuerit delatum iuramentum, istud est necessarium, & ꝙ propterea fuerit absolutus, ista est cōtingentia facti, idem enim esset si cōdemnatus fuisset reus, secundum Alb. Ang. & Rapha. Fulg. supra in textualibus, & ita etiam tenet Bar. infra in vlt. col. post medium, patet ex ver. solent, qui generaliter loquitur, nec se restringit magis ad actorem, quā ad reum, & ita etiam dixi supra in notabilib. tex. Istud est quantum pro mēsione dici possit ad hunc text. ¶ Secundò pro opi. Azo. facit regula. l. fauorabiliores. ff. de regu. iur. nam in dubio fauorabiliores sumus pro reo ad absoluendum, quàm pro actore ad condemnandum. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. c. ex literis. de proba. Responde, ꝙ illa regula procedit in pari causa, sed nos loquimur, quando pro actore adest semiplena probatio, propter quam iudex incipit opinari pro actore, & contra reum suspicari. ¶ Tertiò pro eadem parte facit, quia si actori semiplenè probanti defertur istud iuramentum necessarium, sequeretur absurdum, ꝙ esset testis in causa propria, alia parte inuita. l. fi. C. de fideicom. contra l. omnibus. C. de testib. Sed responde, quòd istud nihil facit, quia idem absurdum etiam militaret, si iuramentum deferretur reo, vnde ratione paris absurditatis potius est deferendum actori, qui habet pro se semiplenam probationem, quàm reo, qui nihil probauit, præsertim cùm tale iuramentum ex necessitate deferatur propter inopiam probationum. Præterea quādo pars iurat in defectum semiplenæ probationis, non producitur omnino, vt testes, nec in forma testis, vt patet hic, & in l.

in bo-

in bonæ fidei. Vel aliter, & tertiò, & melius reſponde, ꝙ non eſt incongruum, ꝙ quis ſit teſtis in cauſa propria, poſtquam ſemiplenè probauit, vt declarat, & probat Bar.hic in pen.col.allegando, & inducendo verba Euangelij, quæ refert decretalis no ait.de iudi.& expreſſius text.in c.in omni.de teſti. & cum Bart. tenent Cano.in d.c.fi.& ibi do. Abb. Pan.in §.ſanè.in 5.colum. pro iſto dicto Bart. quòd non ſit incongruum, quem eſſe teſtē in cauſa propria, poſt quam ſemiplenè probauit, allegat bonū tex.in c.ex inſinuatione.de procura. ¶Quartò pro eadem parte ſtringit, quia ſi poſt publicatas atteſtationes non licet ſuper eiſdem articulis nouos teſtes producere. Auth.at qui ſemel, & in corpore vnde ſumitur. C. de proba. clem.1. de teſti., quanto minus erit licitum ſeipſum poſt apertas teſtificationes producere? Salyc.in d.l.in bonæ fidei.in 17.colum.dicit, quòd iſtud fundamentum fortiter vrget pro Azo.tamen ipſe accommodat quaſdam reſponſiones, quæ re vera fragiles ſunt, & debiles: nam primo dicit, verum eſt, quòd poſt publicatas atteſtationes non eſt permiſſum, ꝙ aliquis producatur vt teſtis, iurib. præallegatis, ſed hic non producitur tanquam teſtis, prout reſpondi in præcedenti fundamento. Præterea ſecundum eum iuramentum, & ſemiplena probatio actoris tollunt iſtam ſuſpicionem generalem, quia nemo præſumitur deierare, & eſſe immemor ſalutis æternæ.l.ſi.C.ad l Iulia.de ambitu, dato, quòd ſuſpicio militet, tamen minus ſuſpectæ viæ capienda eſt electio. Præterea, & tertiò ſecundum eum iſta ratio non attenditur in alijs caſibus, in quibus omnes fatentur iuramentum neceſſarium eſſe actori deferendum, tamen eodem modo haberet obſtare. Iſtæ ſolutiones vt prædixi ſunt ſatis leues, nec bene tollunt obiectum. Ludo. Rom.hic in 44.col. aliter reſpondet, ꝙ regula ſupradicta procedit, niſi poſt publicationem producantur teſtes ad confirmationem atteſtationum publicatarū, & ita dicit not. Innoc.in c.cum clamor.extra de teſti.ſed ita eſt in caſu iſto, vt de ſe patet, igitur, &c. quæ ſolutio mihi etiam non ſatisfacit, & videtur eſſe contra iura præallegata, & eorum rationem ſcilicet ſuſpicionem, & timorem ſubornationis, qui habetur de parte, quæ didicit teſtificata, iſta ratio militat etiam ſi teſtes ad confirmationem publicantur,* vt de ſe patet, & colligitur ex traditis per Barto. & alios in d.Auth. at qui ſemel. Sunt qui aliter reſpondeant in hoc propoſito, non debere attendi dictam rationem pro opin. Azo. quia ſecundum eam etiam non poſſet deferri reo, ſed certè multiplicare inconueniens non eſt ſoluere. Tu ergo potes planè ſic reſpondere, ꝙ poſt publicatas atteſtationes non poſſunt noui teſtes produci, verum eſt, qui potuerunt ante produci, quia ſi nō fuerint producti, tunc ſubeſt timor ſubornationis, ſed nos loquimur in eo, qui non poteſt produci ante publicatas atteſtationes, quia antequam aperiantur, & publicentur dicta teſtium, non poteſt iudex ſcire, an actor ſemiplenè probauerit, & quid reus probauerit, & cui eorum deferendum ſit iſtud iuramentum, & videbitis in quæſtionibus examinandis infra ex glo. ideo nimirum ſi poſt publicationem teſtium admittitur, cùm non potuerit antea admitti. Sicut dicimus in ſimili de exceptione dilatoria, quæ non potuit opponi ante litem conteſta. opponitur enim poſt.l.2.cum ſimilib. C.de conſor. eiuſdem litis. ¶Quintò pro Azo.facit, nam qui in vno grauatur, in alio debet alleuiari.l. cum qui.in princ.ſupra eodem, ſed reus grauatur in hoc, quia actore non probante, reus debet abſolui, per regulam.l.qui accuſare.in princ. C. de edend.c.vt noſtrum. vt eccle.benefic.ſine dimi.confe.c.ex literis.de proba.l.negantes.C.de actio.& oblig. ergo debet alleuiari in hoc, ꝙ ſibi reo deferatur iſtud iuramentum neceſſarium, & non actori. Reſponde, ꝙ illa regula procedit, quando actor nihil probauit, tunc reus bene venit abſoluendus, ſed quādo actor ſemiplenè probauit, vt in noſtro propoſito, tunc ſuccedit illa regula, quòd ſibi deferendum eſt iuramentum ad ſupplendum ſuam ſemiplenam probationem, vt hic, & in d.l.in bonæ fidei. vnde tunc reus non dicitur grauari, & ita reſpondet glo.hic in ſecunda parte prin. ¶Sextò ad idem bene facere videtur.l. cum etiam.in fi. C.eod. Solu. Reſponde, ꝙ nihil facit, quia loquitur in iuramento iudiciali, non in neceſſario. ¶Septimò, & vltimò ad idem ſtringere videtur tex.in d.c.fi.verſi.ſanè, ibi, *præſumptione verò pro actore faciente, iuramentum iſtud reo deferri poteſt*. Reſpondet varijs modis Sal. hic, & in d.l.in bonæ fidei.in 17.colum. inter alias tene illam, quòd ibi illa præſumptio erat minor quàm ſemiplena probatio, & ideo non potuit actori deferri, per glo.in l.3.§.1.in verſi.leuior. ſupra de minor. & in l.fin.in princip. & in glo. magna. ff. quod metus cauſa, & dixi latè ſupra in loco ſuo, & iſtam ſolutionē tenet etiam d. Alex.hic in pen.colum.& in effectu Lud. Rom. in 45. colum. & ſic ex iſtis reſponſum patet ad fundamenta, quæ poſſunt pro Azo.adduci. ¶Reſtat ſolùm reſpondere ad auctoritatem glo.ſuperius adductam in l.maritus.in glo.1.ff.de quæſtionib.quæ ſecundum, quòd eam alleg. Bald.in d.l.in bonæ fidei.in vlti.colum.vult, quòd de conſuetudine deferatur iſtud iuramentum neceſſarium reo.nam in actu practico ſolet dici, quòd Doctori illuſtri (qualis fuit gloſſator) atteſtanti de conſuetudine ſtandum eſt, vt inquit Bart.in ſua aſſerta repetitione.l.de quibus.in 15.colum.ff.de legi. ſed dic, quòd Bal.in c. cum eccleſia Sutrina.in 3.colum.in 4.notab. de cau.poſ.& proprie.dicit, quod illa glo.in d.l.maritus. dum atteſtatur de conſuetudine, eſt vnica in iure, ſed ꝙ de facto non ſeruatur. Secunda principalis eſt opin.tenentium, quòd ſit arbitrarium iudicis cui iuramentum iſtud deferat, an actori, an reo. hanc tenet Spec.in tit.de iuramen. dela.in verſic.vt autem plenius inſtruaris, & in verſic.cui deferet. Eandem tenet Bald.hic, & in c.1.qui teſt.ſint neceſ.ad proban.nouam inueſti. in vſib.feud. Ange.in quæſt.per eum diſputata, quæ incipit, Aſtenſis miles, in 29.col. vbi formaliter dicit, quòd in delatione iſtius iuramenti neceſſarij non poteſt dari certa regula, vel doctrina, & ſic iſtud totum iudicantis arbitrio relinquitur.alleg. quæ habentur hic, & in d.l.in bonæ fidei.maximè per Cy. D. Abb. Panor. in d.c.fi.§. ſane.poſt relatas multorum opin. finaliter tenet iſtam, quam etiam ſimiliter tenet Ludo.Rom.hic in 45.colu. poſt quatuor præcedentes, in quibus paſſum iſtum examinat. Scio, ꝙ Ludo. Rom.in d.45.col.alleg.quòd eandem opin.tenet Bald. in d.l.in bonæ fidei.& non eſt verum, quia Bald.ibi in vlti.colum.tenet

* opin.ſequentem, *quæ eſt vera, & communis*. Pro iſta opin.bene facere videtur tex.in hac lege, in ver. *ſolent enim ſæpe iudices*. Sol. ſi rectè conſideres illud, quod dicit iſte text.in perſona iudicis, magis reſpicit actum ſententiandi, quàm iſtius iuramenti neceſſarij deferendi. ¶Secundò facit text. in d.c.fi. in verſi. ſanè, ibi niſi fortè iudex ex circunſtantijs, &c. Sed reſponde, quòd in illo text.non poteſt fieri firmum fundamentum. Nam in primo caſu dum dicit iuramentum deferendum eſſe reo, loquitur quando pro actore erat tantum præſumptio minor ſemiplena probatione, quę non ſufficit, vt actori deferatur iſtud iuramentum, vt dixi in vltimo fundamento opi.præcedentis. In ſecundo caſu verò, qui ponitur ibi, niſi fortè. loquitur quando aderat pluſquam ſemiplena probatio. Patet, quia in actione famoſa, de qua videtur ibi tex. continuatiuè loqui, cùm ſit grauis præiudicij, non deferretur iſtud iuramētum actori, niſi probaſſet pluſquam ſemiplenè, vt ſupra dixi in fallentijs huius legis in §.princ.fallentia, & vltra ibi allegata, iſtud in terminis ad d.cap.fi.dicit etiam Sal.in d.l.in bonæ fidei.in 17.col.vel reſponde melius, vt ſtatim reſpondebo ad cap. Romana.de quo infra

314 dicam. ¶ † Tertiò ad idem facere videtur, quia in his, quæ nō ſunt clarè determinata à iure, eſt ſtandum iudicis arbitrio, ad quod recurritur.l.1.in fin. ff.de iur.delibe.l.1.§. effractores.ff.de effracto.& expila.ſed nullibi habetur expreſſum in iure, cui iſto caſu deferendum ſit iſtud iuramētum neceſſarium, igitur, &c. Sed reſponde, quòd imò expreſſum eſt in iure, vt oſtendam in ſequen.opin. principali. ¶ Quartò pro eadem parte Ludo. Rom.in loco præalleg. ſed in pen.col. in fin.allegat text. quem dicit eſſe ad hoc meliorem de iure. in cap. Romana. de teſti.in ſexto. Sed reſponde, prout ſtatim reſpondi ad d.c.fin.quia eſt per omnia ſimilis deciſio, vel melius reſponde ad vtrunq; tex. & credo, quòd iſta ſit veritas, quòd in explorandis circunſtantijs perſonarum & cauſæ, ſcilicet, quæ perſona ſit dignior actoris, vel rei, quis melius informatus ſit, an ſit ſemiplenè probatum, vt ex iſtis appareat, cui in dubio deferendum ſit iſtud iuramentum neceſſarium, fateor, ꝙ iſta ſunt arbitraria iudici, in iſtis terminis propriè loquuntur illi duo text. iuris cano. ſed ſi quæſtio noſtra eſt in caſu claro, data paritate perſonarum, ſi actor ſemiplenè probauit intentionem ſuam, reus verò nihil exaduerſo probauerit, cui ſit deferendum iſtud iuramentum neceſſarium. Et propterea dixit do.Abb. Panor.in d.c.fin.in §. ſanè. quòd raro videtur iſtud poſſe contingere, ꝙ iſta omnia ſint clara, quin aliquid relinquatur arbitrio iudicio. ¶Tertia,

* & vltima eſt principalis opi. *& iſta eſt vera, & communis*, quòd in terminis ſupraſcriptis data paritate perſonarum, & habilitate cauſæ, ſi actor habeat ſemiplenam probationem pro ſe, reus autem exaduerſo nihil probauerit, deferendum eſt iſtud iuramentum neceſſarium actori ad ſupplendum, & perficiendum ſuam ſemiplenam probationem, & fuit opin. originalis Vgolini gloſſatoris antiqui, quem refert glo.in d.l. in bonæ fidei.in glo.fi.magna. Iſtam tenet glo.noſtra hic, & Bart.expreſsè in vltima colum. & Alber.de Roſ. hic in 3. colum. & in d. l.in bonæ fidei.in vlti.colum.vbi dicit Albe. quòd cæteris paribus communiter vidit obſeruari, quòd iſtud iuramentum neceſſarium deferatur actori, qui ſemiplenè probauit. Idem per multa fundamenta tenet Saly.hic, & in dict.l.in bonæ fidei. & ibi

* Producantur.

ibi in 15. col. in fi. dicit,quòd istam opi.seruat communis pra-
ctica.idem tenet Raph. Fulgos. & Domi.Alexan.de Imo. hic,
vterque in vlti.colum.eandem opin.tenuit Pet. & Cyn. in d. l.
in bonæ fidei.nam secundum eos in 7. quæstio. ante omnia in
delatione istius iuramenti attendenda sunt quatuor, conditio
personæ,natura causarum,quantitas rerum,& qualitas facto-
rum,declarando ista singula,vt ibi per Cyn. & Specu. in dicto
titu.de iura.dela.in vers.vt autem plenius instruaris, & referūt
Cano.maximè Dom.Anto.de Butr.& Dom.Abb.Panor in d.
cap.fin.vbi prosequuntur singula illa dicta Cyn.ibi poteris vi-
dere,quæ omitto tanquam clara,& non egentia additione.Po
stea in proposito Pet.& Cyn.in d.l.in bonæ fidei. in 8. quæstio.
dicunt, quòd omnibus existentibus paribus deferendum est
istud iuramentum necessarium actori, qui semiplenè proba-
uit,& non reo,qui nihil probauit.Eandem opin.tenet Cyn. in
d.l.in bonæ fidei,& ibi Bald.in vlti.colum. quamuis Ludouic.
Roman.hic in 45.colum.vt supra retuli, corruptè referat Bal.
tenere opin.præcedentem.eandem opin.tener idem Bal.in ca-
pitu.cum ecclesia Sutrina,in 3.colum.de cau.pos. & propriet.
& pro ista communi sententia vera primò facit ratio Bart. hic
in vlti.colum.licèt Ludo.Roman.hic in 44.colum.illam ascri-
bat Sali.nam istud iuramentum necessarium defertur ad sup-
plendum, & perficiendum semiplenam probationem. d. l.in
bonæ fidei. ergo debet deferri actori,qui semiplenè probauit,
vbi potest cadere ista suppletio,& non reo, qui nihil probauit.
Ego istud confirmo per tex.optimum in cap.2.in verbo suffra
gium,de proba.& ibi Bald.in vlt.colum.expresè notat ad hoc
illum tex. quòd iuramentum necessarium in defectum semi-
plenæ probationis dicitur suffragium,siue auxilium probatio
nis imperfectæ, si igitur actor semiplenè probauit, debet sibi
deferri istud iuramentum necessarium,vt suppleatur, & perfi-
ciatur sua semiplena & imperfecta probatio: reo autem, qui
nihil probauit,deferri non debet, quia quod nihil est, perfici,
aut suppleri non potest,ad hoc allegat cap.vnicum.in §.sacra
mentum,de consue.recti feu.¶Ad idem, & secundò facere vi
detur tex.in cap.ex insinuatione,de procur. vbi patet, ꝙ istud
iuramentum necessarium fuit delatum actori, qui semiplenè
probauit,tamen Dom.Abba.Panor. ibi in secundo not. dicit,
quòd in illo tex.non potest super hoc fieri fundamentum: nā
ibi alia pars,scilicet reus,non erat verisimiliter informata de re
uocatione mandati,prout erat dominus,qui reuocauerat, ni-
mirum si ibi defertur iuramentum domino, & sic actori, qui
erat informatus,& non reo,qui verisimiliter non erat informa
tus.¶Tertiò ad idem facit ratio Pet.& Cyn. in d. l. in bonæ fi-
dei.in 8.q.nam deferendum est iuramentum illi, quem verisi-
mile est minus deierare,quia leges vitant periuria quantū pos-
sunt.l.2.C.de indic.vidui.tol.§.fina.in Auth. vt matres debi. fa-
cit.l.Marcellus,in princip.ff.rerum amo.& l.videamus, in prin.
ff.de in litem iuran.& dixi supra in fallen. istius legis in fallen.
38.sed magis verisimile est, quòd reus deierabit, quàm actor,
ergo potius deferendum est actori,quàm reo. minorem pro-
bo:nam grauius est aliquid abdicare à se, quā aliquid non ac-
quirere, patet in l.qui autem,in princip. ff.de his,quæ in fraud.
cred.Item,quia videmus, ꝙ potest adijci conditio in persona
legatarij si vellet,quia poterit esse, quòd non vellet acquirere,
sed non potest adijci conditio,si vellet in persona hæredis, ꝗa
nunquam est verisimile,quòd hæres vellet,quia agitur de abdi
cando à se.l.si ita legatum.§.illi si volet,& l.senatus. §.legatum.
ff.de leg.1.l.si ita.ff.de condi.& demonst.l.sub hac. ff. de act. &
oblig.l.centesimis.ff.de verb.oblig. igitur &c. ¶ Quartò ad idē
facit,quia ex semiplena probatione actoris iudex incipit habe
re bonam præsumptionem pro actore,& ex diuerso incipit su
spicari,& male concipere contra reum,qui nihil probauit, er-
go potius est deferendum istud iuramentum necessariū acto-
ri,quàm reo.¶Quintò ad idem bene facit tex.in cap.1.§.sacra
mentum,de consue.rec.feu.quem alleg.Salic.hic,& in prælle-
gata.l.in bonæ fidei,vbi est text. ꝙ istud iuramentum necessa-
rium debet deferri ei,qui aliquid pro se produxit,quod iudicē
moueat ad præsumendum pro eo,per consequens ergo acto-
ri,qui semiplenè probauit,& non reo,qui nihil probauit. Nisi
dicas secundum Ludou.Roman.hic in 44.colum.ꝙ iura feu-
dorum(cùm ius singulare, & consuetudinarium contineant)
non possunt extendi,vel allegari ad decisionem aliarum cau-
sarum.l.ius singulare.& l.quod verò contra.ff. de legi. secundū
Barto.in l.iusiurandi.§.si liberi.in duobus locis.ff.de oper.liber.
quod vltimum aliter hic non examino,nec est indistinctè ve-
rum.dixi plenè & pulchrè in l.secunda, C. de iure emphy. vbi
plura scripsi circa hoc.Adde etiam,quòd ad illum tex.dicti. §.
sacramentum, posset aliter responderi secundum Bald. in d. l.
in bonæ fidei,in vlti.colum.vbi dicit, quòd est casus singularis
in dicto §. sacramentum, quòd in causis feudalibus, licèt sint
graues & arduæ, tamen si vltra semiplenam probationem ꝗs
habeat possessionem,vt ibi, potest tunc deferri istud iuramen-
tum necessarium, nō ergo ibi sufficiebat semiplena probatio,
nisi etiam affuisset possessio,ergo nihil facit ad propositum no
strum,& ita etiam dixi optimè supra in fallentijs huius legis in
8. princip.fallentia.Quasdam alias leues rationes pro hac com
muni sententia adducit Salic.hic,& in d.l.in bonæ fidei. in 15.
colum.quas refert Ludou.Roman.hic,in 44.fallentia,non cu-
ro illas referre.Concludendo ergo teneas istam vltimam opin.
quæ est vera,& communis,& quam practica obseruat, quòd
data paritate personarum, & habilitate causæ deferendum est
istud iuramentum necessarium actori, qui semiplenè proba-
uit,non autem reo,qui nihil probauit,intellige tamen semper
cum declaratione,quam supra dedi, quòd in explorandis cir-
cunstantijs personarum, & causæ, & an sit semiplenè proba-
tum,ista bene relinquuntur arbitrio iudicis:ita loquitur tex. in
capitu.fina.extra eod.& tex.in cap.Romana.de testib.in sexto,
sed quando ista liquerent (quod tamen verè raro accidit) vt
etiam dicit Dom.Abba.Panor.in dicto cap.fina.& solùm esset
dubium,an deferendum esset actori, qui semiplenè probauit,
an reo,qui nihil probauit, teneas quòd actori veniat deferen-
dum.Per ista remanent expeditæ omnes gloss. istius legis:nam
glo.fin.assignantem rationem diuersitatis ad tex.expediui sup.
in glo.2.in 3.part.princip.¶Extra glo. quærit Bart. in repetitio-
315 ne huius legis,in vlti.colum.de quinque quæstionibus.† Pri-
ma quęstio est,vtrum iudex habeat necesse deferre istud iura-
mentum necessarium,ita quòd si non deferat,possit appellari,
& concludit,quòd sic,dixi de hoc supra in text.in 4. not. super
316 versi.solent.¶†Secundò quærit Barto. vtrum pars debeat de
necessitate petere, quòd istud iuramentum sibi deferatur, an
verò possit iudex ex suo officio etiam parte non petente illud
a deferre,& concludit,quòd debet de necessitate peti,[a] cum re-
gulariter iudex non debeat suum officium impartiri, nisi fue-
rit petitum,per l.4.§.hoc autem iudicium.ff. de damno infect.
& idem sequitur Angel.hic in prima colum.Domin Anto. de
Butr.in capitu.fina.in vlti.colum. extra eodem, & potest con-
firmari: quia in his,quæ respiciunt commodum priuatum, &
non vertitur publica vtilitas,iudex non debet se impedire nisi
requiratur à parte, vt nota. in dicto §. hoc autem iudicium.
Cyn.& alij,in l.vnica.C.vt quæ desunt aduoca. Facit. l. iam ta-
men. §. penult.ff. iudic. solu. sicut non potest solus iudex alias
probationes recipere,si non producantur à parte.Contrarium
expresè determinat.Domin.Abba. Panormi. in dicto capitu.
fina.§.sanè.extra eod.ad fin.per illum text.in versic. deferri po-
test.& in fin.in verbo videat,& melius per text. in l.in bonæ fi-
dei.in versic.oportet.C.eod.Potest responderi, quòd hæc iura
intelliguntur parte petente, per regulam. dicti. §.hoc autem
iudicium.Mouetur etiam,quia ex petitione iuramenti, si peti
deberet à parte,vt dicit Barto.pars petens aliqualiter reddere-
tur suspecta,sicut redditur suspectus extraneus testis, qui vltrò
se ingerit ad testificandum.l.quæ omnia,in princip.vbi Bartol.
& Docto.notant.ff.de procurat.no.in capitu.secundo, de testi.
Item oritur euidens præsumptio, quòd pars pro se iurabit, ex
quo petit illud sibi deferri,sed deferri debet alteri non petenti,
vt quidam dixerunt,quos refert Cyn.in d.l.bonæ fidei, in octa-
ua quæstio.Nec obstat secundum eum,si dicatur, quòd iudex
non debet impartiri officium si non petitur:quia respondet de
biliter,satis esse quòd pars à principio petierit iustitiam. Iudex
enim debet cuncta rimari, & modis omnibus laborare ad ve-
ritatem eruendam.cap.iudicantem.35.quæstio.1. Tu aduerte,
quòd ad hæc omnia patet responsio ex his,quæ in alio propo-
sito dicit Salicet.in d.l.in bonæ fidei.in fin.colum. nam non di-
citur suspectus,qui petit illud, quod de iure sibi præstandū est
à iudice, postquam semiplenè probauit,præsertim cùm com
petat gratia iuris sui,& honoris conseruandi, cùm istud iura-
mentum sit deferendum magis digno, vt in superioribus dixi,
nemini enim allegationes iuris sui debent esse interdictæ. l.iu-
dices.& Authen.iubemus.C.de iudic. l. facultas.C.de iure fisci.
lib.10.nec ex illarum allegatione debet quis suspectus iudicari,
& propterea repelli.l.& in maioribus.C. de appellatio. Addo
etiam,quòd contra Barto.tenet Domi.Alexan.de Imo.de quo
vehementer admiror, nullam de Barto. aut prædictis faciens
mentionem,in consilio 53.inci.in causa vertente inter Michae
lem,in vltima colum.lib.1.vbi formaliter dicit,quòd iudex po
test deferre iuramentum necessarium ad veritatem eruēdam,
etiam si à parte non petatur,per regulam. l. vbicunque, iuncta
gloss. ff. de interrogato. action. & quod Bald. not. in l. actore.
in

A D D I T I O.

a ¶De necessitate peti.Vide Alex.lib.1.consi.66.in prin. Ias.super ij.ff.Vet.

in princ. C. de probatio. ¶ † Pro iſta parte poteſt diſputationis
gratia ponderari text. noſter ibi, *ſolent enim iudices*: nam iſtud ver
bum, ſolent, relatum ad iudicem, declarat oriri officium iudi-
cis reſidens in ipſo iudice, & non in parte, & de iſto verbo ſo-
lent, expreſsè dicit Barto. in l. ſolent. in 2. colum. ff. de aliment.
& cib. leg. & idem Bartol. in l. cùm ſatis. in 2. colum. C. de agri-
col. & cenſi. libro 11. Facit quod not. Bald. in Authen. dos da-
ta, circa finem. C. de dona. ante nupt. Ad hoc reſponde nota-
biliter, quòd in tex. noſtro iſta verba, *ſolent enim iudices*, non re-
ſpiciunt perſonam iudicis circa poteſtatem deferendi iſtud iu
ramentum, ſed circa modum ſententiandi, dum dicit text. ſo-
lent enim iudices in dubijs cauſis iudicare. ecce verbum iudi-
* care. Teneas opin. Barto. *quæ eſt vera, & communis*, quòd requi-
ratur petitio partis, & non poſſit iudex ex ſuo officio iſtud iu-
ramentum neceſſarium deferre. Et vltra prædicta confirmo
per ſimile: nam ſtante ſtatuto in ciuitate, quòd capitaneus te-
neatur ferre ſententiam, ſecundum conſilium ſapientis, quia
vt plurimum ſunt iuris ignari, tale ſtatutum intelligitur parte
petente illud conſilium, per regulam d. l. 4. §. hoc autem iudi-
cium. ita no. gl. & Doc. in cap. fi. de reſcri. Do. Anto. de But. in c.
pen. de iudi. Dom. Alex. de Imo. in conſi. 264. incip. viſo proceſ-
ſu vtriuſque cauſæ, in vltim. colum. lib. 2. Confirmo per aliud
bonum ſimile: nam ſtatutum diſponens, ꝙ Poteſtas teneatur
compellere agnatos litigantes ad compromiſſum, quamuis
verba referat ad ipſum Poteſtatem, tamen intelligitur, ſi peta-
tur compromiſſum à parte; aliàs Poteſtas ex proprio officio
parte non petente nō poſſet compellere ad compromiſſum,
per regulam d. l. 4. §. hoc autem iudicium. & per no. in d. c. fina.
de reſcrip. ita decidit Dom. Ant. de But. in c. venerabilis. de iu-
di. refert & ſequitur Dom. Alexan. de Imo. in conſi. 82. incip. in
cauſa vertente inter Pet. & Ioan. in pe. colum. lib. 1. Confirmo
etiam per bonum tex. in ſimili, in l. fin. in ver. ſi petet. ff. de iure
delib. vbi licèt tempus ad deliberandum per hæredem ſit arbi
trarium iudici, tamen requiritur, quòd petatur a parte, vt ibi
in tex. Ex iſtis remanet firma concluſio Barto. quæ eſt vera, &
communis, quòd iudex ex proprio officio non poteſt deferre
iſtud iuramētum neceſſarium ei, qui ſemiplenè probauit, ſed
requiritur, ꝙ expreſsè petatur à parte. ¶ Retenta iſta commu-
ni ſententia, quæ habet, ꝙ iuramētum neceſſarium debeat pe
317 ti à parte, & non poſſit ſuppleri per iudicem, † ſurgit pulchrū
dubium, qualiter debet peti, & qualis debeat eſſe forma peti-
tionis huius iuramenti. Sali. hic, & in d. l. in bonæ fidei, in pen.
col. circa fin. & ſeq. in verſi. quæro quinto de forma petitionis.
refert Bar. tenere, ꝙ petitor non debeat præcisè petere iſtud iu
ramentum ſibi deferri, ſed imperſonaliter ei, cui de iure caue-
tur, & iudex viderit deferendum: motus fuit ex eo, quia petēs
ſibi deferri, ſuſpectum ſe reddit propter auiditatem iurandi. l.
3. §. 1. verſ. alioquin. ſupra eod. & l. vxori. §. 1. ad l. Cor. de Fal. l.
ſemper. §. conductores. ff. de iure immu. l. ſi quemquam. C. de
Epiſco. & cler. l. cura priuilegij. C. qui mili. poſ. vel non. lib. 12.
Pro hoc facit, qa teſtis, qui vltrò ſe ingerit, reddit ſe ſuſpectū.
l. poſt legatum. §. his verò, cum glo. ff. de his quib. vt indig. & di
xi ſupra. Salic. autem dicit, ꝙ quamuis putet illam formam pe
tendi fore magis honeſtam, non propterea putat, ꝙ ſi aliquis
petat ſibi deferri hoc iuramentum, ꝙ ex hoc veniat expellen-
dus vt ſuſpectus, cùm iſta affectio ſit iuridica, & petat illud, ꝙ
iudex de iure facere tenetur, ex quo ſemiplenè probauit, ergo
non repellendus, per l. Gracchus. C. ad l. Iuliam de adulter. imò
ei præbendus eſt aſſenſus. l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui vel alien. iur.
Item ex quo ſemiplenè probauit, paria ſunt, vel quod imper-
ſonaliter petat, vel quod petat ſibi deferri, cùm omnino ſibi
veniat deferendum. Item quia in proceſſu, ſi ſit dubium, cui
deferri debeat, poteſt licitè allegare, ꝙ ſibi deferendum ſit, cū
nemini ſuæ allegationes ſint interdictæ, nec ex earum allega-
tione debet ſuſpectus reddi, vt dixi in præcedenti quæſtio. Il-
lud ergo, quod ſibi ibi licebit poſtea dicere in proceſſu, certè
debet & à principio licere, cùm tutius ſit in tempore præue-
nire. l. petendæ. C. de temp. in integ. reſti. peten. Adducit etiam
quaſdam aliàs ſimiles rationes ad idem tendentes, vt ibi per
eum. Ludouic. Roman. hic, in 40. colum. in fine. facit mentio-
nem de vtraque opinione, tam Barto. quàm Salic. & dicit, ꝙ
Salic. melius loquitur, ſed quòd eum non refert, quia nihil op-
portunum adderet. Ego non memini me legiſſe Barto. alicubi
hoc dicentem, quòd forma petitionis huius iuramenti debeat
imperſonaliter concipi, nec etiam apud Bald. inuenio, & reſi-
deo cum opin. Salic. quamuis eius rationibus poſſet de facili
reſponderi, ſed non expedit, cùm non habeat contradicentē.
318 ¶ † Tertiò, & principaliter quærit Barto. vſque ad quod tem-
pus poſſit fieri hæc petitio iuramenti neceſſarij, & reſpondet,
quòd vſque ad concluſionem in cauſa, & dicit, quòd iſtud
admittit conſuetudo, vnde Docto. Illuſtri atteſtanti de conſue
tudine eſt ſtandum, vt inquit idem Bartol. in repetitione legis
de quibus. in 14 colum. ff. de legi. idem tenet Angel. in prima
colum. vbi dicit rationem eſſe, quia concluſio in cauſa claudit
os partibus, vt nihil amplius probare poſſint. capit. cum Ioan-
nes heremita. & melius in cap. cum dilectus. de fide inſtrumē.
quia per concluſionem in cauſa videntur partes renunciare
omnib. probationibus, vt diffusè in ſuperioribus fuit tactum.
Idem, quòd poſt concluſionem in cauſa non poſſit peti iſtud
iuramentum neceſſarium, tenuit Bald. in cap. 1. §. item ſi vaſal-
lus, de contro. inueſt. in vlti. colum. in verſic. quæro vtrum poſt
concluſionem in cauſa, vbi allegat ita notare Innoc. in cap. pa
ſtoralis. de cau. poſ. & propriet. Subdit tamen, quòd ſi poſt con
cluſionem in cauſa ſit lata ſententia, & ab ea ſit appellatū, po-
teſt tunc ſuppleri, vt not. in l. 1. in princip. ff. de actio. empti.
nam in cauſa appellationis omnes errores purgari poſſunt, q
cauſas cauſæ concernunt, vt notatur in l. creditor. in §. iuſſus.
ff. de appellatio. idem tenet Bald. in d. l. in bonæ fidei, in penult.
colum. in verſ. ſed iuxta hoc dubitatur. vbi formaliter dicit, ꝙ
iſtud iuramentum neceſſarium poteſt peti vſque ad conclu-
ſionem in cauſa, quamuis interdum poſſit etiam iurari poſt
ad declarationem retro actorum per dict. cap. cum Ioannes
heremita. quod eſt nota. ſecundum eum: ita etiam tenet Bald.
in l. 2. ſupra eod. & in l. generaliter. in princip. in 5. nota. C. eodē,
vbi per illum tex. volentem, quòd iuramentum poſſit peti, &
præſtari in principio, medio, & fine cauſæ, notat ibi Bald. eſſe
caſum, quòd vſque ad concluſionem in cauſa poteſt iſtud iu-
ramentum neceſſarium deferri, ſeu peti, quòd deferatur. idem
tenet Bald. in l. 2. ſupra eodem, ſequitur Ludo. Roman. in conſ.
255. incip. quo ad primum quis melius ius habeat. idem tenet
multum diffusè Ludo. Roman. hic in 36. col. & 39. & ſequent.
& in iſtis vlti. colum. reſpondet ad omnia fundamenta Sali. de
quibus ſtatim infra faciam mentionem. Contrarium tenuit
ſolus Salic. hic, & in d. l. in bonæ fidei. in 18. colum. ad fin. & ſeq.
colum. in verſicu. 4. quæro vſque ad quod tempus poſſit peti
à iudice. ibi concludit, quòd poſt concluſionem in cauſa poſſit
per partem peti iſtud iuramentum neceſſarium. Imò fortius
fundamenta ſua oſtendunt, quòd propriè, & congruè debeat
peti poſt concluſionem in cauſa, & nō ante. Mouetur primò,
quia iſtud iuramentum neceſſarium, quòd eſt ſpecies proba-
tionis, demum poſt concluſionem in cauſa per iudicem eſt de
ferendum, & vſque ad ſententiam venit præſtandum, per tex.
in d. l. generaliter. §. primo, ergo & tunc poteſt peti, vt ſic eo tē
pore, quo poteſt deferri, poſſit peti, ſed reſponde, quòd d. l. ge-
neraliter. § primo, probat de directo contrarium. ibi enim dici-
tur ſic, *omne ergo iuramentum, ſiue à iudicibus, ſiue à partibus illatum, vel in principio litis, vel in medio, vel in fine deferri poteſt*, pondera di
ligenter illum tex. dum dicit à iudicibus, ſiue à partibus illatū,
præſupponit ergo, quòd prius fuerit illatum. Et propterea Bal.
ibi dicit in quinto nota. quòd ibi eſt caſus pro communi ſen-
tentia, vt ſuperius retuli. Mouetur ſecundò, quia iudex neceſ-
ſitatur ad deferendum iſtud iuramentum neceſſarium, demū
poſt concluſionem in cauſa, nec ante poſſet, etiam ſi vellet,
quia an, & cui deferri debeat, non poteſt iudex prius ſcire, quā
partes in cauſa concluſerint, & iudex proceſſum totum exa-
minauerit. Si ita eſt, ſequitur, quòd nec pars ad petēdum prius
teneatur, quàm iudex ad deferēdum aſtringatur, nec videtur,
quod pars poſſit prius de iure petere, & quod ante petendo,
malè petat, vt dicimus de creditore in diem. l. 1. in fin. ff. quan-
do dies vſusfruct. leg. ced. l. 2. §. ſi quis ita. ff. de eo, quod certo
loco. & l. eum qui calendis. ff. de verborum obligatio. Præte-
reà, poſito, quòd iſtud iuramentum petatur ante concluſionē
in cauſa, tamen effectus petitionis porrigitur poſt concluſio-
nem, ergo non refert, quia paria ſunt aliquid fieri certo tempo
re, vel fieri ante, & conferri in id tempus. l. in tempus. ff. de hær.
inſtitu. l. quod ſponſæ. C. de dona. ante nup. Præterea, cùm quid
permittitur, & omne id per quod peruenitur ad illud, per-
mittitur. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procurato. l.
illud. ff. de acquiren. hæredi. cum ſimil. ſed ad huius ſacramenti
neceſſarij præſtationem peruenitur poſt concluſionem in cau
ſa, ergo & eius petitio, quæ eſt cauſa neceſſaria inducens iudi-
cem ad delationem huius iuramenti, quam iudex ſine partis
petitione non poſſet ex ſuo officio facere, vt dixi ſupra in præ-
ceden. quæſtio. Reſponde vno verbo ad iſta omnia, quæ tollo
per vnum ſimile: nam exceptiones dilatoriæ debent neceſſa-
riò opponi à parte ante litem conteſtatam. l. ita demum. C. de
procu. l. Pomponius. §. rati. ff. eod. de procurat. & tamen porri-
gunt effectus ſuos poſt litem conteſt. & iudex poſtea ſuper eis
cognoſcit, & diſponit. Mouetur etiam Sali. quia antequam ſit
concluſum in cauſa, & ſic renunciatum ſit probationibus, nō
poteſt pars ſcire, vtrum ſibi expediat iſtud iuramentum neceſ
ſariū. Quid enim ſi plenè probaſſet, quo caſu non eſſet locus
iura-

iuramento huic etiam ſtante conſuetudine, quæ nihil valeret, per tex.ſingu.in c.2.de proba.de quo dixi ſupra in loco ſuo? qd etiam ſi minus quàm ſemiplenè? vnde ante non poteſt dici in mora,cùm præceſſerit iuſta ignorantia, imò ante petendo diceretur quodammodo petitio incongrua, & per iſta ſecundũ Salicet. non obſtat regula dicti cap. cum dilectus. de fide inſtrum.quia illa procedit in probationibus,quas pars ante facere potuit,igitur & debuit ante concluſionem in cauſa facere: nos autem loquimur in probatione per iuramentum neceſſarium,quam non poteſt pars facere, niſi poſt concluſionem in cauſa per prædicta. Etiam dicit hic Sali.ſe ſuſtinuiſſe in publica repeti.quam de illa lege compoſuit Bononiæ. Sed reſpondet ad hoc obiectum,quòd imò ante concluſionem in cauſa non ſolùm iudex,cui nihil de actis debet eſſe occultum, ſed etiam pars poteſt ſcire,an ſibi expediat iſtud iuramentum neceſſarium,puta quamprimum fuerunt apertæ & publicatæ atteſtationes,antequam tamen concludatur in cauſa. Præterea nihil nocet etiam ante petere à principio, quia omnino petitio iuramenti intelligitur ſi expediat ſibi, & ſibi veniat deferen-
* dum,aliàs non. *Teno communem opi.* quòd ſicut poſt concluſio-
a nem in cauſa prohibetur productio inſtrumentorum,[a] dicto cap.cum dilectus,& ſunt prohibitæ productiones aliorum teſtium.§.quia verò.in Authen.de teſti.Authen. at qui ſemel. C. de proba.ſimiliter etiam dicitur etiam prohibita petitio,quòd ſibi deferatur iſtud iuramentum neceſſarium, cùm iurando quis efficiatur teſtis in cauſa propria.l.fina.C.de fideicommiſ. Sed aduerte,quòd iſta communis concluſio procedit quo ad ipſam partem,quæ debet petere iſtud iuramentum ante concluſionem in cauſa;poſtea enim non poteſt.¶ Quid autem in iudice,an ipſe poſſit hoc iuramentum deferre poſt concluſionem in cauſa? Conclude, quòd ſi antea fuit petitum per partem,tunc ſine dubio iudex poteſt poſt concluſionem in cauſa hoc deferre,text.eſt qui propriè loquitur in iſtis terminis in d.l. generaliter.§.primo.& facit ratio,nam licèt concluſio in cauſa ſit terminus excluſiuus eorum,quæ agenda ſunt per partes, iuribus præalleg.non tamen eſt concluſiuus eorum, quæ ſunt agenda per iudicem,vt ſupra dixi in loco ſuo, & patet per regulam generalem.l.vbicunque.ff.de interrog.actio. Bene facit tex.in c.cum Ioannes.circa fi.& ea quæ ibi no.Inno.in fi.de fide inſtrum.per Specu.in tit.de renunc.& concluſio.in prin.in ver. & ſcias,quòd poſt concluſionem.ita in ſpecie ad terminos noſtros tenet.D.Ant.de But.referens ſe ita conſuluiſſe, in cap. 1. de iudi.motus per d.c.cum Ioannes.& per d.l. generaliter. §.1. & per cap.per tuas.de teſt.& idem tenet Io.de Imo.in d.c.1.de iudi.& refert,& ſequitur D.Alex.de Imo.in conſi.incip. in cauſa vertente inter Michaelem.in 4.colum. Si autem iuramentũ iſtud neceſſarium non ſit ante concluſionem in cauſa à parte petitum,an tunc iudex poſſit ex proprio officio abſque partis petitione poſt concluſionem in cauſa illud deferre? Lud. Roman.hic in 38.col.& ſeq.in ver.quo ad tertium dicendum eſt, determinat aperto ore,quòd etiam tunc iudex poſſit deferre, præſertim per d.cap.cum Ioannes,& per quaſdam authoritates Bal.quas ego in his terminis non inuenio.Ego indubitanter teneo contrarium, quia cùm iudex ex officio ſuo non poſſit parte non petente etiam ante concluſionem in cauſa deferre iſtud iuramentum neceſſarium,vt ſupra firmaui in præcedenti quæſtione,cùm iudex non poſſit officium ſuum impartiri, ſi non petatur à parte,vt ibi dixi,quantò minus poterit ſine illa petitione partis poſt concluſionem in cauſa deferre, vt patet ex doctrina no.glo.ſolennis in l.filiusfamilias.§. veterani, in
319 verſ.prætermiſſum.ff.de procur? ¶† Nunquid autem poſt terminum aſſignatum partibus ad probandum, poſſit illud iuramentum neceſſarium peti,& præſtari? verba Bal.in rubr. C. de proba.in 3.col.innuunt,ꝙ ſic,dum dicit Bal.ꝙ iuramentum,& confeſſio non ſunt propriè probatio, ſed releuatio ab onere probandi.l.eum qui in prouincia.§.eo.ergo non videtur comprehendi in termino dato ad probandum. Ad hoc facit optimè,quod voluit Io.And.Dom.Ant.de But.& alij in rub.de proba.vbi concludunt,quòd poſt terminum datum ad probandũ poteſt probari per confeſſionem partis,quia illa non eſt incluſa ſub termino ad probandum,cùm non ſit probatio,ſed probationis releuatio,vt dixi Ang.hic.in 2.colum.determinat(ſub dubio fortè) ꝙ fortè elapſo termino ad probandum nõ poteſt peti iuramentum iſtud deferri,cùm ſaltẽ vim probationis obtineat,dato ꝙ non ſit probatio.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fin. (ibidẽ opportune dixi.) ſupra eod.bene facit.l.in contractib. §. illo. C. de non nume.pecu.Iſtud notabiliter limitat Ang. verum eſſe,
b quando præcluſa eſt via probandi per omne genus probationis;[b] aliàs ſecus eſt ſecundum eum: nam cũ inſtrumenta poſſint produci vſque ad concluſionem in cauſa, quia in eis ceſſat timor ſubornationis,alleg.gl. in l. officium. ff. de rei vendi. ita debet poſſe iurari pari ratione,idem tenet Ang.in l.nõ erit. in prin.§.eo.Adde Bal.in c.fina.in 9.col.extra eod.vbi dicit,ꝙ ſi ſtatutus ſit terminus partibus ad probandum per omne genus probationis,certè poſt iſtum terminum non poteſt deferri iſtud iuramentum neceſſarium, quia genus probationis eſt iurare,& ideo excluſus à probatione eſt excluſus à iuramento,d.l.in contractib.§.illo.tamen bene poteſt deferri iuramentum ad purgationem, vt eſt caſus ibi ſecundum eum valde notabilis.Lud.Rom.hic in 38.col.in ver.quo ad ſecundũ duæ fuerunt opi. tenet, ꝙ poſt terminum datum ad probandũ admittatur iſtud iuramentum neceſſarium, & idem tenet Lud. Rom.in l.3.§.iurari,ad fi.ſup.eod.& ibi Lud.mouetur, quia iuramentum non eſt propriè probatio,vt probat tex.in d. l. non erit.§.dato,in ver.quaſi,quæ eſt nota improprietatis,iuxta glo. in d.l.dedi.in princ.cum ſim.ff.de condi. ob cau. Item quia iu-
c ramentum habet vim confeſſionis.[c] l.qui iuraſſe, in fi. ſup.eo.
d ſed confeſſio[d] non eſt propriè probatio, vt ſecundum eũ tenet Io.And.in c.bonæ.de elect.& ad tex.in d.l. in contractibus. §.illo.reſpondet Lud.Rom.hic, quòd ideo ibi poſt terminum non admittitur probatio per iuramentum, quia per lapſum termini excluſus erit amodo ab omni iure ſuo,puta opponẽdi exceptionem non numeratæ pecuniæ: quoniam tranſactũ erit biennium,meritò ibi non admittitur probatio ſuper eo iure,quod iam certum eſt mihi non poſſe competere; nos verò loquimur in eo termino,per quem non excluditur quis à iure ſuo,ſed à iure probandi.Tu diligentius aduerte, quòd in d. §.illo.ponuntur duo caſus.Primus,quando ab initio non poterat iſtam exceptionem non numeratæ pecuniæ opponere, & tunc verum eſt,quòd etiam tunc non poteſt deferri iuramentum,& ſi deferatur,poteſt licitè recuſari, in iſtis terminis quo ad illum tex.loquuntur Bar.& Docto.in l.manifeſtæ.§.eod.Secundus caſus ponitur in illo tex.quando ex poſt facto per lapſum biennij non poteſt opponi illa exceptio non numeratæ pecuniæ,& tunc errat Lud.quia lapſo biennio non eſt præcluſa omnis via probandi: Benè eſt præcluſa exceptio non num. pecu.priuilegiata, quæ transfert onus probandi in creditorẽ, ſed non eſt præcluſa exceptio non nume. pecun. ſi debitor illam opponens velit in ſe aſſumere onus probandi, ita tenet glo.& Docto.in l.in contractibus.in princ.C.de non nume. pecu. Vnde dic melius ad illum.§.illo.in ſecũdo caſu, quod ideo ibi creditor poteſt licitè recuſare iuramẽtum,quod ſibi defertur à debitore, quia lapſo biennio habet fundatam intentionem ſuam ex apochis confeſſis: nimirum ſi licitè poteſt elapſo biennio recuſare iuramentum,quod ſibi defertur,per text. in cap.2.de probatio.& ita inuenio tenere Barto. in bonis lect. quæ communiter non habentur. Breuiter conclude ex prædictis, quòd ſi ſtatutus eſt terminus partibus ſimpliciter ad pro-
* bandum,*tunc communis concluſio eſt*,quòd poſt illum terminum admittitur probatio per iuramentum, ſed ſi ſtatutus ſit terminus ad probandum partibus nõ ſimpliciter, ſed per verba vniuerſalia,puta per omne genus probationis,tunc elapſo iſto termino, non admittitur etiam iuramentum: ita *communiter* tenetur,prout tenet Angel.in d.l.non erit.in princip.,& ibi Dom. Alexan.in §.dato.& Angel.not.hic.& Bald.in dicto cap.fina.in 8.colum.extra eod.de quo puncto vide etiam per Angel. in l. certum.§. ſi quis abſente.ff. de confeſ.Ludouic.Roman.in l. ſi quis mihi bona.§.iuſſum.ff.de acquiren. hæred. & Domin. de Sancto Gemin.in cap.2.§.2.de excep. in ſexto.Specu.& Ioann. And.in titu.de depoſi.§.quarto,in ver.ſed quid ſi aliqui.& Specu.in titu.de dilatio.§.fina.in verſic.item quid ſi dicatur.Dom. Pau.de Caſt.in l.fina.ff.de fer.& per iſta ſit expedita tertia quæ-
320 ſtio Barto. ¶† Quartò principaliter quærit hic Barto.cùm iſta lex loquatur in reo abſoluto, an etiam procedat in actore abſoluto? reſpondet,quòd idem erit,per verſ. ſolent, generaliter loquentem,vt hic per eum.de hoc dixi ſupra in text. in 4.colu.
321 ¶† Quintò & vltimò quærit Barto.an iſta lex,quæ vult ſentẽtiam latam prætextu iuramenti neceſſarij poſſe retractari per inſtrumẽta de nouo reperta,habeat locum in teſtibus nouiter repertis,vt etiam retractetur per teſtes de nouo repertos,& cõcludit,

ADDITIONES.

a ¶Inſtrumentorum.Adde Prac.Pap.for.produc.inſtr.ver.ſaluo.vbi dixi,& no. Rob.de ordi.iudi.c.44.nu.47.D.Oſaſc.deciſ.142.Veſtr.in Prac.lib.6. c.1.nu, 3.Mathel.ſing.57. MASVER.

b ¶Per omne genus probationis.Vide Dec.in c.licèt cauſam.2.verſi. 56.caſus. de proba. PVRPV.

c ¶Vim confeſſionis.Adde Iaſ.in l.duob.reis.ſupra eod.

d ¶Confeſſio.Adde Cy.in l.actor.C.de proba.Aret.in cap. actor. 1. quæſtione vlti.Docto.in rubr.de proba.Doct.in c.cum ad ſedem.§.nos igitur.de reſtit. ſpolia.

cludit,ꝙ quædam ſunt cauſæ, in quibus non admittitur ꝓba-
tio per teſtes,iuxta.l.generaliter.C.de non num.pec. & no. per
gloſſ. in l.3. C. ſi minor ſe maio. dixe.& in iſtis res eſt expedita.
Quædam ſunt cauſæ,in quibus admittuntur teſtes ſicut inſtru
menta,quod eſt regulare,cùm habeant eandem vim.l.in exer-
cendis.C.de fide inſtrumen.tunc ſi in cauſa prima fuerunt pro
ducti, & publicati alij teſtes, iſta publicatio impediet produ-
ctionem nouorum teſtium,aliàs iſta lex ita procedit in teſtib.
nouiter repertis,ſicut & in inſtrumento,cùm appellatione in-
ſtrumentorum etiam veniant teſtes.l.notionem.§. inſtrumen-
torum.ff.de verb.ſignifi.¶Aduerte inquantum Barto.conclu-
dit,ꝙ ſi in prima cauſa fuerunt examinati, & publicati teſtes,
tunc contra ſententiam ad eam retractandam non poterunt
alij teſtes produci,eo quia publicatio teſtium facta in vna cau
ſa,impedit productionem aliorum teſtium in alia cauſa ſuper
eiſdem, vel directo contrarijs articulis.cle:teſtibus, de teſt. cap.
fraternitatis,eod.titu.Auth.at qui ſemel,de proba.Adde,ꝙ cũ
Bar.hic tenet Ang.in 1.colum.D.Pau.de Caſt.in 5. col. Ludo.
Roman.hic plenius cæteris in 46.colum.in ver.vlterius,inquã-
tum Bar.hic dicit in fi.&c.& ibi reprehendit D.Ant. de But.in
c.fina.extra eod.tenentem contra Bar.& reſpondet ad eius fun
damenta.cum Bar.etiam tenet.D.Abb.Panor.in d.cap.fina.in
prin.in 3.col.& ibidem Io.de Imo.in vlti.colum.vbi etiam ipſe
reprobat D.Ant.contra tenentem.Sed contra Bar. tenet Do.
Anto.de But.in d.c.fi.in vlt.col.in 6. q.vbi dicit ſe putare,ꝙ in-
diſtinctè ad reprobandum talem ſententiam latam prætextu
iuramenti neceſſarij falſi,ita admittitur probatio per nouos te
ſtes,ſicut per inſtrumenta:mouetur duplici fundamento.Pri-
mò,quia ex quo prima non fuit omnino integra probatio,cer
tè poteſt retractari ſententia,ex quo contrarium reperitur cla
rè probari per teſtes: nam ſi non obſtat ſententia probationi
fiendæ per teſtes,certè etiam non obſtabit publicatio.cap.licèt
cauſam.de probatio.& quod notatur in cap.ſeries,& in c.cum
in tua,de teſti.& in cap. iurauit.de probatio. Sed reſponde, vt
etiam hic per Ludou.Rom.quòd ſententia non obſtat produ-
ctioni fiendæ per inſtrumenta,ſed ipſa ſententia ſimul cũ pu-
blicatione teſtium bene impedit probationem per nouos te-
ſtes,& hoc per regulam dictę clem.teſtib.& d. Auth. at qui ſe-
mel,quæ habet,quòd timore ſubornationis publicatio in vna
cauſa impedit teſtes produci in alia cauſa: quia ſubornationis
timor ceſſat,ſi inſtrumenta producantur:& hinc eſt,ꝙ inſtru-
menta etiam poſt publicationem atteſtationum produci poſ
ſunt,quòd ſecus eſt in teſtib.cap. cum dilectus. de fide inſtru.
l.officium.cum glo.ff.de rei vend.Secundò mouetur D. Anto.
quia ſemiplenè probatum in vna cauſa, poteſt poſtea plenè
probari in alia cauſa,non obſt.publicatione.c.veniens.el ſecõ
do,de teſt.ita ſemiplenè probatum per teſtes, debet poſſe non
obſt. publicatione plenè etiam probari per alios nouos teſtes
in alia cauſa.Reſponde ſecundum Lud.Rom. hic, quòd cap.
veniens.loquitur,quando primum iudicium,in quo fuit facta
ſemiplena probatio,erat ſummarium, vnde tũc cùm regula-
riter probationes factæ in iudicio ſummario non proſint, ne-
que noceant in ordinario. l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui, vel
alien.iur.cap.cum ſuper.vbi not.de iudi. meritò ibi ſemiplena
probatio facta in ſummario iudicio non abſtulit ius plenè pro
bandi in ordinario:ſed nos loquimur, quando ſemiplena pro-
batio per teſtes fuit facta in ordinario iudicio,igitur,&c.¶Ad-
de,quòd Alber.de Roſ.hic in antepen.colum.in verſicu.item
quæro,quia hic dicitur nouis repertis inſtrumentis &c.quærit
an illud,quod dicitur in hac.l. de nouis repertis inſtrumentis,
procedat in nouis teſtibus repertis, vel alijs probationibus, in
primo dicit videri, quòd ſic, quia verbum inſtrumentorum,
largè ſumptum comprehendit quicquid cauſam inſtruit. l.
1.ff.de fide inſtrumen.l.notionem.§.inſtrumentorum.ff.de ver
borum ſignifi.pro hoc dicit etiam facere regulam.l.in exercen
dis.C.de fide inſtrum. & quia ſi retractatur talis ſententia per
mortuam vocem,quanto magis per viuam,& ſic per teſtes.§.
ſed & ſi quis.in Authen.de inſtr.cau.& fi. & pro hoc facit glo.
in d.l.officium. in princ. ff. de rei vendica. In contrarium dici-
tur facere ꝙ tex. debet inteligi ſolùm in inſtrumentis in ſtricta
ſignificatione.ibi in text. quibus ſolis vſurus eſt.ſed certè teſtib.
& alijs probationibus vſurus eſt, & ſic non obſt. poſtea refert
And.de Pi.& Gul.de Cun.diſtinguentes, aut eſt talis cauſa, in
qua probatio ſemiplena erat facta per ſcripturam, & tunc per
ſcripturam fit retractatio:aut per teſtes, vel aliàs probationes,
& ſimiliter per teſtes vel aliàs probationes fit retractatio.arg.l.
generaliter.C.de non num.pecu.iuncta regula. l. nihil tam na-
turale.ff.de regu.iur.Contra iſtam opin. dicit Alber. multum
facere, quia ſic admitteretur pars ad producendos teſtes poſt
didicita teſtificata,quod eſſe non debet.d.Authẽ. at qui ſemel.
& dicta clem.teſtib.Sed reſponderi poteſt ſecundum eum, ꝙ
hic noui teſtes admittuntur ad reprobationem aliorum te-
ſtium,quod fieri poteſt,prout dicit ſe not.in d.Auth.at qui ſe-
mel.Facit.l.ſi quis teſtibus.C.de teſt.vnde concludit Alber. de
directo contra Bar.hic,quòd non obſt.quòd teſtes fuerunt an-
te publicati in inſtantia præcedenti, tamen poterunt noui te-
ſtes produci ad retractationem talis ſententiæ: motus duplici
fundamento,primo(vt dixi):quia tales teſtes producuntur ad
reprobationem aliorum teſtium,ergo admittuntur.Secundò,
ꝗa iſta eſt noua inſtãtia, ergo noui teſtes,& nouę probationes
admittendæ.l.per hanc.in princ.C.de tempo.appel. Bene verũ
eſt ſecundum eum,ꝙ ſi cauſa eſſet talis, quæ exigeret ꝓbatio-
nem ſolùm per ſcripturam,tunc teſtes non admitterentur. d.
l.generaliter.& l.2.C.de iure emphy.& l.iubemus.§. ſane. el ſe-
condo.C.de ſacroſan.eccl.Mihi quoque placet iſta opi. contra
Bar.ꝙ non obſt.publicatione aliorum teſtium, poſſint ad re-
tractationem ſententiæ produci teſtes nouiter inuenti, cũ iſta
ſit noua inſtantia, vt prædixi. Item,quia nihil poteſt imputari
parti, cùm tales teſtes ſint nouiter reperti, & ſic ceſſat timor
ſubornationis,& per conſequens regula. d. Auth.at qui ſemel.
cum alijs præallegatis,quæ ita limitari debent.¶Confirmo ex
eo,quod notabiliter tradit Bar.in dicta Auth.at qui ſemel.in 3.
colum.vbi quærit,an poſt renunciationem, & concluſionem
in cauſa factam a partibus poſſint teſtes de nouo produci. Cõ
cludit ad propoſitum noſtrum, ꝙ ſi tales teſtes antea produ-
cti non fuerunt propter iuſtam ignorantiam,vel aliud iuſtum
impedimentum,tunc ignorantia non impediet,quin teſtes no
uiter inuenti de nouo producantur,per tex. vnde ſumitur illa
Authen.inducendo,vt ibi per eum. Et quia talis renunciatio
non porrigitur ad ea, quæ quis ſibi non putabat competere.
per regulam. l. mater decedens. ff. de inofficioſo teſtamen. &
pondera,quia Bart.ibi expreſsè decidit.quæſtio.quam dixi no-
uam,& non tangere legentes hic, & poſui ſupra in gloſſ. 2.in
verſ.noua inſtrumenta.in tertia parte principali. in 2.lectu.glo.
videlicet an ſicut poſt concluſionem in cauſa factam à parti-
bus produci poſſunt inſtrumenta de nouo reperta,vt ibi,an &
idem ſit in teſtibus nouiter repertis. nam Barto. ibi decidit ex-
preſsè, quòd ſic, & ita tenui ſupra & dixi me dicturum hic.
322 ¶†Item inquantum Bartol. dicit, quòd appellatione inſtru-
a mentorum [a] continentur teſtes,iuribus per eum allega.Adde,
quòd Bald.in l.ſi ex falſis.in 2.colum.in verſic. venio ad quæ-
ſtiones.C.de tranſact.dicit,quòd licèt verum ſit, quod regula-
riter appellatione inſtrumentorum veniant teſtes.d.l.notionẽ.
§.inſtrumentorum.& ibi vide per Barto.probatur in l.diuus.ff.
de re iudic. tamen in alia materia quandoque nomine inſtru-
mentorum non continentur teſtes,vnde dilatio data ad teſtes
producendos,non videtur data ad producenda inſtrumenta,
vel ècontra, quia non eſt eadem regula dilationum circa te-
ſtes, & circa inſtrumenta, cùm inſtrumenta poſſint produci
poſt concluſionem in cauſa, teſtes non. cap. cum dilectus. de
fide inſtrumen.facit.l.oratione.ff.de fer.& dicit Specu.in tit. de
dila.§.nunc dicamus.in verſi.item no. quòd quando datur. &
in verſ.ſeq.quòd in dilationibus conceſſis appellatione inſtru-
mentorum non continẽtur teſtes.& ita refert,& ſequitur Bal.
in l.1.in pe.col.C.de iu.calum.& ibidem Pau.de Caſtr.& ibidẽ
Bal.in l.1.ff.de fide inſtru.Adde Spe.in tit.de inſtru. edi. §.reſtat.
in ver.illud autem,& in ver.quòd ſi producitur.Can.omnes in
c.peruenit.el primo,de teſt.cog.Pau de Leaz.in d.c. cum dile-
323 ctus,de fid.inſtr.Alb.de Roſ.in d.l.1.de fid.inſtr.† Et an ſtatu-
tum puniens certa pœna producentem inſtr̃a falſa, extendat
ad producẽtem falſos teſtes,vide plenè diſputatum ꝑ Iac.But.
Alb.de Roſ.& Sali.& ibi determinant,ꝙ non,in d. l. 1. ff.de fide
inſtr.Et dicit ibi Iac.But.ꝙ fuit de facto Bononiæ iudicatũ, &
ibi Alb.dicit,ꝙ ita ẽt vidit iudicari in ciuitate Pergami,in ſtatu
to aliquid diſponente circa producentem inſtr̃a, vt nõ habeat
locum in atteſtationib.teſtium.Et idem dicit Iac.But.in l. 2.in
fi.C.de eden.& quod in ſimili deciditur per Barto. in l. in frau-
dem.§.neque inſtrumenta.ff.de iu.fiſ.vbi ponit,nunquid appel
b latione inſtr̃orum veniant acta [b] cauſæ, de quo vltimo plenè
ſcribitur in d.l.2.C.de eden.vbi multæ remiſſiones traduntur ꝑ
324 Mod.¶†Et de ſtatuto imponẽte pęnam fabricãti falſum in-
ſtru-

ADDITIONES.

a ¶Appellatione inſtrumẽtorum.Adde Abb.in c.licèt dilectus.de teſt. Io.And.
in addi.Spe.tit.de inſtr.edi.in §.1.
* Et quòd non comprehendantur ſcripturæ priuatæ,no.in l.1.in gl.ver.literas.
C.de iureiur.quod autem appellatione inſtrumentorum veniant teſtes,not.
Lanfr.in c.quoniam contra.ver.inſtrumentorum productionem. de proba.
ex.l.1.ff.de fide inſtr.gloſſ. & Doctor. in l. ſi ex falſis.C.de tranſactio.de quo
videri poteſt Pract.Pap. form. product. inſtrum. ver. exhibens. vbi dixi.
MASVER.
b ¶Veniant acta.Adde Bal.in l.in fraudem,in §.neque.ff.de iure fiſci.

strumentum, an comprehendat fabricantem falsos testes, vltra prædicta vide per Imo. in rub. de fide instrum. in antiq. Pet. de Anch. in d. c. peruenit. el primo, de testib. cog. † An autem in statutis appellatione instrumenti veniat apodissa, vel scriptura priuata? vide disputatum per Barto. Bald. & alios Doct. in l. 1. C. de iur. calum. no. Imo. in clemen. 1. per illum tex. in 1. no. de procu. Iacob. Butr. & Albe. de Ros. in d. l. 1. ff. de fide instrumē. Ludou. Roman. in consi. 24. incipiē. nescio quid dubitationis.
326 ¶† An autem ècontra appellatione testium comprehendantur instrumenta, vide tex. in clem. sæpe. in versi. eo saluo. & ibi Doct. de verb. signifi. ¶ Vltra Bar. & Doct. quæro à quo iudice præstari possit istud iuramētū necessarium in supplementum probationis? Respondeo, à quocunque iudice ordinario, vel delegato, secundum Bal. in l. in bonæ fidei. in pen. col. ad fin. C. eo. in ver. modo venio ad tertiam partem &c. per illum text. indistinctè loquentem. Idem teneo in arbitris necessarijs, qui dicuntur arbitri iuris. l. apertissimi. C. de iudi. & ad hoc vide, qđ not. Bar. & Doc. in l. fi. C. eod. Idem multo magis credo, si fuerint arbitri merè voluntarij, cùm arbitria sint redacta ad instar iudiciorum. l. 1. ff. de arbi. & in eis leuiores probationes requirū tur, vt not. in cap. Quintauallis. extra de iureiu. & in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. ¶† Postremò quæro, an in dela-
327 tione istius iuramenti necessarij, quæ fieri debet per iudicem, necessariò debeat pars aduersa citari, ita ꝙ si deferatur altera parte non citata, delatio reddatur ipso iure nulla? Respondeo, ꝙ sic, tex. est in d. l. in bonæ fidei. in ver. causa cognita. iuncta. l. in causæ. §. cognita. ff. de mi. expressè not. Ang. in d. l. in bonæ fidei. in 1. colum. per illum tex. dicens cautum esse debere aduocatum, vt semper faciat deferri illud iuramentum necessariū aduersario præsente, vel saltem citato, aliàs tale iuramentum esset nullum, & ita refert, & simpliciter sequitur. D. Alex. Imo. in consilio 243. alias numero 222. libro 2. incip. viso processu vtriusque causæ. in vlt. col. Addo ad idem, ꝙ in delatione istius iuramenti necessarij requiratur citatio, vel præsentia alterius partis, Gemin. idem in terminis tenentem in c. fin. in 2. colum. de testi. in 6. allegat Dom. de Rot. in decis. 180. & quia interest partis, ex quo quælibet pars potest dicere, quòd sibi veniat deferendum tale iurm necessariū, secundū qualitatem personarum, & circunstantiam negotij, vt dicit tex. in illo. cap. fin. Item vna pars poterit alteri referre, vt not. in c. fi. extra eod. ita ibi Gemin. Addo etiam formaliter Bal. in c. 1. in prin. in pen. colu. de controu. inuest. vbi inquit sic. Nota, quòd nullum iuramentū decisiuum potest deferri in supplementum probationis, nisi viso, & discusso qualis sit iste defectus, & hoc est, quod dicimus causa cognita, vt in titu. de gradi. succes. in feud. §. si verò dominus. ergo aduersa parte non citata deferri non potest, qa debet causa diligenter examinari. & no. verbum diligenter, qđ est ibi secundum eum. Addo etiam quod no. idem Bald. in c. 1. §. his verò, aliàs est cap. secundum. de grad. suc. in feu. vbi per illum text. in versic. diligenter, not. quòd ad delationem iuramenti in supplementum probationis non est procedendum ex abrupto, sed causa cognita, & in tali delatione debet iudex habere æquitatem præ oculis, quia ista delatio magis nititur æquitate quàm rigore, vt ibi dicit gloss. multum notabiliter secundum eum. Confirmo per notabilem regulam, quæ habet, quòd quotiescunque iudex aliquid facit non ex officio, sed ad instantiam partis, ibi semper de necessitate requiritur citatio alterius partis, vt si inhibitio per iudicem ecclesiasticum fiat iudici seculari, ne procedat in causa, & fiat ad instantiam partis, ibi requiritur, quòd altera quoque pars citetur, vt habetur in cap. Romana. §. si verò. & in cap. non solùm, ad fin. de appel. in sexto. tradit notabiliter Federi. de Sen. in consilio 300. incip. Factum proponitur esse tale, debitor promisit &c. Ioann. de Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Petr. de Anchar. in consilio 225. incip. casus talis est. post præceptum factum est. secus quando iudex ex proprio officio procederet, vel inhiberet, non ad instantiam partis, ibi tunc non requiritur citatio, ita intelligi debet illud, quod vult Domin. Abba. Panormi. in cap. tuam, in penul. colum. de ord. cog. allegando Innocen. in cap. ad nostram. el secondo, de iureiuran. & vtranque regulam ponit Domin. Alexan. Imo. in consilio 223. aliàs consilio 91. libro 2. quod incip. visis actis mihi transmissis. in 4. colum. circa fin. & sequen. cum alijs ibi per eum allega. ergo cùm in proposito nostro iudex non possit ex proprio officio deferre istud iuramentum necessarium, nisi parte petente, & requirente, cùm respiciat priuatam vtilitatem, per regu. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. & firmarunt Bart. & Doct. hic in vlti. colum. in 2. quæstio. extra gloss. & ibi dixi. ergo sequitur, quod
328 de necessitate requiritur alterius partis citatio. † Confirmo per aliud simile: nam stante statuto, quòd Potestas debeat cōpellere agnatos litigantes ad compromissum, debet statutum intelligi, si petatur à parte, & in tali petitione debet fieri citatio alterius partis, secundum Dom. Alexan. in consilio 82. incip. in causa vertente inter Petr. & Ioan. &c. in penul. colum. 1. volum. alleg. Bald. in l. si ea. ad fin. C. qui accus. non poss. & quòd in delatione istius iuramenti necessarij requiratur citatio alterius partis, adde vltra authoritates superius allega. Ioann. de Imol. idem in terminis tenentem in capitu. fina. in 10. colum. quod met. cau. vbi allegat Domi. de Rota. idem tenere in conclusione nonagesimaquarta. Posset tamen fortè *ista communis conclusio* limitari, nisi pars aduersa fuisset citata ꝓ singulis diebus, & horis per ea, quæ pulchrè not. Ang. in l. certum. §. si quis absente. ff. de confes. Contra prædictam communem conclusionem, quòd in delatione istius iuramenti necessarij requiratur citatio alterius partis, facere videtur illud, quòd alibi concludunt Docto. quòd in delatione iuramenti, quod etiam est necessarium, & defertur damnum passo ad probandum æstimationem rerum ablatarum, iuxta. l. si quando. C. vnde vi. cap. fina. quod met. causa. & 2. q. 1. cap. in primis. in versi. gloriosus. pars aduersa non est citanda, ita no. Domi. de Rot. secundum ordinem nouissimum, in decis. 287. & simpliciter refert, & sequitur Dom. Alexan. de Imo. in cons. 20. quod incip. difficultas huius negotij. 1. volum. idem notabiliter tenet Ioan. de Imo. in d. cap. fin. in 10. colum. quod met. cau. post Dom. de Rota in decisio. 94. & dixi plenè in d. l. si quando. Ad istud responde multipliciter. Primò, quòd iuramentum necessarium, de quo in d. l. si quando. cum concord. venit ex dispositione iuris deferendum, etiam contradicente parte, & pars nō posset facere, quin propter ius ita disponens deferatur damnum passo, vnde succedit regula, quòd non est necesse citare illū, quo inuito actus potest expediri, tex. est no. in l. 4. §. illud. ff. de fideicommis. liber. Facit regula, quod potest inuitis. ff. de regu. iur. Item illud iuramentum necessarium, de quo in d. l. si quando. cum sim. defertur semper damnum passo; sed istud iuramētum necessarium in defectum probationis potest vtrisque deferri, tam actori, quàm reo, & sic quilibet potest allegare, quòd sit sibi deferendum. cap. fina. extra eod. & dictum est late supra, nimirum si requiritur præsentia vtriusque partis, vel saltem citatio. Præterea, & tertio illud iuramentum necessarium, de quo in d. l. si quando. cum sim. defertur odio delinquentis, quod non est in isto. vnde dicit not. Bald. in cap. 1. in penul. colum. in versi. quæro vtrum in deferendo &c. si de inuesti. inter dom. & vasal. lis oriatur. quod in defendendo sacramento, de quo in illo cap. 1. non est necessaria citatio alterius partis: quia illa est pœna præcedentis contumaciæ, & sic vult ibi multum notabiliter Bal. ꝙ quotiescunque iuramentum venit deferendum propter cōtumaciam, vel propter delictum alicuius, ibi non requiritur eius citatio, quod bene no. Vel aliter, & quartò dic, secundum Dom. de Rot. in d. decis. 94. & Imo. in prædicto cap. fin. 10. col. in delatione iuramenti necessarij, quod defertur secundum d. l. si quando. cum simi. ideo non requiritur amplius partis alterius citatio, eo quia sufficit, ꝙ fuerit citata ad probationē violentiæ, vel metus, & in taxatione fienda per iudicem. ¶ Et per hoc puto, ꝙ fortè posset nouiter attentari, ꝙ si in isto iuramento necessario deferendo in supplementū probationis pars aduersa fuerit citata ad allegandum quicquid velit, cui veniret deferendum: & ad videndum declarari, cui deferri debeat, ꝙ postea in ipsa actuali declaratione istius iuramenti non erit vlterius citanda. non inuenio tamen istud in terminis nostris per Docto. alicubi formatum. ¶ Nunc tandem Deo saluatori gratias agentes finem imponamus commen. huius l. admonendi. edito per me Iasonē de May. Mediol. vtriusque censuræ Doc. indignum, legentem ordinariam Cæsarei iuris in hac florentissima cæterarum omnium Ticinensi Academia. Actū Papiæ, & absolutum in festo Sancti Nicolai, octauo idus Decemb. anno à Natali Christiano, Mccccclxxxij. in scholis magnis palatij veteris, mea opera studioque instauratis, ad communem studentium vsum. Amen.

SVMMARIVM.

1 *Tupillus cum auctoritate tutoris, an possit facere pacē de morte patris.*

LEX XXXII.

IVrisiurandi. Pupillus non potest facere gratiam, seu remissionem iuramenti. hoc dicit. Et intelligit glo. etiam cum auctoritate tutoris, quod facit secundum Bar. & omnes Mod. hic, quòd tutor in instrumento non potest apponere pactum, quòd credatur simplici dicto partis. retuli in l.
1 iusiurandum, quod ex conuentione. in prin. s. eodem titu. † Di-

a eſt tamen Bal.hic,ꝙ pupillus cum authoritate tutoris poteſt a facere pacem de morte patris occiſi, tu intellige ſanè, niſi eſſet damnum, aut dedecus pupillo, cuius dignitatem tutor tueri debet, ſecundum Iac.But.Bal.& alios in l.pactum curatoris. C.de pac.Cy.& Bal.in l.1.C.de in integ.reſti.Iac. Butr. Ang. & Sali.in l.tutoris.ff.de pac.Bal.in rub.de treu.& pace, in vlt. col. poſt Spe.in locis præalleg.Io.And.in c.qui ad agendum.§.fi.de procu.in 6.Ant.de Butr.in c.1.de pac.Dicit etiam Bald.hic,ꝙ ſi aliquis ſit accuſatus de blaſphemia Dei, quòd Epiſcopus non poteſt facere pacem.Adde Bal.idem, & plenius tenentem in l. accuſationem.in pen.col.C.qui accuſ.nõ poſ.& in l.1.in 2.not. C.de rapt.virg.vbi limitat in Papa.facit,quod vult gl.in c.pridem.in ver.obſides.ad fi.23.q.8.Ex quibus reprehenditur illud, quod tenet Bar.in conſi.ſuo inci.Miniſter fratrum de pœnitentia, vt dixi in l.3.§.fi.ſupra eod. Iaſon May.

ADDITIO.

a ¶Poteſt.Adde Caſt.in l.pactum curatoris.C.de pac.Iac.Nouel.Prac. crimi.c. 15.nu.48.Sil.nup.lib.1.ver.Deuenio. nu. 33. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Non ſufficit iurare per æquipollens.*
2 *Quando actus eſt nullus,non impeditur reiteratio eiuſdem actus.*
3 *Teſtes,qui nulliter depoſuerunt,non obſtante publicatione poſſunt iteratò recipi.*
4 *An ſtatutum cogens coniunctos ad compromittendum, intelligatur de primo compromiſſo.*

LEX XXXIII.

QVI per ſalutem. Iuramentum nõ legitimè præſtitũ habetur pro non præſtito, ideo de nouo iurãdum eſt.hoc dicit.Intellige hoc vltimum ſecundum Iaco.But.Barto.& alios,quando iuramentum expreſsè acceptatum eſt,alias ſecus.l.remittit.§.fi. ſ. eod.alleg.in glo.1.¶Not.ex hoc tex.quòd forma delati iuramenti adeo eſt præciſè obſeruanda, † ꝙ non ſufficit iurare per æquipollens, quod multum

1 not.ad declarationem.l.3.§.fi.ſupra eod.cum ll.ſeq. Et ſecundum Bart.in dubio iuramentum præſumitur delatum ꝑ Deũ. idem tenent Bar.& Moder.in l.non erit.in fi.ſ.eod.De quo vi-

2 de Hoſtien.in ſumma huius titu.§.qualiter.circa prin.¶No,†ſecundò ex hoc tex.quòd quando actus geſtus eſt nullus,non impeditur reiteratio eiuſdem actus, & ratio eſt,quia quando qs facit actum iure ſuo proprio,& actus eſt nullus, poteſt denuo facere,& ita eſt hic, vbi poſt acceptationem iuramenti facultas iurandi competit iure proprio.Sic videmus in ordinario,ꝗ habet iuriſdictionem iure proprio, ſi ſemel iudicauit, & nulliter,poteſt denuo iudicare.l.abſentem.ff.de pœn.l.ſi vt proponis.& l.ſi præſes.C. quomodo,& quando iud.Bart.hic in fin.ſecus in delegato, quia non habet iuriſdictionem iure proprio. Nam ſi ſemel iudicauit, ſiue bene, ſiue malè(quia functus eſt officio ſuo)amplius iudicare non poteſt, ita loquitur. l. iudex poſtquam,vbi glo.& Doct.ff.de re iudi. Simile in habentibus poteſtatem eligẽdi iure proprio,quia ſi ſemel elegerint, & nulliter,poſſunt denuo eligere, niſi ſcienter inhabilem elegiſſent, quia priuantur eligendi poteſtate. cap. ſi compromiſſarius. de elect.in 6.iuncto c.vt circa.de elect.ſecus in his, qui habent poteſtatem eligendi non iure proprio,ſed ex poteſtate eis attributa,per Bar.in l.2.ff.de opt.leg. & in l.ſerui electione. in princ. ff.

3 de leg.1.cum concor.ibi aſſinatis.& latè per Alb.hic.†Item per iſtum tex.decidit Bar.quòd teſtes,qui nulliter depoſuerunt nõ obſtante publicatione,poſſunt denuo recipi, prout tenet glo. in cap.cum cauſam,quæ inter Archiepiſcopum.in glo.fi.& ibi Cano.de teſti.Adde bonum tex.in cle.fi.in verb.ritè receptis. à contrario ſenſu.de teſti.& ibi gl. 2.in verbo ritè.ad hoc expreſsè not.& Bar.in Auth.at qui ſemel.in vlt. col.de proba.& Spe. in titu.de teſte.§.ſatis vtiliter.verſ.quid ſi publicati.Cano.in ca.

a fraternitatis.extra de teſt.*& ita tenent omnes*.Ego vehemẽter dubito de iſta communi ſententia, & contra eam moueo duas difficultates.Nam ratio,quare poſt publicata, & didicita dicta teſtium,hoc eſt poſtquam partes viderunt dicta teſtium, non poſſunt alij produci,eſt propter timorẽ ſubornationis. Auth. at qui ſemel.C.de proba.& tex.in clem.fin. Iſta ratio militat ẽt ſi teſtes ſunt nulliter recepti, quia etiã tunc militat timor ſubornationis:Bene fateor,ꝙ ſecus eſſet ſi partes non vidiſſent dicta teſtium.Ego aliàs reſpondebam legendo,quòd prædicta iura & ſimilia,quæ vetant poſt publicata dicta teſtium produci teſtes,verum eſt teſtes nouos,ſed eoſdem teſtes,qui ſemel nulliter depoſuerunt, non vetant leges poſſe de nouo ſolenniter produci, ſed bene alios nouos teſtes. Ratio diuerſitatis eſt, quia in nouis teſtibus ſubeſt timor ſubornationis, ſed in teſtibus ſemel productis ceſſat timor ſubornationis, quia ſi teſtes ſemel fuerunt examinati,& nulliter,dictum non valet,tamen ſi depoſuerunt falſum,puniuntur de falſo, ita Bart.in l.ſi quis legatum.in princip.ff.de fal.Bald.in l. fina. ad fin. C.ſi ex falſ.inſtrum.& not.Ioan.Andr.in regula,non eſt in mer. vnde ſi ijdẽ teſtes repetantur,non eſt timor,quòd poſſint ſubornari,quia ſi dicerent contrarium eius,quod ſemel dixerunt,punirentur de falſo,nec deberẽt excuſari,quia quando teſtis fuit ſibimet contrarius,non debet excuſari, ita dicit Barto.in l. eos. in fin. ff. de fal.Sed quando ſunt alij teſtes, tunc eſt timor ſubornationis, quia quamuis dicerent contrarium illud, quod dixerunt alij, tamen non punirentur de falſo,vt eſt tex. in l.duobus.§. finali, ſupra eodem,& quando eſſent puniendi de falſo,deberent ſaluari,quoad poſſibile eſſet,cap.cum tu.de teſt.& aliàs mihi placebat iſta ſaluatio,nunc verò nullo modo placet,quia eſt contra text. dictę clemen. fina. à contrario ſenſu, quia ſi ſunt ritè producti,non poſſunt denuo ijdem, vel alij produci ſuper eiſdem capitulis &c.ergo à contrario ſenſu vult tex.quòd ſi non ſunt ritè producti,poſſunt denuo ijdem,vel alij produci,& ꝗa iſtud pendet ab intellectu illius clem.volui videre omnes Cano.ibi,& inuenio,quòd plerique formantes ibi iſtam opinio. dicunt,quòd illa clem. debet intelligi, quando partes non viderunt dicta teſtium,vel dicta non ſunt publicata,ſed ſi eſſent publicata,& viſa,tunc non poſſunt amplius teſtes produci. ita tenent ibi Zenzel.de Fantu.& Domin.Cardin.Flor. ſed Domi. Anton.de Butr.& Ioan.de Imo.ibi tenent cum illa glo. in verſ. ritè,quòd etiam ſi ſunt publicata dicta teſtium & nulliter,poſſunt nedum illi,ſed etiam alij produci, non tamen reſpõdent ad contrarium.Idem tenet Domin. Ioan. de Lignano Doctor Mediolan.ſolennis, quòd quando prima fuit nulla, non eſt timor ſubornationis,quia non eſt præſumendum, quòd animo ſubornandi producti fuerint,vel aliter reſpondet ibi Domin. Ioan.de Ligna.& ſequitur Domin.Cardin.Floren. quòd quando teſtes ſunt nulliter producti, poſſunt denuo produci, vt ſuppleatur prima depoſitio,& non vltra,quod dicit Dominus Cardin.eſſe not.verbum.Poſſet etiam dici,quòd non debet ſumi argumentum à contrario ſenſu, ſed non dico, quia verba non ritè producti,nihil importarent.¶ Secundò in cõtrarium pondero facere illud,quod tenet idem Barto.in dicta Authen. atqui ſemel.in quinta colum.in verſicu. quæro quid ſi publicatiꝰ iſta.vbi tenet,quòd publicatio,quæ fuit nulla, tamen impedit teſtes de nouo produci,niſi reſpondeas, quòd illud dictum Barto.ſit falſum, & illud reprobat Bald. ibi in 2. colum. & in l.ſi quis teſtibus.in 3.colum.C.de teſtibus. Limita deciſionem Barto.prout not.declarat Dom.Cardi.Flor. poſt Ioan.de Ligna.in dicta clem.fina.in 1. colum. & reputat pulchrum dictum, quòd teſtes nulliter recepti poſſint iterum recipi, verum eſt,quo ad hoc ſolùm,vt ſuppleant illud, in quo fuit nul-

4 litas, non autem vt denuo poſſint deponere. ¶ † Vltimò per iſtum tex.dicunt Bald.& Ludouic.(& eſt valde quotidianum) quòd ſtatutum ſimpliciter diſponens debere coniunctos cogi ad compromiſſum,non intelligitur de primo compromiſſo tantum,ſed toties,donec lis finem accipiat,quia iſta fuit ratio huius ſtatuti.l.quamuis.in fin.ff.de arbi.Adde Bald.not. in l. veluti.§.hæc vox.& ibi Moder.ff.de eden. & in l. fideicommiſſa.§.ſi quis decem.per illum tex.ff.de lega. 3. & in l. ſi vt proponis.primo, in vlt.colum.C.quomodo,& quando iudex. Idem tenet no.Lud.Roman.in conſi.404.inci.In caſu propoſitæ conſultationis,videtur prima fronte dicendum vigore ſtatuti. & in l.prætor.§.hoc autem interdictum.ff.de ope.nou.nunc. & in l.2.in pen.char.ff.de re iudi.Raph.Cuma. in l. ſi cum dotem.§. 1.ff.ſolu.matr.Alex.in conſi. 212.incip. Viſo conſi. aliàs per me reddito,in 2.col.lib.2.item facit iſte tex.ſecundum Lud. Rom. hic in fi.quòd ſi nuncius ſemel citauit aliquem, & nulliter, ꝙ poterit denuo citare ſine alia commiſſione, per iſtum text. & text.in c.ex literis.de offi.deleg.nam nuncius non poteſt aliquẽ citare,niſi habuerit licentiam, & commiſſionem à iudice, ita Bal.& alij in l.fina.per illum tex.C.de exhibẽ.reis. latè Cano. in c.1.de iudi.in tantum,quòd alibi dicit no.Bar.in l. 1. per illum tex.C.de iure do.imp.(& aliud non dicit in illo titu.)quòd non valet generalis licentia data per iudicem citandi omnes debitores alicuius,ſed requiritur,ꝙ ſpecialiter nominentur, ſequitur Ang.in l.ſi.C.de edic.diui Adri.tollen.punctus eſt ergo. Pone,ꝙ iudex dederit commiſſionem alicui aliquem citandi, citatio fuit facta nulliter, an poſſet denuo fieri? & decidit Angel. quòd ſic.In glo.fi.in fi.reſponde ſecundum Doct. quòd in d. l. matrimonij. quæritur de iure nouo quærendo. hic autem de iure quæſito per acceptationem iuramenti, vt declaraui in text.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *An in iuramento veritatis deferendo possit pars petere tempus ad deliberandum.*

2 *An contra iuramentum possit excipi.*

LEX XXXIIII.

IVsiurandũ & ad pecunias. De omni re potest iuramentum deferri, & qui non est certus, quomodo iu-
1 ret, potest petere tempus ad deliberandum, quomodo iuret
hoc dicit.¶†Not. quòd in iuramento veritatis deferendo potest quis petere tempus, seu dilationem ad deliberandum. Et
dicit Pau.de Cast.ꝙ istud non est alibi in hoc titu. Intellige secundum Bar.quando acceptatum est iuramentum, alias secus.l.non erit.§.fi.s̃.eo.& ꝙ in hac lege iuramentum esset acceptatum, probatur in versi.remittendum. cùm remitti propriè
dicatur, quod acceptatum est.l.remitti.s̃.eo. Adde secundum
Bar.ꝙ idem est in iuramento calumniæ, quod licèt sit credulitatis, tamen potest peti tempus ad deliberandum, secundũ gl.
in l.2.§.quod obseruari.C.de iur.calum.Idem tenet Alb.qui dicit, ꝙ sic vidit in iudicijs practicari, quamuis referat Iaco.Butr.
tenere ꝯrium. Tu adde gl.contrariam in c.cum causam.in gl.
& ibi Bald.de iur.cal.Idem est in iuramento testis, s̃m Bald.in
rub.s̃.eo.in princ. quamuis dicat se non habere legem de hoc,
2 sed tu adde Bar.in l.eos.in vlt.col.ff.de falsis. ¶†Secundò pondera tex.ibi, non erit tutus per relationem.in contrarium videtur fortiter facere tex.in l.eum.§.1.s̃.eo.in cuius solutione Moder.laborant.Tu omissis duabus solu.Fulg. relatis per D. Alex.
Item omissa solu.Pau.de Castr.clarè responde, ꝙ isti text.non
sunt contrarij, sed diuersi:nam tex.in d.l.eum qui.§.1.loquitur,
quando creditor simpliciter iurauit sibi deberi Stichum, non
obstante iuramẽto potest opponi exceptio, ꝙ Stichus est mortuus, quia ista exceptio est compatibilis cum iuramento: sed
in hoc tex.erat dubium, an Stichus promissus viueret, vel ne.
Ideo si deferretur iuramentum creditori, & creditor iuraret
Stichum promissum viuere, hoc iuramentum præiudicaret
debitori, qui non posset amplius opponere istam exceptionẽ,
ꝙ Stichus sit mortuus, quia hæc exceptio est directò contraria iuramento, ergo per iuramentum intelligitur sublata.l.duobus.§.fi.supra eo.Vel secundò potes respondere, quòd non esset tutus, quia saltem interim iur̃m esset præiudiciale, donec
probares eũ viuere, tamen p̃cedens solutio magis mihi placet.

S V M M A R I V M.

1 *Defensor, & procurator an cogantur iurare.*

§.Defensor. Defensor municipij habens mandatum potest iuramentum deferre, &
pupillus, procurator, vel defensor non coguntur iurare.hoc
dicit.Et in prima parte quale mandatum debeat habere defensor municipij, gloss. non declarat, sed dubitat, an æquiparetur
procuratori vnius priuati, in quo requiritur speciale mandatum, vel generale cum libera:an verò æquiparetur tutori, qui
censetur legitimus administrator, & sic à lege semper habet
mandatum generale cum libera.glo.in l.mandato generali, in
glo.fin.ff.de procu.Tu dic ex mente Barto.ꝙ si est electus a toto populo, vel à repræsentantibus totum populum, æquiparatur tutori, & consequenter censetur legitimus administrator,
quia quemadmodum tutor ideo censetur legitimus administrator, eo quia tutela est munus publicum, quod defertur inuito.Instit.de excus.tuto.in prin.idem est in isto munere defensoris publici.l.munerum.§.defensores.ff.de mun.& hono.Ideo
à lege censetur habere mandatum generale cum libera. l.præses.vbi Doc.no C.de transa. secus quando defensor municipij
eligeretur à syndico, quia si munus non esset publicum, censeretur tanquam procurator priuati.l.item eorum.§. si actor. ff.
quod cuiusque vniuers. & tunc requireretur, quòd in specie
haberet mandatum speciale, ita declarant leges, quas allega.
1 Barto.licèt Ludoui.Roman.dicat, quòd nihil probent.¶†Not.
secundò, quòd procurator, & defensor non compelluntur iurare, intellige verum in iuramento decisiuo totius litis, vel partis.secus in iuramento particulari positionum, vel alicuius interrogatorij.l.non solùm.in princip.ff.de procura.Ratio, quia si
negentur, non præiudicant parti, quia potest postea probare.
Item adde ad hunc tex.quòd secus est in tutore.l. cum etiam.
C.eodem, gloss.& Docto.in l.videamus.in princip. infra titu.1.
Et ratio diuersitatis est, quam glo.secundo loco assignat, quia
procurator, vel defensor nõ cogitur anceps subire periurium,
quæ ratio cessat in tutore, qui in dubio præsumitur scire, secũdum Barto.in d. l. videamus. in princip. vel melius dic, quòd
procurator, vel defensor ideo non coguntur iurare, etiam si
sciant veritatem, cùm aduersarius possit cogere principalem.
l.generaliter.§.his de præsentibus.C.eod.hic alleg.per Bart.quæ
ratio cessat in tutore, cùm pupillus cogi non possit, vt est gloss.
in l.iusiurandum.§.1.in gl.magna.& ibi Pau.de Cast.& Mod.s̃.
eo.¶Vltimò no.ex hoc tex.secundum Pau.& Alex. quòd mãdatum etiam vniuersitatis non censetur insufficiens, quamuis in eo non concedatur potestas iurandi. Iason.

S V M M A R I V M.

1 *Volens deferre iuramentum cogitur de calumnia iurare: idem & in l.si actor.infra eod.*

2 *Si sit conuentum de stando de damnis, & interesse dicto creditoris absq; iuramento, tamen creditor tenetur iurare.*

3 *Si sit petitum iuramentum calumniæ, & non præstitum, processus est nullus.*

4 *Iuramentum calumniæ remittitur parenti, & patrono.*

5 *Qualis debeat esse forma iuramenti, si est dubium, remittitur iudicis arbitrio.*

6 *Eodem modo si partes discordant in electione consultoris.*

§.Qui iusiurandum. Deferens iuramẽtum debet prius
iurare de calumnia si petatur, nisi sit patronus, vel parens, &
quando dubitatur de forma iuramenti, committitur arbitrio
1 iudicis.hoc dicit vsque ad §. ait prætor. ¶†Nota primò, quòd
deferens iuramentum tenetur de calumnia iurare, si petatur.
Adde istud etiam procedere post acceptationem iuramenti,
aliàs habetur pro remisso.l.si non fuerit. infra eodem. Eodem
modo, qui facit positiones, debet iurare, quòd credit eas esse
veras, aliàs non tenetur pars respondere. Ita singulariter Bald.
in cap.in pertractandis.de iur.calum.per glo. quam ad hoc reputat singularem in l.1.in gloss. magna. in fine. C. de confess.
2 ¶†Eodem modo, si in instrumento conuentum sit, quod de
damnis datis credatur simplici dicto* creditoris absque iuramento, tamen creditor tenetur iurare de calumnia, si reus petat, secundum Bald.in c.cæterum.de iur.calum. Ratio secundum eum, quia licèt iuramentũ de veritate possit remitti con
sensu partium.l.remitti.s̃.eod. & c.tuis.de test.secus est in iura-
a mento calumniæ. [a] d.c.cæterum.¶†Item adde, quòd si petitũ
3 sit iuramentum calumniæ, & non sit præstitum, processus redditur vsque retrò nullus.d.l.2.§.sed quia veremur.& c.1.de iur.
calum.Ideo cauti aduocati, quando respondent libello, & negant narrata, prout narrantur, postea petunt in fine iurari de calumnia, nec vlterius insistunt, vt si postea omittatur, reddatur
totus processus nullus, secundum Iacob. Butr. in d. §. sed quia
veremur.Imol.& Alexan.in l.qui bona.§.si alieno.ff.de damno
infect.Dom.Mathes.in not. 65.& sequen. Et non valeret consuetudo, vel statutum, quòd iuramentum calumniæ posset expressè remitti.capitu.constitutus.de fideius.& dicto cap. cæterum.de iur.calum. Potest tamen quandocunque ante conclusionem in causa præstari, & sufficit. gloss.est not. in cap.ex literis.extra eo.facit cap.1.de iur.calum.in 6. imò plus etiam post
conclusionem in causa potest ex officio iudex istud iuramentum calumniæ inuita parte recipere, secundum Bald. in l.1. in
vlti.col.& in l.2.§.sed quia veremur.C.de iur.calum. ¶ Limita
prædicta duobus not.modis. Primò, nisi iuramentum calumniẹ petatur, postquam actor plenè probauit intentionem suã:
nam si non præstat, processus nullus non redditur.Ita no.Bald.
in cap.2.in 2.colum.de proba.per illum tex.& dicit non reperiri alibi sic expressè.Sed tu caue, quia ille text. loquitur in iuramento veritatis, ꝙ est frustratorium, postquam quis plenè probauit, sed nos loquimur in iuramento calumniæ. Secundò limita, quando petitum est à iudice, si non præstetur, processus
nullus redditur, secus si sit petitum à sola parte. Ita mirabiliter
tenet Bald.referens se ita in facti contingentia consuluisse in repet.l.2.in 2.quæstio.supra eod. & pro eo multum stringit text.
in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.nou.nunc.tamen Bart. ibi,
in 1.oppo.vult contrarium, & Bar. & alij in d. §. sed quia veremur.& prædicti Doc.qui ponunt cautelam superius relatam.
4 ¶†Not.secundò ex hoc tex. quòd iuramentum calumniæ re-
mittitur

ADDITIO.

a ¶Secus est in iuramento calum. Adde Bal.in l.1,§.1.ff.de fer.

* Et no.Mathes.sing.65.Cæpol.caut.119.Ias.in l.1.nu.11.sup. de fer. in l. si quis quempiam.nu.2.ff.si quis caut.in l.cum quid.2.lec.nu.19.si cer.pet.Prac.Pap.tor.lib.act.real.ver.per iuramentum calum.vbi dixi. MASVER.

mittitur parenti,& patrono.concordantiæ ſunt in gloſ.Ratio
eſt,quia eorum perſona debet ſemper ſancta,& honeſta vide-
ri.l.licèt.& l.bonorum.ff.de obſeq.à lib.Secus eſtècontra,cùm
ceſſet prædicta ratio,ſecundum And.de Piſis.Ray. Alb. Fulg.
& Alex.in l.ſi patronus.ſ.eo.Bal.& Iac.Alua.in c.1. in §. in qui-
bus.de conſue.recti.feu. & Alb.& Sali.hic, quamuis contrariũ
teneant Gul.& Bar.Adde Bal.in lect.antiq.& Raph.Fulg.hic,ꝑ
tex.in d.§.in quib.Cui reſponde, quòd ideo vaſallo remittitur
iuramentum calumniæ propter iuramentum fidelitatis,quod
5 præſtitit, vt ibi in gl.¶†Vltimò not.in ver.ſi de qualitate, quòd
quando dubium eſt inter partes, qualis debeat eſſe forma iura
menti,remittitur arbitrio iudicis,quod facit ſecundum Antiq.
& Bart.quòd quando contentio eſt ſuper forma puncti mittẽ
di ad conſultorem , debet iudex formare , prout etiam tenet
Bar.in l.in venditione.§.fi.per illum tex.de bon.auth.iudic.poſ.
& l.duo.in fi.ff.de re iudi.& in l.2.C.de rela.Facit tex. in l. fin. in
verſi.electione.& ibi Salic.Fulg.& Pau.de Caſt.ad hoc not.C.
de iudi.Idem tenet Bal.in l.de die.in fi.prin.per illum tex. ff.qui
ſatiſd.cog.Spe.in tit.de requiſitione conſilij.§.1.verſic.ſcias igi-
6 tur.¶†Eodem modo ſi partes a diſcordant in electione con-
a ſultoris,debet iudex eligere,ſecundum Bar.in l.1.§.1.per illum
tex.ff.de ven.inſpi.& in d.l.in venditione.§.fi.¶Eodem modo,
ſi partes diſcordent circa capitula,ſecundum Bal.in c.per tuás.
in 3.colum.de proba.¶Eodem modo,ſi ſtatutum diſponat,ꝙ
minores, vel mulieres non poſſint contrahere ſine conſenſu
propinquorum,& propinqui diſcordent , ſtatur arbitrio iudi-
cis,ſecundum Bal.& Lud.Ro.hic,& Bar.in l.fi.in vlt.colu.ff.de
appel.reci.Bar.& Mod.in l.ſi cum dotem.§. eo autem tempo-
re.ff.ſolu.matrim.Bal.in l.viduæ, & in l.in coniunctione. C. de
nup.& in l.1.in vlt. col. C. qui admitti.& in l.cum ſententia. ad
fin.C.de ſent.& in rub.de contrahen.empt.in pen.q. vbi ſingu-
lariter limitat iſtam concluſionem Doctorum, vt procedat,
quando ſtatutum ſolùm requireret conſenſum propinquorũ,
tunc eis diſcordantibus recurritur ad iudicem,ſecus vbi ſtatu-
tum requireret in contractu minorum, vel mulierum conſen
ſum conſanguineorum,& iudicis , quia tunc ſi conſanguinei
diſcordarent,non ſtaretur arbitrio iudicis, imò plus per iſtum
tex.decidunt Bal.& Lud.Rom.hic,quòd ſi executores deputa
ti à teſtatore ad diſtribuendum bona inter pauperes , diſcor-
dent,quòd electio liberè deuoluitur ad Epiſcopum, ſed errãt,
cùm ſolùm Epiſcopus poſſit approbare quos vult ex electis.
c.fi.cum gl.de teſti.in 6.Et ita tenet,& melius ipſemet Bal.in d.
l.viduæ.& in l.id quod pauperibus in 2.col.C.de epiſ.& cler.&
in l.cum & magiſtratus in 3.col.C.quando prouoc.non eſt ne
ceſ.¶Capio gloſſ. magnam,quam diuide in tres partes, prout
tria notabilia colligit ex tex.De primo adde tex.in c.1.in 2. re-
ſpon.de iure calum.in 6.In ſecundo,dic melius, vt per Bart. &
Docto.hic in Auth.hoc ſacramentum.C.de iur.calum.In ter-
tio Fulg.dubitat propter tex.generaliter loquentem in §.fin.in
Auth.de his qui ingre.ad appel.col.5.Tu reſponde,ꝙ lex noua
generaliter corrigens non intelligitur corrigere in perſonis ſpe
cialibus,in quibus lex antiqua aliquid ſpecialiter diſpoſuit , vt
eſt gl.in l.ſciendum.in prin.in glo. mag. ff. qui ſatiſdat.cog.vbi
Bar.& alij ad hoc notant,& ibi dixi.

A D D I T I O.

a ¶Si partes. Adde, quòd eodem modo in probandis confinibus , vbi vtraque
pars æque probauit,eſt in arbitrio iudicis,quam partem velit obtinere.Bal.
conſi.352.verba principis.col.2.lib.3. BELLOT.

S V M M A R I V M.

1 *Reus cogitur iurare,aut referre.*
2 *Caſus,in quibus iudex poteſt denegare audientiam.*
3 *Differentiæ inter eum,qui defert,& eum qui refert.*
4 *Quando iuramentum poſſit aliter referri,quàm delatum ſit.*

§. Ait prætor. Reus, cui iuramentum defertur,
cogitur iurare,vel referre,aut ſol-
uere:& actori,cui iuramentum refertur,non iuranti iudicium
denegatur,& referens iuramentum nõ compellitur de calum-
nia iurare: Et aliquando ex cauſa iuramentum aliter refertur,
1 quàm delatum ſit,hoc dicit vſque ad §.fin.¶†No.ex tex.regu-
lam,quòd reus,cui iuramentum defertur,cogitur vel iurare,
vel referre,vel ſoluere,& in hoc habet electionem,prout regu
lariter in alternatiuis electio eſt debitoris.l.plerunque.in fi.ff.de
iure dotium.Et licèt iſte text. loquatur in reo , tamen idem eſt
in actore,per l.manifeſtæ.ĩ.eod. vbi multa videbis ad limita-
tionem huius regulæ.Iuxta iſtam regu.poteſt dubitari, nunqd
iſta regula procedat etiam ſi actor nihil penitus probauerit,vt
deferat iuramẽtum reo,& reus teneatur iurare,vel referre, vel
ſoluere.Iſtum paſſum tangit Pau.de Caſt.& dicit,quòd non re
perit bene declaratum à Doctoribus , & reſeruo plenè exami-
nandum in l.admonendi.ſuper glo. in verbo,exacto, vbi con-
gruenter cadet.ſ.eo.& in l.manifeſtæ.ĩ. eod. Dicunt Oldrad.&
Alb. hic in fin.quòd reus,cui iuramentum defertur ab actore,
poteſt petere prius ſibi dari libellum antequam iuret, vel refe-
rat,per regulam.l.1.in prin.ff.de eden. & Authen. offeratur. C.
de lit.conteſt.quæ deciſio fortis eſt,& mihi dura videtur, quia
nimis euidens eſt calumnia rei,cùm actor velit ſtare iuramen
to ipſius,ſi petatur ſibi offerri libellus.Bene verum eſt, quòd ſi
reus dubitat,poteſt petere dilationem ad reſpondendum , vt
ſ.ead.l.in prin.Secundò moueor,quia regula iſtius tex. nõ po
teſt ad hoc reſtringi,cùm ita procedat in iuramento extraiudi
ciali,ſicut in iudiciali,& in extraiudiciali non requiritur libel-
lus.Iſtud tamen an iſte tex. procedat in extraiudiciali , non fir-
2 mo,dicam in l.manifeſtæ.ĩ.eod.¶†Secũdò nota ibi, iudicium
prætor non dabit,caſum in quo iudex poteſt denegare audiẽ
tiam. Addit hic Alber. quoſdam alios caſus,de quibus tu vide
glo.in c.in nomine Domini,circa fi.in ver.audientia.23.diſtinc.
Inter cæteros nota,quòd propter contumaciam actoris iudex
poteſt ei denegare audientiam non ſolùm in illa cauſa,in qua
eſt contumax,ſed etiam in omni alia cauſa,glo.eſt no. in l. ſed
& ſi per prætorem.§.ſed ſi cum decreto.ff.ex quib. cau. maio.
de qua facit feſtum Bal.& reputat multum ſingularem in ca-
pitu.grauis.in 7.col.de reſti.ſpol.& in c.1. in 6. colum. C. de re-
ſcrip.& in c.cum veniſſent.in 3.col.de iud. vbi plus dicit per il-
lam gl.ꝙ etiam poteſt mandare alijs iudicibus,ꝙ eum non au
diant.illam glo.limitat Bal.in l.conſentaneum. C. quomodo,
& quando iudex.in 6.col.in ver.deinde ad euidentiam premit
to:dummodo talis denegatio in alijs cauſis ſit inter eaſdẽ per-
ſonas,& idem dicit Bal.in c.fi.de mu.per.Sed idem Bal.contra-
rium tenet in d.c.grauis.in 7.col.Secundò limitat no. Bald. in l.
1.§.fi.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.in lect.antiq.per glo.ma-
gnam ibi,circa medium , quòd propter contumaciam poteſt
etiam in alijs cauſis interdici audientia, verum eſt ad tempus,
ſed non in perpetuum,& ſequitur Dom.Alex.ibi.in 4. colum.
3 ¶†Tertiò nota in ver.ſed nedum,duas differentias inter eum,
qui defert iuramentum,& eum qui refert : nam primus tene-
tur iurare de calumnia.ſecundus non. Item primus poteſt re-
ferre,ſecundus non.& ideo per hunc tex.dicunt Bar. & alij. in
l.fi.ff.quod quiſque iur.quod ille,qui impetrauit iudicem dele-
gatum,licèt poſſet reconueniri in omnibus alijs cauſis , tamen
ipſe non poteſt poſtea reum vltra reconuenire, & ita tenet gl.
in Auth.& conſequenter.in glo.2.& Bar.ibi in 4.col. C.de ſent.
& interloc.omn.iud.Spec.in titu.de recon.§.1.verſ.item pone
impetraſti.& in §.nunc dicamus.verſ.fi.Bal.in c.cum veniſſent.
4 in 3.col.de iu.Ang.& Lud.hic.¶†Vltimò no.in verſ.non ſem-
per,ꝙ ex cauſa poteſt iuramentum referri aliter quàm delatũ
ſit. Vltra exempla gl. exemplifica in Iudæo , & Chriſtiano, vt
hic per Bar.Vnde per iſtum tex. dicunt Bal.& Lud. hic , quod
ſtante ſtatuto,ꝙ poſitionibus debeat cum iuramento ſimpli-
citer reſponderi, tamen ex cauſa poteſt reſponſio modificari.
Facit quod no.dicit Bal.in l.1.in princ.C.de ædi. actio.ꝙ quan
do iudex videt,quod reus ſimpliciter reſpondendo poſſet cir-
cumueniri,poteſt admittere modificatam reſponſionem,quic-
quid teneat Bal.in l.iubemus. C.de appel. de quo per Imol. &
Moder.in l.1.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verbo. oblig.& quæ not.
ſcribit Imo.& Gemin.in c.cupientes.in prin. in verſ. indignan-
tium.de elect.in 6.& referam opportunè in l.manifeſtæ.ĩ.eod.
vbi quærunt,Pone,vnus ſocius mutuauit ſecretè , & amicabi-
liter ſocio decem ducatos.iſte etiam ſecretè ſine teſtibus reſti-
tuit,poſtea ille,qui mutuauit facit ſocium citari coram iudi-
ce,& petit decem ducatos,quos ei mutuauit, & dicit, ego vo-
lo ſtare iuramento tuo, dicit ille, ego volo etiam poſſe iurare,
ꝙ ſi mutuaſti,tibi reddidi.Dicunt Doctores,quòd aliàs nõ co-
gitur iurare,niſi poſſet iurare ſe reddidiſſe.facit ẽt., quod dicit
Bal.in l.1.in prin.C.de ædil.edi.vbi quærit,ſtante ſtatuto,quod
quis teneatur rñdere poſitionib.ſimpliciter. Pone,facis poſitio
nem,ꝙ vendidi iſtum librum ego rñdeo,verum eſt , ꝙ vendi-
di,ſed eum vendidi pro quinquaginta ducatis.Dicit actor,non
quæro de quinquaginta ducatis,quæro ſolùm , an vendideris.
dicit ille,ſe non velle reſpondere , niſi poſſit etiam reſpondere
pro quo pretio,& dicit Bal.ꝙ debet poſſe rñdere ſuper pretio,
quia aliàs poſitio eſſet captioſa,& de iſta dictione ſimpliciter,
Lud.Rom.hic ponit plures deciſiones , non eas tamen refero.
¶Glo.primò ponit,& ſoluit.Secundo remouet aliud contra-
rium.Secunda ibi,ſed aliud eſt referre,vt hic.¶In eadem gl.ibi
ſolu.ſpeciale in illa actione.Tene ex glo.ſolu. ad primum con
trarium in.ea formatum , ex qua habes magnam limitationẽ
ad regulam huius tex.vt non procedat in actionibus turpibus,
vel

vel famosis descendentibus ex delictis; in quibus reus cogitur præcisè iurare,& non potest iuramentum referre. quam gl. restringit Bar. hic post Pet. de Bellaper. vt procedat in actione famosa, in qua reus melius scit veritatem, quàm actor, secus si actor equè bñ sciret. idē no. Bald. hic in lec. antiq. Fulg & Alex. hic.& Bar. in l. lex Cornelia. §. hac lege. per illum text. ff. de iniu. & in l. Marcellus. §. fi.& ibidem Alb.& Raph. Cuman. ff. rerum amo. Ant. de But. in c. fi.& ibi latius Panor. in 5. colu. extra eod. Tu tene indistinctè cum gl. per tex. clarum in d. c. fi. in vers. nec liceat conuento actione famosa iuramentum referre. Et dicere, quòd in illo text. actor nesciret diceret veritatem; ridiculum est. Secundò, quia leges allegatæ per Barto. nihil probant. nam d. l. lex Cornelia. §. hac lege, solùm dicit quòd in actione iniuriarum actor potest deferre iuramentum reo, nunquid autem reus possit referre, in illo tex. verbum nullum. Nō obst. generalitas. l. delata. C. eod. quia responde, quod fallit in actionib. famosis, per tex. clarum in d. c. fi. in ver. nec liceat. & d. l. Marcellus. §. fi. cum duab. ll. seq.& ita cum glo. tenent Mar. Sili. Odoff. Alber.& Lud. Rom. hic,& Alber. in proximo. §. In fi. glo. id, qđ respondet glo. ad l. generaliter. nihil est. Tu responde, quòd regula text. nostri limitatur hodie, & declaratur per istum text. nisi ex iusta causa velit recusare, & quæ sit iusta causa, dicetur in l. manifestæ. infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit absoluere diffinitiuè, vel ab obseruatione iudicij, & nu. 2.*
3 *Cautela, quòd officialis iudex prius soluat, antequam condemnetur.*

§. Cùm res. Iste. §. secundum Bar.& Angel. ponit practicam. §. præcedentis.& secundū Pau. de Cast. est infrascatus, quia inordinatè procedit. Pro cuius intelligentia fac duos casus: aut actor defert iuramentum reo,& de isto tex. ponit tres decisi. nam si reus iurat, debet absolui, si non vult iurare, sed referre audiendus est: si noluit, nec iurare, nec referre, tunc si vult soluere antequam condemnetur, iudex debet eum absoluere, aliàs non soluentem condemnare,& iste tertius casus est in versi. reum si soluat. ¶ Secundus casus principalis est, quando reus defert iuramentum actori, & tunc tex. ponit duas decis. Prima est, quòd si actor iurat, debet index condemnare reum,& ista ponitur ibi, & si actor iuret. Secunda decisio est, quòd si actor, cui iuramentum refertur, non vult iurare, reus debet absolui, & ista decisio ponitur in fine. ibi, vel ex relatione, & verè litera inordinatè procedit, & deberet text. stare sic. Cùm res in iusiuran. dimissa sit, iudex reum iurantem absoluet, referentem audiet, nolentem autem nec iurare, nec referre, si soluat, absoluit, non soluentem condemnat. Isti sunt quatuor casus in reo. In actore sequitur litera,& si actor iuret, condemnet reum, non iurante autē actore ex relatione sibi facta, absoluet reum, hoc dicit in summa. Qñ causa dimittitur decidenda iuramento, in tribus casibus absoluitur reus, si iuret, si soluit, si referat iuramentum,& actor non velit iurare, hoc primo,& duobus casibus condemnatur reus, si neutrum ex dictis tribus faciat, vel si actor iuret. hoc dicit not. iste tex. ¶ Capio gl. in ver. absoluet. ista gl. subaudit ad text. absoluet. s. ab obseruatione iudicij. quid mouerit gl. ad ita declarandum pro introitu, vt glo. declarem, opp. sic, postquam reus cōuentus iurauit, clarum est, ꝙ habet exceptionem perēptoriam iuramenti. l. nam & postea. in princ. supra eo. †Sed 1 natura exceptionis peremptoriæ est, ꝙ facit reum absolui a iudice simpliciter à petitis, tot. titu. ff. de excep. ergo videtur, quòd postquam reus iurauit, ꝙ deberet diffinitiuè absolui à causa, non autem ab obseruatione iudicij, vt dicit glo. & quid sit absoluere diffinitiuè, & quid ab obseruatione iudicij, dic quòd diffinitiuè est, quando absoluit diffiniendo id, quod petitur, non esse debitum,& effectus est, quia si sententia transit in rem iudicatam, non potest amplius contra absolutum aliquid peti. 2 †Absoluere ab obseruatione iudicij, est, quando absoluitur ab instantia,& tunc actor posset denuo agere, nec posset opponi exceptio sententiæ, nisi quo ad expensas, & sic per argumentum supra factum redeundo ad propositum videretur, ꝙ debeat potius absolui diffinitiuè,& non ab obseruatione iudicij. Et est aduertendum, quòd ista glo. potest cadere super duplici verbo tex. si sit in primo verbo absoluet, malè dicit, quia quando reus iurauit, debet absolui diffinitiuè, nisi salues gloss. vt dicunt Iaco. But. Alber. Bar.& alij communiter, quòd exceptio peremptoria iuramenti potest opponi ad impediēdum litis ingressum,& tunc iudex non potest absoluere diffinitiuè, sed ab obseruatione iudicij, sed si exceptio peremptoria opponitur ad merita causæ, debet absolui diffinitiuè,& iudex debet diffinire, eum nihil debere. Ista tamen saluatio non potest conuenire glo. nostræ. quicquid dicant Alber.& Fulg. hic, quia nō potest dici, ꝙ esset opposita ante litis contestationem, cū nondum esset iuratum, debet ergo esse super secundo verb. quando reus soluit antequam feratur sententia, quia cùm per solutionem prius fuerit sublata omnis obligatio & actio, non potest absolui diffinitiuè. secundum Bar. *& communiter Docto.* hic. quicquid teneat Fulg. per quatuor fundamenta, quibus respon 3 det. D. Alex. hic. †Et ex hoc dicit Bar. se adinuenisse cautelam, & practicam. nam officialis condemnatus in syndicatu nō potest nec ipse, nec filij ad aliquod officium amplius aspirare, quod prius solueret antequam condemnaretur. Adde Bar. in l. infamem. in vlt. colum. ff. de publ. iud. & in l. ictus fustium. in 1. col. ff. de infam. latè Bal.& Ang. in l. si reus paratus. ff. de procura. Bal. in l. 1. in fi. per illum tex. qui bene probat. C. de dolo.& in l. ea quæ. in fi. C. de condi. indeb.& in l. quoniam. ff. de infam. D. Mathesi. in no. 84.& latius D. Bartho. Veronensis in caut. 27. vbi ponit alias tres cautelas post Bar.& Bald. in l. furti. §. qui alieno. ff. de infam. Item adde Bar. ꝙ etiam de iure communi condemnatus in syndicatu non potest amplius ad simile officiū aspirare. l. iudices, qui se.& ibi no. Bar. C. de dig. lib. 12.& l. si quis aliquid. C. de suscep.& arca. lib. 10. vbi glo. allegat plures concordantes, non dico de filijs, prout loquitur statutum Bartol. Vltimò habes hic tex. secundum Angel. quòd iuramentum non habet executionem paratam de iure communi, quia requiritur sententia, dixi in l. secunda, supra eodem,& ibi respondi ad istum text. tenendo opin. Barto.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus non potest iuramentum deferre.*
2 *Iuramentum licèt habeat executionem paratam, tamen semper potest opponi de inhabilitate.*
3 *Qui habet declinatoriam fori, non cogitur iurare.*

LEX XXXV.

Tutor. Tutor pupilli in defectum probationū potest iuramentum deferre: prodigus autem deferre non potest, & qui non cogitur litigare, non cogitur iurare. hoc dicit. 1 ¶ †No. in vers. prodigus, rationem quare prodigus non potest iuramentum deferre, ita vt aduersarius cogatur iurare, quam rationem declara, vt in glo. Adde aliam rationem, quia qui non potest aliena re, non potest iuramentum deferre. l. iusiurandum, quod ex cōuentione. §. pupillus. supra cod. Sed ita est in prodigo, cui bonis est interdictum. l. is cui bonis. cum sim. ff. de verbo. oblig.& de tali prodigo debet intelligi iste tex. secundum Alb. & Ang. hic. Item intellige, nisi deferret cum authoritate curatoris, cū tunc æquipararetur pupillo. l. si curatorem habens. C. de in integrum restitutio. minorum. quo casu potest tamen restitui, si est læsus, vt est glo. in l. 2. C. de cur. fur. quam reputat singularē Bal. in cap. 1. de benefic. fratris. in vsib. feud.& in l. iubemus nulli. in princip. C. de sacrosanct. eccle.& in l. fina. C. in quibus cau. in integrum restitutio non est neces.& in l. si infanti. C. de iu. delib.& l. qui neque. vbi tex. ff. de rebus eorum. notant Docto. in l. Marcellus. ff. de fideiusso. Imo. in l. Imperatores. ff. de re iudic. & ego allego bonum tex. in l. dabimus. cum duabus. ll. seq. vel 2 tribus. ff. de priuileg. credito. ¶ †Nota secundò ibi, quam qui ad hoc sunt habiles. hic esse text. notabilem, quòd quamuis iuramentum habeat executionem paratam, vt dixi in l. secunda, supra eodem, adeo quòd omnis exceptio intelligatur exclusa. l. non erit. §. dato. supra codem, tamen istis non obstantib. potest semper opponi de inhabilitate personæ, quæ detulit iuramentum. Vnde Ludo. dicit, quòd solitus est allegare hunc tex. pro eo, quod Ioann. Andr. refert fuisse disputatum in additio. Specu. in titu. de sententia §. vt autem. circa principium, quòd stante statuto, quòd contra instrumentum guarentigiatum nulla possit opponi exceptio, tamen poterit opponi de inhabilitate personæ,& dicit Ludo. se mirari, quòd non alleget hunc text. Tu adde bene facere illud, quod decidit Barto. in l. 2. §. prætor ait, per illum text. supra qui satisdatione cogan. & ibi dixi. 3 ¶ †Vltimò not. in ver. fina. secundum Bald. & Pau. de Castr. & Ludo. Roman quòd qui habet declinatoriam fori, non cogitur iurare, nec respondere interrogationi iudicis, nec positionibus partis. Facit. l. si patronus. vbi Mod. supra codem, l. sed & si restituatur. §. ex quibus cau. ff. de iudic. ¶ Capio gloss. in versic. iudicio. ibi, sicut iudicium rem certam facit. gloss. æquiuocat, imò iudicium facit rem dubiam. l. quod debetur. ff. de pecu. eodem modo æquiuocat, dum subdit, quòd iudicium parit actionem in factum: nam intelligit de sententia, vnde tu dic iuramentum æquiparari iudicio, quia sicut iudicium interrumpit

terrumpit præſcrip.& perpetuat actionem,ita iuramentum. l. nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ſ.eod.

SVMMARIVM.

1 *Reus poſt acceptationem iuramenti poteſt petere, quòd actor iuret de calumnia.*
2 *Iuramentum habet vim ſolutionis fictæ.*

LEX XXXVI.

SI actor. Iuramentum reſtringitur ad eam cauſam,ſuper qua iuratum eſt.hoc
primo.Et deferens iuramentum,qui non vult de ca
lumnia iurare,remittenti ſimilis eſt. hoc dicit text.
1 cum l.ſeq.¶†Nota ex d.ſi non fuerit.ꝙ reus,qui acceptauit ſim
pliciter iuramentum, poteſt adhuc poſt acceptationem pete-
re;quòd actor,qui detulit, iuret de calumnia, & ſi actor recu-
ſet,habetur iuramentum pro remiſſo,& iſtud addit iſta lex ad
l.iuſiurandum,& ad pecunias.§.qui iuſiurandum.ſ. eo. Et pro
hoc facit ratio,quia iuramentum habet vim litis conteſtatæ.l.
nam & poſtea.§.ſi is qui temporali.ſupra eod.ſed per litis con
teſtationem non intelligitur remitti iuramentum calumniæ,
vt eſt gl.no.in c.ex literis.in gl.fi.extra eod.facit.c.1.de iuramen
to calumniæ.in 6.¶Capio gl.primam in verbo,ceſſabit,quam
diuide in tres partes.Primò declarat tex. Secundò opponit,&
ſoluit.Tertio per viam quæſtionis etiam opponit,& ſoluit.Se
cunda ibi,ſed contra ſupra eod.Tertia ibi, ſed nonne iuſiuran-
2 dum.¶In illa tertia adde ſecundum Bar.† ꝙ iuramentum ha-
bet vim ſolutionis,verum eſt fictè.Tu reſponde clarius,quam
reſpondeat glo.& Bar.illud quod dicitur, iuramentum habet
vim ſolutionis; procedit,quando iuramentum eſt præſtitum
ſuper debito principali, ſed hic non fuit præſtitum ſuper debi-
to principali,ſed ſuper acceſſorio,hoc eſt ſuper conſtituto,ſe-
cundum Alberic.& Fulgoſ.hic.

SVMMARIVM.

1 *Quis cogitur iurare,aut referre.*
2 *An iſta lex habeat locum in omni iuramento.*
3 *An iſta lex procedat etiam,quando actor nihil probauit.*
4 *Ficta confeſſio dicitur manifeſta.*
5 *Contumax in præſtando iuramentum habetur pro confeſſo.*
6 *Quæ ſint iuſtæ cauſæ recuſandi iuramentum.nu.7.*
8 *An iuramentum poſſit in parte acceptari,& in parte non.*

LEX XXXVII.

MAnifeſtæ. Iſta lex non pōt breuius ſum-
1 mari.¶†Not.ex iſto text.regu-
lam,ꝙ ille cui defertur iuramentum, cogitur iura-
re,vel referre, aliàs eſt in manifeſta confeſſione, &
iſta regula procedit tam ex parte actoris, quàm rei, vt hic per
Barto.& alios. Amplia regulam iſtius legis,vt procedat etiam,
quando ex diſpoſitione legis,vel ſtatuti aliquis grauaretur one
re probandi,tamen iſte poteſt deferre iuramentum. tex.habes
valde ſingu. in l.cum de indebito.§.in omnibus.ff.de probatio.
¶Circa iſtam regulam,& iſtum tex. formo tres quæſtiones ne
2 ceſſarias ad intellectum tex.¶†Primò quæro, in quo iuramen
to loquatur iſta lex,cùm habeamus tres ſpecies iuramenti, vt
per glo.in rub.ſupra eod. Reſponde, quòd non habet locum
in iuramento voluntario,ſeu extraiudiciali.l.iuſiurandū,quod
ex conuentione.in princ.vbi Bar.& Moder.ſ.eo.Pau. de Caſtr.
& Alex. hic. Item non habet locum in iuramento neceſſario,
quòd defertur in ſupplementum probationis, quia illud refer
ri non poteſt.c.fi.in prin.& ibi gl.& Docto.extra eod. Similiter
non habet locum in iuramento neceſſario,quod defertur con
tra doloſum.l.fi.vbi Doct.ĩ.de in litem iur. Concluditur ergo,
quòd iſta lex,& ſimiles reſtringuntur,vt ſolùm habeant locum
in iuramento iudiciali,in quo etiam aduerte,ꝙ locum nō ha-
bet,niſi poſtquam iudex expreſsè approbauerit delationem iu
ramenti.Nam ante talem approbationem iudicis,poteſt licitè
recuſari,ſecundum Bar.& alios hic,& Panor.in c.fin. extra eo.
3 ¶†Secundò quæro(& eſt ſubtile,& diſputabile dubium,) nun
quid iſta lex procedat etiam, quando actor nihil penitus pro-
baſſet,vt ſi deferat iuramentum reo,cogatur iurare, vel refer-
re,an verò licitè poſſit recuſare, cùm ſit in caſu abſolutionis,
& ſic victoriæ reportandæ?Spec.in tit.de iuram.delatione. §.1.
in ver.ſi autem actor.tenet,quòd tunc non habeat locum iſta
lex; ſed ꝙ actore nihil probante, reus ſine iuramento abſolui
debeat,per regulam.l.qui accuſare.C.de eden.cum ſimi.& per
tex. in c. fi. in verſ.ſanè.extra eod.vnde ſecundum eum iſta lex
debet intelligi,& limitari,quando deferens iuramentum aliqd
probaſſet,quamuis minus quàm ſemiplenè. Eandem opi. per
ſupraſcripta,& quædam alia non multum vrgentia tenet Pa-
nor.in d.c.fi.motus per l.in bonæ fidei. C. eod.Item quia etiam
iuramentum neceſſarium poteſt recuſari, quando actor nihil
probauit.c. fina.§.ſanè. extra eod. & dicit hoc eſſe notandum,
quia multi decipiuntur, intelligentes ſimpliciter iſtam legem,
ita etiam tenet idem Panor.in cap.2.in vlti.not.de proba. Inue-
nio etiam,quòd iſtam opi.Spec.refert Bal.in repe.l.2. col.36.ſ.
eo.& inuenio,quòd illam tenuit Pau.de Caſt.in l.fi. C.de fidei-
commiſ. limitando in cauſa matrimoniali. iuxta not. per Ca-
noniſtas in cap. continebatur. de deſpon. impub. Contrariam
a opin. a tenet Pau.de Caſt.hic,& plenius in l.iuſiurandum,& ad
pecunias.§.ait prætor.ſupra eod.vbi dicit, quòd Docto. noſtri
malè declarant iſtum paſſum.Idem tenet Pau.de Caſt.in l.ad-
monendi.in 12.colum.ſupra eodem,& in l.fi.C. de fideicom-
miſ.motus,quia licèt in iuramento neceſſario, quod defertur
à iudice in ſupplementum probationis,vel in iuramento pur-
gationis,niſi actor ſemiplenè probauerit,reus non cogatur iu-
rare.d.c.fi. tamen quia defertur à parte,etiam ſi actor nihil pro
bauerit,habet locum iſta lex,quia hoc nō videtur iniurioſum,
cùm poſſit iuramentum referre, vt reſpondet Iuriſconſult. in
l.iuſiurandum & ad pecunias.in 2. reſpon. Quæ ratio ceſſat in
iuramento neceſſario. iſtam opi.tenet Alex.hic,referens Bald.
idem tenere in lect.antiqua, motus, quia quamuis actor nihil
probauerit,tamen ſi reus eſt de veritate informatus,ſibi eſt tur
pe non iurare,aut ſaltem non referre,& ſic militat ratio huius
legis.Adde pro iſta opi.bene facere tex.in l.generaliter.§. 1.ver.
omne igitur.C.eod.qui vult iuramentum iudiciale poſſe præ-
ſtari in initio,ergo antequam aliquid probatum ſit,& ita per il
lum tex. tenet Alb.de Roſ.poſt Iac.de Rau.in l. in bonæ fidei.
in pen.colum.C.eod.& in d.l.admonendi.niſi reſpondeas,ꝙ il-
le tex.loquatur,quando ſponte defertur. eandem opin. tenet
Franc.de Are.in cap.2.in 2.not.de proba.per tex.in l.fin.in 2. re-
ſpon. C. de fideicommiſ. vbi ſecundum eum eſt caſus clarus,
ꝙ vbi nullus adeſt teſtis,& nulla probatio ex parte actoris,po-
teſt actor deferre iuramentum iudiciale, & tenetur reus illud
ſubire,& quòd ibi nulla eſſet probatio, patet, dum text.dicit,
nulliſque teſtibus, nulliſque alijs aduentitijs probationibus requiſitis.
Secundò adducit tex.in l.tutor.in princ. ſupra eod. qui tamen
loquitur quo ad præiudicandum pupillo, ſed an aduerſarius
poſſit cogi ſubire,tex.ille non vrget.Tertiò mouetur per tex.in
d.l.generaliter.§.1.inducendo, vt ſupra induxi. Tu vltra alios
pro iſta ſententia adde facere tex.in dicto cap.2.ad fi.de proba.
vbi dicitur,ꝙ ad huiuſmodi iuramentum deuenitur,cùm alię
probationes deficiunt,tamen de illo tex.nō multum curo. ſed
pondero alium tex.qui fortius ſtringit in l. cum de indebito.§.
in omnibus.ff.de proba.vbi eſt fortior tex.ꝙ etiam quando eſt
præſumptio contra actorem,per quam præſumptionem gra-
uatur actor onere probandi, tamen poteſt actor omittere p̄-
bationes,& deferre iuramentum reo,& ille tex. mihi multum
ſtringit.Tamen pro prima opi.facio duo fundamenta. Primū
eſt, nam quando actor plenè probauit intentionem ſuam, &
ſic eſt in caſu ſententiæ obtinendæ, ſi reus ei deferat iuramen-
tum,poteſt illud recuſare, nec valet conſuetudo in contrariū.
d.cap.2.ergo eodem modo in caſu contrario, quando actor
nihil penitus probauit,& ſic reus eſt in caſu obtinendæ ſenten
tiæ,debet poſſe iuramentum recuſare, vt contrariorum eadē
ſit diſciplina.l.1.ff.de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.& quia actor,
& reus ſunt correlatiua, & inter eos debet ſeruari æqualitas.l.
fin.C.de fru.& li.expen.l.petendæ.C.de temp.in integ.reſtit.&
ſtatutum in vno debet intelligi ſtatutum in alio.l.fin.& ibi no.
Bar.C.de indi.vidui.tollen. cum concor. ibi ſignatis. præcipuè
cùm fauorabiliores ſimus reo, quàm actori. l. Arrianus. ff. de
actio.& oblig.l.fauorabiliores.ff.de reg.iur.cap.ex literis.de pro
ba.¶Nec obſt. fundamentum Dom.Alex.inquantum dicit,ꝙ
quamuis actor nihil probauerit, tamen ſi reus eſt de veritate
informatus, militat ratio huius legis, quia turpe eſt reo nolle
iurare,nec referre,quia dico, ꝙ iſta ratio fortius militat ex par-
te actoris,qui plenè probauit,& ſcit veritatem,& dēt cum ma
iori fiducia iurare,& tamen poteſt recuſare.d.cap.2.ergo idem
ex parte rei.Secundò moueor per tex.in d.l.fi.in 2.reſpon.C.de
fideicommiſ.quem tex.licèt Dominus Franciſ. de Aret. pro ſe
inducat, puto ad oppoſitum ſtringere; nam cùm ibi ſit caſus
ſpe-

ADDITIO.

a ¶Contrariam opi.Adde,quòd hanc ſequitur Dec.in c.ſicut.col.3.in fi.de pro
ba.vbi Doc.in apoſt.Prac.Pap.for.iuramenti à parte parti.ver. dicit,& pro-
teſtatur.vbi dixi,& fac.quæ ſcribit Rip.in l.admonendi.nu.56.hoc titu.Boer.
q.95.Nat.conſi.35. MASVER.

ſpecialis,quando teſtator nullos voluit teſtes adhibere,ſed cre
dere fidei hæredis, quòd tunc hæres,cui (deficientibus proba-
tionibus) defertur iuramantum iudiciale,cogatur illud ſubire,
ergo in alijs in contrarium eſt ius commune.Quòd autē text.
ille loquatur in caſu iſto ſpeciali,clarè patet per text. in §.fina.
Inſti.de fideicom.hære.& ita declarat Barto.in l. nemo poteſt.
in 1.col.& ibi Imo.& Moder.ff.de leg.1.& Bar.in d.l.fin.in ſecū
do intellectu.& in l.poſt legatum . in priu.in 3.colum. in verſi.
item opponitur.dicitur hic,nō obtinuit.ff.de his quib. vt indi.
Et ſic ex prædictis vides hunc paſſum eſſe diſputabilem , & ꝙ
facilè eſſet vtranque opi. ſuſtinere. Tamen iſta ſecunda opinio
plus placet,pro qua adduco etiam infraſcripta, & primò text.
in d.c.fin.§.ſanè.extra eod.vbi dicit tex. etiam ſi in probatione
defecerit.Et licèt reſpondeatur per omnes, quòd ille text. non
loquatur in iuramento iudiciali,ſed in neceſſario , tamen ego
tripliciter induco illum tex.quòd loquatur in neceſſario,vel ꝙ
loquatur in omni iuramento.Nam debes ſcire,quòd tex. in il
lo.c.fi.primò ponit duas deciſiones,poſtea ponit. §. ſanè, tunc
arguo ſic:Aut vis,quòd verſ.ſanè,referatur ad ambo præcedē
tia,& tunc erit caſus,quòd in iuramento iudiciali, etiam quan
do actor nihil probauit,poteſt deferri iuramentum.Aut vis,ꝙ
referatur ad proximiora,& tunc referetur ad iuramentum iu-
diciale.Secundò induco,dum text. dicit , omnino,& dico ſic,
nam iuramentum neceſſarium eſt duplex.aut enim eſt in ſup
plementum probationis,& de hoc non pōt loqui, quia actor
nihil probauit:aut eſt iuramentum neceſſarium purgationis,
& de iſto non poteſt loqui , quia habet locum, quando actor
aliquid probauit. tunc enim defertur reo ad purgandum illā
ſuſpicionem,ſed cùm tex.dicat, nil penitus probauit , ergo ni-
hil probatum erat,& quòd non loquatur de iuramento purga
tionis,probatur,nam text.dicit præſumptione verò pro acto-
re,& c.apparet ergo,quòd in ver.præcedenti non loquitur de
iuramento purgationis.Tertiò induco aliter illum tex. quia ſi
ille vellet dicere,quòd quando actor nihil probauit , reus non
debet ſubire iuramentum purgationis,tamen debet iurare de
veritate,certè illud eſſet vnum abſurdum,quia plus eſt iurare
de veritate,quàm de purgatione.Item pro iſta opinione addu
co tex.in l.ſi quis iuſiurandum.C.eod. dum text. dicit , *& cum
etiam deſperauerit* &c.nam dicitur ibi,quòd ſi detuli iuramentū
aduerſario,& ille acceptauit, antequam iuret , reuoco , poſt-
quam reuocaui,nihil probo, quæritur an poſſim iterum defer
re iuramentum?tex.dicit,quòd non,pōdera,quia tex.ille vult,
quod ſi ego ſemel non reuocaſſem delationem , cogeret reus
iurare,& tamen loquitur ille tex.quando actor nihil probauit.
Tertiò pro iſta opin.dico facere text.in ſui generalitate. in ca.
2.de proba.Quartò pro iſta opin.dico facere text. in l.Marcel-
lus.§.primo,in verbo magis.ff. rerum amo. nam text.ibi dicit,
*quòd qui rerum amotarum iudicio agit,magis poteſt ad iuſiurandum de
ſcendere.* illud verbum, magis, exponitur ibi idest plus poteſt iu-
ramentum deferre,quàm probare.Quintò pro iſta opin. dico
facere tex.in l.cum de indebito.verſic.in omnibus. ff.de proba.
ſi bene aduertatur.Sextò pro iſta opin.adduco.l.fina.§. licētia.
el ſecondo.C.de iu. delib.vbi tex.dicit,quòd ſi omnes aliæ pro
bationes defecerint,poteſt iuramentum deferri.¶Tertiò quę-
ro,nunquid iſta lex habeat locum ſi ille,cui defertur iuramen-
tum,non vult iurare,nec referre , ſed vult probare per teſtes,
vel inſtrumenta,an per hoc poſſit licitè recuſare iuramentum?
Bar.ſing.tenet,quòd ſic.in l.in contractibus.§.illo.de non num.
pecu.in bonis lecturis,quæ communiter non habentur, per il-
lum tex.& per tex.in l.eum qui.in princip.in ver. cum omiſſa.
ſupra eo.Item,quia quidam ſunt adeo timidi,qui potius om-
nia facerent,quàm iurare.l.quæ ſub condit.in princip. ff.de cō
di.inſtit.tamen ad hęc poſſes reſpondere per l.iuſiurandum &
ad pecunias,in princip.ſupra eod.quia poteſt iuramentum re-
ferre,tamen pro iſta parte videtur facere.l. ſi quis iuſiurādum.
in fin.C.eod.& d.l.Marcellus.§.1.verſic.magis.Contrarium ex-
preſsè tenet Bar.quem ego ſolus ad hoc pondero,in l. fina. in-
fra de in litem iurando.eo quia iſtud,quod diſponit iſta lex,eſt
inductum fauore deferentis iuramentum,qui non vult litiga-
re.Pro iſta parte pondero facere tex.in cap.2.de proba. & d. §.
illo. vbi poſtquam actor iam plenè probauit , bene tunc po-
teſt recuſare iuramentum,ergo ſecus eſt antequam actualiter
probauerit,dato quòd diceret ſe velle probare. Secundò mul
tum mouet me text. in d. l. eum qui.in princip.in verſicu.cum
omiſſa.quem retorqueo contra Barto.] vbi eſt ſpeciale , quòd
actor poteſt recuſare iuramentum,& dicere, volo probare ꝑ
teſtes,quando iuramētum eſt ſibi damnoſum , quia diminui-
tur condemnatio,prout etiam dicit Bar.hic. ergo quando iu-
a ramentum non eſſet damnoſum,ſecus eſt. Concludo [a] ergo,
& eſt magna extenſio ad hanc legem,quòd procedat etiam ſi
ille,cui defertur iuramentum,dicat ſe velle probare per teſtes,
vel inſtrumenta.Iſtam legem ſic declaratam limita modo, ꝑ
ut limitat Sali.in l.fina.in 1.colum.per illum text.cum gloſ. C.
de fideicommiſ.vt procedat,quando ille, cui defertur iuramē
tum,ſcit veritatem , & conſequenter poteſt ſalua conſcientia
iurare,tunc cogitur iurare,vel referre,vbi autem ignoraret,nō
cogitur iurare,& per conſequens nec referre, & hoc dicit eſſe
tenendum cordi,& quòd eſt aliàs inauditum.Tu dic,quòd nō
eſt inauditum.Imo.Barto.& alij hic ponunt in ſexta cauſa,per
quam poteſt iuramentum recuſari, ſcilicet propter ignoran-
tiam,vel dubitationem,per tex.bonum in l.iuſiurandum & ad
pecunias.in 2.reſpon.ſupra eod. Et intellige Salic. loqui, quan-
do habito tempore ad deliberandum veriſimiliter non potuit
4 bene informari.¶†Secundò no.ex hoc tex. in verſ. manifeſtæ.
quòd ficta confeſſio dicitur manifeſta.facit. l. licèt Imperator.
ff.de leg.1.Item facit,quia præſumptiones legum dicuntur li-
quidiſſimæ probationes,vt eſt glo.in l.ſi tutor petitus.C.de pe-
ric.tut.quam ad hoc reputat ſingu.Imo.in l.quæſitum. ff. de re
iudi.& in l.in tempus.§.primo, & in l. ſi quis ita hæres inſtitua-
tur excepto fundo.ff.de hæred.inſtit. Eam etiam ad hoc alle-
gat Bald.in rubr.extra de præſump.ad fi.ſed habes glo. conſo-
ciam in l.1.C.de teſtam.mili.& ibi Angel. Ludo. & Alexan. ad
b hoc no.In quo autem differat manifeſtum, & euidens, [b] vide
tex.cum glo.in cap.2.de verbo. ſignific. in ſexto. vbi licèt text.
iſta duo capiat pro eodem , tamen ſecundum gl. ibi differunt,
5 quia magis eſt euidens,quàm notorium.¶†Tertiò not. quòd
contumax in præſtando iuramentum iudiciale habetur pro
confeſſo.ſimile in eo,qui eſt contumax reſpondere poſitioni-
bus.cap.ſi poſt præſtitum.de confe.in ſexto.ſimile in iuramen-
to calumniæ.l.2.§.ſi actor.C.de iur.calum.¶Capio gl.vnicam,
quam diuide in duas partes.Primò tacitè opponit de regula.l.
duobus.ff.de verborum ſignific.& reſpondet,quòd vna nega-
c tio abundat. [c] & ita alij tranſeunt. Tu dic,vt per Lau.Vallen-
ſem lib.3.elegant. cap. 128.Secunda ibi,item not.glo. per viam
notabilis fortiter opponit contra text. & ponit duas ſolu. Pri-
* mam *reprobant omnes*,quia nimium reſtringit iſtam legem. &
l.delata.C.eodem.Tu pro iſta ſolu.pondera text.in l. iuſiuran-
dum & ad pecunias.§.fina.ſupra eodem , vbi dicit text. quòd
quando res dimiſſa eſt ad iuramentum,hoc eſt placuit vtrique
parti rem decidi iuramento,cogitur reus iurare, vel referre,er
go poſtquam eſt acceptatum,ergo prius debet poſſe recuſari.
Secundò pondero tex.in d.l.generaliter. §. primo,in verbo, *ni-
hil fuerit reluctatus*.tamen contra iſtam ſolu. ſtringit ſecundum
Fulgoſ.l.tutor.§.ſi.ſupra eodem,vbi ſpeciale eſt in Legatis pro-
uincialibus,quòd poſſint iuramentum recuſare. Nec dicas, ꝙ
ibi iuramentum eſſet acceptatum,quia acceptando iuramen-
tum perderent beneficium.l.2.§.ſed & ſi agant.ff. de re iudic. l.
eum qui.§.primo,ff.de conſti. pecu. vera eſt ergo ſolu. ſecun-
dum Barto.& Docto.hic, & in d.l.generaliter.§.ſinautem reus,
quòd per illum text.limitetur lex iſta, niſi ſubſit iuſta cauſa re-
cuſandi, vt clarè patet ibi in ver.ſequen.dum loquitur de iudi-
* ce appellationis.Contra *iſtam communem ſolutionem* ſtringit text.
in dicto cap.fin.in princip.ponderando aduerſatiuam , quam-
uis,ibi poſitam.Fulgoſius dicit,dum primo anno ſui ſtudij re-
peteret priuatè iſtam legem,reſpondiſſe,quòd iuramentum iu
diciale poteſt ſine cauſa recuſari. Verum eſt referendo , & ſic
tex.ibi,dum dicit recuſari,ac referri,capitur pro eodem,& fuit
ante eum ſolutio præceptoris ſui Domini Chriſtoph. de Caſt.
hic. Vel reſponde ſecundum Ioan.Andr. & Dom. Anton. ibi,
quòd verſic.quamuis.debet intelligi etiam ſubſiſtente cauſa,&
diuerſitas erit in iure , quia iuramentum iudiciale non ſolùm
poteſt ex iuſta cauſa recuſari,ſed etiam referri , quæ relatio nō
cadit in iuramento neceſſario.Vel tertiò reſponde, ſecundum
Panormi.ibi ex mente Hoſtien.& Barto. hic, quòd antequam
iudex approbet delationem, poteſt etiam ſine cauſa recuſari,
6 † Hinc ſumpta occaſione quærit Barto. quæ ſint iuſtæ cauſæ,
propter quas iuramentum poſſit licitè recuſari, & enumerat
nouem cauſas,quas etiam ponit Bald.in l.generaliter. §. finali,
ad fin.C.eod. Angel.Fulgoſ. & Pau. de Caſtr. hic. Tu adde ad
quintam cauſam,inquantum Barto. tenet , quòd vbicunque
iura-

ADDITIONES.

a ¶Concludo.Adde,an actor,qui vult probare per teſtes, vel per inſtrumenta,
teneatur iurare,vel referre?& dic concluſionem Iaſ.hic non bene videri cō
uenire,dum allegat Bar. in l.in contractibus.§.illo.ex dictis Old.& Alber. in
l.iuſiurandum & ad pecunias.§.ait prætor.ſupra eo.dum volunt,quòd ſi quis
vult iurare,vel referre,non auditur,ſi aduerſarius velit offerri libellum , &
fac.quæ ſcribit Hippol.ſing.83.Soc.conſi.184.lib.1. & contrarium tenet Iaſ.
in §.item poſtulante.col.14.inſti.de act. BELLAC.

b ¶Manifeſtum & euidens.Adde c.euidentia.de accuſ.& in c.eorum.& ibi Ar-
chi.11.q.3.

c ¶Negatio abundat.Vide Bar.in l.1.C.de fur. PVRPV.

iuramentum defertur ſuper exceptione, quæ amplius opponi non poteſt, quod tale iuramentum licitè recuſatur, & de hoc dicit eſſe caſum notabilem in l.in contractibus.§.illo. C. de nō num.pecu. Aduerte, quòd licèt dictum Barto. ſit in ſe verum, tamen tex.in dicto §.illo, potius probat contrarium, quia quāuis ſit elapſum biennium, tamen debitor poteſt perpetuò opponere exceptionem non nume.pecu.ſecundum gloſſ.& Docto.in d.l.in contractibus.in princip.cùm ergo poſſit perpetuò opponere, aſſumendo onus probandi in ſe, deberet poſſe exigere iuramentum, quia etiam actor in his, quæ tenetur probare, poteſt deferre iuramentum aduerſario. l. cum de indebito. verſic.in omnibus.ff.de proba.Vnde conſidera, quòd tex. in dicto §.illo.ponit duos caſus. Primus eſt, quando ab initio non poteſt opponi exceptio non num.pec.in caſibus, quos enumeraui in l.pecuniam.ſupra titu. 1. & Barto. tunc bene ponderat illum text. quod etiam tunc non poteſt iuramentum deferri. Secundus caſus eſt, quando elapſum eſt biennium, & tunc Barto.errat, cùm elapſo biennio ſemper poſſit opponi, dummodo opponens aſſumat in ſe onus probandi, vt prædixi. Vera ergo ratio in illo ſecundo caſu eſt, quia elapſo biennio creditor habet fundatam intentionem ſuam, ideo amplius iurare non tenetur.cap.2.de proba.& ita dixit, & melius Barto. in dicto §. illo. in bona lectura, quæ communiter non habetur. ¶Item adde circa octauam cauſam, quam habes per Domin.
7 Alexan.contra Fulgoſ.hic, non refero, quia nō adderem.¶†Itē adde circa vltimam cauſam, quòd ex qualitate, ſeu ex modo delati, vel relati iuramenti poteſt recuſari, nam licèt Barto.aliter non exemplificet, tu pone notabile exemplum, quando aliquis ſecretè mihi mutuaſſet pecuniam, & ego ſecretè (vt ſit inter amicos ſine teſtibus) reſtituiſſem. Deinde vult mihi deferre iuramentum, vel ſtare iuramento meo, quòd mihi mutuauit: nam ſi iurarem, quòd non mutuaſſet, iurarem falſum: ſi iurarem, quòd mutuauit, præiudicarem mihi, ſi autem iurarem, quòd mutuauit mihi, ſed quòd ei reſtitui, certè iuramentum valeret inquantum iuraui, quòd mutuauit, ſed inquantum iuraui, quòd reſtitui, nihil valeret, quia quando iuratur ſuper eo, ſuper quo non eſt delatum iuramentum, nil valet. l.3. in fin.ſupra eod.vnde tunc poteſt iuramentum licitè recuſari, niſi creditor velit de vtroque deferre iuramentum, ſcilicet, ꝙ mutuauit, ſed quòd ego reſtitui. Facit bene, quod dicit Bald.in
aliqua cauſa. Nec obſt.tex.in d.§.deferre.qui eos decepit,cùm
dicit deferre autem iuſiurandum iudicẽ oportet, non intelli-
ge,ꝙ iudex neceſſitet,ſed eſt neceſſariũ iudicẽ deferre,ita ꝙ ſit
2 iudex,q deferat,& non notarius,vel alius. ¶† No. ſcdõ ex hoc
tex.vnũ caſum, in quo non iurat in litẽ de affectione, qñ natu-
ra rei non recipit affectionẽ. Adde aliũ caſum, vbicunq; im-
ploratur officium iud.glo.in l.harum.§.fin.ff.ſi ſer.vend.ſed eã
per bonas rõnes reprobant Barto. & Paul. de Caſt.ibi, Imo.&
Mod.in l.ſi prius.in pe.col. ff.de op.no.nun.Tertius caſus eſt in
fiſco, qui in hoc habet minus iuris, quàm priuatus, cùm non
iuret in litem.gl.eſt ſing.in l.quoties.in gl.fi.in fi. C.de exa. trib.
lib.10. Sed illam gl. reprobant Bald.& Io. de Pla.ibi,& d.Alex.
3 in l.pe.§.in eum.ff.ne quis eum qui in ius. vo.eſt vi.exi.¶† Ter-
tiò not. ex text. in verſ.niſi fortè, quòd in nummis venit inte-
reſſe extrinſecum, quòd conſiſtit extra rem, ſecus eſt in fru-
mento,vino,oleo,& ſimi. quia cũ in eis veniat intereſſe intrin-
ſecum,conſiſtens circa pretium, & valorem, certè in illis non
conſideratur aliud intereſſe extrinſecum, ſiue conſiſtat in lu-
cro, ſiue in damno.text.eſt de his omnibus in l.ſi ſterilis.§.cum
per venditorem.vbi Docto.præcipuè. Pau.de Caſt.ff.de actio.
* emp.Bartol.& *communiter* alij hic.& latius Bart. in l.1. in 8. col.
& in 11.C. de ſen.quæ pro eo, quod intereſt. & in l.Iul.in prin.
4 in 2.col.ff. de actio. emp.† Ex iſta doctr. *communiter approbata,*
* ſequitur in practica mirabilis deciſio,& valde dura,ſecundum
Fulgoſ.hic, quòd ſi depoſui penes te 100. ſaccos frumenti re-
ſtituendos mihi tali menſe, quo volebam ſoluere illos 100.
ſaccos pro canone cuidam eccleſiæ, cuius eram emphyteuta,
& quia fuiſti contumax, & non potui ſoluere, eccleſia fecit
me cadere à iure emphyeteutico, quòd iſtud intereſſe extrin-
ſecum non poſſem à te petere, ſed ſi valor frumenti decre-
uiſſet, poſſem iſtud intereſſe valoris petere.d.§. cum per ven-
5 ditorem, quam deciſio. bene not. ¶† Quartò not.ex hoc text.
quòd ſi perdidi pignus apud iudæum, quia pecuniam depoſi-
tam non reſtituiſti tempore debito,poſſem à te petere iſtud in-
tereſſe extrinſecum: & ſic iſtud damnum. Adde, quòd ſi
teneris mihi ſoluere pecuniam in termino, vel ad certam diẽ,
& quia non ſoluis, capio ab alio tantam pecuniam ſub vſu-
ris, quòd licitè poſſem à te petere, & pecuniam, & vſuras,
ſecundum Innocen.& alios in capitul.1. de vſur. ſequitur do-
min.Alexand.in conſil.362.incipien. Egregiè, & copioſè alle-
6 gatum eſt.in 3.colum.libr.2.¶† Quintò ſubtiliter not. in verſi.
quid enim ſi ſub pœna. hic probari, quòd licèt difficultas ex-
cuſet à mora, vt dixi in l.quod te.ſupra titul.2.& etiam à periu-
rio.capitul.breui. de iureiur.tamen non excuſat à pœnę com-
miſſione, etiam ſi nulla negligentia interceſſit: nam vides hic,
quòd petijt pecuniam depoſitam, & fecit condemnari depo-
ſitarium, & quia habita omni diligentia non potuit recipere
pecuniam depoſitam, tamen iſta difficul. non excuſat eum à
7 pœna.† Ex hoc infertur vnum, quòd facilius quis excuſetur à
mora,quàm à pœna, de quo puncto per Bar. & alios in l.con-
tinuus.§.illud. ad fin.de verb. oblig. Et ſi teneremus opin.Bar-
tol. quòd quando quis eſt debitor quantitatis, vt in hoc text.
quòd difficultas non excuſet à mora, nec à pœna:ſecus quan-
do eſt debitor ſpeciei, vel tenetur ad factum, prout tenet Bar-
tol. in l. quod te. ſupra ſi cert. pet. & in dict.§. illud.in fin. certè
ſolu. ad hunc text.eſſet bona, ſed quia illa opinio Bartol. ſolet
* *communiter damnari*, vt ibi dixi, tenendo contrariam ſenten-
tiam durius eſſet reſpondere adhunc text. & quòd quando
quis tenetur ad factum, difficultas excuſet à pœna, probat.l.ſi
vehenda.§.penultim.ff. ad leg. rhod. de iac. per quam vide, ꝙ
pulcrhè conſuluit Fed.de Sen.in conſilio 117.incip.Titius pro-
miſit ſe facturum.ſequitur Panor.in conſil.91. incip. Videtur,
ꝙ fideiuſſores. in 2.colum.per d.Ant.& Pan.in dict.c. breui.Et

aduerte, quia in conf.Fed.erat obligatio ad factū,in ista materia erat obligatio quantitatis: vide ēt contra prędicta text.in c. significante, de pig.sed responde, ꝙ ibi multa concurrebant.
8 ¶† Pondera etiā text.ibi, *dedi pecuniam, ne ad iudicem iretur.* quòd hic videtur text.quòd in ꝯtibus innominatis impersonalitas non vitiat contractum innominatum: nec dicatur, quòd ista sunt verba legis; quia imò sunt verba contrahentium.Non pōt etiā dici,quòd sit impersonalitas in verbo executiuo, quæ non vitiat stipulationem,sed in verbo obligatiuo sic, iuxta doctri. Bart.in l.stipulatio ista.§.si quis ita.ff.de verb.obl. & traditur in l.fin. in fin.ff. si cert.ꝑet. & in Auth. si quando.C.de const. pec. ¶ Circa etiam istum tex. pro intelligentia illius regulæ,q̄ in ea traditur,quòd in nummis non cadit iuramentum affectionis.
a moue necessariā ᵃ quęstionem.† Pone, testator legauit mihi
9 100. duc. q̄ erant penes cāpsorē,& si hęres nō daret illa centū, daret mihi tale prædium:hæres habuit illa centū à campsore, sed expendit. quæritur vtrū possit dare alios 100.duc. & tenere prædium? Bart. in l. talis scriptura. in fi.prin.ff.de leg.1.refert, quòd debet habere prædium ista ratione, quia testator intelligitur legare certum corpus. l. planè.§.si eadem res. versi.sed hoc ita.& l.sed si certos. eod. tit. de leg. 1.& sequuntur *Bald.& omnes* Mod.pro ista decis.potest allegari text. in l.centum.ff.de verb. obl. & gloss. in l.hæc vēditio.in prin.in versi.quanti. ff. de ꝯh.emp.& glo. in l.sed si certos.in gl.fi. ff.de leg.1. Ego contra Bart.arguo:nam in q.Bart.legatarius nō pōt petere illā pecu.à campsore, imò debet petere ab herede, tunc sic.hr̄s habuit à mercatore,quare ergo nō pōt dare alios duc.eiusdē ligę? Non ob.fundamentum Bart. dū dicit,q̄n testator legauit nummos, qui sunt penes campsorē, ꝙ iudicantur vt certa species: q̄a respondeo, ꝙ in his,quę recipiunt functionē adinuicē, pōt vnū pro alio solui.Cōfirmatur per illud,ꝙ volunt Bar.& Docto.in l.cū fundus.in §.seruū tuū inprudens.ff.si cer.pet.vbi dicunt,ꝙ licèt de quantitate ad speciē nō fiat cōpensat io, fallit nisi esset pecunia, quę deberet vt species, q̄a tūc admittitur cōpēsatio.
10 † Nā pondera,ꝙ ꝯpēsatio est solo,ergo sicut pōt fieri cōpēsatio,sic ēt solutio.Cogita,q̄ est noua ꝯlideratio. Vltra notabilia preal.no,ꝙ nūmus,& pecunia capiūtur vt synonyma, & ꝑ eo dē, & queadmodū pecunia pōt capi tripliciter, ita terminus nūmus,& Bar.hic sentit istā inductionē.Dicit Bar.ꝙ terminus nummus, capitur largè,quamuis verba non patiantur.In fine capitur pro pecunia numerata tātū. pondera si Bar. voluit ꝯrium in prin.videlicet,quòd terminus nummus, capiatur tan-
11 tum strictè.dixi in l.singularia.§.si cert.pet.† Itē pondera text. in versi.nisi fortè.iuncta gl. & nota limitationē ad regulā,quæ habet,quòd exceptio,ad hoc vt sit bona,debet esse de cōtentis sub regula, secūdum Barto.in l.in his.ff.de leg.& in l.1.in fi.post gl.ibi.ff.de regu.iu.& in l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau. Hinc dicimus, quòd exceptio facit regulam in casib. non exceptuatis.l.nam quod liquidè.§.fin. ff. de pen.leg. nam istud in tantum est verum,quòd exceptio facit,vt regula amplietur,& comprehendat illa,quæ aliàs nō comprehenderet,vt exceptio
12 sit bona.† Hinc videmus, quòd si constituto procuratorem generalem,non potest procurator expedire ea, quę requirunt speciale mandatum.Pone,quòd constituto procuratorem ad omnia,preterquam ad restitutionem in integ. ista exceptio ad hoc vt sit bona, intelligitur, quòd procurator possit expedire casus speciales, qui aliàs non comprehenderentur. ita Lap. & Gemi.in c qui ad agendum.in §.1.in penult.col.de procu.in 6. Imo.in l.fin.in 12.col.ff.à quib.appel. non licet. Alexan.in l.fin. contra gloss. ibi. ff. quod quisque iū. vbi disputauit hunc arti. Pro confirmatione facit, quod vult Bald. in capitu.1. in 2.col.
13 per quos fiat inuest.vbi dicit, † ꝙ Papa ḡnaliter confirmando
b priuilegia, ᵇ non intelligitur confirmare priuilegia ꝯ ius, tñ si exciperet vnum ꝯ ius, intelligeretur ꝯfirmare alia, quæ essent ꝯ ius, alleg.tex.in l. tribunus.§.1. ff.de test.mil. Et ita ponderat Are.consil. 8. ꝙ incip.Abundè.in 1.& vlt. col.¶ Ex isto ēt text. collige limitationem ad r̄am, quæ habet, ꝙ sufficit, ꝙ excep-
c tio sit de regula, ᶜ ideo de eo, de quo regula disponit, licèt expressè,vel tacitè.iā limita,ꝙ sufficit,ꝙ exceptio sit de regula non simpliciter, sed ſm aliq̄d,ita pondero esse text.hic.Istud enim,ꝙ dr̄ in exceptione, erit de regula respectu iurī in litem, non respectu iurī affectionis.¶Capio gl.in ver.æstimatio, q̄ est intricata, & obscura,& ſm Fulg. vr̄ iuuenib.barbara,quam diuide pro intelligentia in tres par. prout tria format ꝯria. Scd̄a ibi,sed nec alia rōne.Tertia ibi, in litem autem.Primum ꝯriū,
14 quia text.dicit, † ꝙ certa est nummorum æstimatio. Contra, nummi non recipiunt æstimationem,sed bene æstimant alias res.huius timore gl.exponit tex. vt in ea habes, sed est destruere tex. Ideo dic, ꝙ imò nummi recipiunt æstimationem,quia pecunia aurea æstimatur per argenteam, & argentea grossior æstimatur per minutam. Bene verum est, quòd pecunia non æstimat̄ per merces, vel alias res, vt loquitur.l.si ita fideiussorē accepero.alleg. in gl.ꝯria: vnde tex.bene stat,ꝙ certa est nummorū æstimatio.q.d.non magis æstimantur isti nūmi, q̄ illi data paritate formæ, & materiæ.Item dum glo.subdit,nisi fuerit in mora, non intelligas gl.velle, ꝙ in nummis cadat affectio,si debitor fuit in mora: nā nec ante,nec post vnq̄ cadit affectio: sed intellige.gl.sanè,nisi debitor fuit in mora,q̄a tunc in nūmis veniret interesse extrinsecum, ꝙ ēst extra rem. Iuxta hāc partē oppo.Bar.de l.pe.§. in eū.ne quis eū q̄ in ius vo.vbi q̄n succedit interesse,ꝙ consistit in quātatite,iuratur in litem de affectione. Rn̄det Bart. ꝙ illud interesse quantitatis successit loco speciei debitæ, rōne cuius speciei iurat̄ in litē. Ex ista solutione hēs li-
15 mitationē ad tex.nr̄m, † ꝙ in nummis non pōt cadere iur̄m affectionis,est verū,q̄n nūmi sunt principaliter in obligatione: sed si sit in obligatione spēs, & eius loco succedat q̄titas,est secus,ꝑ d.§.in eū.Nec obst.huic solutioni si diceres, ꝙ ēt in hoc text. interesse quantitatis succedit loco pignoris deperditi, sup quo Fulg.relinquit cogitandū,quia r̄ndet no.Bar. in l.in actionib.in 2.col.ſ.eo.ꝙ q̄titas succedit loco speciei,ideo si circa illā primā spēm cōmissus sit dolus, iurat̄ de affectione. ita loquitur.d.l. pe.§. in eum.sed in hac.l.non fuit commissus dolus circa pignus perditū,vt dicit gl.hic in vlt.parte.Non obstat etiā si diceres, ꝙ Bart.nimiū restringit. d.§. in eum, ꝙ ibi ageretur ad spēm primo loco ꝯ exemptū, quia r̄nde, ꝙ necesse est ita intelligere ꝑꝑ iur̄n in litē de affectione,de quo loquit̄ ibi text.ꝙ non cadit,nisi in specieb.vt hic.¶Scd̄m ꝯriū gl.est ꝯ fallentiā, q̄ ponit̄ in ver.nisi fortè. nam ad hoc, vt exceptio sit bona, debet esse de regula, vt declarat Bart. in l.si eum.§.qui iniuriarū. ff.si quis cautio.sed regula loquit̄ in iur̄o in litē affectionis, fallentia loquitur in iur̄o in litem veritatis, quod est extra rem, & sic fallentia est super diuerso à regula, ergo non est bona. Huius timore, vt sit bona exceptio, gl.supplet ad text.ꝙ in nūmis nō iuratur in litē,supple,sed nec alia rōne. Tu r̄nde clarius, ꝙ tex.in prima parte non exprimit de iuramento in litem affectionis, sed simpliciter de iur̄o in litē.Modo iur̄m in litē sumptum in genere, est triplex, vt declaraui s̄.in rubr.& hoc mo-
16 do fallentiā est bona.¶† Tertium contrarium gloss.est ibi, in litem autem tale est.text.dicit, quòd in nummis non iuratur de affectione,quia in eis nō cadit affectio,quia q̄n pignora sūt perdita, debet posse iurari de affectione,cùm bene in pignoribus cadat affectio.Gl. respondet, & bene, quòd iuramentum in litē de affectione præstatur in illa re,in qua est cōmissus dolus, sed hic dolus nō est ꝯmissus in pignorib. iō non ꝯsidrat affectio pignorū. Capio gl. in verb. sua die. q̄ diuide in quatuor par. Primò declarat tex. Scd̄ò opponit, & sol.In tertia format vnam questiō.In quarta aliam.Secunda ibi, aliud itaque est in specie.Tertia ibi,hic quæro.Quarta ibi,item an per solū iur̄m.
17 ¶† Ex prima parte no.ꝙ dies depositi restituendi interpellat, & ꝯstituit in mora,quāuis non differat solonem, quia posset depositarius ante illā diē restituere.l.1.§. pen.ff.deposi.q̄a depositarius medio tp̄e non pōt commodū percipere.l.4.C.deposi. & ideo pōt inuitus cogi,vt ante illā diē restituat.d.§.pe. ideoq; si ꝯuentū esset,ꝙ interim posset vti pecunia deposita,nō habe-
18 ret locū.d.§.pe.¶† In ea.gl.ibi,non venit, quod potuit lucrari. No.ꝙ in nummis non restitutis sua die,nō habetur ratio lucri. Idē tenet Bart. in l.Paulus.ff.de sol.sed contrariū dicit tex.in gl. alleg.& contrariū tenet Bart.hic.Sed concorda ſm Imo. ibi & Mod.hic,ꝙ duob.concurrentib.habetur ratio lucri,q̄n est solitus lucrari, puta mercator, & lucrū apparuit, & sic fuit quasi certū,aliàs secus.de quo per Bart.in l.1.in 12. col.in ver.venio ad vltimā partē.C.de sen.quæ pro eo, quod interest. Imo.in l. insulam. §. vsuras. ff. sol. mat. Lud. Rom. in l. si constante.§. quoties.ff.sol.mat.Pau.de Cast. in l.3.§. fin.ff. de eo,quod cert. loc.Can.in cle.1.§.sanè.de vsur.& vide text.not.in l.quēadmodum.§.itē labeo.ff.ad l.Aqui.& tex.in l.fi.ff.de peri.& ꝯmo.rei
19 vend. ¶† Not.tamen extrauaganter, quòd in mercatoribus, qui dant pecuniam ad lucrum, & damnum debet fieri ratio in fin.anni.l. neminem. & ibi Bartol. C. de susc. & arca. libr. 10. Et idem Bartol. in l.2.in fin.C. de nauf. libr. 11. sed malè dicit, quia potest peti reddi rationem quandocunque arbitrio boni viri,secundum Bar.in l.mutus.ff.pro soc.& Bald.in rub. C.pro so.in 2.col.De alijs quæst.gl.dicam in l.in actionibus.infra eod.

ADDITIONES.

a ¶Necessariam quæstionem. Vide Alex.libr.1.consil.57.col.3.
b ¶Confirmando priuilegia. Adde in cap. in nostra.de sepul.
c ¶Exceptio sit de regula. Adde gloss.in rubric.de regul.iur.lib. 6. Card. in capitul. quia propter. in §. nisi. versicul. quæro.de electionibus. Idem Cardin. capitul.final. in 1. opp.de temp.ordin.idem Card. in capit.cum contingat. in 5.opp.de offic.deleg.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pupillo an deferatur iuramentum.*
2 *Tutor defert iuramentum ad vtilitatem pupilli.*
3 *Procurator quid possit.nu.4.*
5 *Mulier an possit pro filio deferre iuramentum.*
6 *Culpa sine dolo non suffi.it, vt qs in periuriũ incidat.n.7.vsq; ad nu.13.*
13 *Nemo anceps cogitur subire periurium.*
14 *Mater quare non admittatur pro filio ad iurandum.*
15 *Tutor, vel procurator uan cogantur iurare.*
16 *Forma iuramenti in litem per tutores.*
17 *Adultus habens curatorẽ æquiparatur pupillo, quomodo intelligatur.*

LEX IIII.

VIdeamus. Pupillus, vel mater pupilli ẽt volentes non admittuntur ad
iurandum in causa pupilli: tutores autem & cura-
tores, & adultus admittuntur volentes, sed inuiti
non coguntur, & text intelligit causam tutelarem pro omni
1 causa pupilli, qualiscunque sit agitanda per tutorem. ¶† Not.
ex isto text. quòd pupillo non deferetur istud iuramentum.
Ratio, quia deferetur à solo iudice. §. defere. infra ea. l. qui
iudex nõ potest parti præiudicare: secus est iuramento volun
tario, vel iudiciali, in quo cùm possit pars sibi preiudicare,
potest illud pupillo deferre. l. qui iurasse. in princip. supra tit. 1.
2 ¶† Not. secudò in versi. non enim, quòd quando tutor iurat
in litem, debet deferre iuramentum non ad suam vtilitatem,
sed pupilli, declarando vt in gloss. & melius per Battol. hic,
* cum quo alij transeunt. Vltra prædicta pondera text. ibi, *sed*
3 *nec tutorem cogendum*, quòd quamuis regula sit, † quòd qui ha-
bet mandatum ad agendum, censetur habere mandatum ad
ea, quæ sunt necessaria. l. ad rem mobilem, & l. ad legatum. ff.
de procuratorib. & consequenter debet ponere manum ad
accessoria mandati, vt est text. in l. cuicunque. §. si ei apud
quem. ff. de instito. gloss. in capit. cum olim. el 1. de offic. delega.
tamen non tenetur iurare in litem, & sic expedire istud ac-
cessorium, quod accidit in lite. Ratio est, ne anceps incidat
4 in periurium. † Ex hoc subtiliter inferas, quòd quemadmo-
dum procurator nunquam censetur habere mandatum, vt
faciat dominum delinquere. l. si procurator. in princip. &
ibi Barto. ff. de condictio. indeb. l. si pater. ff. de his quæ in frau.
credit. ita non censetur habere mandatum, quòd ipse delin-
5 quat, text. est hic. ¶ † Item nouiter collige, videlicet, quòd
licèt mulier tanquam coniuncta persona possit assistere in
iudicio, lite mota per alium pro coniuncta persona, & as-
sistenti in lite possit ipsa probationes afferre, vt l. 2. & ibi
Bartol. in fin. exclamat illum text. C. de nego. gest. not. etiam
Bartol. in l. Titia, ad fin. & ibi etiam Moder. ff. solut. matrimon.
Angel. in l. fœminæ. ff. de regul. iur. Illa regula limitatur per
istum text. vt procedat in probationib. faciendis per testes,
aut per instrumenta: secus est in probationib. per iuramen-
tum in litem. text. est hic, & isto iure mater in causa filij mota
per tutorem volens asistere huic liti, & probare per iuramen-
in litem non admittitur, quod tene menti pro limitatione
6 notatorum in d. l. 2. C. de neg. gest. † Item pondera ibi, anceps
periurium, quòd qui dubitat, vel ignorat, si iurat contra veri-
tatem, dicitur periurus, & sic pondera probari, quòd ad hoc
vt quis incidat in periurium, sufficit culpa absque dolo: patet,
quia iste dicitur esse in temeritate, sed temeritas ascribitur
culpæ, non dolo. l. Iul. in §. item qui furem. in vers. quid tamen.
cum gl. ff. de act. empt. Bart. in l. si alterius. per illum text. C. si
min. se maior. dix. cũ ergo temeritas ascribatᷓ culpæ non dolo.
ergo iste, qui anceps subijt iuramentum, dicitur esse in culpa,
non in dolo: posset tñ ad istũ tex. responderi, ꝙ hic nõ appellatᷓ
periuriũ simpliciter, sed cũ adiuncto anceps, tũc succedit regu
la, ꝙ qñ aliquid nõ appellatur simpliciter, sed cũ adiuncto, il-
lud nõ est ꝓpriè, doctr. est Bar. in l. Lucius. §. quęsitũ. ff. de leg. 3.
7 † Communiter tenetur, & *est communis concl.* ꝙ periuriũ non
* committitur absque dolo. text. melior de iure. 22. q. 1. c. itẽ op-
8 ponitur. notant Pau. de Cast. & d. Alex. in l. qui iurasse. in prin.
per illũ text. s̃. de iureiu. vbi probatur, † ꝙ pupillus non potest
periurare, quia nõ potest dolum committere. Idẽ tenet Bal. in
l. obseruare. §. proficisci. in 3. col. ff. de off. procon. & lega. Idem
tenet Pau. de Cast. in l. fi. §. qui satisd. cog. Alex. plene consi. 92.
quod incip. Perspectis his, quę in themate narrata sunt. in pen.
colum. in 1. volum. ¶ Ex ista cõi concl. resultant duo not. ef-
9 fectus. † Primus, ꝙ quęlibet causa ẽt iniusta excusat à periu-
rio. probatur, nam periuriũ non põt esse sine dolo, sed quęlibet
causa ẽt iniusta excusat a dolo. l. 1. in fi. vbi glo. ff. de abig. l. igitᷓ.
§. põt. ff. de lib. causa. facit tex. in l. 3. §. si qs ignorans. ff. ad Syll. &
quod not. Ang. in l. prætor. in §. hæc actio. ff. vi bon. rap. & Bart.
in l. iustè possidet, ad fi. ff. de acqui. pos. dum respondet ad d. l. 1.
§. fi. ff. de abige. rgo quęlibet causa excusat à periurio. Secundus
effectus sequitut, quòd licèt variæ pœnæ periurij reperiantur,
vt vidimus in l. si duo patroni. §. fi. ff. de iureiur. sequitur, quòd
quælibet causa etiam iniusta excusat à pœnis periurij. Confir-
matur ista opi. duplici fundamento. Primò periurium est quę-
dã falsitas, sed falsitas requirit dolũ, qa nõ põt essę falsum sine
a dolo. l. nec exemplum. C. de fal. Secũdo, quia difficultas [a] excu-
sat à periurio, quia propter difficultatem cessat dolus, ita gloss.
& Docto. in c. breui. de iureiuran. Bartol. in l. quod te. ff. si cert.
10 pet. † Ex his stat firma communis conclusio, quòd periu-
rium non potest committi sine dolo. Licèt omnes ita teneant,
puto posse nouiter attentari, quòd ad hoc, vt quis incidat in
periurium, sufficit culpa. Pondera ergo in terminis And. de
Iser. Bald. & Alua. in c. licèt. in titul. si de feu. fue. contr. inter
do. & agn. vbi ponit Alua. in 2. & 3. q. nam dicunt, quòd illud,
11 quòd dicitur, † quòd ille, qui non potest soluere propter
paupertatem, incidit in periurium, vt dicit text. est verum, si
ei potest culpa imputari: ergo est ibi text nitidus. Et prædicti
Docto. expresè volunt, quòd ad hoc vt quis incidat in periu-
rium, sufficit culpa. Idem Alua. in ca. final. de ali. feu. pa. Secun-
dò pondero de hoc esse gloss. expressam, & ordinariam in
clemen. non potest. in gloss. final. de procurato. & illam se-
quuntur ibi Cano. præsertim Imo. circa fi. vbi dicit se negare,
quòd anima constituentis ligetur ad periurium, nisi consti-
tuens sit in culpa. Tenendo istã partem potest responderi ad
iura, quæ requirunt dolum, quòd etiam si esset taxatiua, non
excludunt culpam. text. est in l. 1. §. hæc actio. ff. si mens. fal. mo.
dix. Considerabam pro concordia posse dici, quòd quoad
actum periurij incurrendum lata culpa sufficiat, & ita proce-
dant vltim. loco allegata per me: sed quantum ad reatum, &
pœnam periurij requiritᷓ dolus, ita procedant alleg. primo lo-
co. Istam concor. colligo ex eo, quod in simili dicit Bald. in c. 1.
12 §. porrò. quæ fuit pri. causa ben. amit. vbi dicit, † quòd licèt
impotens ad soluendum sit periurus, quo ad actũ, non tamen
est periurus quod ad reatum: alleg. Inn. in c. P. & G. de off. del.
Et si dixeris: nonne etiam lata culpa debet æquiparari dolo?
13 Responde, quòd † in pœnalibus lata culpa non ęquiparatur
dolo, vt infra dicam. Item not. ex isto text. quòd nemo an-
ceps cogitur subire periurium. not Bartol. in l. Marcellus. §. 1. ff.
rer. amot. Confirmatur ad terminos nostros pulchra ratione.
nam iuramentum in litem deferetur à solo iudice, sed regula
est, quòd iudex non debet deferre iuramentum illi, quem veri-
simille est deierare, Bald. in l. 2. per illum text. C. de ind. vi. tol.
& in l. quæ sub conditione. in princip. ff. de condi. instit. text. &
ibi gloss. in c. clericos. de cohabit. cleric. & mul. & text. in §. nos
igitur videntes. in Authen. de nup. Et quòd suspecto de per-
b iurio [b] non sit deferendum iuramentum, est gloss. & Cano. in
capitul. 2. qui cle. vel vouen. gloss. in capitul. quamuis. 22. q. 1.
Item pondera ex text. in verbo finis, quod iuramentum in li-
tem dicitur litis decisiuum: istud non videtur posse stare, cùm
requiratur sententia iudicis. § penulti. infra. eadem. l. Intellige
ergo text. quòd iuramentum in litem dicitur finis respectu
probationis æstimationis, non autem respectu causę. ¶ Capio
14 gloss. in vers. non admittendã, q̃ diuide in quatuor par. ¶† Pri-
mò ponit rationem, quare mater non admittitur ad iuran-
dum in litem de affectione pro filio, & dicit, quòd ratio est,
quia lex suspiciatur, quòd in infinitum iuraret propter af-
fectionem, quam habet ad filium, sed reprehenditur per om-
nes duplici ratione, vt per Bart. vera ergo ratio est, quia nemo
iurat de affectione, qui non sit dominus, vel quasi. l. vulgo.
infra eod. sed tutor censetur quasi dominus in rebus pupilli:
et ideo potest iurare in litem in causa pupilli, sed qñ mater nõ
est tutrix, non est domina, nec quasi, ideo non potest iurare. In
secunda ibi. sed si est tutrix. glo. remouet tacitum contrarium.
15 † In tertia, quæ est ibi, sed sacramentum. gloss. limitat text.
quòd licèt tutor non cogatur subire iuramentum affectionis,
tamen cogitur subire iuramenrum decisiuum litis, & ad hoc
debuit gl. alleg. l. cũ ẽt. C. de reb. cre. licèt corruptè alleget. l. ge-
neraliter. secus est in ꝓcuratore, & defensore, qui nõ coguntur
inuiti subire iuramentum litis decisiuum. rationem assignauit
diuersitatis in l. iusiur. & ad pecunias. §. 1. s̃. tit. 1. vbi est text. de
16 proc. † In quarta gl. remouet aliud contrarium. ¶ Gl in verbo
non. n. ponit formã iuramenti in litem, quã debent obseruare
tutores, & curatores, qñ iurant pro pupillo, vel pro adulto. dic
melius, prout hic per Bart. tradentem meliorẽ formã, & cum
eo transeunt

ADDITIONES.

a ¶Difficultas. Adde c. fi. de iureiur.
b ¶Suspecto de periurio. Adde l. 2. C. de ind. vidu. & in c. ille, qui exigit. 22. q. 5. glo. in c. presbyteri. 15. q. 5.

eo tranſeunt Bald. in lect. antiq.Ang.& Alex.hic,vide per eos.
¶Capio gl.in verſ.adoleſcens.ſuper ver.iurare pôt.quã diuide
in tres. Primò infert ex text. In ſecunda opponit, & ſoluit. In
tertia colligit not.partes patent.Ex 2.parte no. pulchram limi.
17 ad regulam.l.ſi.curatorem hñs.C.de in integ.reſt.mi. † vbi dr̃,
ꝙ adultus habẽs curatorẽ æquiparat̃ pupillo,vt ꝑcedat in his,
quæ tendunt ad præiudicium, vel incõmodum adulti:ſed in
his, quæ tendunt ad fauorem, & commodum aliqua poteſt
adultus habens curatorem, quæ non põt pupillus.patet, quia
põt teſtari.l.Aurelio.§.Caius.ff. de lib. leg. ſecus eſt in pupillo.
l.qua ætate.ff. de teſta. & ita not.hanc glo. Mod.hic,& Imo.&
Mod.in l.1.§. fuit quæſitum.ff.ad Treb.Lud.in l.impuberib.ff.
de acq.hær.Conſidera primò, ꝙ licèt iſti Mod. tñ exclament
iſtam glo. tamen vr̃, ꝙ abſque iſta gl.res ſit expedita per l.;non
minus.C.de procu.l.neque.C.de ꝯh.& commit.ſtip.& Inſti.de
autho. tut. in princ.Secundò conſidera, ꝙ iſta iura vidẽtur lo-
qui in actu iam geſto, vt ſi minor fecit aliquem actum, qui
ſit ſibi vtilis, valet ſine curatore: ſed iſta glo. loquitur in actu
gerendo:tamen iſtud non ſatisfacit,quia tex.Inſt.de autho.tut.
loquitur in futuris, non in præteritis. Conſidera ergo in quo
conſiſtit dignitas iſtius gloſſ. Conſidera tertiò, ꝙ in iſto text.
non fit differentia inter adultum, & pupillum in fauorabilib.
Sed ratio iſtius text.conſiſtit, eo quia pupillus non habet intel-
lectum, nec conſideratam affectionem.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter iuramentum in litem,& voluntarium. num.5.*
2 *Actus,qui fit coram Notario,non dicitur iudialis.num.3.*
4 *Iudex in taxando non poteſt excedere duplum intereſſe communis.*
6 *Sententia iudicis executioni mandata, poteſt per iudicem reuocari.*
7 *Quando infinitas tolleretur.*
8 *Dictio in perpetuum, ideſt vſque ad centum annos.num.9.*
10 *Licèt per ſtatutum non ſit taxatum de quantitate, iudex poteſt taxa-re,num,11.& 12.*
13 *Dictum glo.in caſu.l.ſi quando.C.vnde vi.*

§. Deferre. Solus iudex poteſt iſtud iramentum
deferre,& taxare quantitatem ante,&
poſt iuramentum,& etiam ex cauſa non ſequi tale iur̃m,ꝙ ob
culpam non defertur. h. d. In text. ibi,deferre autem iudicem
1 oportet.declara text. vt dixi in l. nummis.s̃.eod.¶† Not.drĩam
a inter iuramentum in litem, ꝙ ſolus iudex poteſt deferre ᵃ Et
hic eſt text. ꝙ ſi vna pars deferret alteri iuramentũ in litem, &
illa iuret, nihil valet, nec tenet, & iuramentum voluntarium,
vel iudiciale,de quo loquitur titul.præcedens,quod defertur à
parte parti, valet, & tenet. Ratio diuerſitatis eſt ſ̃m Alber. hic
poſt Oldr. quia iuramentum in litem defertur circa illud, ꝙ
ſolùm ſpectat ad officium iud.ſ.ad puniendum dolum,& cõ-
tumaciam aduerſarij.l.1.in prin.ff. ſi quis ius di. non obtem.ſed
iuramentum voluntarium, vel iudiciale defertur ſuper cauſa
priuata,quæ ſpectat ad partem.Aduerte,quia Bartol.hic in di-
* ſcurſu aſſignat aliam rationem, quia pro quanto quis vellet *
re carere,non eſt in litigio inter partes,ideo ſi pars deferat iu-
ramentum,& pars iuret,non valet.Hinc infert Bart.ꝙ ſi dicat,
ſum ꝯtentus ꝯdemnari pro eo,ꝙ tu iuraueris,valet.Iſta eſt ra-
tio debilis,quia ad hoc, vt valeat delatio iuramenti, ſufficit,ꝙ
ſit litigium de præſenti,vel poſſit eſſe, ſicut dicimus in tranſa-
b ctione. Subdit Bart.ꝙ etiam notarius deferre non poſſet, ᵇ niſi
iudice mandante,& præſente.ſequitur Ange.hic.& Bal.in lect.
antiqu.& Alex.& do.Anton.in capitul. tuis. de teſtib. Puto, qđ
2 in primò bene dicat, † quia notarius non poteſt ſe impedire
de his,quæ ſunt expedienda per iudicem,vt eſt gloſſ.in l.inſtar.
C.de iure fiſci. libr. 10. Hinc eſt, quòd notarius non poteſt re-
cipere depoſitiones teſtium. glo. ordinar. in l. hac conſultiſſi-
ma. §. ſi quis autem. & ibi Bartol. C.de teſt.gloſſ.in l.ſolam.C.
de teſtibus Bald. in l.penultim.C. de fideiuſ.gloſſ.in l. curent.ff.
de teſtibus.Eſt etiam alia ratio huius dicti Bartol.quia iſtud iu-
3 ramentum in litem debet deferri in iudicio. † Sed ego habeo,
quòd actus, qui fit coram notario, non dicitur fieri in iudio,
gloſſ. in l. iubemus.C. de lib.cau. Sed in ſecundo credo, quòd
Bartol.debuit alternatiuè dicere,iudice mandante,vel præſen-
te, quia cùm iudex mandauit notario,non eſt neceſſe, quòd
poſtea ſit præſens.clem. 1. de offic.deleg. ſicut quando iudex
mittit notarium ad egregiam perſonam, vt dixi in l. ad egre-
gias. ſupra titul. 1. Simile etiam videmus, quòd licèt notarius
non poſſit recipere depoſitiones teſtium, tamen ſufficit man-
datum iudicis. c. 2.de iudi.in 6.glo. in Auth.apud eloquentiſſi-
mum. & in Authen. ſed iudex. C. de epiſcop. & cleric. Limita
etiam ſecundo, vt hic per Bartol. ſed aduerte,quòd iſto ſecũ-
dò caſu non dicetur iuramentum in litem neceſſarium, iuxta
l.final. infra eodem, ſed erit merè voluntarium. Quid autem
ſit in iuramento calũnię,à quo peti,vel deferri debeat,dixi no.
reprobando Bald. in l.iuſiurand.& ad pecunias.§. qui iuſiuran-
4 dum: ſupra titul. 1. ¶† Secundò not.quòd iudex debet taxare
quantitatem, & not. ſingulariter, quòd in tali taxatione non
poteſt excedere duplum intereſſe communis, ita ſingular.
Bartol.in l. 1.C.de ſenten.quæ pro eo, quod intereſt.in 11.colũ
in verſi.ſumus expediti de iſta 2.quæſt.&c.ſequuntur Angel.&
Alexand. hic, quod valde not. pro magna limitatione huius l.
5 ¶† Tertiò not. in verſic. item videndum, aliam differentiam
inter iuramentum in litem, quòd iudex poteſt non ſequi, vt
hic,& iuramentum voluntarium,vel iudiciale.l.non erit.§.da-
to. & l.iuſiurand. & ad pecunias.§. fin.s̃.titul. 1. Et iſtam diffe-
rentiam adde alijs,quas poſui ſupra in rubric.Ex hoc text.ſub-
6 tilius noto hic probari, † quòd ſententia interlocutoria manda-
ta executioni poteſt per iudicem reuocari.text.eſt hic, decla-
ro.Iudex detulit iuramentum in litem parti in iudicio. iſta de-
latio eſt ſententia interlocutoria: pars iurauit: tamen poteſt
iudex eam adhuc reuocare. Et ad hoc iſtum text. not. Angel.
hic,de qua materia in l.quòd iuſſit.ff.de re iudi.per gloſſ. in l.1.
7 ff.de præt.ſtipu.¶† In gloſſ. in verſic. iurare.de hoc quando in-
finitas toleretur, vel non, vide per Cyn. in l.1. in prima oppoſ.
C.de ſenten.quæ pro eo. latè per Bartol. in l.qui bona. §. final.
ff.de damn. infect. Bald. Salic. & alios in l. final. vbi aliquando
dixi. C. de ſacroſanct. eccleſ.per Can. in cap.cum in multis.de
reſcrip.in 6.inter cætera not.text.in l.annua.§. final. cum gloſſ.
& ibi clarius Bartol. & in l. penultim.vbi gloſſ. & Bartol. ff. de
ann.leg.per quæ iura dicit domin.Alexand.in l.2.in prin.in pe-
colum.ff.ſolut.matrimon. ſe conſuluiſſe in ciuitate Bononię,
8 & obtinuiſſe, † ꝙ ſi relictum eſt aliquid annuum eccleſiæ in
c perpetuum, ᶜ quòd ratione infinitatis euitãdæ illud in perpe-
tuum intelligitur vſque ad centum annos, ita quod elapſis
centum ann. non debetur amplius eccleſiæ. & ita plenius con-
ſuluit in conſilio 60. incipien. Omiſſo multiloquio. libro 1.
vbi ad hoc multa alleg. & melius cæteris gloſſ. & Bartol. in l.ſi
vſusfructus municip. ff. de vſufruct. legat. Ego autem puto,
quòd ſi eſſet legatus vſufruct. fundi eccleſiæ in perpetuum,
tunc intelligeretur vſque ad ann.centum, & non vltra. dicta
l.ſi vſusfructus munici. & ibi gloſſ. expreſsè in eccleſia.& Bar-
tol. ſed quando relictum eſt quid annuum eccleſiæ in perpe-
tuum, in quibus terminis conſuluit domin. Alexand. teneo
contrarium, quamuis Bartol. poſt gloſſ. in dicta l. ſi vſusfru-
9 ctus munici. dicat † non eſſe differentiam inter legatum vſuſ-
fructus relictum in perpetuum ciuitati, & legatum annuum,
ſed ego puto, quod ſit differentia, & probo per ſimile. Nam
differentia eſt inter legatum vſusfructus relictum pro ſe, &
hæredibus. nam intelligitur de primo hærede tantum. l. anti-
quitas.C.de vſufruct.& legatum annuum relictum pro ſe, &
hæredibus, quod intelligitur de omnibus hæredibus in infini-
tum, vt eſt text. ſingular. in l.in annalibus. C. de leg. Ratio di-
uerſitatis eſt ſecundum Bald. Angel. Fulgoſ.& Paul. de Caſtr.
in dicta l. in annalibus, nam in legato vſusfructus ſi intellige-
retur de hæredibus in infinitum, certè ꝓprietas remaneret pe-
nitus inutilis,quæ ratio ceſſat in legato annuo, & per iſtam ra-
tionem idem dico in propoſito, quòd licèt in legato vſusfru-
ctus relicto in perpetuum ciuitati, vel eccleſiæ intelligatur vſ-
que ad centum ann.tantum, illud ideo eſt, quia aliàs proprie-
d tas eſſet inutilis, cùm eccleſia nunquam moriatur. ᵈ ergo in le
gato annuo facto ciuitati, vel eccleſiæ, cùm ceſſet iſta ratio,
non debet reſtringi in perpetuum, ideſt ad centũ ann. ſed cre-
do debere intelligi in infinitum, & ita in hoc teneo contra
Bartol. in dicta l. ſi vſusfructus municip.& contra conſil.Ale-
xand.Imol.¶Capio gl. in verſic.congruit.q̃ diuide in duas par-
tes.Primò declarat text. In ſecunda ibi, ſed videtur,ꝙ nec an-
te,opponit,& bene ſoluit.Ex iſta ſecunda parte not. Ang.& di-
10 cit ſe pluries practicaſſe in ciuitate Peruſij, † ꝙ ſtante ſtatu. ꝙ
de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, licèt quan-
titas vſque ad quam iurare debeat, non ſit taxata per ſtatutũ,
tamen poteſt taxari per iudicem. Adde, ꝙ idem, & not. te-
net Ang.in d.l.qui reſtituere.per illũ tex.in ver.ſine vlla taxatio
ne.

ADDITIONES.

a ¶Poteſt deferre.Adde Bart. conſil.87.colum.fin. PVRPV.
* Nollet.
b ¶Deferre non poſſet.Adde Doct.in l.falſus.in §. ſi is.ff.de furt.
c ᶜ In perpetuum. Adde, quòd hoc vebum reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam.Cremen.ſingul.116.numer.2. not. in §.emphiteſim. in Authen. de non alien. tex. in l.eum debere.ff.de ſer.vrban.prædior.Declara, vt per Doctor. in l. ſordidorum.C.de excu.mu. libr.10.Soc.conſil.84.libr.3.conſil.51. lib.4.Alexand.conſil.43.numer.12.libr.3.conſil.53.num.9.lib.6. Corn.conſ. 59.lib.2.Docto.in l.2.in princ.ff.ſolut.matr. MASVER.
d ¶Eccleſia nunquam moriatur. Adde capit.liberti.iuncta glo.2.12.quæſt.2.& in cap.ſi gratioſè.iuncta glo.in verſi.moritur.de reſcrip.lib.6.

re. cum gloss. Et ibi fortius tenet Angel. quòd stante dicto stat. simpliciter disponente, quòd de damno dato stetur iuramento damnum passi, quòd iudex nedũ potest taxare, sed etiam si sibi videatur, potest ex toto iuramentum non sequi, ne apeciatur via periurijs. l. final. C. de indi. vid. tol. & quia malitijs hominum est obuiandum. l. in fundo. ff. de rei vend. de quo vltimo remitto me ad ea, quæ latè scribentur in §. qui damni. infra alleg. & idem, quod Ang. hic tenet, not. & in Auth. de exhibe. re. in princip. per illum text. cum gloss. vbi dicit, quòd licèt statutum disponat, quòd de damno dato stetur sacramento accusatoris vsque ad quantitatem 10. librarum; certè licèt accusator iuret de illis 10. libris, tamen iudex poterit illud iurm taxare, si viderit iurantem falsitatem, vel calumniam commit-
21 tere. † Adde etiam Bald. in addi. Spec. in titul. de iure calum. in versicul. per statutum. vbi tenet, quòd stante dicto statu. nihilominus iurans potest de periurio conueniri ad interesse per condemnatum vigore iuramenti. Item adde, quòd non obstante dicto statuto, quòd stari debeat iuramento damnum passi, potest tamen pars petere à iudice, vt vadat ad videndum locum, quia ex inspectione oculorum apparebit nullum dãnum esse datum, secundum Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aquil. vbi ad hoc allegauit no. dictum Azon. in summa illius titu. ꝙ etiam alleg. Bald. in rubr. C. de probat. in 1. colum. quamuis contrarium teneat idem Bal. in l. ait prætor. in prin. s. tit. 1. de cuius veritate videte Mod. præcipuè do. Alex. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damn. infect. ¶ Capio glo. magnam in vers. ex magna causa. q̃ diuido in quatuor partes. Primo declarat text. & deinde allegat concord. Secundò opponit, & tripliciter soluit. Tertiò remouet vnum contrarium. Quartò remouet aliud. Secunda ibi, sed contradicit. Tertia ibi. Item, ꝙ dicit hic. Quarta ibi, hic autem in rei vendic. In secunda parte tene tertiam solutionem, quam Bart. & communiter Do-
22 ctor. sequuntur. † Ex qua habes, quod aut loquimur in iuramento veritatis, & illud non potest postea taxari à iudice: quia sic detegeretur periurium. ita loquitur contrarium. aut loquimur in iuramento affectionis, tunc secus est: quia tunc non detegit periurium, sed immoderat affectio, & ita dicit gl. n c. 1. in verbo docuerit. de elect. in 6. Cyn. & alij in Auth. sed nouo iure. C. de iudi. Ex ista doctr. inferas, quòd in casu. l. si quando. C. vnde vi. & cap. fin. quod met. causa. iudex debet ante taxare quantitatem, quia post iuramentum postea taxare non posset, cùm ibi sit iuramentum veritatis. & ita per hãc doct. tenent d. Anto. Imol. & Pan. in dict. c. fin. in notabilibus. & hoc expressè vult glo. hic dum alleg. l. si quando. Istam solutionem reprobat Fulg. hic, & in d. Auth. sed nouo iure. per text. in l. fi. infra eo. qui parum facit. Ego reprobo ex alio, quia d. sol. procederet, si iudex solùm haberet moderare, vel taxare iuramentum affectionis, sed cùm possit in totum absoluere, vt dicit text. certè in totum spernendo iuramentum detegitur periurium, vnde magis placet solu. Fulg. quòd, contrarium intelligatur, & declaretur per istum text. nisi ex magna causa, quam solutio. refert Alber. in l. in actionibus in 1. colum. infra eod. sed eam nõ tenet. ¶ In eadem gloss. ibi, tunc enim sententia non reuocaretur. Not. diligenter hanc gloss. quam ponderant Bald. hic in lectu. antiq. Ang. & domin. Alexand. pro eo, quod dicit Bartol. in l. admonendi. in 3. colum in fin. supra titul. 1. vbi dicit Barto.
23 † ꝙ in casu l. si quando. C. vnde vi. sententia lata prætextu iuramenti, de quo ibi, non retractaretur per instrumenta de nouo reperta: dicunt Doctor. ꝙ pro illo dicto est glo. hic Mihi videtur, ꝙ ista gl. non dicat hoc: quia gloss. expressè loquitur, quando sententia erat lata de re restituenda, non ergo erat lata super iuramento, sed super restitutione rei. & sic non super æstimatione. sed super re. duæ enim feruntur sententiæ, vna super restitutione rei: alia super iuramento, quando ille non restituit in contumaciam suam. hic gl. loquitur, quando erat lata super re restituenda: non autem quando erat iuratum. Nisi dicatur, ꝙ glo. loquitur in actionibus bonæ fidei, in quibus simul, & semel vna fertur sententia sup vtroque: vt est gl. sing. in l. 1. in princip. ff. de act. emp. ꝙ tamen esset nimium restringere glo. dixi in dict. l. admonendi.

SUMMARIUM.

1 *Quæ sint propriè actiones, & quare dicantur arbitrariæ. num. 2. & seq. & an sint stricti iuris. num. 31.*
7 *Actio efficitur arbitraria ex varijs causis, & ad quos effectus. nume. 10.*
8 *Arbitrium iudicis versatur circa tria, vsque ad num. 11.*
12 *Duplex est iuramentum in litem.*
13 *An qui potest, quod est plus, possit id, quod est minus, latè vsque ad numer. 16.*
17 *Interesse probatur per solum iuramentum.*
18 *Actio ex testamento est stricti iuris.*
19 *Actio realis non est propriè actio.*
20 *Quomodo, & quando in actionibus bonæ fidei iuratur in litem.*
21 *Quid in actione ex empto.*
22 *Lata culpa an æquiparetur dolo in criminalibus, num. 23. cum limitationibus vsque ad num. 31.*
32 *Casus, in quibus defertur iuramentum in litem.*
33 *Actio fauiana est in rem scripta.*
34 *Quæ, & quot requirantur, vt iuramentum in litem de affectione deferri possit.*
35 *An habeat locum contra iudicem, vel arbitrum, & num. 36.*
37 *Quando deferatur istud iuramentum.*
38 *An propter dolum defuncti iuretur in litem contra hæredes.*
39 *Quot, & quæ requirantur, vt iuramentum de veritate deferri possit.*
40 *Quando dicatur adesse difficultas probationis.*
41 *An stetur iuramento mercatoris contra hospitem, si reperiatur valisia dissigillata. num. 43.*
42 *Vicini, an possint torqueri, si reperiatur furtum factum.*
44 *Hospes non tenetur de vulnere illato per familiam mercatori.*
45 *Facultas iurandi actiuè transit ad hæredes.*
46 *Iudex si post præstitum iuramentum taxauit, an possit reuocare.*
47 *An ab isto iuramento in litem possit appellari.*

LEX V.

IN actionibus. Ista lex est clauis totius tituli. & dicit Bart. in fine, ꝙ eius materia est à nemine tractata, & eam nunquam intellexit, nisi nunc. Paul. de Castr. in 1. col. dicit, ꝙ putat, quòd Bartol. habuerit bonum sensum: sed quòd profunditatem, & tenebrositatem istius materiæ Bartol. per infinita verba, dum voluit declarare, mirabiliter infrascauit. Idem Paul. in penultim. colum. dicit, quòd istam materiam nunquam inuenies taliter declaratam, quòd tibi animus ex toto quiescat, & Io. Fab. in §. præterea quasdam. Instit. de actio. quòd in ista materia potius vellet nunquam addiscere, quàm docere. Ego pro viribus conabor reddere minus obscuram, quàm fieri poterit. ¶ Ad euidentiam præmitte,
1 quòd materia huius legis est circa arbitrarias actiones. † Ideo non credas, quòd arbitraria sit proprium nomen actionis, nec quòd originaliter insit actioni, sed est quædam qualitas propter accidens, vt est gloss. in l. in bonæ fidei. in verbo, condicturum. & ibi Bartol. & in l. 2. §. hæc actio. in gloss. 1. ff. de eo
2 quod certo loco. † Sicut in simili exercitoria, institoria, tributoria, de peculio, de in rem verso, & quòd iussu. verè non sunt propria nomina actionum, sed quædam qualitates, seu adie-
3 ctiones, vt est gloss. in §. final. Insti. quod cum eo. † Vnde debes scire, quòd actio dicitur arbitraria, in qua propter aliquod accidens incipit habere arbitrium aliquid faciendi, præter naturam actionis, & ideo nulla actio potest fieri arbitraria, nisi quæ sit stricti iuris: nam in actionibus bonæ fidei ex natura actionis (quæ est larga, & exuberans) iudex potest deferre iuramentũ in litẽ, & veniunt fructus, & vsuræ. Hinc est, quòd nulla actio bonæ fidei etiam aptitudine potest fieri arbitraria: imò habẽt
4 se vt opposita. l. in bonæ fidei. ff. de eo, quod cert. loco. † Hinc etiam est, quòd in actionibus bonæ fidei non fertur nisi vna sententia super re principali, & super interesse, vt est gloss.
5 singul. in l. 1. in princip. in gloss. 2. & ibi Bart. ff. de act. emp. † solùm ergo actiones stricti iuris possunt fieri arbitrariæ, hoc est propter aliquod accidens actio stricti iuris efficitur arbitraria, hoc est dicere, iudex incipit habere arbitrium, & potestatem condemnandi præter naturam actionis: nam cùm actio sit stricti iuris, strictè proceditur, vt iudex nihil vltra possit, quàm partes expressè egerint. l. quicquid astringendæ. in princip. ff. de verbor. obligat. l. veteribus. ff. de pact. iuncto. §. actionum. Institut. de act. Nam si iudex præcepit in rei vendica. rem restitui, & reus sit cõtumax in restituendo, certè propter hanc cõtumaciã, & sic ꝑ hoc accidẽs iudex incipit habere arbitrium, vt præter naturam actionis, quæ est stricti iuris, possit deferre iuramentum in litem de affectione, & secundum illud condemnare. & ob hoc dicitur effici arbitraria. istud patet in actione ex testamento, quæ est stricti iuris. l. alias. infra eod. & ꝑ accidens efficitur arbitraria. l. si hæres à testatore. ff. de eo, quod cer. loc. secũdum Bartol. in l. 1. C. de conue. qui cert. loco. dar. promis. & in l. 2. in princip. ff. de eo quod cert. loco. diffinien-
6 do † quid sit arbitraria actio, dicit, quòd est illa, in qua exercetur officium iudicis mercenarium deseruiens actioni intentatæ propter aliquod accidens præter naturam actionis, & in istis arbitratrijs debent necessariò ferri duæ sententiæ: vna per quam condemnatur reus ad restituendum, vel ad exhibendum, vel quid simile; & si reus sit contumax, istud ac-

cidens facit, vt nunc iudex habeat arbitrium ferendi ſecundā
ſnīam:& ſic condemnandi prout fuerit iuratum in litē de affe-
ctione arbitrio ſuo, vt per gl. & clarius Bart. in l.ſi cum exce-
7 ptione,§.in hac.ff.ꝙ met.cau.& Bar.in l.1. ſupra eo.¶† Itē præ-
mitte, ꝙ actio efficitur arbitraria varijs ex cauſis, & iudex ꝑꝑ
aliquam ex dictis cauſis incipit hr̄e arbitrium,& iſtud arbitriū
pōt verti circa plura, & præcipuè circa quatuor, quæ enume-
rat magiſtraliter Bart.in l.hoc edicto. in prin. ff. de pub.& vect.
& com.& pungit Bar.hic vnum verbum, & declarant Angel.
& Pau.de Caſt.& Doct.in d.§.præterea quaſdam. vbi in ſpecie
poſui.& inter cætera vertitur circa præſtandum iurm̄ in litem
de affectione. & de hoc eſt materia huius l. Et pro nunc dico
ſic.aliqn̄.n.actio efficit̄ arbitraria ꝑꝑ aliqđ extrinſecū accidens,
pone propter adiectionem loci, non ꝑꝑ id, de quo loquitur
iſta l. ſed ꝑꝑ effectū, de quo loquitur tit.j.de eo, ꝙ cert.loc. vi-
delicet,vt habeatur ratio intereſſe ꝑꝑ locum,quia non fuit pe-
cunia ſoluta in loco,vbi promiſſum eſt.Declaro,pone,ꝙ pro
miſiſti ſoluere centum Romæ per ſtipulationem; ſi promiſiſ-
ſes non adiecto loco, non potuiſſem petere niſi centum; ſed
ꝑꝑ adiectionem loci, ſi non ſoluis Romæ, & conueniam te in
iſta ciuitate,iudex pōt tūc arbitrari, & dēt tūc arbitrari ꝑſtandū
eſſe intereſſe paſſum propter locum, & de iſto intereſſe nihil
ad nos, quia debet probari per teſtes non per iuramentum.
Aliqn̄ efficitur arbitraria rōne doli ꝯmiſſi à prin. & de iſto ar-
bitrio non loquitur principaliter iſta lex.declaro.Pone, doloſè
coegiſti me, vt traderem rem meam, dolus eſt commiſſus à
princi. certè mihi paſſo dolum competit actio de dolo, vel ꝙ
met.cauſa,quæ ſunt ſtricti iuris, ad quid iſta actio competit ad
rem meam? & aliquando ſuccedit pęna dupli, vel quadrupli,
ſi nolo ſoluere illam pœnam, iudex poteſt mihi deferre iurm̄
de affectione. l. ſi cum exceptione.§.in hac,& ibi glo.declarat.
ff. quod met.cau.l.arbitrio.§.1. ff.de do. Aliquando, & tertio
actio efficitur arbitraria ꝑꝑ iuſſum iudicis de reſtituendo, vel
exhibendo rem:quia ſi ille doloſè,& contumaciter recuſet re-
ſtituere, ꝑꝑ iſtum dolum ex poſt facto iudex debet arbitrari,
deferendo mihi iurm̄ in litem de affectione: & de iſta materia
propriè loquitur iſta lex. Aliquando efficitur arbitraria actio
ꝑꝑ interrogatoria, vt eſt videre in actionib. noxalib.in quibus
iudex poteſt interrogare dominum, an poſſideat ſeruum, &
an habeat in poteſtate, & an velit ſoluere damnum, vel ſer-
uum, & de iſto arbitrio nihil ad propoſitum noſtrum. Iſta
* eſt *communis doct.* & iſtam doctrin. dedit clarius Bald. in dict. §.
8 præterea quaſdam.& dicit,ꝙ † verſatur circa tria arbitrium iu-
dicis in arbitrarijs actionib. primò circa qđ, ſecūdò circa quā-
tum, tertiò circa quale. Primò circa quid, in actionib. ꝙ met.
cau. ſ. an actor velit petere rem, & pęnam, vel intereſſe.Circa
quantum, quando reus iuſſus reſtituere non vult, debet iudex
deferre iurm̄, & de iſto loquitur iſta lex, & verſatur circa quā-
tum actor iuret, & iudex condemnet. Circa quale, vt ſtatim
dicebam in actionibus noxalib. tn̄ iſtud vlt.membrum poteſt
iungi cum primo. Et circa iſtud arbitrium Bartol.hic in 3.col.
tradit regulam generalem,ꝙ omnis actio ſtricti iuris,ſiue rea-
lis,ſiue perſonalis, ſiue competat ad reſtituendum,ſiue ad tra-
dendum,ſiue ad exhibendum, ſi interuenerit iuſſus, & conte-
mnatur, iſte contemptus dat arbitrium iudici gn̄aliter defe-
rendi iurm̄ in litem de affectione,concurrentib. requiſitis, quę
ponā.j.in materia.de hoc dicit eſſe tex.expreſſum in l.qui reſti-
tuere. in fi. ff. de rei ven. ſecus tn̄ eſſet ſi ad dandum cōpeteret,
& licèt Pau.de Caſt.dicat, quòd illa regula eſt, quæ facit iſtam
materiam difficilem.Adde, ꝙ eandem regulam ponit Bartol.
in l.ſi cum dos.§.1.ff.rer.amo. Idem Barto.in l.4.§.ſed & ſi quis.
ff rerum amo. & licèt Angel. dicat hanc regulam non tradi-
tam ante Bart. tamen tu dic, quòd imò illam tradidit Nic.de
Mat. in q. quæ incip. Quidam, &c. quem refert Io.And.in ad-
di.Spec.tit.de iureiur.§. 1.in addi.quæ incip. Vidiſtis libellum.
ſequitur Imol. in l.Neſen. §.1.in pen. col.ff.de re iudic.& latius
Io.Fabr.in d.§.præterea. in 8.col. in verſi. quæro nunquid om-
nes actiones.& ibidem Io.de Pla. & Angel.de Aret. & Alexan.
hic,in 2.col. circa medium. ſed tu generalius dic, non habēdo
reſpectum, an agatur ad reſtituendum, vel tradendum,vel ſi-
9 mile.† Sed quòd vbicunque pars non obtemperat iudici cō-
tumaciter, & doloſè, iſte contemptus in omni materia reddit
actionem arbitrariam, & facit, quòd iudex contra naturam
actionis poſſit deferre iuramentum in litem de affectione. In-
tellige ſemper concurrentib. requiſitis ad hoc iuramentum,
videlicet primò, quòd illa actio competebat ad tradendum,
vel reſtituendum,vel ad exhibendum, & iudex iubeat rem re-
ſtitui, tradi, vel exhiberi.Secundò, quod iuſſus à iudice poſſit
tradere,reſtituere,vel exhibere, vel quòd dolo deſierit poſſe.
Tertiò requiritur, quòd actor eligat illud remediū arbitrariū,
quia ſi actor vult, poteſt inſtare, vt manu militari res illa aufe-
ratur: & tunc non ſuccederent iſta arbitraria.l.qui reſtituere.ff.
de rei vendi. & dicit Paul. de Caſtr. ꝙ iſta eſt illa regula, quæ
reddit iſtam materiam obſcuram, ideo ſi pars non patitur po-
ni confinia,ſecundum ꝙ iudex in ſententia præcipit, poteſt de
ferri iſtud iuramentum in litem de affectione.l 3.§. ſed & ſi qs.
vbi Bartol.ff.fin.regund.. iſtud etiam patet in l. penult. §. in eū.
iuncto, quod vult gl.hic, ꝙ vbi erat propter cotemptam iud.
iſtud etiam probatur ex §.præterea quaſdam.Inſtitu.de actio.
vbi non curatur, an ſit præceptum de reſtituendo. Iſtud idem
probatur ex l. qui reſtituere.in fine. de rei vendic.¶Tertiò pro-
pius ad textum. præmitte, quòd Iuriſconſul. in hac l. in prin-
cip. ſpecialiter dixit de actionibus in rem, & de actione ad
exhibendum, quamuis non inueniā ab alio declaratum,
eo quia exempla quamuis non reſtrigant regulam, tamen
eam declarant. l. damni infecti ſtipul.in princip.& §.Sabini.ff.
de dam.infe.& l. 1. §. Labeo. ff.de aqua quoti. & æſti. ad oſten-
10 dendum per hæc duo exempla, † quòd licèt actio poſſet
fieri arbitraria ad quatuor diuerſos effectus, quos enumerat
Bartol.in dicta l. hoc edicto.in princip.ff.de public. tamen non
in omnibus actionibus arbitrarijs habet locum iuramentum
in litem de affectione: patet, quia non habet locum in actio-
ne, quæ ſit arbitraria propter locum, de qua loquitur totus
titulus. ff. de eo, quod certo loco. quia ibi intereſſe etiam ve-
rum non probatur per iuramentum partis, ſed debet pro-
bari per teſtes, ſecundum Ioan. Fabr. in dict.§. præterea.ad fi-
nem. & Pau. de Caſt.& Alexan.hic.ſolùm ergo habet locum
iuramentum in litem de affectione, quando pars non ob-
temperat iudici doloſè in non reſtituendo, vel exhibenbo
rem, vel in ſimilibus, ſecundum quod iudex in ſententia præ-
cepit. nam contemptus iudicis in eo, qui eſt in dolo, & con-
tumax eſt, facit eſſe locum huic iuramento in litem de affe-
ctione.dicta l.qui reſtituere.iuncto dicto §. præterea quaſdam.
Et ex hoc ſequitur clarus intellectus ad iſtam legem, quòd li-
cèt text. ſimpliciter dicat in actionibus in rem, & ad exhiben-
dum iurari in litem, non tamen ſic ſimpliciter debet intelligi,
ſed quando præceſſit ſententia iudicis de reſtituēdo, vel exhi-
bendo rem,& pars fuit contumax, tunc in actionibus in rem,
& ad exhibendum (quia prædicto modo efficiuntur arbitra-
riæ) bene iuratur in litem: aliàs haberet locum lex ſequens,
quæ dicit in actionibus ſtricti iuris non iurari in litem, ve-
rum eſt, qn̄ prius non ſunt factæ arbitrariæ, modo de quo
11 ſupra.† Item ex prædictis habes, quare in ſecunda parte huius
l. & ſic in verſicul. planè.non habeat locum iuramentum in li-
tem de affectione. Ratio eſt, quia ibi nullus fuit contem-
ptus iudicis, & nulla contumacia contra præceptum iudicis,
vnde cauſatur iſtud iuramentum in litem de affectione,
12 quamuis præceſſerit mora debitoris reſpectu creditoris.† Itē
aduerte, quòd licèt Doctor. dicant duplex eſſe iuramentum
in litem, vnum de affectione. l. penultim. §.in eum.ff.ne quis
eum qui. & quòd de iſto loquitur prima pars huius l. Aliud
de veritate, de quo loquitur ſcđa pars huius l.& ſic verſi. pla-
nè.tamen nullam legem habes, quæ expreſsè dicat de iura-
mento in litem de affectione, ſed Doctor. iſta nomina magi-
ſtraliter addiderunt gratia commodioris doctrinæ. His ſic
præmiſſis venio ad legem. & diuide, & ſubdiuide, vt per Bar-
tol. hic. hoc dicit in ſumma. In actionibus ſtricti iuris, in qui-
bus non eſt facta reſtitutio, vel exhibitio, prout iudex præci-
pit, quia iſto modo, vel ſimili efficiuntur arbitrariæ, item in
actionibus bonæ fidei iuratur in litem de affectione, ſecun-
dum taxationē iudicis ob dolum tm̄. In alijs autem actioni-
bus ſtricti iuris non iuratur in litem, niſi quando aliàs vera
æſtimatio probari non poteſt.hoc dicit cum l. ſequent.Et ad-
uerte circa actiones bonæ fidei iudex poteſt in illis ex natu-
ra ipſarum actionum, vt declaraui ſupra in primo euiden. &
ad hoc aſſignat rationem text. in l. quia tantundem. ff. de ne-
13 gotijs geſtis. ¶† Not. quòd in iuramento in litem de affectio-
ne poteſt iudex taxare quantitatem vſque ad quam iuretur.
de quo dixi in l. præcedenti. in §. penultim. ¶Secundò not.in
verſic. licuit enim,ſecundum Ludouic.& Alexand. hic, quòd
illi,cui licet,quòd eſt plus,debet licere, quod eſt minus,vt hic,
& in regula cui licèt.Facit text.not.in l.cui pacto.ff.de ſeru.ex-
por.facit l.in ſuis. & ibi Angel. & Moder. not.ff. de liber.& po-
ſthum. Ad idem facit gloſſ. not.in capit. ex literis.de reſti.ſpol.
14 quam Bald.ibi reputat ſing. quæ vult,† quòd qui poteſt offen-
di in perſona,quod eſt plus,multò fortius poteſt offendi in bo-
nis. l. in ſeruorū.ff. de pœn. Ad idem facit text.in l. nec in ead.
verſic. ſed cui occidere. ff. de adulter. per quem not. Bar. ibi
15 † quòd bannitus, qui ex forma ſtatuti poteſt impunè occi-
di, multò fortius poteſt vulnerari, & contumelijs affici.
idem tenet Cyn. in l.1.ad fin.C.quæ ſit long. conſuetu.Bald.in
l.ſi quis non dicam rapere, in princip. C. de epiſcop. & cleric.
Angel.

Ang. & Mod. in d. l. in suis. & eod. modo poterit teneri in priuato carcere, & torqueri, ſm Bald. in l. 1. C. de exhib. re. & in l. 1. C. de priua. carce. Imò fortius, ſi ſtatutum permittat bannitum poſſe offendi, poterit licitè occidi, ſm Bart. in l. 3. §. fi. in fi. ff. de adim. leg. & in conſil. ſuo incip. ſtatuto caſtri plebis, per c. fin. de hom. in 6. Io. And. in addi. Specul. in 4. parte. in tit. de cōſtitu. §. 1. in fin. Alex. in d. l. in ſuis, quamuis contrarium teneat Bald. in peculio ſuo, in verbo bannitus, ſed tu omnino vide latè Alex. de Ro. & miror, quòd Alex. non allegauerit in tract. ſtatut. in 4. parte. in q. 7. quæ inci. ſuppoſito, quòd tale ſtatutū valeat, vbi arguit ad partes, & inclinat in ſententiam Bartol. dicens, ꝙ habuit de facto Pergami, vbi viguit dictū ſtatutum tempore do. Fed. de Scala, qui habebat magnos iuriſperitos in curia ſua, & quòd ita obtinuit, & ita fuit etiā iudicatum per collegium Bonon. Refert tamen Gandinum aliter tenere in fine operis ſui, in vltim. quæſt. & aliter tenet Ray. de Forli. in l. ꝙ ſi iterum. ff. de adim. legat. prædictum no. text. limita ſm Alex. & ante eum Lud. Rom. hic non procedere in decreto iudicis, in quo in alienationib. minorum ſi permittatur, quod eſt plus, non intelligitur permitti, quod eſt minus, text. habes, & exemplum in l. ſi pupillorum §. ſi prætor. ff. de reb. eo. Sed tu caue propter l. 2. cum glo. vbi Doctor. C. de patri. qui fil. diſ. vbi fa-
16 cilius permittitur vendere, quàm pignorare. ¶† Tertiò not. in verſic. ſed in his omnib. duo, quæ requiruntur ad hoc, vt iſtud iuramentum in litem de affectione deferri poſſit. ſ. qualitas actionis, item dolus rei: duo alia requiſita addit Barto. ſ. in pro-
17 ceſſu materiæ, ibi dicetur. ¶† Quarto not. in verſic. planè, caſum, in quo verum intereſſe probatur per ſolum iurm partis, qn̄ difficultas probationis præceſſit dolo aduerſarij: ſimile habes in l. ſi qn̄. C. vnde vi. & in c. fin. quod met. cau. & vide per gl. in l. ſemper. §. hoc interdicto. in verſi. iurauerit. ff. ꝙ vi, aut clā.
18 ¶† Vltimò no. ex l. aliàs, ꝙ actio ex teſtō eſt ſtricti iuris, facit l. ſi hrs à teſtatore. iuncta. l. in bonæ fidei. ff. de eo, ꝙ cert. loc. facit. l. fin. ff. de condi. ob turp. cau. & patet, quia numeratur in §. actionum. inſtit. de act. intellige, niſi quo ad duo, de quib. not. per Bar. in d. l. ſi hæres. ¶Capio glo. in verbo, in rem. q̃ diuide in tres partes. Primò alleg. concor. ad text. Scdō oppo. & ſoluit. Tertiò quærit. Scda ibi, & dic, ꝙ impropriè. Tertia ibi, item nū-
19 quid. ¶† In ea. glo. ibi, ſed largè hic ponit. Tu aſſigna rationem quare actio realis non dicatur propriè actio: quia ei non conuenit diffinitio actionis poſita in §. 1. Inſtit. de act. quia actio eſt ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debetur. d. §. 1. ſed is, qui agit in rem, non perſequitur ſibi debitum, ſed id, quod eſt ſuum, ideo Doct. ibi dubitant, an ibi diffiniatur actio realis, an ſolùm perſonalis. ¶In glo. ibi, in plurali numero, fragilis eſt ratio, quia pluralis numerus duorum numero contentus eſt. l. vbi numerus. ff. de teſti. melior ratio eſt, quia text. hic loquitur indiffinitiuè, & indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluri b. ff. de leg. 2. c. ſolitæ. de maior. & obed. cum ſi. Item, quia dicta in rei vendic. habent locū in publiciana. l. eum qui. §. in publiciana. ff. de public. ¶Gl. in verb. in bonæ fidei. diuiditur in tres partes. Primò alleg. concor. ad text. In ſecunda ponit vnam fallen. ad tex. Tertiò ponit aliam fall. ſeu limitationem. Secunda ibi, & hoc in directis. Tertia ibi, ſed ſpāle eſt in actione ex empto. ¶In glo. ibi, non in ꝯrijs, habes limitationem ad regulam legis
20 noſtræ, ꝙ † in actione bonæ fidei iuratur in litem, verum eſt in directis: ſecus in ꝯrijs: exemplum. Depono penes te rem meam, & non vis reſtituere, rumpis fidem: ideo datur mihi facultas iurandi in litem ꝯ te, ſed in ꝯria non agitur de fide rupta: ideo non iuratur in litem. Intellige, niſi etiam in ꝯrijs agatur de fide rupta, vt vult tex. in l. ei apud quem. alleg. in gl. & de hoc eſt gl. ſing. in l. ſi pignore. §. ſi poſt. in ver. tenetur. & ibi Bar. ad hoc not. ff. de pig. act. Imol. in l. infamem. ff. de public. iud. & Moder. hic, quamuis ꝯrium ſentiat gl. in l. furti. §. ꝯrio. vbi Bar.
21 dubitat. ff. de infam. † Quæ autem dicatur actiones directæ, & quæ ꝯriæ, declarat glo. magiſtra in glo. magna. in fin. in l. conſenſu. ſ. de actio. & oblig. ¶In fi. gl. habes duas limitatio. ad tex. vt non procedat in actione ex empto, quia quamuis ſit bonæ fidei, tamen in ea non iuratur in litem de affectone. Intellige, quando non haberet facultatem rei tradendæ, aliàs, quia
* poteſt cogi tradere præciſè, *ſecundum communem ſententiam*, quæ habetur in l. 1. in princ. ff. de act. emp. ſi non traderet, iuraretur
* in litem de affectione, ſm Bartol. hic, *& communiter Doct.* Et ita procedit gl. in l. ſi traditio. in gloſſ. fin. parua. C. de actio. emp. Ita teneas, quamuis Fulg. & ante eum Alber. hic tenuerit indiſtinctè, quòd nunquam in actione ex empto iuretur in litem de affectione, per text. in dict. l. ſi tradi. in verſic. quantum iudex arbitratus fuerit. in l. ex empto. §. ibidem Iul. ff. de act. emp. qui text. nihil faciunt, quia non eſt bona conſequentia, iudex æſtimat, ergo non iuratur in litem, cùm in arbitrarijs, in quib. defertur iſtud iuramentum, ſemper iudex arbitretur, vt eſt

text. clarus in dict. §. præterea. in verb. *iudici æſtimare.* & in l. præceden. §. fin. ibi, *& ante, & poſt iudex poteſt taxare, & minuere.* Mouetur etiam, quia iſtud iuramentum nunquam habet locū, niſi quando agitur ad reſtituendum, & ad exhibendum: ſecus quando ad tradendum, vt in actione ex empto. ſed errat, vt dixi in euiden. Item mouetur, quia in titul. de contrahen. emp. & in titul. de act. emp. nihil dicitur de iuramento in litem, ſed non obſtat, cùm colligatur prima regula huius l. noſtræ. & l. 3. §. in hanc. in verſic. ſicut in cæteris bonæ fidei iudicijs. ff. commoda. Vltimò mouetur Fulgoſ. quia ſi diceremus, quòd in actione ex empto iuraretur in litem, eo quia bonæ fidei, ſequeretur, quòd etiam in actione præſcrip. verbis, quando daretur pro permutatione, quod eſt contra l. naturalis. §. 1. ff. de præſcriptis verbis. Reſponde, quòd ex ſeparatis non infertur, vel aliter, quòd eſt verum, quod illo caſu iuratur in litem. glo. eſt ſingular. in l. naturalis. §. ſed ſi faciam, in verbo, ſimilis. ff. de præſcrip. verbis, & ſequitur domin. Alexand. hic, qui reſpondet ad quædam argumenta Fulgoſ. tenentis contrarium. Cōclude ergo, quòd ſi venditor eſt iuſſus à iudice, & habet facultatem rei tradendæ, quòd iuratur in litem, vt hic per Bartol. ipſemet Fulgoſ. dicit, quòd licèt prædicta dixerit cauſa diſputandi, quòd tamen non eſt recedendum à communi opin. ¶Gloſſ. in verbo non ob culpam, diuiditur in tres partes principales. Primò declarat text. In ſecunda, quæ eſt ibi, ſed pro-
22 pter latam. format quæſt. & dum dicit gl. † quòd propter ſolam contumaciam quis poteſt excommunicari, dic, quòd de hoc eſt tex. in cap. 1. in fin. & in cap. quoniam frequenter. in fi. vt lit. non conteſt. In tertia, quæ eſt ibi, porrò in actione tutelæ. gloſſ. ponit fallentiam ad text. ¶Circa 2. partem gl. quia 1. cla-
23 ra eſt, dic, † quòd *communis opinio eſt*, quòd in cauſis criminali-
* bus ad hoc, vt quis poſſit criminaliter puniri, requiritur dolus, nec lata culpa æquiparatur dolo, ad hoc glo. alleg. l. 3. quæ nihil facit: debuit alleg. tex. in l. in lege Corn. ff. ad l. Corne. de ſi-
24 ca. ¶† Limita per text. not. in l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. ſcilicet, quando res eſt peſſimi exempli, quam l. limita per l. 3. §. Senatuſcon. ff. de ſica. Adde, quòd eſt dare alium caſum, in quo in criminalibus lata culpa æquiparatur dolo, ſcilicet in l. milites. ff. de cuſto. reor. quam legem Oldr. conſil. 92. quod incip. Rex habebat arcem, extendit ad cuſtodem arcis, idest, caſtellanum, vt ſi dolo, vel culpa perdat arcem, debet capite puniri. Iſtud idem tenet Bald. in l. ad commentarienſem. ff. de cuſtod. reor. Confirmatur iſta deciſio per regulam Bald. in l. ex diui. C. locat. vbi dicit Bald. quod à pari procedunt, cuſtos carceris, & cuſtos arcis. Adde etiam eſſe veram concluſionem gloſſ. quòd in cauſa infamiæ lata culpa non æquiparatur dolo. Ratio eſt, quia cauſa infamiæ, & cauſa vitæ æquiparantur. l. iuſta. ff. de manu. vindi. Bartol. in l. tranſigere. in 2. colum. C. de tranſact. & firmat gloſſ. plenior in §. ſuſpectus. Inſtitut. de ſuſpect. tutor. allegata in glo. Intellige, quando infamia eſt imponenda per ſententiam iudicis, vt in dict. §. ſuſpectus, ſed quando infamia imponitur ipſo facto, ſeu ipſo iure, iuxta l. palàm. §. final. ff. de ritu nup. & in caſibus. de quib. in l. 1. ff. de infami. tunc lata culpa ſufficit, & æquiparatur do-
* lo. l. libertorum. §. notatur. vbi gloſſ. *& omnes Doctor.* ff. de infa. gloſſ. & Doctor. in dict. §. ſuſpectus. & Bartol. in repe. l. quod nerua. circa 9. vel. 10. colum. Quæ autem ſit ratio diuerſitatis, dubitat hic Fulgoſ. quia potius videretur dicendum oppoſitum: & dicit, quòd non poteſt dari ratio diuerſitatis, & propterea tenet, quòd quantum ad cauſam infamiæ lata culpa æquiparatur dolo: poterat alleg. tex. in l. impuberibus. §. ſi fraus. ff. de ſuſpect. tutor. iuncta l. 1. ff. de infam. dicitur in dicta l. 1. quòd tutor, qui remouetur vt ſuſpectus, eſt infamis. in dict. §. ſi fraus. dicitur, quòd ſi fraus non interceſſit, ſed lata culpa, quæ æquiparatur dolo, remouendus eſt. teneo cum communi ſententia: & rationem diuerſitatis aſſignat Bartol. in dicta l. quod Nerua. in 9. colum. & dicit, quòd quando quis ipſo facto efficitur infamis, lex adeo abhorret, quòd non conſiderauit, an dolus, vel lata culpa intercedat. l. palàm. §. fin. ff. de ritu nup. ſecus quando interuenit ſententia iudi. Non obſt. dict. §. ſi fraus. quia licèt dicat, quòd poſſit remoueri per latam culpam, non tamen dicit, quòd efficiatur infamis, quamuis ſuſpectus. ¶Per iſtam limitatio. ego valde dubito de eo, quod ſingular. tenet Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. in 3. colum. ff. de offic. proconſul. & legat. quòd ad hoc, vt habeat locum pœna. l. ſi quis maior. C. de tranſact. requiritur, quòd contrafaciens ſit in dolo, & non ſufficeret lata culpa. Ratio per quam mouetur Bald. eſt, quia ſequeretur, quòd ex culpa quis efficeretur infamis, quod eſt abſurdum ſecundum eum. Iſtam deciſionem multum not. & ſequitur Alexand. in l. final. circa fin. ff. qui ſatiſda. cogan. & plenius in conſi. 92. in ci. perſpectis his, quæ in themate narrata ſunt. in

pen.col.in 1.vol. Mihi videtur, ꝙ ratio Bal. ſtringat ꝯ eum. nã cla. um eſt, ꝙ pœna infamiæ, & aliæ pœnæ.d.l.ſi quis maior, imponũtur ipſo iure, vt probat ibi tex.in ver.mox. vbi Bart. & oẽs not. ſed ſic eſt, ꝙ vbi pœna infamiæ imponitur ipſo iure, vel ipſo facto, tunc lata culpa ſufficit, ſm oẽs, vt ſ. retuli, &

25 iſtud mihi multum ſtringit.¶† Item adde gl.inquantum vult, ꝙ ad deferendum iurm in litem, lata culpa non ſufficit. Vltra gl.dic rõnem eſſe, quia eſt pœna ꝯtumaciæ, ſeu ꝯtemptus.d.l. q. reſtituere.& ſ. declaraui, ſed ſic eſt, ꝙ vbicũque lex imponit pœnam, & facit mentionem doli, tunc lata culpa non æquiparatur dolo, ſm Bart. in d.repe.d.l. ꝙ Nerua.in 8.vel 9.col.& in l.1.§.non fuit. ff. ſi quis teſt.li.eſſe iuſ.fuc.Bald.& Sal.in l.1.C.

26 depo.d.Ant.& Imol.in c.2.de conſti.† Inquantum etiam glo. & Doct. dicunt, ꝙ non debet quis corporaliter puniri ex lata culpa, ſed requiritur dolus. Ex hoc infertur ad ſtatuta diſponẽtia, ꝙ quicunque occiderit hominem, & dederit auxilium, aut fauorem homicidio, debeat decapitari: pone aliquis commiſit homicidium ex lata culpa, an teneatur? Dubium facit, quia iudices maleficiorum volunt intelligere verba ſtatuti ad literam. Pro iſta parte, ꝙ ſtatutum gñaliter loquens, debeat gñaliter intelligi tã in dolo, q̃ in culpa lata, facit tex.in l.3.§.ꝙ prętor. in ver. ceſſat. & ibi Mod.ff.ne quis eum, q. & Bal.hic in prin.& in l.pignus.in vlt.col.C.de pig.vbi ponit rſam, ꝙ in pęnis ſtatutorum, ſi ſtatutum non facit mentionẽ de dolo, nec nos debemus facere: ſed bene requiritur lata culpa, aliàs non punitur criminaliter. Ita Imo.in c.1.in 7.col.de cõmo. Teneas intrepidè ꝯtrium, ꝙ tale ſtatutum non vendicat ſibi locum, niſi homicidium ſit factum dolo. Iſta concluſio probatur primò, quia ſta

a tuta recipiunt [a] interpretationem paſſiuam à iure cõi.l.2. cum gl. vbi Doct. C.de noxa.gl.& ſcribentes.in l.fi.in §.in computatione.in gl.mag.C.de iur.deli.Bar.in l.oẽs populi.in 6.q. prin.ff. de iuſt. & iur. ſed de iure communi non punitur quis de homicidio niſi ꝓpter dolũ. tex.in l.lege Corn.ff.de ſica.igitur,&c. Et ꝙ ſtatuta debeant ſic intelligi. ſ. ſi homicidium fuerit dolo commiſſum, tenet Bald. in l. data opera.in 5. colum.C.qui accu.Cy.Bald. Ang. & Pau. de Caſt.in l.1.ff.de legi.Bal.& Sal.in l. 2.C.de noxa.Bald.in l.omnes populi.in 17.col.ff.de iuſtit.& iure Bald. in l. quicunque.in 5.col. C.de ſer.fug.in c.fi.de conſtit. in repet.l.cunctos populos.in vltim. char.C.de ſum.trin.Ange. in l. is, qui cum telo. C.de ſica. Sali.in l.pen.C.de ſica. Anto.de Butr.& Imo.in c.2. de conſti. Idem tenet Pau.de Caſt.& melius quam alibi, in conſil. 190. quod incip. in cauſa carceratorum. Idem tenet Alexan.in conſil.182. quod incip.in caſu propoſito, & in conſil.276.quod incip. poſt redditum conſilium.

* in 2.volum. *& eſt communis conclu.* & ante eos idem voluit Bartol.in l.quid ergo.in §.pœna grauior.ff.de infam.in 3.colum.ad fin.& doctr.Bartol.eſt ſignanda in l.1.in princip. in 3.colum.ad

27 Turpil.vbi Bartol.ponit iſtam doctrinam, † quod aliquis non debet capitaliter puniri, niſi interuenerit dolus. Vltra ſcribentes habes text.in l.cum autem.in §.excipitur, primò.in ver.corporalem.ff.de ædil.edi.quem ad hoc alleg.Bald.in repet. l. cunctos populos. in vltim. col. Sed contra prædicta argue ſic: ſtatuta ſic debent intelligi, vt aliquid addant vltra ius commune.Bartol.in l. 4. §. prætor ait.ff.de damn.infect. ſed ſecundum prædicta per ſtatuta nihil adderetur iuri communi. Et ſi dicas, quòd ſtatutum nihil debet addere iuri communi, quando aliquis indebitè puniretur, iuxta not. in dict. §. in computatione. Reſponde, quòd imò iſte debitè punitur. Et ad iſtam concluſionem vide, quod dicit Paul.de Caſt.in l.& ſi ſeuerior. C. de infam.& in l. ſi fugitiui. C.de ſer.fugit. vide etiam ad iſtã doctr.deciſ. Nel.de Sanct. Gemin. in tracta.bannitorum.in 2. parte. 2. temporis, in quæſt. 27. Adde etiam illud, quod decidit Signorol. de Homod. in conſil. 27. quod incip.ſtatuto ci-

28 uitatis Papiæ cauetur.† Aliquis volens ſe defendere à cane, proiecit lapidem in canem, & occidit tranſeuntem: fuit dubitatum, nunquid debebat puniri de homicidio: tandem dicit fuiſſe iudicatum, quod non. Adde, quod dicit idem Signoro.in conſil.50. quod incip.Titius calce percuſſit vxorem: & de hoc vltimo vide Bartol.in l.ſi gemina.circa.fin.ff.arb.fur. cæſ. adde etiam, quod decidit Card. Flor. in capitul. lator.de

29 homic. vbi refert accidiſſe caſum. † Erant duo in naui: alter habens ferrum percuſſit ſocium, qui mortuus eſt: refert, quòd ſecundum formam ſtatuti non debet decapitari: quia non fuit in dolo. Vltimò adde, quòd dicit Bald. in l.final. per gloſſ. ibi. ff. quod quiſque iuris, quòd ſtatuta pœnalia ſemper intelliguntur habere clauſulam in ſe, ſi delicta fuerint dolo

30 commiſſa. ¶† Ex his habes formatam concluſio. quòd quãdocunque ſtatum loquitur de homicidio puniendo, intelligitur ſi interuenit dolus non culpa. ¶Pro limitatione prima dic, quòd quamuis non puniatur quis capite propter culpam: tamen debet puniri de culpa (licèt mitius) arbitrio iudicis.l. ſi adulterium cùm inceſtu. §. impuberes.ff. de adult.l.3.§. ſed & ſi Senatuſc. ff.de ſica. Secundo limita, niſi ſtatutum diceret, ꝙ quicunque commiſerit homicidium quocunque modo, decapitetur, tunc etiam ex culpa puniretur. ita Saly.in l.2.in 3. col. C.de noxa. ¶Glo. magna in verb.planè, diuiditur

31 in duas part.princip.† Primo tangit, an actiones arbitrariæ ſint ſtricti iuris, vel bonæ fidei.& concludit, quòd ſunt ſtricti iuris, & bene, cùm ſint ſpecies ſeparatæ ab actionibus bonæ fidei.l. in bonæ fidei.ff. de eo, quod cert.loc. Idem tenet gloſſ.in.§.præterea quaſdam. Inſtit.de actio. & in l.ſi filiofamil.§.1. in verſic.

32 iurauit.ff. ſolut. matrimo. † In 2.ibi, not.ergo. gloſſ.enumerat quatuor caſus, in quibus defertur iuramentum in litem de affectione: & tamen actio non erat arbitraria. Inquantum glo. ponit fallentiam in caſu.l.tenetur.§.in actione.ff.ſi quid in fraud. patr. & dicit gloſſ. quòd ibi ideo eſt, quia illa actio eſt in rem ſcripta. Adde text.in l.ſi patronus. in §. hæc actio.& in l.ſi id, quod. ff. ſi quid in fraud. patr. Voluit dicere gloſſ. quòd quemadmodum in actione ad exhibendum, quæ eſt perſonalis in rem ſcripta. l. 3. §. eſt autem perſonalis hæc actio. ff. ad exhibend. ita & in actone fauiana, quæ eſt perſonalis in rem ſcripta, ſed tertium caſum reprobat Bartol. in 3. colum. dicens, quòd in dict. l. tenetur. §. in actione. & in l.ſi cum dos.allegat in gloſſ. actio erat arbitraria propter præceptum iudicis de reſtituendo contemptum, tamen aduerte, quòd in illis legib.de præcepto iudicis eſt verbum nullum: tamen ſic debes intelligere: aliàs reus non diceretur noluiſſe reſtituere, vel fuiſſe cõtumax. Aduerte tamen, quòd Barto. quantum ad has leges videtur aliqualiter contrarius in iſta met.3. colum. in princ.nam ibi loquitur conditionaliter, ꝙ in caſib. alleg. in gl. actio potius potuiſſet fieri arbitraria, ſi ꝑſupponeremus interceſſiſſe iuſſũ iudicis de reſtituendo. Cogita etiam ſi poſſet dici, quòd illæ leges loquunt de iuramento in litem, quod eſt veritatis, non quòd eſt affectionis. Fatetur tamen Bartol. cum gl. vnum caſum eſſe ſpecialem in l.pen. §. in eum. ff. ne quis eum qui. vbi iuratur in litem de affectione: & tamen non eſt ibi præceptũ iudicis, ſed ratio ſpecialitatis eſt, vt in gloſſ. Item dum glo. pro tertio caſu refert caſum poſitum in l.noſtra.in verſic.planè. In

* hoc dic, quòd *communiter tenetur opin.* Azo. relata in glo. & per glo. approbatam, quòd verſic. planè non intelligatur de iuramento in litem de affectione, ſed de iuramento, quod eſt ve-

33 ritatis.& ita tenet Bartol.in 3.colum.& omnes.† Item dum gl. dicit, quòd actio fauiana eſt in rem ſcripta: adde, quòd eſt text. in l.ſi patronus.§.hæc actio.& in l.id, quod.ff.ſi quid in frau.patro. Tamen iſtud nihil dicit, quia ad hoc, vt actio ſi arbitraria, non refert, an ſit realis, an perſonalis.dict.§. præterea quaſdam. ¶ Extra glo.Bartol.hic examinat duplicem ſpeciem iuramenti in litem, vnum eſt de affectione: aliud de veritate, prout de

34 duplici ſpecie iuramenti loquitur iſta lex. ¶† Circa primam format tres quæſtio. Prima eſt, quæ & quot requirantur, vt iuramentum in litem de affectione deferri poſſit: & dicit, quòd quatuor. Prima, quòd natura rei, quando petitur, ſit talis, in qua cadat affectio. l. nummis. ſupra eodem. & ibi tetigi de limitatione, quam tradit hic Bartol. quando quantitas ſucceſſiſſet loco ſpeciei per l.penultim.§. in eum.ff.ne quis eũ qui. Subdit Bartol. quòd etiam habet locum iſtud iuramentum, quando agitur ad factum.l. 3. §.ſed & ſi quis.cum gloſſ.& ibidem Bartol. ff. fin. regund. Nec dicas, quòd in obligationibus facti debeat ſuccedere obligatio ſolùm ad verum intereſſe. l. ſtipulationes non diuiduntur. verſic. Celſus.ff. de verbor.obligatio.l.ſi quis ab alio, in fin.ff.de re iudic.quia procederet, quãdo eſſet merum factum: & aliud non interueniret, & ſic quãdo non inteueniſſet iuſſus iudicis, & ſñia ſuper hoc, per rſam q̃ ponit Bar.hic in 3.col.& per illud, ꝙ vult gl. ſing. in l. qui reſtituere.in glo.magna in verſi.ꝯdemnandum, circa.fin. ff.de rei ven.q̃ Bal.& Ang. ibi reputant ſing. iſto modo inducendo. Nã quodcunq; ꝓceptum iudicis dr ſñia interlocutoria.gl. in l.cũ clericis.C. de epiſ. & cle. ſed vbicunq; qs per ſñiam interlocutoriã tenetur ad factum, cogit præciſè facere: nec ſoluendo intereſſe liberat, ſm gl.in d.l.qui reſtituere, de cuius veritate vide d.Alex.in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. tñ aduerte, quia d. l.3.§. ſed & ſi quis.cum gl.bene dicit ꝯdemnandus: ſed non dicit ad qd, ideo non dicit magis per iurm affectionis, quã veritatis.¶Scđo requirit, ſm Bar.natura actionis.nã ſm eum, iurm in litem de affectione ſolùm habet locum in trib. actionib. in actionib. in rem, in bonæ fidei, & in arbitrarijs ſtricti. iuris. Tu aduerte, ꝙ Bart. malè ſeparat actiones in rem ab actionib. ſtricti iuris arbitrarijs: quia nunquam in actionib.in rem habet locum

ADDITIO.

a ¶Recipiunt. Adde Bald.in l.ſi nondum.C.de furt.Paul.de Caſtr. in conſil.[illegible] incip.non eſt dubium.in 2.col.

tum iuramentum in litem de affectione, nisi qn̄ efficiuntur arbitrariæ propter contemptum iudicis in non restituendo. d. l. qui restituere. & declaraui supra in euiden. & ideo text. in d. §. præterea quasdam, dicit ꝙ actiones arbitrariæ sunt tam in rē, quàm in personam: nisi dixeris saluando Bart. ꝙ Bart. fecit hāc separationem gratia commodioris doctrinæ. Tertiò requiritur dolus, nec sufficeret lata culpa, nisi in actione tutelæ, vt supra in gl. in verſ. non ob culpam. Adde, quòd nec sufficeret, quòd quis temerè litigasset ad hoc, vt huic iuramento locus esse possit, secundum Abba. Pan. in c. quoniam frequenter. §. in allijs. in 14. col. vt lit. non conte. Quo autem tempore dolus debeat esse commissus Bart. fuit verbosus, prout dicit Paul. de Castr. & in effectu constituit differentiam inter actiones stricti iuris arbitrarias, in quib. non sufficit dolum ab initio fuisse cōmissum, qn̄ dolosè acquirebatur res, sed requiritur ex post facto in non parendo iudici: & actiones bonæ fidei, in quib. sufficit dolus ab initio, qn̄ res adhuc extat, sed est penes alium, per l. si possessor. §. fi. ff. de pet. hær. Cū Bart. tenuit Ang. & Paul. hic, sed Fulg. & Alex. reprobant, & bene, cùm in vtrisque requiratur dolus ex post facto. Nec obst. d. l. si possessor. §. fin. quæ decepit Bart. quia ibi nedum ab initio dolosè acquisiuit, sed etiam dolosè fecerat, quo minus posset restituere. ¶ Quartò requiritur habilitas personæ, quòd ille, cui defertur illud iuramentum, sit dominus litis, vel quasi. l. vulgò. j. eod. item quòd sit pubes. l. videamus. in prin. s. eod. Adde, ꝙ fisco, vel eius procuratori non defertur istud iuramentum in litem de affectione, & in hoc est deterioris conditionis quàm priuatus, ita dicit gl. sing. in l. quoties. in gl. fi. in verſ. crediderit. C. de exac. trib. lib. 10. quam sequitur Ioan. Fabr. in §. item aduersus. Insti. de acti. sed illam glo. reprobant Bald. & Ioan. de Pla. ibi, & Alex. in d. l. pen. §. in eum. ¶ Vltra Bart. adde sex alia requisita. Nam quintò requiritur, ꝙ intententur actiones bonæ fidei directæ: nam in contrarijs nisi agatur de fide rupta, non est locus huic iuramento, vt s. per gl. 3. vbi dixi. ¶ Sextò requiritur, quod agatur ad tale quid, ad quod quis possit præcisè compelli. secus si liberetur præstando verum interesse, vt in actione ex empto, qn̄ non habet facultatē rei tradendæ, vt dixi s. in l. 3. in gl. ¶ Septimò requirit, ꝙ qs ꝯueniatᷣ ex dolo proprio, vel ex proprio delicto. nam si conueniatur ex alieno dolo, puta pupillus ex dolo, vel delicto tutoris, vel quando villa teneretur pro robaria alterius, tunc nunquam habet locum istud iuramentum in litem de affectione. text. est in l. 1. & ibi not. Bart. ff. quando ex facto tut. Idem Bart. in l. ne quid. ff. de incend. rui. nau. & in l. si quando. C. vnde vi. Bald. in c. 1. §. conuenticulas. de pa. iur. fir. Can. in c. fi. ꝙ me. causa. Limita nisi fingeretur eadē persona, vt in hærede, qui fingitur eadem persona cū defuncto, in Auth. de iureiu. à mo. præsti. in prin. ideo conuenitur ex dolo defuncti, vt videbitis. j. in 2. q. ¶ Octauò requiritur, quòd reus conuentus non habuerit causam possidendi ab agente, nam si ab eo habuisset causam possidendi, quāuis causa sit nulla, tamen contra eum non habet locum istud iuramentum in litem de affectione, ita probat text. not. vbi habes exemplum in l. si donare. in prin. ff. de do. inter vir. & vxo. quē ad hoc reputat sing. Ludo. Rom. in sing. suis, in sing. inc. dicit l. qui restituere. ¶ Nonò requiritur, quod agens non habuerit rem venalem, nam si exposuisset rem venalem, & aliquis empturus eā possideret, & condemnatus ad restituendum, nollet eā restituere, nō potest iurari in litem de affectione, gl. est de hoc sing. in l. 2. in verſi. contrario. C. de in litem dan. tut. quam ad hoc reputat sing. Lud. Ro. in loco proximè alleg. & potest esse ratio: quia postquam quis exposuit rem venalem, declarauit se non habere affectionē ad illam rem. Duo alia specialia circa rem venalē expositam dixi in l. rogasti. in prin. s. si cer. pet. ¶ Decimò requirit, quòd agatur iure actionis: nam vbi imploratur offi. iud. non habet locum istud iuramentum in litem de affectione. gl. est not. in l. harum, in verſ. condemnet. ff. si ser. ven. quam sequuntur Bald. & Fulg. ibi, & dicit Bald. quòd est multum not. & quòd alibi ratò reperitur: eam sequuntur Bart. & Mod. in l. si prius, in pen. char. in 2. q. ff. de ope. no. nun. & ibi Imo. reputat sing. & ibidem latius sequitur Alexan. Eam tenent Ang. & Modern. in l. argentarius. §. cum autem. per illum text. ff. de eden. Pau. de Castr. & Alexan. hic. & dicit Bald. in d. §. cum autem. quòd gl. in d. l. harum. pulchrè probat, ꝙ offi. iud. non habet vim actionis bonę fidei, nec stricti iuris arbitraræ: tamen contra dictum gl. tenuit per bonas rationes ipsemet Bar. sibi ꝯtrius in d. l. harū. & ibidē Pau. de Cast. & Io. Fab. in §. præterea quasdam. Insti. de act. & ista secūda semper mihi plus placuit, quāuis vtraque disputatio posset facilè defendi. Et tenēdo primam opi. responde ad fundamenta Bart. & Io. Fab. quòd illa gl. quę vult. quod qn̄ imploratur offi. iud. non deferatur iurm in litē, intelligitur, qn̄ imploratur offi. iud. nobile, sed in fundamēto Bar. est officiū iud. mercenariū deseruiēs actioni. & illud
35 propriè est, ꝙ causat iurm in litē. † Item adde, ꝙ istud iurm in litem de affectione habet locum ēt ꝯ iudicem, qui malè iudicando fecit litē suam, fm̄ Bal. in l. 2. circa princ. C. de sent. ex
36 breuicu. reci. & no. Ang. in l. 4. §. in eum. ff. de dam. infe. † Idē pōt dici ꝯ arbitrum, qui etiam malè iudicando facit litem suam, vt est tex. sing. in l. pe. & ibi Bar. & alij ad hoc. C. de pact.
37 & ibi dixi. ¶† Scḋo principaliter quærit Bar. qn̄ deferri debeat istud iuramentum, & tene distinctionem Bart. cum quo transeunt Ang. Sal. & Alex. hic: intellige tamē, nisi reus dolo desijsset possidere: quia teneretur, & posset iurari in litem ꝯ eum in actionib. stricti iuris, etiam ante sn̄iam, prout vult Bart. si bene inspicias, in q. pręced. quicqd teneat Ful. hic, cuius fundamentis respondet Alex. hic. Ad ꝙ autē referatur æstimatio huius iuri in litem de affectione, an de affectione quā habet de pręsenti, an quam habebat tempore moræ? ponit not. Bart. in l. 3. § in
38 hac, in 4. col. ff. commod. ¶† Tertiò & vlt. quęrit Bart. an pp dolum defuncti iuretur in litem ꝯ eius hęredes, & concludit, quod sic in actionib. bonæ fidei, si dolus fuit commissus ante lit. contest secus si post, per l. eius qui delatorē. ff. de iu. fis. vbi hæres nunquam tenetur ex ficta confessione defuncti, nisi lata sit sententia ꝯ defunctum. Ista doctr. Bart. fm̄ Fulg. & Alex. seipsam confundit: quia d. l. eius qui delatorem. procedit siue dolus sit commissus ante lit. contest. siue post: quia litis cōtestatio non sufficit, sed requiritur sententia. Ego credo sic posse declarari mentem Bart. Nam dolus est delictum, vt not. Bart. in l. 1. in fi. ff. de fideiu. tu. & est melior tex. de iure in l. 1. §. nunc tractemus, in verſ. planè. ff. de tut. & ratio dis. sed in delictis qn̄ lis est contest. cum defuncto, actio efficitur transitoria ꝯ hæredes. l. 1. C. ne ex delic. defun. l. 1. ff. de priua. delic. & hoc est melius fundamentum, quàm illud, quod facit Barto. per d. l. eius qui delatorem. sed caue, quia qn̄ dolus commissus est post litem cōtest. certè primus actus, qui postea fit, habet vim litis cōtest. l. 2. C. de consor. eius. lit. vbi Bart. not. & Docto. in l. ita demum. C. de procur. Et si diceretur, ꝙ ille primus actus, qui postea fit, bene habet vim litis contest. sed quo ad hoc vt hæredes teneātur, requiritur vera litis contest. quia respōdeo, ꝙ imò ad hoc vt hęres teneatur ex delicto defuncti, sufficit litis contest. aut aliquid, quod vim habeat lit. contest. text. est in l. si eum. §. qui iniuriarum. in fi. vbi Bart. in 5. not. ff. si quis cau. Bart. in l. 1. in fi. prin. ff. de priua. deli. & per hæc habes expeditam primam
39 materiam iuramenti in litem de affectione. ¶† Venio nunc
a ad iuramentum in litem [a] de veritate, in quo Bart. format. 4. q. Prima est, quę & quot requirantur, & concludit post gl. quod duo, difficultas probationis, & dolus aduersarij, prout etiam tenent Cano. in c. fi. quod met. cau. facit text. cū gl. in l. semper. §. hoc interdicto. ff. ꝙ vi aut clam. & gl. in §. pe. insti. de verbo. obl. Can. in c. fi. ꝙ met. causa. Bal. in l. vnica. in vlt. char. 25. opp. C. de sen. q pro eo, ꝙ interest. Et ista est vera conclu. quicquid teneat gl. in l. nummis. s. eo. Cōfirmatur per illud, quod voluit Bald. & Alex. in l. qui accusare. C. de eden. vbi dicūt, ꝙ probato dolo notarij, damna, & interesse probātur per solū iurm par-
* tis, ꝙ est de veritate. Et aduerte, qa d. *communis conclusio* ꝓcederet, qn̄ ageret ciuiliter, sed qn̄ ageret criminaliter, non haberet locum hoc iuramentum, fm̄ Bar. in l. fi. j. eo. & ibi videbimus
40 de veritate. † Et not. bene illud, ꝙ sing. subdit Bar. ꝙ difficultas probationis tunc censetur adesse, qn̄ non pōt res ad occulū demonstrari: quod in specie sequitur Imo. in d. c. fi. in 5. col. idem tenet Io. Fab. in l. si qn̄. C. vnde vi. ¶ Limita prædictam doc. duob. mo. Primò, vt non procedat in actionib. bonæ fidei, in quib. etiam si non concurrat difficultas probationis, sufficit dolus aduersarij. l. nummis. in fin. & ibi Ful. ad hoc not. s. eod. quia ille text. loquitur in contractu depositi, & consequenter in actione bonę fidei. & Mar. Sil. Alb. Fulg. & Alex. hic. ¶ Secūdò limita, quando quis cōuenitur ex dolo proprio: secus si ex alieno: tunc non deferetur iuramentum in litē de veritate, & multò minus de affectione, prout dixi in præce. materia in 7.
41 requisitio. † Ex s. scripta doctr. refert Bart. determinasse Inn. in d. c. fi. quòd si aliquis deposuit penes hospitem fardellum clausum, & sigillatum, vel cistā, aut valisiam clausam, & sigillatā, & reddatur dissigillata, & aperta, cùm ex hoc arguatur dolus hospitis, & sit difficultas probationis, ꝙ de reb. quę in ea erāt, si reperiuntur amotæ, stari debet iuramento eius, qui valisiam penes hospitem deposuit, & mihi placet ista sententia, quòd si probetur per testes, vel hospes confiteatur, quòd sibi tradidit valisiam bene clausam, & sigillatam, & tunc redditur dissigillata, & aperta, quòd de reb. quæ in ea erāt, statur iuramēto deponentis.

ADDITIO.

a ¶Venio nunc ad iuramentum in litem. Vide Alex. lib. 1. consi. 58. col. 2. latè in tracta. de virib. iuramenti. verſ. 58. PVRPV.

* deponētis. Nā video *iſtam eſſe communem ſniam:* a cū Bar. & Inn: etiam tenent Bald. in lec. antiqua. & Lud. Rom. hic. Raph. Ful. in l. cum furti. infra eo. Spec. in titu. de fur. §. 1. verſ. quid ſi res. Nic. de Neap. in §. item ſeruiana. in 3. op. glo. Inſti. de act. Imo. in cle. ne in agro. §. quia vero. de ſta. mon. Saly. in l. 1. §. ſi ciſta. ff. depoſiti. & Io. Petr. de Ferra. in practica Papien. in libello. in actione reali. in verſ. & in centum libris pro damno. in vlt. col. Firmant Cano. in d. c. fi. quod met. cauſa, quamuis contrarium teneat ipſemet Bart. in l. in eos. ff. fur. aduer. nau. caup. ſtabu: cū quo tenet Alex. hic, de quo etiam per Bart. in l. 1. §. ſi ciſta. per illū tex. ff. depoſi. vbi diſtinguit, vt ibi p eū. ¶ Ego in iſta materia cōſidero quatuor caſus. Primus, qn̄ valiſia reſtituit ſignata, & ſigillata ſicut fuit tradita, ita q non apparent aliqua ſigna in contrarium, & tunc ex quo ceſſat probatio doli, nihil probabitur per iuſm, & ita tenet Bar. in d. l. in eos. Secūdus caſus, quādo valiſia reſtituitur aperta, & diſſigillata, & cōſtat depoſitariū fuiſſe in dolo, & tunc de æſtimatione rerum ablatarum ſtabitur iuramento deponentis. l. j. §. ſi ciſta. & §. in depoſiti. ff. depoſiti. Tertius caſus eſt, qn̄ ſumus in caſu claro, & non conſtat de culpa depoſitarij, & ſi conſtat de culpa, non apparet de dolo, & tunc iſte caſus eſt clarus, quòd non ſtatur iuro partis, niſi ɔcurrat dolus. Quartus caſus eſt, qn̄ ſumus in caſu dubio, quia iudici nihil aliud apparet, niſi quod valiſia eſt diſſigillata, vel aperta: tunc concludo, quòd ſi probatur per teſtes, vel ex confeſſione hoſpitis, quòd valiſia fuit tradita clauſa, vel ſigillata, & hoſpes reddidit diſſigillatam vel apertam, hoc ipſo probatur dolus: quia dolus non poteſt probari niſi ex coniecturis. l. dolum. C. de dolo, & ſic teneo opin. Bart. quæ eſt communis. Nec obſt fundamentum Alex. quòd dolus non præſumitur, niſi probetur, quia eſt verum ſi non apparent coniecturæ, vt in caſu noſtro. Intellige tamen ſanè, attenta qualitate perſonarum: quia in hoc multum ſtatur arb. iud. & niſi natura ſua diſſigillari potuiſſet, quia tantum appoſitum eſſet ſigillum ceræ, ſm Bal. in rubr. C. depo. circa prin. p l. ſi duob. §. 1. ff. queād. teſta. aper. & idem Bald. in l. 1. in 2. col. C. loc. & ad illud, quod multum attendatur qualitas perſonarū, bene facit illud, quod dicit Bal. in l. dominus horreorum. in prin. ff. loc. vbi dicit, quod
42 illud, quod dicit Bart. in l. fi. ff. de quæſtio. † quòd ſi factum eſt furtum alicui, quòd ſuſpicio eſt contra vicinos: adeo quod poſſunt torqueri: eſt verum, quando illi vicini eſſent ribaldi,
43 & malæ vitæ: ſecus ſi ſint bonæ, & probatę vitæ. † Secundò intellige ſanè, quando viator conſignaſſet valiſiam ſigillatam hoſpiti acceptanti: ſecus ſi non conſignaſſet, ſed ſimpliciter dimiſiſſet ſupra dorſum equi, aut eam poſuiſſet ſupra portam hoſpitij, ſecundum Bald. in l. 1. C. loc. in tantum, quòd alibi tenent gloſſ. ſing. in l. 1. §. final. in verſ. in naui. ff. nau. caup. ſtabu. quod non ſufficit, quòd viator conſignet, valiſiam hoſpiti, ſed eſt neceſſe, quòd eā aperiat, ita quod hoſpes ſciat,
* quæ res ſint in valiſia, ſed illa glo. *communiter reprobatur:* quia eſſet periculoſum viatori, ſi fortè in ea haberet res precioſas. Item noſtra intereſt, ne ſecreta patrimonij pandantur. l. 2. C. quando, & quib. quar. pars debe. lib. 10. & ita illam gloſſ. reprobāt Gul. & Antiqui ibi. & Nic. de Neapo. in d. §. item ſeruiana. in 3. oppo. gloſſ. Cyn. in l. certi iuris. C. loca. & ibi Bald. in 2. oppoſit. vbi formatur tres nota. quæſt. in materia. ¶ Tertiò limita, niſi viator faceret deferri fardellum, ſeu valiſiam in cameram, & reciperet claues cameræ, vel dimitteret famulos proprios ad cuſtodiam cameræ, tunc ſi aliquid ex valiſia ſubtractum reperiatur, non tenetur hoſpes: quia tunc viator in ſe cuſtodiam recepit, ſecundum Bald. in rubr. C. depo. arg. l. 1. §. ſi me rogaueris. cum §. ſequent. ff. depoſit. Sed tu tene contrarium, & in contrarium eſt gloſſ. ordina. in l. final. §. 1. in gloſſ. magna. quam Bartol. ibi ſimpliciter ſequitur. ff. naut. caupo. ſtabul. de quo per Cyn. & Bald. in l. ex diui. C. loc. Tamen aduerte, quia illa gloſſ. bene tenet, quòd hoſpes teneatur, ſed non dicit an ſtetur ſolo iuramento deponentis. In materia etiam not. illud, quod conſuluit Ioan. de Anan. in conſi.
44 2. incip. an hoſpes vulneratus & c. quòd † hoſpes non tenetur de vulnere illato per famulum ſuum viatori ibi hoſpitanti: nec tenetur ad expen. factas in medicinis: nec ad aliquod intereſſe. per l. licèt. §. ſed ſi damnum. cum gloſſ. in verſicū. non pertinet. in 1. ſolu. ſupra naut. caupo. ſtabu. Tamen vide gloſ. quæ aliud vult. in ca. offerebat. 32. q. 7. In 2. & 3. q. dic vt per
45 Barto. & no. quòd † ex parte actoris indiſtinctè tranſit facultas iurandi actiuè ad eius heredem. gloſſ. eſt. ſing. in l. penult. §. fin. in gloſſ. vlti. & ibi Bald. Angel. & Modern. not. ad hoc. ff. ne quis eum qui. Facit quod vult. Ioan. Fabr. in l. ſi quando. C.
46 vnde vi. † Aduerte tamen inquantum Bartol. dicit, quòd poſtquam iudex taxauit certam ſummam, & iuratum fuit, non poteſt amplius iudex reuocare, niſi vellet reuocare taxationem quam fecit: quia cùm hoc poſſit, ex quo eſt ſententia interlocutoria. l. quod iuſſit. ff. de re iud. in cōſequentiam reuocabit iuramentum partis. Si autem vellet reuocare ſolum iuramentum partis, non poteſt. ita Inn. & Io. And. in c. fi. quod met. cauſa. & ibi Butr. in pen. col. & idem tenet Imo. in l. quod iuſſit. ff. de re iud. in 3. col. & in l. ait prętor. ff. de re iud. Idem tenet Alex. in l. qui bona. §. qui damni. in pen. col. poſt Imo. ibi. ff. de dam. infe. & in l. videamus. §. deferre. s. eo. poſt Spec. & Pet. de Anch. per eum relatos. Tene contrarium, quòd poſt taxationem iudicis, & partis iuramentum, non poteſt iudex reuocare nec iuramenrum, nec taxationem. hanc opi. tenet Imo. in d. c. fi. in 7. col. cum duab. ſeq. quod met. cauſa. & ibi. d. Abb. in vlt. col. & Alex. in l. admonendi. in 34. col. ſupra tit. 1. quia cū illud iuramentum deferatur odio doloſi, nō videtur, q iudex poſſit reuocare. Item ſi poſſet reuocare, detegeretur periuriū iurantis. Accedat, qđ concludit Bart. in l. admonendi. in 3. col. ſupra tit. 1. ſ. quod qn̄ iuratum eſt, & lata ſententia, non poteſt
47 reuocari, qn̄ in odium doloſi eſſet lata. ¶ † Vltimò quærit Bar. an ab iſto iuramento in litem poſſit appellari, & concludit quod non, niſi lata ſententia, cùm ex iſto iuramento non oriatur actio. Cum Bart. tenent Sal. & Mod. hic. Inn. in c. fi. quod met. cauſa, & ibi Anto. de But. in vlt. colum. & Ioan. de Imo. in 8. & 9. colum. & quòd ex iſto iuramento in litem non oriatur actio, eſt gloſſ. ſing. in §. præterea quaſdam. Inſti. de act. quam ſequuntur, & reputant ſingular. Angel. Ludouic. & Alexand. in l. 2. ſupra de iureiurand. Bald. Angel. & Ludouic. in l. nam. & poſtea. §. ſi. eo. tit. Bald. in Authen. nouo iure. C. ſi cert. pet. & intellige de iure ciuili deciſi. Bart. quia de iure cano. à quocunque grauamine poteſt appellari. c. vt debitus. de app. Item adde, quod ſentētia lata prætextu iſtius iuramenti in litē nō retractatur per inſtrumenta de nouo reperta. ita ſing. tenet Bartol. in l. admonendi. s. titul. 1. in 3. colum. Et per hæc cum laude Dei eſt expedita iſta difficilis lex vtiliter, & clarè, ac ordinatè.

ADDITIONES.

a * Sententiam. Pro qua videri poteſt Bar. in l. vnic. §. fi. ff. furti aduerſus nau. caup. vbi Doct. in apoſtil. quibus accedit Aym. cōſ. 6. col. 23. vbi qđ culpa nō imputatur cuſtodi ſeu depoſitario alienæ pecuniæ, ſi ea furto ſubtrahatur, qn̄ in eodē loco erant etiā pecuniæ propriæ ipſius depoſitarij, aut cuſtodis, quæ ſimiliter fuerunt ſubtractę. Dec. conſ. 473. col. fin. & not. Nat. conſ. 362. col. 2. nu. 4. & col. 4. circa fi. & dic quòd valiſiam cauponi hoſpes aperire, & quę intus habet oſtendere non tenetur, ſecundum communē, quam refert Cla. li. 5. ſent. §. furtum. verſ. pro complemento. Pariſ. conſ. 74. nu. 11. & ſeq. li. 1. plura not. Viui. inter com. opi. lib. 9. verſ. iurare in litem. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur propriè dominus litis.*
2 *Iuramentum in litem non deferetur procuratori.*
3 *Procurator habens ſpeciale mandatum an poſſit iurare in litem.*
4 *Subſtantialia contractus, an poſſint conferri in voluntatem vnius ex contrahentibus.*

LEX VII.

VLgò. Iuramentum in litem nō defertur niſi domino, vel quaſi. hoc primò. & in actione tutelæ (quia eſt bonæ fidei) iuratur in litū de affectione. h. d. ſcđo. cū. l. ſeq. & iſtud vltimū volunt verba text. ibi, quanti res eſt in litem & c. iuncta l. hæc verba quanti. & l. inter hæc verba. ff. de verb ſign. & l. pen. §. 1.
1 ff. ne quis eū qui. ¶ † Not. ex hac l. vulgò. quis dicatur propriè dominus litis: quia dicitur is, qui litē ſuo nomine conteſtatus eſt: ex quo patet, quòd licet procurator lite conteſtata efficiatur dominus inſtantiæ, tamen non eſt propriè dominus litis, vt habetur in l. ita demum. C. de procu. & ſic intelligitur. l. ab executo. C. quor. app. nō reci. & l. nullam. C. de procu. & l. procuratorib. eod. tit. Alibi dicit glo. in l. ſi procurator. la 2. in gloſſ. pen. in fin. ff. de exce. doli. quòd poſt litem conte. procurator, &
2 dominus cenſetur vna perſona. ¶ † Secundò not. ex hoc text. quòd iuramentum in litem non eſt deferendum niſi ei, qui ſuo nomine eſt litem conteſtatus: ergo non eſt deferendum procuratori: ideo dicit Lud. mirandum eſſe, quòd Bart. dixerit contra iſtum text. in l. qui bona. §. ſi alieno, in fi. ff. de dam. infe. Sed ſalua Bartol. ſecundum Alex. hic, vt procedat, quando procurator haberet ſpeciale mandatum. nam tunc perinde eſt ac ſi dominus iuraret. l. iuſiuran. quod ex conuentione. §. fi. ſupra titul. 1. & c. præſentium. de teſtib. in 6. & c. fin. de iur. cal. in 6. vel quando partes conſentirent, quib. caſib. limita iſtum text. Aduerte tamen primò, quòd leges allegatæ per Alexan. hic loquuntur de iuramento veritatis, non affectionis: veritas
3 eſt, quòd de iure ciuili, † procurator nunquam poteſt iurare in præiudicium domini, in fauorem ſic. Secundò aduerte, quod licèt Bart. in d. §. ſi alieno. & Alex. hic teneant, quòd procurator habēs ſpeciale mandatum, poſſit iurare in litem, tamen poteſt argui in cōtrarium, probatur: nam iuramentū veritatis poteſt

potest facilius præstari per alium, quàm iuramentum in litem affectionis: patet, nam iuramentum veritatis potest præstari per defensorem, sine mandato in fauorem domini, & tamen istud iuramentum non posset præstari per defensorem vt hic. Tunc arguo sic. Iuramentum veritatis delatum domino non potest præstari per procuratorem de iure ciuili, & si haberet speciale mandatum, quia censetur formatum in persona domini. l. generaliter. §. his de præsentib. in verbo, principalem personam. C. de reb. cred. & Bald. ita not. ex illo text. & si dicatur, quòd ille text. non loquitur de procuratore habente speciale mandatum, vt per Alexan. in d. §. si alieno. & Saly. in d. §. his de præsentibus respondeo, quòd licèt nemo contradicat, tamen probo dupliciter inducendo, quòd imò loquatur in procuratore habente speciale mandatum. Primò inquantum dicit, qualiter iuramentum delatum erat parti in iudi. vel extra, & qualiter posteà pars se absentauit, & qualiter duo
* casus tantum possunt considerari, vt per tex. ibi, *aut iudex coget absentem venire* &c. Secundò dico, quòd idem probat text. in vers. sequ. qui incipit. Licentia. si bene considerabis: nec inuenies text. de iure ciuili, quòd ipse procurator possit iurare, & præiudicare domino, & ratio est, quia quando quis iurat per seipsum, magis timet, quàm quando facit alium iurare: ideo lex ciuilis vult, quòd ipse dominus iuret. ¶ Item not. in l. si
* tutor. ibi, *non esse æquum*, rationem quare inuentum est iuramentum in litem de affectione. facit l. non enim. ff. rerũ amot.
4 ¶ † Vltimò not. casum, in quo substantialia contractus. i. pretium conferuntur in voluntatem vnius contrahentium etiã quo ad affectionem, contra l. quod sæpè. §. 1. ff. de act. emp. & ratio est, quia iste contractus non procedit ex libero consensu vtriusque partis: imò contra voluntatem domini, vt habes in text. & sic est contractus improprius, qui procedit inuita parte, & ista est vna solutio. Vnde secũdò, & notabilius responde, quòd verum est, quòd substantialia non possunt committi in voluntatem partis: verum est de voluntate partium, sed ex dispositione legis sic, casus est hic.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem de veritate quando habeat locum.*
2 *Qui iurat rem valere minus, non est periurus.*
3 *Quando in maiori summa insit minor.*
4 *Quid in vltimis volun. & iudicijs, ac statutis, vsque ad nu. 5.*
7 *In summa prolata à creditore non intelligitur taxatiua tantum.*
8 *In actione furti defertur iuramentum in litem.*
9 *Si testes sint examinati super articulo, quòd res valet centum, non obst. æstimatione possunt ijdem, vel alij produci, quòd valet centum quinquaginta.*
10 *Dictio, & plus, prolata à teste nihil operatur. & nu. 11.*

LEX IX.

Cum furti. Qui iurat rem valere minus, quàm valeat, non est periurus, quamuis non adijciat, & plus, & contra non exibentem instrumanta iuratur in litem h. d. cum l. sequen. vsque ad l. fin. Et aduerte, quòd tex. in l. cum furti, potest dupliciter intelligi, vt habes in gloss. Primò, quòd loquitur de actione furti, quæ competit ad pœnam dupli, vel quadrupli, & tunc non loquitur de iuramẽto affectionis, quia in quantitate non cadit affectio. l. nummis. cum sim. supra eo. probatur alia ratione. Nam requiritur contemptus iudicis, ad hoc vt habeat locum iuramentum affectionis, sed hic non interuenit contemptus iudicis, & dicere prout gloss. esset limitare istam materiam, vt ratione delicti causetur iuramentum in litem de affectione: probatur hoc esse falsum, Si aliquis est in dolo, est in delicto, & tamen absque contemptu iudicis non defertur iuramentum in litem, & verè text. loquitur in iura-
1 mento in litem de veritate, vt patet † ibi, *rem tanti fuisse*, & tunc
* not. secundum Paul. de Castr. quòd iuramentum in litem de veritate locum habet, non solùm quando agitur de consequenda vera æstimatione, sed etiam quando agitur de consequenda mera pena, secundum æstimationem, vt in furto. & ad hoc vide gl. in l. in actionib. in versi. planè, in gloss. magna circa fi. s. eo. Potes etiã intelligere, q ageretur condictione furtiua, ad restitutionẽ rei furto subtractæ. l. si pro fure. in prin. & §. 1. infra de condi. fur. & tunc talis actio potest fieri arbitraria, ita quòd esset locus iuramento in litem de affectione, si præsupponeres furem fuisse à iudice condemnatum ad restituendum, & hoc re extante, sed si præsupponis speciem furto subtractã fuisse peremptã ante sententiã, tũc solũ est locus iur̃o in litẽ de veritate, vt dixi in l. in actionib. supra eo. & hoc vltimo
2 modo potest intelligi ista l. ¶ † Not. quòd qui iurat rem valere. 100. cùm valeat plus, non p hoc periurus est. Adde text. in l. is cui, in princ. & ibi vide gloss. in versi. plus. ff. quemad. ser. amit.
3 ¶ † Not. 2. quòd in summis affirmatiuè prolatis, in maiori summa inest minor. de quo vide text. not. in l. si decem. ff. loc. not. in l. 1. §. si stipulanti. ff. de verb. obli. vide text. in l. ita vt omnes. ff. mand. iuncta. l. præce. & ibi Saly. ponderat illum tex. pro singulari. vide etiam text. in l. hac edictali. §. his illud. C. de sec.
4 nup. † Quid in vltimis volun? habetur in l. qui quartam. ff. de lega. 1. Quid in iudicijs, & statutis? habetur pet omnes in l. inter pares. ff. de re iud. Ang. in l. in suis. ff. de lib. & posthu. In testib. habes gloss. in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arb. & ibi Bald.
5 † Quid quando agitur de pbanda posses? vide ibi, & per eundem in l. 1. in pen. col. C. de test. Imo. in d. l. 1. §. si stipulanti. &
6 Ludoui. Roman. hic in fi. † Quid si capitulo ad probandum, quòd testator reliquit mihi sua supellectilia, & pduco testes, qui deponunt, quòd reliquit mihi hæreditatem, an probent, attento, quòd supellectilia sunt pars hæreditatis? Bald. determinat sing. quòd sic, in l. conuenticulam. in vlti. colum. C. de episc. & cleri. aliter tenet Imol. in d. l. inter pares. in 5. colum.
7 ¶ † Tertiò not. ex hoc text. quòd in summa à creditore simpliciter prolata, non intelligitur taxatiua tantum, secundum Paul. de Cast. & Lud. hic, licèt posset dici, quòd in hoc text. sit quo ad excusandum periurium. Adde gloss. in l. rationes, iuncto text. C. de prob. Bart. & Docto in l. si quidem. C. de transac. & in l. si cum dos, in prin. ff. rerum amot. secus quando profertur à debitore. l. rogasti. §. si tibi. vbi no. Bal. & Mod. supra tit. 2.
8 ¶ † Vltimò not. quòd super actione furti defertur iuramentum in litẽ. Intellige, quando agitur ciuiliter ad pœnam dupli, vel quadrupli, quæ applicatur ipsi parti: secus si ageretur criminaliter, vt per Bart. in l. fi. infra eod. dixi in l. 3. §. 2. supra titul. 1.
9 ¶ † Extra glo. inducitur ista lex per Bart. ad alias q. Prima est, quòd quamuis testes fuerint examinati super articulo, quòd res valet centum, non obstante æstimatione possunt ijdem, vel alij produci, quòd valet centum quinquaginta: alleg. c. de test. & est corruptus, debuit allegare. c. cum causam, quæ inter œconomum, & ibi gloss. de test. Cum Bartol. tenent Angel. & Mod. hic. Bart. & Pau. de Cast. & Raph. Cu. in l. fin. §. qui indiuisam, post glo. ibi. ff. de leg. 2. Specu. in titu. de teste. §. postquam. ver. quid si plures. Bene facit cautela, quam tradit Bar. in Auth. atqui semel. in vlt. col. de proba. quam limita, vt per Ang. hic, scilicet, vt Bar. ibi loquatur in diuersa instantia. Secundò indu-
10 cit Bart. † q dictio, & plus, prolata à teste nihil operatur. Sed ista lex nihil facit, cùm hic istud, & plus, fuerit omissum. tamen *est vera conclu. Bart. & communis*, quam tenet gl. in l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. maior. Ang. & Mod. hic, Bart. in l. Celsus, ad fi. ff. de vsucap. & in l. cum filius. §. pater. ff. de lega. 2. Docto. in l. & si post tres. ff. si quis cau. Anto. de Butr. in c. literæ, de dila. quia cùm illa depositio testis, & plus,
11 sit incerta, non releuat. † Imò fortius decidit Bald. in repetitio. l. 2. in 8. colum. C. de rescin. vendi. quòd ad rescindendã vendi. vbi requiritur quòd res sit vendita vltra dimidiam iusti pretij, non sufficeret quòd testes deponerent de dimidia, & dicerent, & plus. sequitur Imo. in c. pe. in vlt. colum. de emp. & vend. d. Alexan. in consi. 109. in 4. volu. incip. viso processu causæ vertentis inter Anto. in pen. colum. & hoc etiam voluit Bald. in d. c. cum causam, quæ inter œconomum. per illum text. ¶ Sed ego puto contrariũ per limitationem, quam tradunt Bal. & expressius Alb. hic, dum dicunt, quòd dictio, & plus, prolata à teste nihil importat, quando sumus in materia requirente quid certum, & determinatum, vt si produco testes, qui dicunt, quòd mutuaui Titio centum, & plus: quia illa verba, & plus, nihil operantur: secus vbi quid indeterminatum sufficeret, vt in interdicto vt possidetis, vbi obtinet, qui plus possedit, licèt indeterminatè. l. si duo, vbi Bartol. ff. vti possid. sed ita est ad rescindendum venditionem, vbi sufficit quid indeterminatum, etiam si esset vnus minimus denarius, vt probat Bald. in repet. d. l. 2. in 12. q. & in d. c. cum causam. ergo sufficit quod testes dicant, & plus. contra Bald. tenet Saly. in dict. l. 2. in 15. colum. & Alexand. sibi contrarius in dict. l. & si post tres. in 3. colum. quamuis prædictum fundamentum in specie non adducat.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum in litem non retractatur nisi ex causa, & quæ sit causa.*
2 *Differentia inter iuramentum in litem, & voluntarium.*
3 *Probatio per euidentiam rei an semper admittatur. num. 4. cum seq. vsque ad num. 5.*
6 *Sententia lata virtute iuramenti in litem, non retractatur per instrumenta de nouo reperta.*
7 *Aestimatio rei subtractæ, an æstimetur per iuramentum in litem.*

Testis,

8 *Teſtis,qui non debuit examinari, ſi ſit examinatus, an faciat indicium ad torturam.*

LEX XI.

1 DE periurio. † Iuramentũ in litem non retractatur, niſi ex cauſa,
h.d.Quæ autem dicatur cauſa,gloſ.declarat in verbo facile,& gl.in l.videamus.§.fin.in verb.ex cauſa.
ſupra eod.Glo.1.ex qua habes,quare iſtud iuramentum appel
* latur neceſſitatis, *eam reprobat Bar.& omnes*: quia ille, cui defertur iuramentum in litem,poteſt recuſare,& probare per teſtes,vel inſtrumenta,cum eius fauore inductum ſit:ad hoc alleg.Bar.l.ſemper.§.in hoc interdicto.ff.qđ vi aut clam.quæ nihil facit: melius facit l. ꝙ ſi poſſeſſor. ff.de rei vend. quem text. alleg. Alb.& Fulg.& l.de rebus.ff.rer.amo. ſecus eſt ſecundum Bart.in iuramento voluntario,vel iudicialii, quod recuſari nõ poteſt dato,quòd quis vellet probare per teſtes,vel inſtrumenta,& hoc nota,quia eſt magna ampliatio ad regulam.l.manifeſtæ. ſupra tit. 1. & ibi tetigi de veritate huius ampliationis
2 † Ex hoc habes differentiam inter iuramentum in litem, de quo loquitur iſte tit.quod poteſt recuſari, ſi actor vult probare intereſſe per teſtes, vel inſtrumenta: ſecus eſt in iuramento voluntario, vel iudiciali, & iſtam differentiam adde alijs, quas dixi ſupra in rub.¶ In gloſſ. in verbo, facile, ibi pro centum
a marchis. quæ dicatur marcha, [a] & ex quot vncijs conſtet, [b]
b declarat Ioan, Fabr.in §,nos autem.Inſti. de attil.tuto. dicens, quòd libra conſtat ex 12.vncijs,marcha conſtat ex octo,vnde dicit Barto.in l.quoties.C.de ſuſcep.& archa.li.10.ꝙ hodie 96,
c ducati [c] Veneti, vel Florentini faciunt libram auri: ſequitur
3 ergo ex hoc, quòd 64. ducati faciunt vnam marcham. ¶† In ea gloſſ. ibi,affert reus rem in publicum,not.ex gl. iuncto text. vnum caſum, in quo nõ admittitur probatio per euidentiam rei,ſeu per inſpectionem oculorum. ſ. ad retractandum periurium:ita ſimpliciter notat ſolus Bald.hic, & aliud non dicit. ¶ In contrarium videtur facere regula, quòd probatio per euidentiam rei, ſeu per inſpectionem oculorum nunquam intelligitur excluſa: quia eſt fortior probat de mundo.dictum fuit ſingulare d. Azo.in sũma in tit.C.ad l.Aquil.ſequit̃ Bald.in rub C, de prob. in 2. colum. & in l. contra negantem. C. ad l.
4 Aquil.vbi dicit,quòd † ſi ſtatutum diſponat, quòd de damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi, & non poſſit probari contrarium, quòd licèt damnum paſſus iurauerit damnum datum in centum,tamen poterit probari contrarium per euidentiam rei. Hinc eſt, quòd poſt didicita teſtificata teſtium, vel poſt publicationem non admittitur quis ad probandum, tamen admittitur per euidentiam rei, ita Bald.in l.ſi quis teſti.
5 in fi, C. de teſti. † Hinc eſt, quòd vbicunque per euidentiam facti conſtat de iniquitate ſententiæ, talis ſententia nunquam tranſit in rem iud. quin ſemper poſſit retractari, ſecundum Inno.& Cano.in c.fraternitatis de frig. & malefi.Bald. in l.1.C. ſen.reſcin.non poſ. Alex. in conſi. 248. inci. ſtantib. quæ ſupra narrata ſunt. in 8. colu. lib. 2. Sed reſponde, quòd ideo hic ad retractandum iuramentum non admittitur probatio per inſpectionẽ rei, eo quia iſtud iuramentum in litem de affectione fuit delatum actori propter dolum, & contumaciam aduerſarij, propter quem actor iurauit de affectione, & ſic vltra quàm res verè valeat:vnde ſi oſtendatur ipſa res, nihil facit
6 contra affectionem iuratam. ¶† In ea.glo. ibi, repertis poſtea probationib.iſtam glo & iſtum text.limita, niſi poſt iuramentum in litem ſequuta eſſet ſententia, quia ſentẽtia lata virtute iuramenti in litem, non retractaretur per inſtrumẽta de nouo reperta,ita ſing.tenet Bart. in l.admonendi.in 3.col. ſupra tit. 1.
7 ¶.† Extra glo .tenet. Bart.hic, quòd ſtante ſtatuto imponente pœnam pro furto, & robaria ſecundum æſtimationem rei ſubtractæ,talis æſtimatio non poſſet probari per iuramentum in litem:quia quando agitur criminaliter,debent probationes eſſe luce meridiana clariores. l. ſciant. C. de prob. Adde, quòd cum Bartol. tenet ſimpliciter Angel. in l. ſi quando. C. vnde vi.Fulgoſ. in l.cum furti. ſupra eodem .& Alexan.hic. contrarium, & melius tenet Angel. ſibi contrarius. in dict. l. cum furti.& Ludouic. Roma. hic. & Ioan. de Imol. in c. final. in 4. vel 5.colum.quod metu.cauſ. per text. apertos in l.ſi quando. C. vnde vi. & in dict. c. final. vbi quando agitur pro delicto, æſtimatio probatur per ſolum iuramentum, non facta diſtinctione, an agatur ciuiliter, an criminaliter. Nec obſt.fundamentum Bartol. quòd in criminalib. probationes eſſe debeant luce meridiena clariores: quia fateor verum eſſe, quo ad probandum ipſum delictum,quod debet plenè probari, prout etiam dicunt iura præallegata, ſed poſtquam delictum eſt plenè probatum, tunc ſufficit æſtimationem probari per iuramentum. Subdit Bartol. (ſub dubio fortè) retenta opi. ſua, quòd tale iuramentum deferri non deberet, quod fortè faceret indicium ad torturam. Tu dic eſſe arbitrarium iudici.declarat Bart. in l.fi. ff. de queſtio.ſuper quo videndum eſſet,quod in ſimili habetur per Bart.in l.maritus.ff.de queſtio.
8 † An teſtis, qui nõ debuit examinari, ſi ſit examinatus, faciat indicium ad torturam. Et ita remanet expedita iſta l. & per conſequens iſte tit.

ADDITIONES.

a ¶Marcha.Adde Docto.in c.ſignificauit.& in c.quanto.de cen.Docto.in c.conſtitutus,de procu.

b ¶Conſtet.Adde glo. 1.in c.1.de teſt.gloſſ.& ibi Petr. de Anch.in cle.ſi beneficiorum .de deci.& in c.qui domum, & ibi Docto.de pœni.diſt, 1. Bart.in l. 1.C.de meta.lib.10.glo.in verb.libram.in l.Caius.de ann.lega.

c ¶Ducati.Adde glo.& Bald.in l.fi.C.com.de leg.Bal. in l.quicunque.in vltim. col.C.de ſer.fugi.Bald. in l.illud,in vlt.col. C.de ſacroſan.eccle.gloſſ.2.& ibi Docto.in c.2.de male.io,And.in addi.Spec.in tit.de inſtr.in §.porò.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Quare actio perſonalis appelletur condictio.*
2 *Quadruplex eſt condictio,& quid inter ſe differant.*

De condictione cauſa data, cauſa non ſequuta. Rub.

a ¶ Iſte tit. eſt difficilis, [a] & habet ſub ſe leges multum difficiles. In glo. rub.inquantum tenet, quòd hic verba rubricæ impropriè ponantur, cùm cauſa propriè ſit de præterito, ſed ob rem, de futuro.l. damus. ff. de cond. inde. ſed iſte tit. loquitur quando aliquid datur expediendum in futurum: ergo &c.
* glo.fatetur contrarium,*& omnes ita tenent*: poterat glo.alleg.l. 1.huius tit.vbi dicitur ob rem: tamen Iuriſconſ.ſæpè abutitur iſtis terminis. vide per Bartol. in l.demonſtratio falſa. §. quod autem. ff. de condi. & demonſtr. Vltra gloſſ.adde, quòd hæc rubr.eſt ineptè poſita, & non recipit conſtructionem ſecundũ Alb.de Chriſtoph. d. Caſtil.& Raph.Fulg.hic,& melius poſita eſt in rubr.C.eo.dum dicitur,ob cauſam datorum: vnde oportet intelligere iſtam rubr. quòd ablatiuus data, accipitur pro dati, vel cauſa rei datæ. Continua iſtam rubr. ſecundum Bart. ſed plenius eo.Dictum eſt de condictione generali in tit.ſupra ſi cert.pet. & de non nullis ad ſe pertinentib. ſed quia non eſt nouum, vt poſito genere, poſteà ponantur ſpecies, vel èconrra.l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex, ſupra ad l. Aquil. Ideo in hoc tit,& ſeq.ponitur de condictionib. in ſpecie. Vel ſic continua ex mente Paul.de Caſtr.Iuriſcon. tractaturus de actionib. perſonalib.quæ ex contractib.oriuntur,vt declaraui in rubr.ſ. ſi cert. pet.pręmittit de orientib. ex quaſi contractu, vt ſunt condictiones, per quas non agitur, vt contractus impleatur, ſed potius vt diſſoluatur,& ex iſto diſtractu extra id,quod agi
1 tur, oriatur actio l. ſi is qui ſine. ff. commod. † Quare autem actio pſonalis appellat̃ ↄdictio, & quare aliquæ remanſerunt in iſto noĩe generis,declaraui in l.certi cond.in prin.ſup. ſi cer. pet. ¶Item aduertendum eſt,quòd in hoc libro Iuriſconſ.tractat de quaruor ↄdictionib.ſpecialib.ſ.de cõdi. ob cauſam, de
2 cond.ob turp.cau.de ↄdi.de indeb.& cond.ſine cauſa.† Et iſtę inter ſe differunt: quia condictio ob cauſam, de qua loquitur hic titul. habet locum, quoties aliquid datur alicui ob cauſam de futuro iuſtam, & honeſtam. ſi enim ille non impleat cauſam poteſt repeti datum, per condictionem ob cauſam non ſequutam Et ſi dicatur nonne in prædicto caſu eſt contractus innominatus, quo caſu oritur actio præſcri.verb? Reſponde, quòd in contractib.innominatis, aut quis vult agere, vt contractus impleatur, & tunc datur actio præſcr.verb. Aliquando agitur non vt impleatur, ſed agitur ad repetendum datum, & tunc agitur iſta condi.ob cauſam, & habet locum hic titulus. Aliquando datur aliquid ob cauſam non honeſtam,& tunc an datum poſſit repeti, loquitur titulus ſequens, & non poteſt datum repeti. Aliquando aliquid datur ex cauſa de præterito, vel de præſenti ob cauſam,quam putabat dans veram, ſed erat falſa, & tunc loquitur titul. infra de condi.inde. Aliquando, & quarto caſu ſoluitur pecunia, vel alia res ex cauſa de p̃terito, q̃ non erat falſa, ſed erat iniuſta, vel à principio nulla erat,poſtea ſuperuenit, ſed iniuſta, & tunc loquitur titul.de condi.ſine cauſa.

ADDITIO.

a ¶Eſt diffi ilis.Adde Bald.in l.edita.C.de edend.& Alexan.lib.1.conſ.82.inci. perſpectis.col.3. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Si datur pecunia alicui, vt emancipet filium,cauſa eſt licita.*
2 *An hæres implendo conditionem,dicatur adire.nu.3.*
4 *Si do pecuniam ob aliquam cauſam implendam de futuro, & ſtet per me dantem,quominus impleatur,tamen poſſum pecuniam repetere.*

Qui com-

5 *Qui commisit falsitatem in testamento, non potest datam pecuniam repetere.*
6 *Testamento pronunciato inofficioso, an legata remaneant.*
7 *An possit repeti pecunia data proxenetæ, si repetatur res tanquam vitiosa.*
8 *An donatio propter benemerita reuocetur, si non constet de eis.*
9 *Propositum in mente retentum quando operetur.*

LEX PRIMA.

SI ob rem. Datum ob causam futuram honestam causa sequuta non condicitur: secus si causa non sit sequuta, etiam si per dantem steterit. h.d. cum l. seq. Diuide in duas par. prin. Primo loquitur in causa expressa. Secundo in causa tacita. Secunda est in versi. sed si parendi. Illa secunda subdiuiditur in duas particulas. Primo loquitur quando causa defecit pœnitentia dantis. Sc'do qñ defecit aliter. Secunda est in l. sed & si falsum. ¶ Not. 1. † quod si datur pecu-
1 nia alicui, vt emancipet filium, causa est honesta, quod intellige quando datur à tertio: secus si daretur à filio patri, vel ècontra, tunc causa esset turpis. l. vtrum turpem. vbi Docto. ff. de verb. obl. l. vt liberis. in fin. C. de colla. ¶† Not. 2. in versi. *sed*
2
* *si parendi*. iunctis verbis, ibi, *mox repudiauero*. quòd hæres institutus sub conditione, implendo conditionem, non per hoc censetur adire hæreditatem, quia si censeretur adiuisse amplius repudiare non posset, per regulam. l. sicut. C. de repud. hær. & tamen. l. nostra dicit, quòd potest repudiare: nisi diceres, quòd verum est, quòd non potest repudiare. s. ex interuallo, sed in
3 continenti sic, & propterea text. dicit, mox repudiauero. † Et hoc modo dictio, mox, importabit iuris mysterium, sed tenendo not. prædictum dic, quòd ratio est, quare hæres implendo conditionem non censetur adire: eo quia est actus, qui potest fieri citra ius, & nomen hæredis. Item quia implementum conditionis fit vt hæres habilitetur ad adeundum. l. Antistius. alleg. in gloss. no. in l. quoniam de inofficioso. ff. de inof. testam.
4 ¶† Tertiò not. quòd si do pecuniam ob aliquam causam implendam de futuro, & stet per me dantem, quominus impleatur, tamen possum pecuniam repetere. Nec obst. regula. l. iure ciuili. ff. de condi. & demonstra. quia respondent Paul. de Castr. & Alexand. hic, quòd hic non erat obligatus dare, sicut in simili in contractu innominato. l. ex placito. C. de rer. permu. vnde secus esset, si stipulatio intercessisset. l. in executione. §. final. ff. de verbor. obligatio. Miror, quòd non allegauerit text. expressum, & valde not. pro limitatione text. nostri in l. si pupillus. in princip. ff. ad l. Falcid. vbi vide gloss. final. in verbo solueretur, vbi pupillus qui mutuum receperat sine tutore, erat obligatus naturaliter tantum: deinde fuit institutus sub conditione, si illam pecuniam mutuo acceptam daret Titio, & ita dedit: postea repudiauit hæreditatem: nunquid poterit pecuniam quam dedit causa conditionis implendæ repetere? Per istum text. videtur, quòd sic, sed ibi deciditur contrarium: quia illud, q̃ dedit, erat naturaliter debitum. Ergo limitandus est iste text. quando datum causa conditionis implendæ nullo modo erat debitum. ¶ Quartò pondera subtiliter ex eodem versi. sed si parendi, hic esse text. contra vnam notam limitationem, quam tradit ad totum hunc titul. singu. Bald. in l. si procuratori falso. infra eodem. quòd ad hoc vt datum ob causam repeti possit, requiritur, quòd illa causa habeat dependentiam de futuro talem, quæ de præsenti non possit impleri, vt si do pecuniam vt vadas pro me Romam: secus si causa posset de præsenti impleri: quia tunc non dicitur propriè causa, argumen. l. cum ad præsens. ff. si cert. pet. nam ista limitatio est contra hunc text. quia hic dabatur ob causam, quæ statim poterat impleri, videlicet vt esset hæres, quod potest fieri solo animo, & tamen potest repeti, & propterea Ludouic. in repeti. dict. l. si procuratori falso. ad fin. reprobat generalitatem. l. damus. infra tit. 2. & per istum text.
5 facit l. quod Seruius. secūdo respon. infra eodem. ¶† Quintò not. ex l. 2. in versicul. sine scelere, à contrario sensu, quòd si ille, qui pecuniam dedit, commisisset falsitatem in testamento, non posset tunc datum repetere. facit l. dictam. C. eodem.
6 ¶† Sextò not. quòd quando testamentum per querelam pronunciatur inofficiosum, legata corruūt, sed dic, quòd istud de legatis est hodie correctū per Auth. ex causa. C. de lib. prete. tñ posset attentari contrarium: quia expugnato testamento per querelam, bene legata remanent firma, sed in casu nostro il-
7 la 10. non sunt propriè legatum. ¶† Vlt. per hunc text. refert Alb. determinasse Mar. de Fano, quòd si dedi decem proxenetæ, vt faceret mihi vendi certum equum gradarium, & ita opera sua venditus est mihi, quòd si eum redhibui tanquam vitiosum, possum repetere illa decem, quæ proxentæ dedi. Ego puto contrarium, cùm sint data pro seruitio, & opera proxenetæ, quæ cùm sit sequuta, debet impedire repetitionem, & ad hoc vide text. coniuncta gloss. in l. debet. ff. de ædil. edict. & quod not. Bartol. in l. sciendum. §. final. eodem titul.
8 † No. etiā diligenter illud, quod decidit Bal. hic, in vltim. colum. quòd si aliquis donat alicui propter benemerita, & seruitia illa exprimendo, & falsum sit, quia re vera ille nulla vnquam seruitia præstiterit, per hoc non vitiatur donatio, quia donatio sicut legatum, nullam causam requirit. Ideo cum sit error in causa, & non in obligatione, non vitiatur donatio, quod bene no. quia quotidianum, & multi contrarium crederent. Adde Bald. in capitul. sciscitatus. in 2. colum. de rescript. ¶ Gloss. magna in verbo. si parendi, diuiditur in quatuor partes. Primò declarat text. Secunda ibi, inerat enim. hic remouet contrarium, & pro confirmanda solut. vide Bal.
9 in l. 1. in 2. quæstion. C. qui admit. vbi dicit, † quòd propositum in mente retentum, est tanquam posthumus existens in vtero, qui si non producatur in lucem, nihil operatur. l. final. C. de posthu. hær. instit. Item ad istam regulam, quòd propositum in mente retentum nihil operatur, adde text. in capitul. 1. in versicul. licèt voluntatem habuerit, & ibi gloss. & Abb. ad hoc no. de eo, qui mit. in possess. In tertia, quæ est ibi, sic, & inest. gloss. adducit tria similia ad text. In quarta, & vltim. quæ est ibi, ei autem, quòd hic dicit. gloss. oppo. contra text. & dupliciter soluit. Primam solutio. in qua fit differentia inter suum, & extraneum reprobat gloss. in l. si quis ita hæreditatem. ff. de condit. institu. & in dicta l. iam dubitari. §. final. & Bartol. Alberic.
* *& communiter Doctor. hic.* & in l. iam dubitari. præcipuè per æquiparationem, quæ fit inter extraneum, & suum, in l. eum qui bonis. ff. de acquirend. hæred. vbi text. vult, quòd ille actus, qui in extraneo inducit aditionem, in filio inducat immixtionem:
* *& communiter tenetur* secunda solutio gloss. cum distinct. Bartol. hic, & clarius in dicta l. iam dubitari. tamen aduerte, quia consideratio Bartol. non vibetur bona, quia filij habent beneficium abstinendi, quando sunt simpliciter instituti, secus si sub aliqua conditione potestatiua. Tu verò tene primam solutio. quam tenent Christoph. Castil. Raphael. Fulgos. Ludouic. Roman. do. Alexand. hic. & Raphael. Cuman. in dicta l. iam dubitari. §. final. per illum text. qui clarus est, & dicere, quod ibi impleuit conditionem animo adeundi, est diuinare. Secundò dicere, prout dicit Bartol. hic, quòd ibi conditio cōsistebat in sola voluntatis expressione, & sic conditio ab aditione differebat, est contra illum text. in versicul. sed & cæteris, vbi text. vult, quòd non solùm illud procedat in conditionibus existentibus in sola expressione voluntatis, sed etiam in cæteris conditionibus potestatiuis: ad idem est fortis text. in l. conditionibus pupillus. allegat. in gl. in verb. nonnunquā, & in versi. magis ex potestate. & in l. si pupillus. ff. de condi. institu. Non obst. regula dictæ l. eum qui, quia vltra solu. Moder. & Alexand. hic, responde, quòd illa regula procedit ab extraneo ad filiū, sed nō ècontra, quia in filio facilius inducitur immixtio, quàm in extraneo inducatur aditio, iuribus præalleg. & clarè patet in l. si quis extraneus. in princ. iuncta l. si seruum. §. prætor ait. ff. de acquiren. hæredit. Quid autem si quis sit institutus hæres sub modo, an dicatur hæreditatem adire? & est res indubitata, quòd sic, quia primò debet adiri hæreditas, quàm modus impleatur. l. demonstratio falsa. §. final. & l. quibus diebus. §. 1. ff. de condit. & demonstr. ergo si actus, qui debet sequi, præcedat, intelligitur præcessisse actus, qui præcedere debeat. l. illud. ff. de acquirend. hæred. ita Bald. Ludouic. & do. Alexan. hic.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quasi. & num. 11.*
2 *Pecunia data ex duplici causa, debet vtraque impleri, & num. 7.*
3 *Sic in probatione copulatiua.*
4 *Sic in Papa.*
5 *Sic in accusatione. num. 6.*
7 *Sic in conductione.*
8 *Testes alternatiuè deponentes, vel probatio quando valeat, & numer. 9.*
10 *Quis non tenetur cauere de eo, quod promisit, quando non est dictum.*
11 *Dictio quasi.*
12 *Transactio an sit contractus innominatus.*
13 *Quando in transactione habet locum pœnitentia.*
14 *Par est virtus taciti, & expressi.*
15 *Cautio mutiana an habeat locum in contractibus.*

Qua

16 *Quæ ſit differentia inter contractus, & vltimas voluntates. num.17. & ibi, an habeat locum ſuprascripta cautio.*
18 *Cautio mutiana habet locum in donatione.*

LEX III.

DEdi. Datum ne ad iudicem eatur, non poteſt repeti, licèt non caueatur de non eundo, niſi actum ſit. h. d. vſq; ad ver.idem erit.In text. ibi,
1 quaſi decidi, expone, i.tranſigi.† Nam dictio quaſi, importat veritatẽ,vt in gl. & qñ pecunia datur ob hanc cãm, ne amplius ad iudicem eatur, iſta cenſetur trãſactio,quia tranſactio nihil aliud eſt, quàm quidam receſſus à lite præſenti,
2 vel futura.l.2.cum gl.C.de tranſa.l.1.ff.eo.¶† Not.1.in ver. ſi.n. ob hoc. ꝙ qñ pecunia datur ex duplici cauſa, oportet vtranq; copulatiuè impleri: aliàs ſi vna ſola impleatur, non ſufficit,& poteſt datum repeti.facit regula.l.ſi hæredi plures.cum ſi.ff.de
3 condi.inſti.† Ad idem facit ſimile, ꝙ qñ duo ſunt copulatiuè probanda, non ſufficit alterum probari, vt not.Can. in c.2.per illum tex.de reſcr.& Bar.& plenius Mod.in l.diuus.ff.de re iud. cum limitatione,de qua ibi per eos. Ponunt Canon. in c.licèt cauſam,vbi text.principalis.de proba.Facit,ꝙ vult gl. & Doct.
4 in cle.in pleriſque.de elec.† Confirmatur,quia vbicunque Papa, vel Princeps mouetur ex duabus cauſis ſimul conſideratis,altera deficiente,ceſſat diſpoſitio.probatur in c.qm̃ frequẽter.in §.porrò.§ ſi autẽ,& vt lit.non conteſt.no.d.Abb.in conſil.177.quod incipit, hic de re quæritur. & in d.§.porrò.in fin.
5 † Hinc eſt, ꝙ accuſans aliquem, ꝙ percuſſit Titium,& cum ſanguinis effuſione, ſuccumbit probata ſolùm percuſione, ſm Cyn.Bald.& Sal.in l.2.C.de proba. Bald. in l. in cauſis.C.de accuſ.Pan. in capit. examinata.in 3. colum.de iud.& in c.conqueſtus,ad fi.de for.comp.Flo. in l.1.in prin.ff.ad l.Aquil.Ioan. And.in addi. Spec.in tit. de accu.& inquiſi.ſuper rub.alibi Bal.
6 in l.quid ergo. §. pœna grauior. in 7.col. de infam.dicit,† ꝙ ſi accuſaui aliquem de furto, & dixi eſſe furtum manifeſtum,& poſtea probaui ſimpliciter furtũ, debet reus abſolui. Contra tñ prædictam regulam poteſt argui de eo, ꝙ not.Barto.in l. ſi ventri.§.1.poſt gl.ibi.ff.de priui.cred.vbi Bar. poſuit illud no.ꝙ qñ aliqd ꝯceditur ex duplici cauſa,licèt ceſſet vna,dũmodo remaneat alia,ſufficit.puto,ꝙ poſſit rñderi,ꝙ in iſto caſu iſtę cauſæ erant coniunctæ, vel copulatæ, quo caſu requiritur, quòd vtraque cauſa impleatur: ſecus qñ ambæ cauſæ non ſunt copulatæ,tunc procedit regula Bar.in d.l.ſi ventri.§.j.potes prædicta limitare ex eo,ꝙ tenet Bar.in conſil.ſuo incip.commune.
7 Lugani.vbi tenet,† ꝙ ſi conductor petat remiſſionem ex duabus cauſis,quarum quælibet per ſe ſufficeret,& vnam probet, dẽt obtinere. ¶Ad idem facit,ꝙ vult Bal.in l.1.in prin.in 5.col. in verſic.extra quæritur.ff.de eden.ꝙ ſi actor allegauit in libello plures cauſas, & quælibet cauſa eſt in ſua ſpecie rationabilis & perfecta, ſufficit vnam probare.Ad idem facit, ꝙ vult Bald.in l.ſi mater. C. de ꝯhen. emp. ꝙ proponens copulatiuè duas cauſas nullitatis, non tenetur ſimul vtranque probare,ni-
8 ſi qñ requiruntur reſpectu vnius effectus. † Ad idem facit no. regula,quam tradit Gemin. in cap.1.in princ.in vlt.col.de pac. in 6.ꝙ probatio dubia (puta alternatiua) quæ in qualibet ſui ſpecie eſt verificabilis,& concluſiua intentionis agentis, ſuffi-
a cit[a] ad obtinendam victoriam, per quam regulam dicit do. Alex. in l. inter ſtipulantem. §. 1. de verb. obli. ſe obtinuiſſe in
9 practica;†ꝙ ſi accuſaui aliquem de homicidio,& produco teſtes, qui alternatiuè deponunt, ꝙ occidit cum enſe, aut cum clauo, ꝙ iſta probatio alternatiua ſufficit in cauſa homicidij: eo quia quomodocunque fiat,ſufficit ad ꝯdemnationem pro homicidio,ꝙ not. quia fortis eſt deciſio in cauſa criminali, & capitali, & eſt magna ampliatio ad regulam Gem.ſuperius re
10 latam.¶† Not. 2. ex hoc text. ꝙ quis non tenetur cauere de obſeruando illud, ꝙ promiſſit, qñ de cautione nihil eſt dictũ: & hoc ideo eſt, quia abſque alia cautione ſatis conſultum eſt reo:via excep.facit l.1.§.ſi debitori. ff. vt poſſeſ. leg. ſecundum Bartol.& alios hic,& in l.quib dieb.§.fin.ff.de condi.& demon. Tu caue, quia text non fundat ſe ſuper iſta ratione,ſed in illa, quia non eſt actum de cauendo, contra quod vltimum videtur facere.l.fi.j.eo.vbi non erat actũ de cauendo,& tamẽ ſi nõ caueatur,pecunia data repetitur,& licèt Bald. hic reſpondeat, quòd ibi cautio veniat ex natura contractus, per gl. in l. pacta conuenta. ff. de contrahen. emp. dic melius, vt ibi dicetur. ¶Gloſſ. in verbo. quaſi decidit.pro cuius introitu oppone, vt
11 per Bartol.& not.ex glo.duo.Primò, quòd † dictio quaſi, aliquando denotat veritatem, de quo vide per Bartol. & alios
12 in l. ſi ante nup. ff. ſolut. matr.¶† Secundò habes, quòd licèt tranſactio ſit ꝯtus innominatus, vt not. Bal.in l.2.ſ.tit.2.& in contractibus innominatis locus ſit pœnitentiæ. l.ſi pecuniam. in prin.j.eod.Fallit in tranſactione, cùm ſit inuenta ad lites dirimendas, idem ſm hoc in omni conuentione facta cauſa dirimendarum litium, non ſit trãſactio per gñalitatem huius l. Et cogita,quomodo fieri poſſit, ꝙ ſit tranſactio, ex quo aliqd eſt datum,& pp dirimendas lites. Alex.non firmat obiectum, ſed exemplificat, ꝙ dabitur pro re, vbi non erat lis, ſed certè tunc non dabatur gratia minuendarum litium. Conſiderabam ſi poſſet ſaluari Bartol. in arbitramento, quòd non eſt propriè tranſactio, vt per Bartol. in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo,ꝙ cert.loc. An idem ſit in omni pacto liberatorio,licèt Bar. hic pungat vide Batrol. & alios in l. quamuis. C. de tranſact.&
13 ibi dicetur, † Item aduerte vltra Doct. quare in tranſactione non habeat locum pœnitentia: nam ego non dico eſſe ſpeciale, vt dicunt Doctor.imò dico, ꝙ eſt ſm regulas.Nam in contractib.innominatis,qñ res deſijt eſſe integra ab vtraque parte, ceſſat pęnitentia.d.l. ſi pecuniam.in prin. j.e.Sed ita eſt in tranſactione. nam reus dedit pecuniam, actor promiſit amplius non ire ad iudicium, adeo quod ſi vellet ire,ſibi obſtaret exceptio, vt dixi in text. ideo cùm res deſierit eſſe integra ab vtraque parte, non eſt locus pœnitentiæ, iſta eſt vera, & fundamentalis ratio.¶Gl.in ver. cõditio ceſſat, diuidit duas in partes princi. Primò format duo ꝯria ſimul, & diuiſim rñdet. Scdò format aliud ꝯrium, & de ſolutione ſe remittit. Secunda ibi, item ꝯ.j.eo.l.ſi pecuniam.Rurſus 1.pars princip. ſubdiuiditur in tres partes.Primò format ſimul duo contraria.Secundò reſpondet ad primum ꝯrium, & ſm Doct. ſunt duæ reſponſiones.Ego dico, ꝙ imò ſunt tres.Tertiò reſpondet ad aliud contrarium.Secunda ibi,ſed 1.loquitur.Tertia ibi,ſecunda in relictis.¶ In ead glo.ibi,ſed 1.loquitur in dandis. hæc 1.ſolu.mirabilis eſt ſm Bart.qui eam reprobat, per aliqua iura: melius cæteris.facit l.inſulam. §. fi.ff.loc. vbi erat obligatio faciendi,& tñ præſtatur cautio.¶In ead.glo.ibi,vel non fuit conditio expreſſa.Iſta 2.ſol.glo. eſt mirabilior prima mſ Bartol.ꝙ l.in omnib. non habeat locum, niſi quando conditio eſt expreſſa: ſecus in
* tacita, ſed iſtam ſol.*reprobant omnes*,† quia par eſt virtus taciti,
14 & expreſſi.l.cum quid.ſ.ſi cert.peta.item per l. ſi creditores. in fin.ff.de priui.cred. ¶In ead.gl.ibi,& ſic põt peti cautio,non tñ competit condictio.Ex iſtis verbis colligo tertiam ſolu.ꝙ licèt cautio poſſit peti offic.iudic.vt in ꝯrio: tamen ſi non præſtaretur ex hoc capite, non poteſt pecunia data repeti, & pro hac ſolu.optimè facit illud,ꝙ vult Bartol.in fi. huius principij,& in §.1.in 2.oppo.j.ead.l.tamen huic ſolutioni obſtat argum.ꝙ facit Bartol.quia ſi verum eſſet,quòd iſte teneretur cauere, præſumeretur tacitè actum: ergo ſi non obſeruaretur, poſſet repeti.l.1.cum gl.ſ.eo.eſt verum, quòd dom Alexan.etiam non ponderans gl.noſtram conatur ſuſtinere,ſed non curo, quia.j. videbitis meliorem ſolu. Quarta ſolu.extra glo.eſt aliorum,ꝙ ꝯrium loquitur in actionib.bonæ fidei,prout ibi expreſsè dicit
* tex.*in omnibus bonæ fidei iudicijs*, & ita ibi glo. & glo. in l.2. §.1.ff. ſolut. matri. ſequitur Bal. in l.quibus dieb.§. fin. ff.de condi. & demon. & videtur ſequi Bartol. in l.ſiue apud acta. C.de tran-
* ſac.ſed iſtud *reprobatur per omnes ibi*, & per Bartol. & omnes in l.2.in princip.ff. ſolut.matrimon. & in dict. l. quibus diebus.§. fin. quia eſt contra leges hic alleg. per Bartol. quæ loquuntur etiam in contractibus ſtricti iuris.Quintam ſol.tradunt Barto.
* Angel. *& communiter alij hic*, quòd in hac l. ſine cautione ſatis prouiſum eſt via excep. quæ ſol. licèt ſit vera in ſe per l. 1. §.ſi debitori. ff. vt in poſ.leg.tamen nõ placet ad hunc tex.qui ſolũ ſe fundat,quia non eſt actum,& ita eam reprobat Bal.& Imo. in d.l.quib.dieb.§.fi.¶Sextò modo rñdet Imo.ibi, ꝙ hic ꝯctus incepit ab excutione, & tunc aduerſarius non petijt ſibi caueri, ideo ſibi imputet: ſed ſi contractus incepiſſet à conuentione, eſſet præſtanda, ſed iſta ſolutio videtur confundi per dictam l.1. §. ſi debitori. ¶Tu reſponde vltimò clarè ſecundum Paul.de Caſtr.quòd dicta l. in omnibus.non habet locum, niſi quando ſuperuenit noua cauſa ſuſpicionis,vt ibi tenet Barto. & in dict.l.2.vbi cæteri Doctor.ff.ſoluto matrimonio,vnde in hac l.non præſtaretur cautio propter tria. Primò, quia non apparet ſuperueniſſe nouam cauſam ſuſpicionis, nec à principio aliter fuit actum, nec hic propriè erat debitum in diem, vel ſub conditione. Item & tertiò, quia ſatis erat prouiſum via except. vt dicunt Doctor.In eadem gloſſ. ibi. ſecundò in
15 relictis in vltim. volunta. Habes ex gloſſ. † quòd cautio mutiana

ADDITIO.

a *Sufficit.Adde eundem Iaſ. in l. vbi autem non apparet.§.qui illud.colum.2. verſi. adde quod ſingulariter. de verb. obliga. in l. & ſi poſt tres. colum. 4. verſi.tertiò moueor. ſupra ſi quis cautio. in l. non hoc.col. penultim.verſicul.4.limita.C.vnde leg. BELLOT.

* tiana non habet locum in contractibus, *& ista est communis* [a]
a *sententia*, & latè examinatur in l. siue apud acta. C.de transactio. vbi reprobatur gloss. quæ contrarium tenet, & latè Gul. Alb.& Lud.hic,& Saly.in l.1.C.de pact.pro communi sententia est bonus text.in §.si is ita.Insti.de verb.obl.quem Fulg.hic, reputat ad hoc sing. & Lud. facit de eo magnum festum, dicens,non esse ab alio põderatum,& quòd miratur, quòd Antiqui,& Mod.disputauerunt de casu l.Et aduerte ad duo, primò,quod in vltimis volun.sæpè contingit, quòd testatores instituunt hęredes, vel faciunt legata sub conditionib. negatiuis, puta si non iuerit Mediolanum, isto casu hæres, vel legatarius non debet consequi hæreditatem, vel legatum nisi impleta conditione:quoniã sub cõditione est honoratus,sed conditio ista negatiua nunquam potest impleri in vita, nec in vltimò vitæ spiritu potest fieri aditio,gloss.est not.in l.final.ff.vt in posses. leg. & ibi Bar. not.si ergo conditio negatiua non potest vnquam in vita impleri, institutio vel legatum reddebantur inutilia. ideo melius Iurisconf. cònsiderans, quòd vltimæ voluntates reddebantur nullæ,inuenit cautionem,quæ mutiana dicta est, quòd iste teneatur præstare cautionem cum fideiussorib. quòd nunquam ibit. Mediolanum, & si contra fecerit, quòd restituet legatum, vel hæreditatem cum omnib.fructib. perceptis,vel qui percipi potuerunt:ista cautione præstita,habetur perinde acsi esset impleta conditio.l.mutianæ.& l.hæres meus. ff.de condi. & demonstr.l. cum filius.§. his. ff. de leg. 2. Secundò aduerte, quòd dict.§.si quis ita.nihil facit, quia non dicit, quòd cautio mutiana non habet locum,nec dicit, quòd præstando cautionem non debeat consequi, & ita respondet
16 Cum. in dict. l. mutianę. † Quæ autem sit ratio diuersitatis inter contractus,& vltimas volũtates,Imo.in dict. l. mutianę. & Ludouic. hic dicunt, quòd ratio est fauore vltimæ voluntatis.l. in testamentis. ff. de regul. iur. capitu. cum dilecti. de donatio. Ista ratio de per se non sufficit, cùm bonum sit
b argumentum de contractibus [b] ad vltimas voluntates, & ècontra, nisi alia specialitatis ratio subsit.l.seruum filij. §. eum qui chirographum, & l. quę de legato .ff. de legat. 1. Aliam rationem assignat Raynu. in dict.l. mutianæ, & Ludouic. hic, quia vltimæ voluntates non possunt stare in suspenso sicut contractus. l. final. ff. com. prędio. ista etiam non valet, quia quando testator apposuit conditionem,vltima voluntas stat in suspenso, toto titul. ff. de condi. & demonstr. Alij .s. Besu.in repet.l. ita stiplatus.dicit, quòd in contractibus imputandum est parti, quæ passa est apponi talem conditionem negatiuam,q̃ ratio opponi non põt hr̃di,vel legatario. sed ista non est gñalis, qa non ꝓcederet in donatione, q̃ pendet à volũtate solius donãtis. Vltima rõ est d.Christ.de Casti.in d.l.siue apud acta. & in d.l. ita stipulatus.& hoc sibi ascribit Porcius in §.ex conditionali. Insti. de verb. oblig. qa in vltimis voluntatib.necessaria fuit cautio, cùm nõ transmittatur ad hr̃des, ꝓut ꝯ̃ctus conditionales.§ ex conditionali.Insti.de verb.oblig. hĩc dicit singlr̃ Bal.in Auth.cui relictum. C. de indi.vid. tol.ꝙ cautio mutiana hr̃et locũ in ꝯ̃ctib. qñ nõ trãsmitterẽtur ad hr̃des, vt est in vsufructu.§.finit.Insti.de vsufr.quasi tunc esset eadẽ rõ prout in vltima voluntate. Ista rõ est optima q̃tum ad hr̃ditates relictas sub ꝯditione negatiua, quia ex quo conditio nunquam impletur nisi in vltimo vitæ spiritu.d.l.mutianæ,& in illo vltimo vitæ spiritu, quando conditio reperitur purificata, non possit adiri hæreditas,vt est glo.singu.in l.fi. & ibi Bar.ff.qñ dies leg.ced. certè hæreditas non adita nõ transmittitur ad hædes.l. 1.§. in nouissimo.C. de cad.tol. certè necessaria fuit cautio mutiana.sed ista ratio cessat in legatis,quia cùm vltimo vitæ spiritu conditio purificetur,& in legatis non sit necessaria agnitio,certè transmitteretur ad hæredes.tex. est in l.ab omnibus.§.pen.ff.de leg.1. & tamẽ cautio mutiana habet locũ non solùm in hæreditatib. sed etiam in legatis.d.l. mutianæ. ergo prædicta ratiò non est bona, ex quo correlariè confunditur prædicta illatio.Bald in d.Auth.cui relictũ. & ista impugnatio
17 est de mente Imol.in d.l. mutianæ. licèt non sic clarè. ¶† No-
c ta tamen casum,in quo etiam in vltima volũtate [c] cautio mutiana non est necessaria. s. in libertate. text. est not.in l.libertas. §.1.de manu.test.Bartol.in l.ita stipulatus.magna.in 1.oppo.5. par.princip.ff. de verb.oblig.Et per hoc potest inferri idem esse
18 fauore piæ causæ, cùm æquiparentur, vt dicam in §. seq.† Itẽ adde,ꝙ cautio mutiana habet locum etiam in donatione causa mortis.text.est sing. in §.quæ verò nunc sequitur.in Authen. de nupt. de quo facit festum Bald. in d.Auth. cui relictum.& Lud.Rom.in sing.suis.in singulari incip.cautio,& istud probatur ratione, quia donatio causa mortis, postquam est facta, & sic in esse deducta, æquiparatur vltimæ voluntati.glo.& Bart. in l.2. in prin. ff. de dote præleg. Barto.& Doct.in l.2.ff.de lega. 1.¶Potest ad contrarium gl. aliter responderi secundum Bar. & Docto.hic, & in d.l. quibus dieb.§.fi. quòd cautio mutiana adinuenta fauore honorati, præstatur à volente.d.l. mutianæ. sed non posset cogi. ¶In fin. gloss. responde, vt per gloss.ibi in verbo restituturum. Extra gloss.dicit Bartol.quem sequuntur Angel.& Fulg.hic, quòd reus posset cogere actorem,vt fidem faciat per publicum instrumentum de numeratione,& receptione pecuniæ,tamen si recusaret,non posset per hoc pecunia repeti. de quo plenius per Bartol. in l.4.§.nunc de effectu.ff.de lib.leg. & in l.2.in princip.ff.solut.matrimo. & in l.qui tabulas. in fin.princip.ff. de furtis.

ADDITIONES.

a * Communis.Adde,ꝙ hanc sequuntur, & communem dicunt Doct. in l. siue apud acta.C.de transl.in l.fi.de condi. ob caus.per text.in §.si quis ita.insti.de verb.oblig.& fac.quæ scribit Nat.consil.297.col.fin. MASVER.

b ¶Contractibus. Adde Docto.in l. pactum inter hæredem.de pact. Doctor.in l.iure ciuili.ff.de condi. & demon.

c ¶Voluntate.Adde l.mutianæ.& l.Titiæ fundus.de condi.& demonstr. & l. cũ filius.in §.per mutianam.de leg.2.

SVMMARIVM.

1 *Datum ob causam potest repeti duplici causa.*
2 *Fauor libertatis non impedit repetitionem.*
3 *Mandatum fauore dotis, non extinguitur morte mandantis.*
Libertas,& ecclesia æquiparantur.
4 *An in contractu innominato fauore dotis habeat locum pœnitentia, vel reuocatio per mortem.*
5 *Quando causa non potest impleri per casum fortuitum,cessat repetitio.*
6 *Priuatus propter delictum nunquam remittitur.num.7. & seq. vsque ad num.9.*
10 *Condictio ob causam ad quid detur.*
11 *Quomodo contractus innomiuati iudicentur.*

§. Idem est. Datũ,vt quis manumittat seruũ,non põt repeti,qa nõ caueĩ de manumittendo, si hoc non fuit actum: sed põt repeti si dantẽ pęniteat, vel si non manumittatur:nisi steterit per mortem serui manumittendi, qa tunc nedum datum repeti non põt, imò ꝓmissum põt peti.h.d. vsque ad §.si liber. & differt principiũ huius. §.à præcedenti decisione in tribus,de quib. per Paul.de Cast.&
1 Alex.hic.¶† Not.in versi.sed si.vbi,ꝙ datum ob cãm põt repe-
a ti ex duplici causa.s.ex capite pęnitentię, itẽ cãæ nõ sequutæ, [a] vt hic, & l. si pecuniam. in prin.ĩ.e. Et hoc vbi agitur de repetendo,& sic dissoluẽdo ꝯ̃ctum innominatum,põt etiã agi, vt impleatur,& tunc oritur actio præscrip.verb. & in hoc differt ille tit.ab isto, q̃uis vterq; loquatur de ꝯ̃ctu innoĩato ꝓut etiã hic habes in gl. pe. Limita,qñ ꝯuentio apponitur à principio tp̃e dationis, secus si ex interuallo, quia sicut interuallum vitiat ꝯ̃ctum innoĩatum.l.ꝯtinuus.in prin.ff.de verb.obli. ita impedit fieri ꝯ̃ctum innoĩatũ,vnde si do tibi decem,& postea ex interuallo ꝯuenimus, vt pro illis decẽ vadas me pro Romã, nõ possem decẽ data ex capite pœnitentiæ reuocare.gloss. est sing. in l. si cum fundum.in gl.1. & ibi clarius Bart. & alij.ff.de pact.q̃ ad hoc reputat sing.Paul.de Cast.in l.si pecuniã. in prin.
2 in 3.col.ĩ.eo.vbi duas alias limitationes ponã. ¶† Not.scd̃ò,ꝙ fauor libertatis non impedit, quin in ꝯ̃ctu innoĩano datum ex capite pęnitentiæ possit repeti,vt hic,& d.l.si pecuniã.§. 1.Vnde infero s̃m Lud.Rom.hic esse text.rotundum,ꝙ in ꝯ̃ctu innoĩato celebrato ad pias cãs, locus est pęnitentiæ, & põt datũ ex pœnitentia reuocari, cùm bonum sit argm̃ à libertate ad piam cãm,& èꝯ̃,vt not.Bar.in l.proxi.in fi.ff.de his, quæ in test. delen.& in l.si vnus.in fi. C.de test.Benè facit tex.in l.1.ante fi.in verb.ad hãc pietatis rõnem.& ibi ad hoc no.Bal. C.de ser.pig. dato ma.idem tenet Lud. in l.si pecuniã.in prin.ĩ.e. & in repe. Auth.similiter.C.ad l.Falc.in 18.speciali piæ causæ inter ꝯ̃ctus. Contrariũ de directo tenet Bal.in l.sicut,ad fi.C.de act.& oblig. & in l.mandatum.in 4.col. C.mand.mouetur Bal.per text.in l. si ego. §. 1. ff.de iur. do. ad quem ex mente Lud.põt tripliciter r̃nderi.Primò,ꝙ ibi loquitur in hærede,in quo aliud est,quàm in defuncto.l.4.ff. de ser. expor.Itẽ ibi causa erat impleta. Tertiò potest dici disputatiuè, ꝙ dos non est pia causa, vt est de mente Bart. in l.cum in his. §. si mulier. ff. de condi.ind.patet, quia de legatis ad pias causas non detrahitur Falc.Auth.similirer.C.ad l.Falc.& tamen detrahitur de legato dotis, vt est gl.in l.tali.in prin. ff. de iur.do. & in l. in testõ militis.C. ad l. Falc.de quo tñ, an dos sit pia causa, vel non, vide Imol.& ibi plenius Mod.in l.1.ff.sol.mat.Quartò potes r̃ndere,ꝙ licèt in d.l.si ego. §.1.

ADDITIO.

a ¶Causæ non sequutæ. Vide Soc. lib.4.consil.68.incip.visa,& diligen.colum. pen. PVRPV.

§.1.decidatur, quòd datum ob cauſam dotis non reuocatur per ſolam mortem dantis, non ſequitur, ergo ſi dans viueret, non poſſet per pœnitentiam reuocare. Benè verum eſt, ꝙ ibi
3 eſt text.ſing.† quod mandatum fauore dotis non extinguitur morte mandatis, & ita cum reputat vnicum & ſingular. Bald. in dict. capitul. cum veniſſet. de teſtibus. dixi in l. eius qui in prouincia. ff. ſi certa.pet.domin. Alexand.in dict.l.ſi pecuniam, in principio. in 12. colum. & ſequent. latè diſputat iſtum paſſum, & vltimo loco relinquit cogitandum, & pro opinio. Bald. adde text. in capitul. verum. de cond. appo. vbi videtur probari ſpeciale eſſe fauore eccleſiæ, quòd in datione ob cauſam non poſſit agi contra eccleſiam, licèt cauſa non ſit ſequuta, ſed ſolùm poteſt agi ad obſeruantiã promiſſorum, tamen veritas eſt ſecundum Bald. & Salicet. in l. dictam.C. eod. & domin. Alexan.in dict.l.ſi pecuniam, quòd in hoc non eſt ſpeciale in eccleſia, cùm in dubio vtatur iure communi. capitul. 1. §. ſi clientulus.de alien.feud. & ille text. habet varios intellectus, de quibus ibi per Canoni. & quod
a ita ſit, patet quia libertas, & eccleſia [a] æquiparantur: ita æquiparat Bald.in l. 1. §.1 in vltim.colum.C.de caduc. tollen. Alexand.in conſil.441.incip.ponderatis his, de quibus in themate. in 6.colum.deinde dom. Alex.conatur dupliciter reſpondere ad iſtum text. in quo iacet punctus, & præcipuè dicit, quòd libertas non eſt pia cauſa, niſi relinquatur amore Dei, prout tenet Bartol. in repet. l. 1.in 3. quæſtio. 5. partis princip. C. de ſacroſanct. eccleſ. Sed iſta limitatio non eſt bona, & contrarium eſt de mente Bartol. in alijs locis prælleg. & in contrarium eſt text.in l. 1.in verſicul. ad hanc pietatis rationem.C.de commun. ſeru. pigno. dat. manumiſſ. & iſtud tenet Imo. in d.l.captatoriæ.ff.de leg.1. & ipſemet d.Ale. ſibi contrarius in l.ſi vnus.C.de teſt.Tu vltra prædicta adde Bart.in l.2.§ ſi pecuniam.ad fi. ff.de don. vbi per illam.l.ſi ego.§.1. videtur tenere,
4 † quòd in contractu innominato fauore dotis nõ habeat locũ pœnitentia,nec reuocatio p mortem.niſi dicas,ꝙ Bar.dũ dicit, quod fallit in dote, intellexerit ſolùm de morte, tamen vide etiam Bart. in l. ſi cum fundum. in vltimis verbis.ff. de pact. Iſtud idem,quòd in contractu innominato fauore dotis non habeat locum pœnitentia.per d. l. ſi ego, tenet ipſemet Lud. ſibi contrarius in l.1.ff.ſolut.mat. & in repet.d. Auth.ſimiliter. in 17. ſpeciali piæ cauſæ inter contractus. ipſe idem Lud. in ſeq.ſpeciali ſaluat opin.Bald. vno caſu, quando qui dediſſet eſſet mortuus: nam in hærede non haberet locum pœnitentia fauore dotis,& piç cauſæ,per dict.l.ſi ego.§.1.quę loquitur in his terminis. Quid tenendum? Paſſus eſt dubius: in puncto iuris mihi plus placet opin. Ludouic. contra Bald. per hunc text. arguendo de libertate ad piam cauſam. Secundò, quia iſta eſt regula generalis in contractib.innominatis, quòd in eis ex pœnitentia poteſt datum repeti, vt hic, & l.ſi pecuniam,in princip.ſ. eodem, & ab iſta regula non eſt exceptuatus caſus dotis,aut caſus piæ cauſæ: ergo ſufficit habere regulam pro ſe,niſi oſtendatur caſus fallentiæ, vel ratio, vt inquit Bartol.in l.2.in 1.colum.circa fin.ff. ſi quis in ius voc. non ierit. text. in l. ſuus quoque.verſicul.puto.ff.de hæredib.inſtituen. & in capit. venerabilis. verſi. potes quoque.de ſen. excomm. in 6. Hinc dixit Bald.in l.ſi tutor.in fin.C.de ſeru.pig.da.ma. quòd regulæ iuris ſunt tenaciter obſeruandæ, niſi in contrarium appareat diſpoſitio ſpecialis, nec facit d.l.ſi ego.§.1.quia.ſ. quadrupliciter reſpondi.¶ Tertiò not.in ver.quòd ſi ita, quòd datum pro ſeruo manumittendo intra certum tempus interim repeti nõ poteſt ex capite cauſæ non ſequutæ: ſed benè ex capite pœnitentiæ,ideo virtus erit in modo libellandi, ſecundum Bar.hic. Sed ſi tu conſideras, erit differentia impoſita verbis,& non rebus in effectu,contra l.2.in fin.C.communia de leg.¶ Quartò
5 not.in verſi. ſed ſi Stichus. † quòd quando cauſa non poteſt impleri per caſum fortuitum,ceſſat repetitio ex capite cauſæ non ſequutę,quòd intellige,quando cauſa veniebat implenda per accipientem,vt hic: ſecus ſi per dantem.text.habes, & exẽplum in l. 1. verſicul. 1. & l.ſequ. ſ. eodem.de quo per Bartol. in l.ſi pecuniam. in princip.ſ.eodem & latius Cyn. in l. pen.C. eodem Secundò limita, quando conuentio fuit facta ſub modo,prout propriè loquitur tex.hic,ſecus ſi ſub conditione, ſecundum Fulgoſ. & Alexand. hic. & Cyn.in l.pen.C. eodem. ¶ Gloſſ. in verbo condici.diuiditur in duas partes principales. In 1. colligit ſecudum quoſdam illationem ad text. quam reprobat. In 2. per viam quæſtionis opponit contra text. & tripliciter ſoluit.Secunda ibi, ſed nonne.¶ In fin. gloſſ. omiſſis diſtinctionibus,quas refert Alberic.hic poſt Antiquos,& Cyn. in l.ſi liber. C. eodem.diſtingue not. vt per Bartol. hic plenius quàm alibi, facientem tres caſus principales: cum quo alij omnes tenent. Et dum gloſſ. & Bartol. ponunt fallentiam in ſeruo, qui erat talis, qui manumitti nõ poterat, adde vt in tit. C.de his qui ad liber.peruc.non poſ. & l.ſi quis quos.ff. de leg
6 2.& l.ſi quis eum.ff. de condi. & demonſtr.† Vltra quas leges potes ponere notabile exemplum in liberto, qui ſi propter ingratidudinem reuocetur in ſeruitutem, non poteſt amplius manumitti à domino, niſi cum auctoritate principis, vt eſt text. not. in l. 2. C. de lib. & eor. lib. per quem text. not. ibi
7 Barto.circa fin.† quòd Doctor propter delictum degradatus, & ſic priuatus doctoratu, non poſſet amplius intrando examen Doctorum doctorari. Benè facit, quod in ſimili tenet
8 Bald.in l. 2.per illum text.cum gloſſ.C.de manu.vind.† Quòd tabellio propter delictum priuatus officio tabellionatus, non poſſet amplius per Comitem Palatinum creari tabelio. & idem tenet etiam Bald.in c.at ſi clerici.in 4.colum.vbi limitat. de iud. & in ca. gratum: per illum text. de poſtu. præla.c. poſt tranſla. in 2. colum. de renun. Ludouic. Roman. in repet.l.ſi verò.§.de viro.in 38.fallentia.ff. ſolut. matr. Et per hæc cogita vnum, quod eſt mihi nouum, nec alicubi legi, inquantum tenet ſingul.Bald.in c.filij nati.in fin.ſi de feu.fue.contro. inter
9 do.& agna.† Quòd filius naturalis legitimatus poteſt propter ingratidudinem reuocari à parte in primum ſtatum. Nam ego puto, quòd poſtquam fuerit reuocatus, quòd non poſſet amplius de voluntate patris legitimari per Comitem Palatinum,per text.ſolennem in dict.l.2.in argum.C. de lib. & eor. lib. iunctis ſuperius dictis. ¶ Gloſſ. in verbo, condictionem. diuiditur in duas partes,prout duo format contraria.Secunda ibi,ſed ſiue dicas. Primum contrarium eſt, inquantum text. dicit,competere condictionem ex contractu ad id, quod eſt
10 promiſſum. text. videtur in duobus malè dicere.† Primò, quia condictio ob cauſam datur ad reſoluendum, non autem vt contractus impleatur,vt declaraui ſupra in 1.not.Item non competit ex contractu, vt dicit litera, imò ex diſtractu extra id, quod agitur. l. ſi is qui. §. final. ff. commod. Gloſſ.
* dupliciter reſpondet, & ſecunda *communiter tenetur*. In 2. oppoſitione gloſſ. ibi, & genus ſpeciem non excludit. adde l.ſi legatarius, & ibi not.ff. de dolo, & l. 2. vbi etiam notatur. C. eodem ¶ In ea.gloſſ. ibi, & quod dicit hic, vt darem, dicas.ſ.
11 primo.hæc ideo dixit gloſſ. eo quia tenet, † quòd contractus innominati iudicentur,& cognoſcantur ex modo ineundi, vt declaraui in l. ſi quis cum debitore.ſupra de iureiuran. plenius in l. cum mota. C. de tranſactio. tamen ad iſtud ſecundum contrarium reſponde melius, vt per Bartol. hic, cum quo alij tranſeunt, & plenius in dict. l. cum proponas. C. de dolo.

ADDITIO.

a ¶Eccleſia.Adde Alexand.de Imo.in conſi.76.incl. ponderatis his, de quibus in themate.in.5.col.in 3.vol.

SVMMARIVM.

1 *Implementum cauſæ quando impediat repetitionem.*
2 *Poteſt datum repeti ceßante cauſa. num.3.*
4 *Sufficit ad deciſionem cauſarum allegare rationem naturalem. cum ſeq.vſque ad nume.8.*
8 *Cauſa in mente retenta nihil operatur.*
9 *Datum cauſa amicitiæ licèt ceſſet, non repetitur.*
10 *An hæres intelligatur hæreditatem adire, ſi præſtatur hæredi gratia conditionis implendæ, & ipſe ſponte recipiat.*

6 nalis ſol. Barto.in d.l.quod Seruius.† Fac ergo regulam, quòd præparamenta non faciunt deſinere rem eſſe integram, quin ſit locus pœnitentiæ, ſiue ſint extrinſeca, vt hoc text. ſiue intrinſeca,vt dixi. Iſta regula fallit primò fauore matrimonij, ſecundum Barto.in quo dic vt hic per Mod. & dixi in l. 3. §. 1. ſupra eo. Secundò fallit fauore reipublicæ: ita propriè loquitur text. in d.l.1.§.cœpiſſe, prealle. ſecundum Imo.in d.l.2.§.ſed & ſi quis.ff.de dona.vbi declarat illum text.procedere non ſolum in præparamentis intrinſecis,ſed etiam in extrinſecis.Tertiò fallit,quando preparamenta excederent pecuniam datam, vt hoc text. no. Quartò quando præparamenta neceſſitatem inducunt ad faciendum illud, quod conuenit, vt probat iſte text.in ver.neceſſe habeas. ſecundum Moder. hic. Quintò fallit,quando præparamenta extrinſeca interuenerunt, & non eſt pœnitentia de toto, ſed de parte,tex. eſt in l. quod Seruius. & ibi Barto.infra eod.Bald.Saly.& Moder.hic. ſub iſta regula, & prædictis fall.cadunt omnia, quæ dicuntur ad præſens propoſi-
7 tum. † Nunquid autem in contractibus innominatis ſola oblatio habeat vim implementi, ita vt non ſit locus pœnitentiæ, puta,conuenio dare pecuniam, vel talem rem, vt vadas Romam: offero eam, an oblatio ſola habeat vim implementi? Glo.eſt ſing.quòd non in l.iuriſgentium.in princip. in gl.mag. in ver.vt aliquid facias,in fi. ff. de pact.dic vt infra dicam,in 6.
8 particula glo. † In mandato autem procuratoris, quando res deſinat eſſe integra, ita vt dominus non poſſit reuocare, dicimus,quòd per litis conteſt l.ſi defunctus, vbi plenè not. & in l.
9 poſt litem.ff.de procur. † Quid in iuriſdictione,quando res dicatur deſinere eſſe integra,an per ſolam citationem, vel quomodo? ponunt omnes in l.more,& in l.& quia.ff.de iuriſd.om. iud.habent Can.text.contrarium in c.gratum.& cap. relatum.
a extra de offic.dele.& alibi glo.ſing.[a] in c.ne aliqui. de hære.lib. 6.dicit, quòd per ſolam electionem tribunalis dicitur res deſi-
10 nere eſſe integra,vt non ſit locus pœnitentiæ. ¶†In quarta particula glo.format oppoſitionem, quòd in contractibus innominatis non habet locum pœnitentia: imò agitur actione pręſcrip.verb.vt quis adimpleat,quod conuenit, vt hic per Barto. ¶In quinta particula glo.ibi,& idem dico: conſidera duo. Primò, quòd glo.reſtringit regulam huius text. vt loquatur in cõtractu innominato,do vt des: & do vt facias, & in permutatione: eo quia præſupponit, ꝙ in contractu innominato,facio vt facias,vel facio vt des,poſtquam quis fecit, non poſſit habere locum pœnitentia,quia facta non poſſunt repeti, quin ſint facta, quam differentiam reproba, vt per Barto. & alios hic. & Barto.in l. fina.in vlt.colum.ſ.eod. Cum etiam reperiantur aliqua facta,quæ repeti poſſunt, vt traditio vacuæ poſſeſſionis. ècontra ſunt aliquæ donationes irrepetibiles, vt donatio libertatis. nam libertas ſemel data amplius reuocari non poteſt. l. cum proponas.C.de dolo. Secundò conſidera, quòd glo.ſeparat permutationem à contractu innominato,do vt des:& hoc ideo, quia differunt tanquam genus,& ſpecies: nam permutatio bene eſt, do vt des. ſed ad hoc vt ſit permutatio in ſpecie, requiritur quòd ſpecies certa detur pro alia ſpecie certa, vt eſt glo.magna in l.1.C.de rer.permu. quia tunc ibi cadit permutatio, ideſt perfecta mutatio,& certa,vt declaraui in l.2.in prin.
11 ſupra ſi cer.pet. ¶†Limita illud,quod vult glo.in permutatione eſſe locum pœnitentiæ. Fallit in caſu ſingulari,quando conuentum eſſet de permutando certam ſpeciem cum alia ſpecie, quæ iam erat expoſita venalis,quaſi ex hoc, quod agebat vendere,aſſumpſerit naturam contractus nominati,& ſic non ſit locus pœnitentiæ. text.eſt in l.1. cum glo. ſecundum vnam lect.C.de rer.permu. quam Bar.& alij ibi ad hoc reputant ſing. & Barto.in l.1.in fi.ff.de rer.permu.Bald in l.2.C. eod. de cond. ob.cau. Ioan.de Imol. in l. Ariſto.in princip.ff.de do.¶In 6.particula ibi, eſt fortè ratio.habes rationem,quare in contractibus innominatis habeat locum pœnitentia, quia debiles ſunt in contrahenda obligatione: patet, quia ſolo conſenſu non producunt obligationem efficacem: quam rationem vltra duo, quæ hic addit Barto.fortificat per alia duo: nam in contractibus innominatis, ſi conuentum ſit de dando,non tenetur præciſè dare: imò ſoluendo intereſſe liberatur. l. naturalis. §. 1.& ibi no.Bar.ff.de præſc.verb.gl.in l.1.C.de ſent.quæ pro eo quod & plenius Barto.in l.ſtipulationes non diuiduntur. in 12.op. 1. intereſt,partis princ.ff.de verb.oblig.& hoc ideo, quia contractus innominati debiles ſunt, cùm aliàs obligatus ad dandum teneatur præciſè dare.§.ſic itaque.cum ſimi.Inſt.de act. Secundò facit, quia in contractibus innominatis ſola oblatio non habet vim implementi, vt ea mediante agi poſſit, vt eſt glo.ſing. in l.iuriſgentium.in prin. in glo. magna,in ver. aliquid facias, in fi.ff.de pact.quam limita vt per Bald. in l. ex placito. in 18.q. poſt Iac.But.C.de rer. permu. & ex iſta ratione reprobaui Bar. in l.ab emptione. in 1.colum.in fi.ff. de pac. & tamen in contractu nominato ſola oblatio facit, vt quis poſſit efficaciter agere.l.Iulianus.§.offerri.ff.de actio. empt. ¶In ſeptima particula habes regulam cum tribus fallentijs: idem & plenius dicit glo.in d.l.ſicut.C.de actio.& obl. Tu dic melius ſecundum Barto.& Docto. hic, & in d. l. ſicut, quia in illis legibus non ſunt bonæ fallentiæ, cùm ex parte pœnitentis, vel reuocantis
12 non adeſſet obligatio. † Sit ergo regula, quòd in contractibus nominatis etiam re integra nunquam eſt locus pœnitentiæ, vt reſoluatur contractus,ſed bene debet agi vt impleatur, d.l. ſicut.alle. in glo.& l.commodato.§.ſicut.ff. commo. iuncta l. inciuilem.C.de rei ven.Iſtam regulam amplia, vt procedat et ſi contractus innominatus ordinetur ad nominatum,vel ècontra: vt ſi promitto vendere fundum ob certã cauſam: nam tunc etiam non habet locum pœnitentia: ſecundum Bal. hic in vlt.colum.& in l.quamuis,in fi. C. de tranſa.per tex.in l.Labeo ſcribit ſi mihi bibliothecam.ff.de contrahen.empt. de cuius intellectu vide Barto.tenentem, quòd imo ibi ſit venditio conditionalis.in l.ſi quis cum debitore.§. de iureiur. Secundò amplia iſtam regulam,vt procedat non ſolùm in contractibus nominatis celebratis inter priuatos,ſed etiam ſi eſſent celebrati cum principe: tunc etiam non haberet locum pœnitentia. Iſtam ampliationem probo ex eo, quod ſignanter decidit Bal. in l.qui ſe patris.C.vnde libe.in antepen.colum.in ver. & ſcias. vbi tenet (& eſt vtilis deciſio,) quòd ſi princeps in conceſſione feudi reciperet precium, licèt vteretur verbo,indulgemus, tamen cùm ſit venditio.l.fina.C.de præd.curia.lib.10. per conſequens erit contractus irreuocabilis,& non habebit naturam feudi,imò non priuabitur ex cauſis, ex quibus aliàs vaſalli priuari ſolent,prout etiam tenet Bald. in cap.ſignificauit.in 1.col. de reſcrip. Secundò comprobo ratione: quia licèt Deus ſubiecerit leges principibus,non tamen ſubiecit contractus,qui ſunt iuriſgentiũ,quin principes ita obligentur legibus contractuũ, ſicut priuati: ita dicit Bald.in c.1.de nat.feu.& in l.2.C. de ſer-
13 ui.& aqua. † Hinc eſt, ꝙ Imperator, vel alius ſupremus princeps, licèt poſſint ſcribere contra leges & ſtatuta, tamen non poſſunt tollere contractus, qui iuriſgentium ſunt ſine iuſta cauſa, ſecundum glo.& Docto. in l. fina. C. ſi contra ius vel vti. publ.& in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. Aliam rationem aſſignat Ludo.Roma.in conſilio 357.incipien. quæritur nunquid Domini Auinionenſes.in vlt.colum.quia ſi principes poſſent ex penitentia contractus factos cum priuatis reuocare,certè nullus cum eis contraheret, & hoc modo per indirectum priuarentur facultate contrahendi, vt in ſimili dicit text.in l.quod ſi minor.§.non ſemper.ff.de min.& fuit ante Ludo.ratio Bald.in l.princeps.ff. de legi. Adde, quòd non ſolùm contractus celebrati cum principe non poſſunt reuocari, ſed quòd etiam ſi ſtatutum tranſiret in contractum,non poſſet il-
14 lud ſtatutum reuocari. † exemplum: princeps facit ſtatutum, quòd qui venerit ad habitandum ad talem locum ſit immunis, nunquid poſſit reuocari? Dic quòd non.text.eſt in l.quod ſemel. & ibi Barto.ff.de decr. ab ordi. fa. Barto.in l. omnes populi. in 4.q.4.princ. partis.ff.de iuſti.& iure ponunt Can.in cap. nouit. de iud. Per iſta infero rationem, quare feudum alicui conceſſum ab Imperatore, vel principe, non poteſt ſine iuſta cauſa reuocari.cap.1.de nat.feu.& in cap.1.de feu. ſine cul.non amitt. Nam ratio eſt, quia feudum eſt contractus nominatus, vt tenet Barto.in l.iuriſgentium.§.quinimo. in vlt.col. in princ. vbi dixi.ff.de pact. latius Bald. in capitu. quæ in eccleſiarum. in 10. colum. & ſequen. de conſtitutio. & iſta ratio plus placet, quàm illa, quam ponit Panorm.in dicto capit. quæ in eccleſiarum.in penul.colum. dum dicit: ideo eſſe, quia feudum eſt contractus, cùm hincinde oriatur obligatio: Iſta ratio non ſufficit, quia non eſt ſatis, quòd ſit contractus, ſed requiritur, quòd ſit etiam nominatus, cùm etiam contractus innomi-
15 nati ſint propriè contractus. † Hinc ex prædictis dixit Bald. in dicto capit.1.per illum tex.de nat.feu.quòd Imperator Fed.qui inueſtiuit comitem Papiæ de illo comitatu, & de alijs caſtris, quòd non poſſet ſine iuſta cauſa ab eo auferre:nec ipſe,nec ſucceſſores,& poſtea innuit cum Ioan.And. contra Papam Celeſtinum,qui de mane concedebat gratiam, & de ſero reuocabat.nã erat vna pecus,& ideo fuit remotus à Papatu, vt ibi ꝑ eum.Et conſuluit Pau.de Ca.per aliam nouam rõnẽ in conſi. 156.inci.

ADDITIO.

a ¶Gl.ſing.Adde Barb.in c.relatum.de offi.deleg.

16 156.incip.viſo & examinato.circa fi. ꝙ Papa non poteſt auferre vaſallo feudum ſine iuſta cauſa. † Iſtis etiam adde glo.in c.
a ad apoſtolicæ in glo.pen.de re iud.in 6.quæ vult, ꝙ Papa [a], qui
conceſſit primatibus Germaniæ poteſtatem eligendi Impera
torem, non poſſet eos priuare poteſtate eligendi, & in ſe transferre, quàmuis ipſe conceſſerit, vt eſt tex.in c.per venerabilem.
17 de elec.niſi ex contumacia. Adde ad iſtam regulam pro ampliatione tex.in c.licet. & ibi † Abb.no.extra de voto. Iſtã regulam ſic ampliatam limita in caſu not. quando mendacium
dediſſet cauſam contractui nominato: tunc licèt res non ſit integra, locus eſt pœnitentiæ. tex.habes no. & exemplum in l. cum in plures.§.mandaui.& ibi Bar.ff. loca. & eſt quotidianus caſus ſecundum Aib.de Ro.& Pau.de Caſt.ibi. Secundò limita, quando contractus nominatus eſt de per ſe: ſecus ſi eſſet mixtus cum innominato: puta, vendo tibi librum pro decem, cum pacto vt vadas pro me Romam: tunc videtur attendi, quòd principalius eſt: ita videntur probare duo tex.ſimul iuncti in l.ea conditione.C.de reſcind.vendi.iuncta l.cum te.C. de pac.inter emp.& vend.iunctis his, quæ dicit Bar.in l.fi.vbi dicetur.ſ.eo.per Bald.in l.ex placito.in 10.q.& duabus ſeq.C.de rer. permu.Tertiò fallit in caſu, quem ponit Bar.in l. quod ſcitis.in 1.col.in fi.C.de agr.& cenſi.lib.11.quando dominus eſſet rixoſus.facit tex.in l.ſi conuenerit.§.1. pro ſocio. ſed aduerte, forte iſta limitatio non eſt bona, quia Bar. loquitur in contractu locationis, & alleg.ll.loquentes de ſocietate: ſed in ſocietate eſt locus pœnitentiæ, vt eſt glo.hic.hinc ſumpta occaſione Barto. hic ponit longam diſt.an & quando ſit locus pœnitentiæ. ¶Sũ in ſecunda parte principa.glo. ibi, item cauſæ defectus, quam ſubdiuido in 3.particulas. In 1.declarat, an & quãdo cauſa expreſſa deficiens faciat locum eſſe condictioni ob cauſam. In 2. quando cauſa tacita. In 3. declarat, quando cauſa dicatur deficere. Secunda ibi, idem in tacita. Tertia ibi, deficere.Pro clara intelligentia huius partis glo. iungendo dicta Barto. in eius
18 diſt.cum glo. fac regulam, & ſex fallentias, & totum habebis.
¶†Regula eſt, ꝙ pecunia data ob cauſam, ſiue cauſa ſit expreſſa, ſiue tacita ab vtraque parte, vt in exemplis glo. poteſt repeti, quando cauſa nullo modo impletur, vel impletur, ſed non legitimè. Iſta regula fallit primò, quando cauſa eſſet ſolùm impulſiua, iuribus alleg.in glo. Et quantum ad præſentem materiam cauſa dicitur impulſiua, quando reſpicit merum commodum, & ſolam vtilitatem eius, cui datur. l. ſi mulier. & ibi Barto. C.de iure do. Et hoc ſcio, ꝙ de hoc traduntur variæ doctrinæ per Doct.in l generaliter.C.de reb.cred.& in l. generaliter.C.de epiſc.& cler.per Bar.& alios.in l.2.§.pen.ff.de donatio.
19 Ego ſemper dixi, & dico, quòd non poteſt dari vera doctrina ſuper hoc. † Item not.ꝙ vbicunque legislator in aſſignatione rationis vtitur verbo fortè, oſtendit, quod illa eſt cauſa impulſiua: ita glo.approbata in clemen.1.in verſi.fortè, de appel.quã ibi Ioan de Imo.poſt But.in 6.colum. not. & illam glo.ad hoc no.& ſequitur Abb.in c.quoniam frequenter.in prin. in 9.col. poſt But. extra vt lit. non conteſt. Et per iſtam regulam de dictione fortè, dom. Alex in l.in ratione.§.quod vulgo. in 11.col. ff.ad leg.Fal.reprobat, & bene. ſing. dictum Bal.in l. filium quẽ habentem.in pen.colum.C.famil.ercisc. Secundò fallit, quando cauſa eſſet tacita ab vna parte tantum intellecta, vt in glo.
20 † Tertiò quando pecunia eſſet data ob aliquam cauſam impoſſibilem, ſiue de iure, ſiue de facto, & dans ſciebat impoſſibilem, cùm videatur donare l.dictam.& l.ſi militem.C.eo. Quartò fallit, quando cauſa non eſt impleta caſu fortuito contingẽte ante morã debentis implere: tunc non datur condictio ex capite cauſæ non ſequutæ, ſed bene ex capite pœnitentiæ. vt hic, & l.4.§.1. ſup. eo. Quintò quando cauſa non impletur facto eius, cui debet impleri.l.pen. vbi vide omnino Cy. & Saly. C.eo.facit regula.l.iure ciuili.ff.de condi.& demon. Sextò fallit, quando non deficit cauſa obligationis, ſed cauſa faciendi contractum; nam ſi cauſa faciendi contractum fuit, quia filios non haberet, ſi naſcantur filij, & conſequenter cauſa deficiat, non per hoc datum repetitur.l.1.& ibi Bal.in penul.col.ad hoc no.C.de pac.Reliqua quo ad præſentem materiam, vide per Bar.in l.fi.ſ.eo.per Cy.& Saly.in penult.colum.& omnino per Bal.in l.dictam. C. eod. vbi ponit de intellectu.c.verum.extra de condi.app.quando pecunia datur eccleſiæ ob aliquam cauſam implendam ab eccleſia, ſi eccleſia non impleat, an & quãdo pecunia poſſit repeti. ¶Sum in tertia parte glo.ibi, item ter
21 tiò mora. quæ non ſubdiuiditur, quia breuis. † No.tamen ex hac parte glo. quòd licèt regula ſit, quòd quicquid eſt cauſa cauſæ, etiam eſt cauſa cauſati.l.manumiſſiones, ff. de iuſtit. & iure.tamen effectus attribuitur cauſæ immediatæ, & nõ remotæ. nam in hac gl. effectus repetendi attribuitur cauſæ non ſequutæ tanquàm proximiori, & non moræ: quia illa eſt remo-
22 tior. ¶†Sum in quarta, & vlt.parte glo. ibi, in fi.not.quòd glo. per viam ſummulæ ponit, ad quæ competat cõdictio ob cauſam, & ſubdiuiditur in 6. particulas. In primis quinque enumerat quinque, ad quæ competit. In ſexta quærit, & ſe remittit. Secunda ibi, ſi verò quantitas. Tertia ibi, item ad fructus Quarta ibi, item res quaſi data. Quinta ibi, item dic interpretatiuè datum. Sexta ibi, an autem è contra, dic vt in glo. ¶Glo.in verſi. repetetur. format duo contraria contra tex. & primum proſequitur vſque circa finem, & ſic diuide in duas partes principales. Secunda ibi, & ſecundum hanc diſtinctionem. Rurſus prima pars princip.ſubdiuiditur in quinque particulas. Primò oppo.contra tex.& ſoluit vno modo, & bene: & eandem ſolu.ponit ſuperius glo.1.vbi declaraui. In ſecunda ibi, eadem ratione. glo.ex prædicta ſolu.infert vnum, de cuius veritate dicetur in l.fina.infra eod. In tertia ponit ſecundam ſolu.quæ parum facit ad propoſitum contrarij, ibi, alij dicunt. In quarta ibi, vel hic repeto. ponit tertiam ſolut. quæ adhuc minus facit. In quinta ibi, vel diſtingue. glo.ponit quartam ſol. & hic conſidera, quòd ſi quæratur an pecunia data ob cauſam, quæ non impletur caſu fortuito, poſſit repeti ex capite cauſæ non ſequutę; tunc iſta vlt diſtinctio glo.eſt bona, circa quam videas glo pleniſſimam, & magiſtram in l.ſi vno. §. item cum quidam. ff.locati.alle. in glo.ſed non eſt caſus legis noſtræ, in quo quantum ad iſtud tractatur de repetitione ex capite pœnitentiæ, & in hoc teneas diſtinctionem, quam ponit glo.in 1. ſolu.& bene. ¶Glo.in verb.neceſſè habeas. exemplificat, vt quia iuraſti. & ſing.reputat Bal.in c. quæ in eccleſiarum. in 12. colum.de conſtitut.Imo.in l.fin.§.ſed & ſi quis ff.de don.Rom. in l. hæreditatem.ff.de donatio.not.Alexan hic, ſed ego addo glo.concord. in l.in eadem.in glo.fin.ff. ex quibus cau. maio. quæ nunquam fuit ad hoc ponderata. Iſta glo. eſt ſingu.ad quatuor. Primum
23 eſt, † obligatus ad factum licèt regulariter non teneatur præciſè facere, ſed ſoluendo intereſſe liberetur.l. ſtipulationes nõ diuiduntur. in ver. Celſus. ff. de verborum obligat.l.ſi quis ab alio.in fi.ff.de re iud. Fallit quando iuraſſet, quia iuramentum obligat præciſè ad factum, vt in hac glo. & ita eam ad hoc no. Bald.& ſequitur in l.1.in 9.colum.in verſic.nunc quæro de aliquibus.& ibidem Saly.in 16. colum. C. de ſenten. quæ pro eo
* quod intereſt.& idem Bal.in l.ſed & hæ.§.prætor ait.ff.de proc.
b & in prælu.feu.in 7.colum. *Et iſta eſt communis* [b] *ſententia*, quã tenet Innocen.Anto.de Butr.& plenius Panor. in cap. veniens. de iureiuran.Ioan.Andr.& Hoſtien.in cap.per tuas & ibi latius Imo.in 16.colum.& ſequen.de arbi.& Imo.in cap.1.de iudi. & ibidem dom.Franc.de Aret.in antepen. colum. & Imo.Ludo. Roma.& Alexan.in dicta l.ſtipulationes non diuiduntur.dom. Matheſi.in not.55.& dom.Alexan.hic.& in conſi.197. aliàs 38. incip.viſo & opportunè diſcuſſo proceſſu.in 8.& 9.colum.lib. 2.vbi dicit hanc eſſe communem opi.& idem Alexan.in conſil.233.aliàs 111. eodem lib.incipien.viſis actis mihi tranſmiſſis. in 4.colum. & Abb. conſi.149.incipien.in quæſtio Dominici. in fi. per text. in capit. ex reſcripto. de iureiuran. Pro iſta communi ſententia vltra vulgaria fundamenta facit bene tex. in cap.fina. ne prælat. vic. ſuas. quem ad hoc ibi not. Anto. de But. in 5.not. Ad idem bene facit text.in capit. ex literis. 2.& in capit.ſicut ex literis. de ſpon. Tertiò facit, quia omne iuramentum, quod poteſt ſeruari ſinè interitu ſalutis æternæ, ſeruandum eſt. capi. cum contingat.de iureiuran.& in cap.2. de pact. lib. 6. & debet ſeruari in forma ſpecifica præciſè, nec ſufficit æquipollens. cap. ad noſtram. primo. de iureiuran. & per hoc in l.eum qui. §. 1. ſupra de iureiuran.reprobaui Barto. in l.amplius non peti. ff. rem rat.habe.Quartò bene facit tex.in l.fideicommiſſa. §. fina.ff. de lega. 3. vbi fauore teſtamenti ſecundum vnum intellectum, vel fauore reipublicæ ſecundum alium, tenetur quis præciſè facere, ergo fortius fauore iuramenti. argumen.l. ſancimus. C. de ſacroſanct. eccleſ. Quintò
c poteſt comprobari, quia iuramentum, [c] & ſententia æquiparantur.

ADDITIONES.

a ¶Quòd Papa. Adde Doct.in cle.Romani.de iureiurando.

b ¶Communis. Adde, quòd hanc ſequitur & communem dicit Viui. com.opin. lib.2.concl.200.vbi limitat non habere locum in hærede iurantis. Item fallit prædicta concluſio, vbi promiſſum præſtari non poteſt.c. breui.de iureiu. Aym.conſi.12.num.1.item ſi is cui iuratur remittat, Fely.in c.cęterum.col.5. de iudi.de quo articulo plura no.Dec.conſi.74.col.3.in fi.Matheſ. ſing.54. Iaſ.in §.item ſi quis poſtulante.inſti.de act.Gabriel.com.opi.lib.2.tit. de iureiur.conc.8.vbi ſequendo opin.affirmatiuam, quòd propter iuramentum præciſè quis teneatur; vti magis communem limitat prædictis duobus modis in hærede iurantis, & quando factum a iurante præciſè impleri non poteſt. MASVER.

c ¶Iuramentum. Adde l.ſed & ſi poſſeſſori. ſupra de iureiurando.

parantur.l.3.supra de iureiu. sed condemnatus per sententiam tenetur præcise facere, vt est glo.sing. in l.qui restituere. in verbo,condemnatus.ad fi. ff. de rei vend. quam ad hoc not.& reputat sing.Bal.& Ang.ibi,Bald. in c.facta.si de feu. fue. contro. inter do.& agna.& in l.j.in 12.colum.de sent.quæ pro eo quod interest.ergo idem erit auctoritate iuramenti, & attento iure Can.iuramentum est efficacius quàm ipsa sententia: ex quo ẽt prædictum fundamentum magis stringit. Tamen ad hoc fundamentum potest dupliciter responderi: primò quòd gl. in d. l.qui restituere.non sit vera, & eam in specie reprobant Ludo. & Alex. in d.l.stipulationes nõ diuidũtur.Secũdò & notabilius responde, quòd illud, quod dicitur, iuramentum & sententia æquiparantur d.l.2.procedit in iuramento litis decisiuo:& consequenter in iuramẽto volũtario,vel iudiciali: secus est in iuramento promissorio: patet, quia de iure ciuili non est inductorium obligationis,nisi in liberto.l.iurisiurandi.in prin. & ibi declarat Bart.ff.de opc.libe.& idem Barto.in l.iusiurandum quod ex conuentione.in prin.supra de iureiu.Istam communem sententiam tene.& ab ista sententia in iudicando, & consulendo recedendum non esset,præsertim cùm faueat animæ, & obseruatur iuramentum: ergo tenenda.l.sunt personæ.ff. de relig.& sump.fu.c.fi.extra de re iud.quam vltra prædicta tenuit etiam Io.de Imo.in c.2.de pigno.contrariam opi.tenet d.Ant. de But. sibi contrarius in c.1.in 22.col.de iud.Innocen.& d.Ant.in c.per tuas.de arb.Pet.de Anc.& Ioan.de Ana.in c.fi.ne præla. vic.su. Imo.sibi ꝯrius in l.2.§.sed & si quis.ff.de dona.d.Christ.de Cast. & Rap.Ful.hic.& Lud.in l.hæreditatem. ff.de donatio.Pro ista parte inter cætera facere videtur: quia de iure ciuili iuramentum nõ inducit obligationem in alio,quàm in libero: ad istud vltra responsionem d.Alex.respondeo,quòd hic iuramentum non inducit obligationem, quia erat inducta ex contractu,sed bene inductam qualificat,& facit esse præcisam. Secundò stringit: quia iuramentum intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur,tex. est melior cæteris in l.fi.C. de non num.pecu.facit c.quemadmodum.de iureiu.& in l.fi.ff.qui satisd.cog.ergo iuramentum appositum in obligatione facti debet intelligi,nisi interesse præstetur. Respondebo nota.j. in sequenti conclusione. Tertiò facit secundum Pet. de Anch. & Ioan.de Ana.in d.c.fi.quia quando quis promittit facere, promittit duo,vnum expresse,s.facere,aliud tacitè, scilicet interesse,si non faciat, iuribus præalleg. sed iuramentum recipit tacitas conditiones,d.c.quemadmodum.facit l.fi cum glo.ff.de libe.cau.Istud argumentum in effectu in idẽ reincidit cum præcedenti: respondebo.j. in sequenti conclusione. Vel responde, quòd iuramentum interpositum super contractu debet sortiri naturam contractus primordialem,& non accidentalẽ,quæ ex mora contingeret. Istud probatur in simili in l. item veniũt. §.item prædiximus.ff.de peti.hære.glo.not.in l. certi condictio. in prin.in glo.magna circa fi.ff.si cert.pet. tunc sic: si promittatur factum, primordialis natura est ad factum: sed casu quo non fiat, bene accidentaliter succedit obligatio ad interesse: ergo iuramentum intelligitur secundum naturam primordialem contractus,non accidentalem,quæ succedit ex mora: stat ergo cõmunis conclusio Legistarum, & Canonistarum, ꝙ iuramentum præcisè obligat ad factum. Vltra prædicta ad istam glo.& prædictam conclusionem vide Aret. in l.si ita quis. §.ea
24 lege.in antepen.& vlt.col.ff.de ver.obl.† Secũdò collige ex hac glo.ꝙ in contractu innominato si apponatur iuramentum,fa-
25 cit vt censeatur res desinere esse integra. † Et ex hoc correlariè infertur tertia conclusio,quòd iuramentum appositum in cõtractibus innominatis facit,vt non sit locus pœnitentiæ.ad hoc not.& reputat sing.istam glo.Imo.in d.l.2.§.sed & si quis.in vlt. colum.ff.de dona.& licèt ipse non dicat, ad hoc ante eum no. & reputat sing.istam gl.Bald.in c.quæ in ecclesiarum.in 12.colum.de consti.sed istum reprobat Imo.in loco præalleg.motus per fundamentum adductum etiam in præcedenti conclusione,quia iuramentum interpositum super aliquo actu, intelligitur secundum naturam illius actus,super quo interponitur,d. l.fi.C.de non num.pecu.ergo hoc iuramentum intelligitur secundum naturam contractuum innominatorum; per consequens erit locus pœnitentiæ. Ad istud fundamentum respondet Bal.in d.c.quæ in ecclesiarum. in 12. colum. quòd procedit in iuramento simpliciter præstito: sed ista glo. debet intelligi,quando iuramentum est specificum. Ista solutio non placet: quia si in specie iuratum esset non pœnitere, frustratorium esset iuramentum: quia sine eo istud, quod est de naturalibus contractus innominati, scilicet quòd liceat pœnitere, potest per simplex pactum tolli absque iuramento, vt dixi supra, in tex. Vnde ego respondeo sic: & attende quòd licet ita allegetur regula,quòd iuramentum debeat intelligi secundum naturam actus super quo interponitur, credo quòd regula sit falsa: & facio regulam contrariam: quòd imò iuramentum debet intelligi vt semper addat robur, & maiorem efficaciam præter,& vltra naturam actus,super quo interponitur: istud probo ex eo,quod volunt Can.in c.1.de iud.& d. Alex.in l. si conuenerit.ff.de iurisd.omn. iudi. Nam quando partes prorogant iurisdictionem iudicis non sui,licita est pœnitentia: iuribus præalle.& tamen si iurauerunt,non est licita pœnitentia,prout habetur in dictis locis: ergo idem in proposito: nec credo,quòd aliquid melius adduci potuisset. Secundò moueor ex doctrina Doctorum, dum respondent ad d.l.fi.C.de non num.pecu. nam respondet no.Bar.in l.si quis pro eo.in prin.in vlt. colum. in 7.membro.ff.de fideiuss.& in effectu Imo.in cap.per tuas.de arb.& in c.1.de iud.quòd in d.l. deficiebat consensus: quia ille nolebat obligari,nisi pecunia sibi numeraretur. vnde etiam si iurauerit,tunc iuramentum ratione deficientis consensus bene intelligitur secundum qualitatem primę promissionis:quia nõ est verisimile,quòd velit obligari,nisi pecunia numeretur, & isto casu bene fateor,quòd vbi consensus deficit in principali obligatione,iuramentum tunc intelligitur secũdum naturam illius actus: sed in casu nostro adest consensus, urus, & simplex: ergo iuramentum debet qualificare,& addere præcisam obligationem: & sic maiorem firmitatem. & puto, quòd ista sit veritas quantum ad hanc regulam. Secundò ex alio reprobat Imo.istam gl.quia cùm iuramentum sit appositum fauore eius,qui pecuniam dedit, repetendo potest remittere iuramentum recipienti.c.1.de iureiu.c.2.de spon.dixi in l.Labeo.§. de iureiur.propter hoc do.Alex.intelligit istam gl. quando iste iurauit,non ei qui pecuniam dedit,sed alij tertio,qui secum forsan erat iturus.Tu autem subtilius considera, quòd ista glo. ẽt intellecta prout intelligit do.Alex. multum ineptè ponderatur per Doc.præall.nam si consideras eum,qui pecuniam dedit,ex parte eius licita est pœnitentia: nam ipse nihil iurauit: sed si cõsideras eum,qui accepit, & iurauit ire Capuam, in quibus terminis loquitur glo.cum tex.ineptum est quærere,an iuramentum impediat pœnitentiam: quia etiam sine iuramento, qui recipit,nunquam posset pœnitere, vt dicit glo. mag. in 4.particula j. partis princ.oporteret ergo intelligere,quòd vterque iurasset in contractu innominato: & tunc erit pulchra fallentia, quòd quando in contractu innominato iuratum est ab vtraq; parte,non est licita pęnitentia etiam ex parte dantis: quam fallentiam puto veram ex prædictis, & eam multum not.ad hãc
26 legem. Quartò † & vlt. ista gl. probat secundum aliquos, vt refert Imo.in d. l. 2.§.sed & si quis. ꝙ vbi adest iuramentum,nõ potest mora purgari: sed istud nullo modo potest elici ex hac glo.& ideo omitto:notabile tamen est in se verum per l.si quis maior.C.de transact. & ibi no. Bar. & omnes. ¶In glo. in verbo plus fortè, quæ videtur redarguere Iurisconsultum: & tu salua,quòd dictio, manifestum,refertur ad verbum erogasse,hoc est manifestum erat hunc erogasse, & dictio, fortè, refertur ad dictionem plus: quia licèt esset certum quòd erogasset: tamen erat incertum an plus, vel minus, quam recepit: ideo tex.dicit,fortè.

SVMMARIVM.

1 *Aduersarius est certiorandus de pœnitentia.*
2 *Etiam in fauorabilibus locus est pœnitentiæ.*
3 *Reuocatio l.non requirit certiorationem, licèt in alijs secus, numero 2. & 7.*
4 *Reuocatio mandati debet intimari procuratori,& parti,n.4. & 5.*
6 *Sufficit,quòd reperiatur factum.*
8 *Condictio ob causam an detur ad id,quod non fuit datum.*
9 *Procurator,vel filius an possint manumittere, nu.9.& 10.*
11 *Do vt facias,æquiparatur mandato potius quàm contractui.*

§.Si seruum. Diuide vsque ad finem legis in tres partes princip. vt per Bar. legas tamen per partes, hoc dicit. In contractibus innominatis pęnitentia cum notificatione re integra facit locum huic condictioni ob causam. Et si recipiens cœpit aliquid facere, hoc nõ impedit quin pęnitẽtia locum habeat pro eo quod restat, dũmodo ipse conseruetur indemnis, hoc dicit, vsque ad §. sed si
1 acceperit. ¶†No. primò secundum Barto.& Docto.quòd aduersarius est certiorandus de pœnitentia, de quo fuit dictum, in l.eius qui in prouincia.supra si cer. pet. sicut quando dominus reuocat mandatum procuratoris, debet aduersarius certificari. c. ex parte decani, vbi latè Doct. de rescrip.& Doct.in clem. 1. post glo. ibi. de renun. glo. not. in cap.tibi domino.in glo.2. 63.distin.ponunt Legistæ, in l.1.C. de satisda.& in l.mandatum. C.mandati, & l. si procuratorem. ff. de procurator. ¶Secundò

¶Secundò not. ꝙ etiam in dato ob causam fauorabilem, puta libertatis, locus est pœnitentię, concor. l.3.§.1.s̄.eod. & ibi di
2 xi, quid de dato ob piam causam. ¶† Tertiò not. ex vers. planè. qui est multum solennis, ꝙ licèt pœnitentia sine certioratione non impediat factum hominis, vt in vers. præceden. tamen bene impedit dispositionem legalem, vt hic à contrario sensu, & ratio est, quia lex impositura libertatem, est semper certa de omni eo, ꝙ est in rerum natura, vt hic per Bart. & l. cum quidam. §.ꝙ dicitur. ff. de acq. hær. & l. cum ad præsens, cum duab. seq. s̄. si cert. pet. & hoc puto velle Bald. in c. ex par
3 te decani, in 7. col. de rescri. dum dicit, ꝙ hic est text. singu. † ꝙ reuocatio legis non requirit notitiam partis. nam debuit dicere, quando reuocatur id, ꝙ debet fieri per legem. idem Bald. in c. exceptionem, circa fin. de exce. dicit hic esse text. sing. ꝙ licèt in his, quæ fiunt ab homine, requiratur scientia, vel certioratio, tamen in his, quæ fiunt à constitutione, vel lege non est necessaria scientia, aut certioratio. Pro confirmatione adde facere, ꝙ voluit Bald. non recordatus de isto text. in l rogasti. §. si fugitiuus. s̄. si cert. pet. dicit ibi Bal. reuocatio mandati, quæ fit ab homine, debet intimari, & certiorari parti, tamen vbi procurator reuocatur à lege, puta, quia efficitur ribaldus, nulla ibi re-
4 quiritur certioratio, per istum text. † Inducitur iste text. per Bart. post Antiquos ad quæstionem, de eo, qui mandauit percuti clericum, deinde reuocauit mandatum, sed non certifica-
* uit, in quo dic, vt per eum, *cum quo alij tenent*, & est glo. not. in c. cum quis, in glo. 2. in vers. mandato, de sen. excom. in 6. glo. & Doct. in c. mulieres, in glo. fin. circa med. eod. titu. in antiq. sequitur Albe. & Mod. hic, idem tenet Alb. in l. 1. in pen. col. ff. de offic. procur. Cæs. & in l. non ideo minus. C. de accu. & ibid. Sal. in 7. col. in 4. q. Ang. in l. 1. C. de nili agge. non rump. & Ang. de Aret. in trac. suo malefi. in vers. Sempro. mandatorem. in 4. col. ¶Quartò istum vers. pro valde not. ponderat Io. de Ana. in consi. 25. inc. Vtrum præsentatio rescr. in vlt. colu. vbi refert, ꝙ bonæ memoriæ Petr. de Anch. in cle. 1. de renun. ponderabat hic esse text. valde not. pro limitatione omnium iurium, in qui
5 bus dicitur, † ꝙ reuocatio mandati procuratoris debet intimari parti, iurib. s̄. alleg. in primo not. nam procedit in actu, cuius executio debet fieri ab homine, secus quando à lege, & ratio est, quia cùm lex semper sit certa, ibi non requiritur alia certioratio. Et per hoc consuluit egregius Io. de Ana. in loco præ alleg. ꝙ querela dicatur deserta per hoc, qđ rescriptum super ea impetratum, fuit præsentatum citato solùm procuratore aduersarij, cuius mandatum erat reuocatum, dato ꝙ reuocatio non esset intimata parti, eo quia cùm desertio querelæ fiat per legem, lex fuit certa, ꝙ procurator erat reuocatus, & sic, ꝙ illa præsentatio rescripti fuit nulla. Sed tu caue propter illud, ꝙ dicunt Bart. & Doct. hic in quæstione de eo, qui mandauit percuti clericum, cū hic interuenerit factum hominis. ¶† No.
6 quintò ex eodem ver. planè, ꝙ sufficit esse factum à lege, licèt non sit factum ab eo, qui debebat facere, & sic factum l. supplet factum hominis. Hinc dicimus, ꝙ factum. l. vel eius ministri, reputatur factum hominis. l. si ob causam. C. de euic. Intellige cum duabus limitationib. quas ponit hic Bar. respondendo ad glo. magnam in fin. in l.3.§. si quis quasi. s̄. eod. & dum in secunda alleg. l. ea quidem. C. si manci. ita fue. alic. melius al-
7 leg. l. si puellam. eo. tit. ¶† Not. 6. in vers. item si quis dederit, ꝙ quis debet certiorari de pœnitentia, quando aliter posset damno affici, secus vbi non tractaretur de eius damno. l. si pater, vbi etiam Bart. ff. de manu. vind. ¶Septimò not. in vers. si verò iam sit emptus, ꝙ præparamenta etiam circa rem non impediunt repetitionem ex capite pœnitentiæ, de quo dixi s̄. ead. l.
8 in princ. in glo. magna in prima parte. ¶† Octauò not. ibi, sed pro decem, quæ accepit. ꝙ hic conditio ob causam ad id cōpetit, ꝙ non fuit datum, sed ad aliud. Ratio, quia censetur quasi datum, prout dicit glo. in prin. huius l. in glo. magna circa fi. Tu dic melius, ꝙ text. non dicit seruum posse condici, qui nō fuit datus, sed benè dicit pro decem habitis posse ipsum seruum restitui, & consequenter seruus solùm est in facultate soluendi. ¶Glo. 1. in vers. competit. diuiditur in duas part. Primò format quæstionem, & simul miscet contrarium. l. si pater. ff. de manu. vind. sed tu separa, vt facit Bar. in secunda opp. contra text. & soluit. Secunda ibi, item opp. videtur. ¶Venio ad primam part. glo. & inquantum ad q. glo. dic. vt melius per Bart. pro quo alleg. text. meliorem in l. si is cui. ff. de don. cau. mor. & in l. si filio. & in l. illud. §. 1. ff. eod. Et vltra Bart. ꝙ ad æstimationem agi possit, potes comprobare, quia istæ conditiones competunt ex æquitate, quatenus quis est effectus locupletior. l. si non sortem. §. libertus, & ibi not. Barto. ſ. de condi indeb. Quantum autem ad contrarium. l. si pater. alleg. in glos.
* *tenent Doct. glo. sol.* ꝙ ibi loquitur in simplici procuratore, hic autem quando erat translatum dominium, & sic erat contractus innominatus, do vt facias. Nec obst. text. qui bis dicit tradiderit, quia intelligitur. i. dederit, vt inferius dicit text. secundum Pau. de Cast. & Alex. hic. Alibi glo. in cap. tibi domino. in glo. 2. in fin. 63. distin. respondet ad d. l. si pater. Illud ibi ideo est, quia potestas filij pendet à potestate patris mandantis, cū censeatur vna, eademque persona, quæ solutio an sit bona, ponit do. Card. Flo. in cle. 1. de renun. Tu dic clarius, ꝙ ambæ solutio
9 nes sunt bonæ, rectè intelligendo. † Nam iste text. non potest intelligi in simplici procuratore, sed debet intelligi quādo translatum est dominium serui, & ratio est, quia manumissio serui non potest fieri per simplicem procuratorem, cùm sit extra administrationem patrimonij. l. nec mulierem, & ibi gl. sic declarat. C. de manu. vind. Bart. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de liber. &
10 posth. vbi infert, † ꝙ similiter legitimatio filij non potest fieri per procuratorem, firmat Bart. in l. post mortem. §. fin. ff. de dona. ¶Fallit in filio, qui tanquam simplex procurator potest seruum manumittere, cùm censeatur vna persona cum patre. l. surdi. ff. de manu. vind. l. 1. ad fin. C. communia de manu. & glo. in d. l. nec mulierem, & istud est, quod propriè voluit dicere glo. in d. cap. tibi domino. text. ergo in d. l. si pater, loquitur in filio, qui erat tanquam simplex nuncius, nimirum si attenditur reuocatio patris, etiam sine certioratione, sed hic erat translatum dominium serui in accipientem, ideo reuocatio etiam cum certioratione nihil faceret, quo ad impediendum manumissionem, iuribus alleg. in gloss. sed benè faceret, vt ipse teneatur ad interesse, & ista est veritas. ¶In ea. glo. in fin. contra sol. glo. obstat de directo. l. 3. in eod. titu. de ser. expor. sed respon. distinguendo, vt ibi not. per glo. ¶Glo. in ver. restituturū, diuiditur in quatuor partes. Primo, timore taciti contrarij supplet ad text. quia posset dici, ꝙ seruus non debeat restitui, sed manumitti. In secunda opp. contra text. & soluit. In tertia idē facit. In quarta allegat concord. Secunda ibi, sed videtur non debere promitti. Tertia ibi, item adhuc contra. Quarta ibi, & facit. ¶In glo. ibi, dic ergo procuratorem durius astringi. dictum glo. est verum in se, ꝙ procurator, à quo seruus emptus aufugit, tenetur cauere, & c. l. si procuratorem. §. pen. ff. mand. sed nihil valet ad hunc text. qui non potest loqui in simplici procuratore, sed quando translatum est dominium, vt dixi in præced. glo. & multò fortius hic, vbi erat seruus proprius debentis manumittere, & sic non fuit hic mandatum, sed contractus innominatus, do vt facias. Subdit tamen Bart. sustinen
11 do glo. ꝙ iste contractus innominatus, † do vt facias, magis assimilatur mandato, quàm contractui. Adde, ꝙ contrarium de directo dicit ipsemet Bart. s̄. ead. l. in prin. in 2. colu. vbi reprobando quandam mirabilem opin. Gul. de Cuu. dicit, quòd contractus innominatus, do vt facias, non æquiparatur mandato, sed conductioni, per l. naturalis. §. pen. ff. de præscr. verb. sed salua Bart. à contrarietate, ꝙ Bart. ibi loquatur, quando factum est extrinsecum à re propria dantis, vt est quando do tibi pecuniam, vt vadas pro me Romam, tunc non æquiparatur mandato, sed conductioni, & est perinde ac si conducerem operam tuam eundi, sed Bart. hic loquitur, quando factum non est extrinsecum à re, quæ fingitur propria dantis, nam dedi tibi pecuniam, vt ex ea seruum emeres, quem manumitteres, emisti, perinde est ac si tibi dedissem illū seruum, vnde factum tuum, ꝙ habes facere, hoc est manumittere, censetur circa rem propriam dantis, & tunc verum dicit Bart. ꝙ magis æquiparatur mandato. Subdit Bartol. limitando, quòd prædicta procedunt, quando pecunia data æquiualeret serui pretio, & sic diceretur fieri gratia solius dantis, tunc assimilaretur mandato, aliàs si manumissio fieret gratia vtriusque, secus esset, vt hic per eum. Ista subtilitas mihi non placet, quia mandatum propriè dicitur non solùm quando fit gratia solius mandantis, sed etiam quando fit gratia vtriusque. l. 2. per totam, præcipuè in ver. tua, & mea. ff. mand. super quo diligentius considera, quid sibi voluerit Bart. in hac differentia, quam constituit. Credo, ꝙ Bart. habuerit hūc sensum, ad hoc, vt mandato æquiparetur do vt facias, oportet, ꝙ factum explicetur in re dantis. ¶Vltra glo. & Doct. potest respon. ad dictum contrarium. d. l. si sine. alleg. in glo. prout respondet glos. in l. si verò constituendus. in glo. fin. ff. de rei vend. quam glos. hic alleg. pro concor. sed clarius loquitur. nam l. si sine. loquitur in simplici depositario, qui non habet dominium, nec possessionem, ideo non tenetur cauere, sed hic habebat dominium, & etiam poss. l. 1. §. per seruum, qui in fuga. ff. de acquir. poss. ideo tenetur cauere, quia ad eum spectat recuperatio, & circa hoc considerabis propter l. si procuratorem. §. pen. ff. mand.

SVMMARIVM.

1 *Offensa tertij non facit recedi à contractu.*

2 *Damnum*

2 *Damnum debet emendari derobatis in itinere à republica.*
3 *Obligatus ad factum fauorabile, non poteſt præcisè aſtringi.*
4 *Condictio ob cauſam ad quid competat.*
5 *Officialis an teneatur, ſi vir probatæ fidei ex ſuis fortilitijs fugiat.*
6 *Poteſtas poteſt aſſignare vni nobili palatium totum pro carcere.*

§.Sed ſi acceperit. Hic loquitur text. quando quis accepit pecuniam, vt ſeruum propriũ manumitteret, & diuiditur in duas partes. In prima, quando ſeruus, qui debebat manumitti, aufugit, ſed adhuc viuebat, & ſic adhuc ſuberat ſpes, ꝙ cauſa poſſet impleri, quia adhuc poterat recuperari, & manumitti. In ſecunda loquitur, quando ſeruus manumittendus eſt mortuus. Secunda ibi, in verſ. ſed vbi accepit. h. d. Quando quis accepit pecuniam pro ſeruo proprio manumittendo, & ſeruus aufugit ante moram manumittendi, & eum erat diſtracturus, datum repeti non poteſt, ſed cauere debet eo recuperato de pecunia habita reſtituenda, deducto eo, ꝙ ſeruus propter fugam minus valet, niſi actor eligat eum manumitti, vel eligat potius habere ipſum ſeruum, quàm diſtractionem pati. Si autem non erat diſtracturus, debet reddere, ꝙ accepit, niſi pro
a pter manumiſſionem eum minus diligenter cuſtodiuit. [a] h. d. prima pars. Si autem ſeruus poſt moram manumittendi deceſſerit, datum repetitur, ſed ſi ante moram, diſtinguitur, an erat alias diſtracturus, & an manumiſſio præbuerit cauſam mortis. h. d. ſecunda pars vſque ad fin. l. Et ſic, quia text. eſt valde implicitus, conſidera in prima parte in verſ. planè, ꝙ text. in effectu vult ponere vnam deciſ. & duas fallentias, ſed obſcurius ponit. Nam quando dominus recuperauit ſeruum, & propter indignationem fugæ non vult eum manumittere, debet reſtituere pecuniam, quam accepit, non totam, ſed deducto eo, in quo pretium ſerui eſt effectum vilius propter fugam. Fallit duobus caſibus. Primò quando ille, qui dedit pecuniam, non vult pecuniam, imò vult, ꝙ ſeruus manumittatur, tunc cogitur aut manumittere, aut totum, ꝙ accepit, reſtituere. Secundò fallit, quando ille, qui dedit pecuniam, non curat, ꝙ ſeruus ſit effectus vilior, & eſt contentus accipere ſeruũ, quamuis effectum fugitiuum pro pecunia quam dedit, tunc cogetur dominus aut ipſum ſeruum dare, aut pecuniam integrè
1 reſtituere. † Not. primò ex text. ibi propter fugam offenſus. hic eſſe text. ſing. ſecundum Lud. Rom. hic, qui dicit, ꝙ ipſe ſolus ad hoc ponderat, ꝙ licèt regulariter ex parte eius, cui eſt impletum, non ſit locus pœnitentiæ, vt per glo. magnam. ſ. ea. l. in princ. Fallit quando implementum venit explicandum in fauorem tertij, qui offendit implere debentem. ſed iſte text. nihil probat, vt petet ex declaratione, quam poſui in text. & in ſpecie ponit d. Alex. hic, & vltra eum adde, ꝙ Bald. hic in 3. not. notat ex hoc text. de directo contrarium, ꝙ offenſa non fa
2 cit recedi à contractu. ¶ † Not. ſecundò in verſ. niſi fortè, ꝙ vbi profectio facta cauſa alicuius eſt cauſa damni, habetur regreſſus ad emendationem damni contra eum, cuius cauſa quis eſt profectus. Vnde præſtat optimum argum. ſecundum Angel. pro legatis derobatis in itinere, quibus debet emendari damnum à repub. cuius cauſa profecti ſunt. alleg. Inn. in cap. ſicut. de iureiur. Tu vide plenius Batt. diſputantem, & idem concludentem cum duplici limitatione in l. ſi ſeruus communis. §. ꝙ vero. ff. de fur. & in l. inter cauſas. §. non omnia. ff. mād. de quo etiam per Spec. in tit. de iud. §. ſpecialia. ad fin. ponunt Can. in c. cum pro cauſa. de proc. Facit bene, ꝙ in ſimili dicimus de conuocatis ad aliquem defendendum, ꝙ ſi perdunt arma, vel alias res, ille, cuius cauſa facta eſt congregatio, tenetur emendare, ſecundum Bart. & Doct. in l. quoniam multa. poſt glo. ibi. C. ad l. Iul. de vi pub. & priua. Bald. in l. ſi fideiuſſor. C. mand. Ant. de Butr. in c. olim. el. 1. in 7. quæſt. de reſt. ſpol. Ad de etiam, ꝙ decidit Bald. in c. 1. in fin. An agnatus, vel filius. de vaſallo, qui derobatur in itinere, dum vadit ad ſeruitia domini, an dominus teneatur emendare. ¶ Glo. in verbo conſequi.
3 ibi. ſ. præcisè. ex iſta glo. not. Alex. † ꝙ obligatus ad factum etiã fauorabile, puta manumiſſionis ſerui, non tamen tenetur præcisè facere, & hoc modo ampliatur ſecundum eum regula. l. ſi quis ab alio, in fin. ff. de re iud. licèt referat Pau. de Caſt. in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. oblig. per illum text. tenere contrarium. Adde, quòd idem tenet Bald. in l. vnica. C. de ſen. quæ pro eo, ꝙ intereſt alleg. text. in l. fideicommiſſa §. fin. ff. de leg. 3. Tu caue, ꝙ iſta glo. malè ponderatur per Alex. cùm loquatur in contractu innominato, in quo circumſcripto fauore libertatis non ſolùm in obligatione faciendi, ſed nec in obligatione dandi tenetur præcisè, vt dixi ſ. in princ. huius l. in gl. magna, & ipſemet Alex. iſtud fatetur, ꝙ malè colligatur ex hac gloſſ. cum text. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in pen. char. ff. de verbor. oblig. ¶ In ead. glo. ibi, ſed vt promiſſa præſtentur. iſtam glo. reprobant Bart. & omnes, quia condictio ob cauſam nunquam competit, vt promiſſa ſeruentur, ſed competit actio præſcr. verb. & illud, ꝙ dicitur in tex. de ſeruo tradendo, fit mediante officio iudicis, vt habes per Bar. & omnes hic.
4 ¶ † In glo. in verſ. carere. nota, ꝙ non eſt neceſſaria tanta cuſtodia in perſona ſerui expectantis manumiſſionem, ſicut alterius. Et ex hoc not. Bart. & Doct. ꝙ non eſt neceſſaria tanta cuſtodia in perſona carcerati, qui eſt in caſu abſolutionis, ſicut alterius. Idem tenet, & limitat Lud. Rom. in l. lege Corn. per glo. ſing. ibi, in verſ. in vinculis. ff. ad Syll. quam limit. intellige per d.
5 Alex. hic. † Tu adde illud, ꝙ ſing. decidit Ang. in l. ſi à bonæ fidei. per illum text. not. ff. de rei vend. de Poteſtate Bonon. cui mandato Antianorum fuit traditus quidam nobilis, & magnus miles, quem dum curialiter tractaret, eo ꝙ eſſet magnus nobilis, & notæ fidei, ſi aufugit, ꝙ non teneatur, licèt dicat, ꝙ viderit illum Poteſtatem in magno periculo conſtitutum. Vltra eum bene facit, ꝙ vult glo. in cap. illud. 40. diſtin. quæ dicit, ꝙ pro nobilibus multum præſumitur. Et ideo Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de loc. ſuper rubr. in fin. dicit fuiſſe excuſatum quendam Caſtellanum, qui ex cauſa conſtituit loco ſui quendam nobilem, qui poſtea tradidit arcem inimicis, nam fuit excuſatus, quia non erat præſumendum, ꝙ nobilis proditionem
6 faceret. † Item adde, ꝙ ſignanter dicit Ang. in l. qui in carcere. ff. ꝙ me. cauſa, vbi dicit, ꝙ Poteſtas poteſt aſſignare vni nobili totum palatium pro carcere, imò totam ciuitatem, & ꝙ ſingularius eſt, ꝙ ſatisfacit ſtatuto diſponenti, quòd accuſatus pro delicto debeat poni in carcerib. quod diligenter not.

ADDITIO.

a ¶ Diligenter cuſtodiuit. Vide per iſtum text. ſingularem dec. Alex. lib. 5. conſ. 21. dubio. 2. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Quando caſus omiſſus habetur pro omiſſo, vbi infert ad duas notabiles quæſtiones. nu. 2. & 3.*
4 *Quando prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis.*
5 *In contractibus bonum eſt argumentum à contrario ſenſu.*
6 *Illud, quod eſt veriſimile, & in quo eſt maior ratio, habetur pro expreſſo. vſque ad 13.*
14 *In ſtipulatione dotis intelligitur tacita conditio, ſi matrimonium ſequatur.*
15 *Præſumptio iuris facit, quòd pars aduerſa teneatur probare per euidentiſſimas probationes.*
16 *Donatio inter patrem, & filium an ſit prohibita.*
17 *An in venditione veniat fetus.*
18 *De duobus natis ex eodem partu, quis ſuccedat in regno.*
19 *An in contractibus, & vltimis voluntatib. maſculinum concipiat fœmininum. num. 17. & 19.*
20 *Appellatione liberorum in contractibus, & vltimis voluntatibus an veniant nepotes. & num. 21.*
22 *Quid in feudis, & in emphyteuſi.*
23 *Quid in reſcriptis.*
24 *Vendita equa, an intelligatur venditus pullus.*

LEX VI.

Si extraneus. Diuide in duas partes prin. In prima loquitur in extraneo vſque propè finem l. In ſecunda, quæ eſt ibi, ſed & ſi pater. loquitur in patre, & quòd eſt deciſum in extraneo, extenditur ad patrem. Rurſus prima pars principaliter ſubdiuiditur in tres paticulas. Primò ponitur thema cum ratione dubitandi. In ſecunda ponitur deciſio, & eius ratio. In tertia ponitur limitatio deciſionis. Secunda ibi, niſi fortè. hoc dicit. Caſus omiſſus relinquitur in diſpoſitione iuris communis. h. d. & ad hoc alleg. & eſt commune ſummarium Bart. & aliorum Doc. vel ſic propius ad text. Extraneus, vel pater, qui dant dotem, & conueniunt ſibi reddi in omnem caſum finiti matrimonij, repetunt etiam in caſu omiſſo. ſ. quando matrimonium non eſt ſequutum. h. d. & ratio ponitur ibi, & veriſimile eſt. nam Iuriſcon. arguit à veriſimili, & veriſimilitudo eſt bona, quando ſumitur à maiori, vt hic, vbi noluit donare dotem in caſu magis fauorabili. ſ. quando matrimonium eſſet ſequutum, ergo idem, & fortius, vbi nullum matrimo-
1 nium ſequitur. ¶ † Not. 1. ex hoc text. quòd caſus omiſſus habetur pro omiſſo, ſed relinquitur diſpoſitioni iuris communis, vt hic. & l. commodiſſimè. ff. de liber. & poſth. de quo dic, vt per Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. & per Alex. in conſ. 606. alibi tñ dicit Bald. in l. 3. circa fin. C. de inſti-

instit. & subst. quòd qui allegant istam materiã casus omissi, eam non intelligunt, cùm ex natura causæ finalis casus esset tacitè prouisus. Item quia habebat ordinationem l. præced. vt declarabit in gl. Circa istud not. & hanc regulam not. duas vtiles decis. Primò illud, quod decidit Bald. in l. si plures. C. de cond. inser. in antep. colum. in verbo iuxta prædicta formatur talis
1 quæstio. † vbi quærit, stante statuto, quòd filia dotata à patre existentibus masculis non succedat, pone: moritur pater relicta filia posthu. in vtero vxoris, vel infante, ita quod eam dotare non potuit, an filij masculi volentes dotare eam excludent? arguit ad partes, & finaliter concludit, quòd non, motus per istã solam regulam, quia iste casus est omissus à statuto, ergo relinquitur iuri communi, secundum quòd masculi non excludũt fœminas. l. fin. C. de lib. præte. Istam decis. refert, & sequitur Petr. de Anch. in commento cap. canonum statuta. de const. in vers. pone, statuto cauetur, quòd filia dotata, &c. & d. Alex. in cons. 272. aliàs 30. lib. 2. inc. Attentis verbis testamenti. Pro ista decis. adde, quòd bene facit doctr. Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. in vlt. col. in princ. ff. de cond. & demon. vbi intelligit istud statutum de filia dotata, quando pater exercuit actũ dotandi quantùm in eo fuit, quia licèt filia nondum esset nubilis ætatis, tamen poterat pater ei dotem constituere. Alibi Bart. in cons. suo, quod incip. Quidam decessit intestatus. intelligit istud statutum de filia dotata, vt procedat quando filia reperitur dotata tempore mortis eius, de cuius successione agi-
3 tur. † Secundò ad prædictum not. adde deci. quotidianam, quando maritus relinquit vxorem vsufructuariam certi fundi ea manente in viduitate, & post mortem vxoris relinquit illum fundum Titio, quod si vxor statim nubat, ex tacita voluntate defuncti Titius debet statim habere fundum, non expectata morte vxoris, secundum Io. And. in addi. Spec. in tit. de secun. nup. super rubr. idem tenet Bart. in Auth. hoc locum. in 6. col. vbi plures rationes assignat, & ibidem Bald. & plenius Alb. de Ros. C. si muli. secundo. nup. Pau. de Cast. & Lud. Ro. in l. si ita hæres scriptus, per illum text. ff. de acquir. hæred. Pau. de Cast. & Alex. in l. si mater. C. de insti. & subst. & d. Ale. in l. mulier. ad fi. prin. ff. ad Treb. & in l. Gallus. §. & quid si tantũ. in 6. col. ff. de liber. & posth. & in cons. 252. inc. Attentis verbis testamenti. & in cons. 273. incip. Visa parte testamenti. in 2. colu. &
4 sequeb. aliàs ista consilia sunt in nu. 130. & 131. lib. 2. † Secundò not. ex hoc text. quòd prouisio hominis non facit cessare prouisionem l. quando est ordinaria, secus si prouisio legis esset iure singulari, de quo dic, vt habetur in l. fin. C. de pac. conuen. per Bart. & alios in l. si cum dotem. in prin. ff. solu. matr. & in l. in prouinciali. §. 1. ff. de ope. no. nun. & Bald. in l. vbi adhuc. C. de iud. dot. & melius per glo. & Doct. in l. 2. vbi dixi. C. de iu-
5 re emphyteu. ¶ † Tertiò not. ex hoc text. ibi, & verisimile est in hunc quoque casum. esse hic text. not. prout eum ponderat Bald. in l. apud antiquos. C. de fur. pro limitatione regulæ, quæ
a habet, quòd in contractib. bonum est argum. [a] à contrario sensu. l. inter socerum. §. cum inter. de pact. dot. quam reputat sing. Pan. in cap. cum apostolica, de his, quæ fiunt à præla. sine consensu cap. & l. pecuniam. vbi dixi. s. si cert. pet. nam illa regula procedit, quando in casu contrario est contraria ratio, secus quando est eadem, vel maior. facit bene, quod vult glo. not. in
6 l. cum pretor. in verbo videtur. ff. de iud. ¶ † Quartò not. ibidem, verisimile est, quòd illud est verisimile, & haberi debet pro expresso secundum dispositionẽ iuris, in quo militat maior ratio, vt hic, vbi si in casu magis fauorabili secuti matrimonij, in quo lex magis fauet mulieri, tamen extraneus dans dotem voluit eam rehabere, verisimile est à fortiori, quòd eam etiam voluerit rehabere, quando nullum matrimonium est contractum, facit text. in l. Titius. §. Lucius, & ibi not. Bart. ff. de
* liber. & posth. ad idem text. in l. fin. secundum intellectum *Bart. & communem*. C. de posth. hæred. instit. vbi prouisio testatoris facta in vno casu, procedit in alio casu, in quo testator verisimiliter idem statuisset. Ad idem, & tertiò facit, quod vult glo. sing. in
7 l. tale pactum §. fin. ff. de pact. quæ vult, † quod quando verisimile est, quod statuentes idem statuissent, si fuissent interrogati, habetur ac si statutum esset, & illam glo. not. & extendit ad rescripta, & generaliter eam extendit in omni materia Bald. in l. 1. C. quæ res pign. oblig. non poss. l. Barbarius. in vers. sed & si scis-
8 set. ff. de offic. pt. & alibi no. Bal. in l. 1. in 4. col. C. de ser. fug. † quod illud, quod à verisimili remotum est, dicitur imago quædam falsitatis Hinc not. Abb. in cap. quia verisimile, in vlt. not. de præsum. per illum text. quòd contra testes deponentes contra verisimile, est præsumptio falsitatis, ideo non faciunt fidem, se-
9 cundum eum. † Alibi not. sing. Bald. in l. 1. per glo. ibi. C. qui & aduer. quos, quòd semiplena probatio non verisimilis non facit deferre iuramentum in supplementum probationis, ita li-
10 mitat. l. admonendi. s. de iureiur. † Alibi dicit Bald. in l. testiũ. in pen. colu. C. de testib. quod magis creditur paucis testibus verisimilia deponentibus, quam centum non verisimilia deponentib. Adde etiam, quod datis duobus verisimilib. attenditur illud, quod est magis verisimile, ita Bald. in l. fi. in 2. opp. de hæred. institu.
11 † Item verisimilitudo maior tollit minorem. ita Bald. in l. siue possidetis. circa fin. C. de probatio. sicut maior presumptio tollit minorem. l. diuus. de in integ. restitu. Prædictis adde, quod verisimilitudo multum in probationibus attenditur, secundum
12 Bald. in l. scripturæ. in 2. col. & ibi Sal. C. de fid. instru. † Item dicit do. Ant. de Butr. in c. super hoc. de renun. quod iudex non debet admittere exceptionem non verisimilem. Item præsumptiones legum rebus non verisimilib. aptandæ non sunt, ita
13 not. Bald. in l. 1. in vlt. not. C. de hæred. insti. † Item nulla dispositio tam generalis est, quæ trahi debeat ad ea, de quibus non est verisimile disponentem vllatenus cogitasse. ita Ang. in cõs.
14 247. incip. Philippus ciuis de Flo. in 2. colu. ¶ † Quintò not. ex hoc text. secundum Alex. quod in promissione dotis inest tacita conditio, si matrimonium sequatur. sed iste text. parum probat, & æquiuocauit do. Alex. quia text. intelligitur de cond. ob cau. de qua loquitur hic tit. sed de hoc est text. in l. stipulatione.
15 ff. de iu. do. glo. in l. si quis accepto. s. eod. cum simili. ¶ † Sextò not. in vers. euidentissimis probationib. secundum Albe. & Raph. Ful. hic, quod quando quis habet præsumptionẽ iuris pro se, si pars aduersa vult probare contrarium, opus est, quod probet per euidentissimas probationes, facit l. fin. in prin. ff. quod me. causa. Caue tamen, quia text. j. moderatius dicit euidenter, & confirmatur, quia dictio fortè, adiuncta illi verbo euidentis-
16 simis, habet diminuere vim verbi. ¶ † Vltimò not. ex vers. fin. hic esse text. sing. secundum Ludo. Rom. hic, quod donatio inter patrem, & filium in potestate est prohibita. l. 2. C. de inof. don. glo. & Doct. in l. si donatione. C. de collat. no. Bart. in l. frater à fratre, vbi dicemus. j. de cond. indeb. Fallit, quando pater donat filiæ in potestate pro dote. l. Pompon. Philadelphus. ff. fam. erc. not. glo. in d. l. 2. istud procedit non solùm quando matrimonium actualiter sequitur, sed etiam si matrimonium nõ sequatur, valet tamen donatio facta per ipsum patrem filiæ in potestate pro dote, quamuis matrimonium non sequatur, quia priuilegia competentia doti sequuto matrimonio habet locum etiam si matrimonium non sequatur. l. 3. §. fin. ff. de priui. cred. text. hic est sing. pro ampliatione. d. l. Pompon. Philadelphus. & idem sequitur Alex. in l. 2. §. quod si in patris. in primo not. & in l. si cum dotem. in princ. in 5. not. & ibi melius loquitur. ff. solu. matr. & ita remanent expedita textualia. ¶ Gl. in verbo in hunc quoque. diuiditur in duas partes princ. Primò colligit ex text. vnum not. Secundò contra text. opp. & dupliciter soluit. Secunda ibi, sed contra. j. solu. matr. ¶ Circa primũ not. dic, quod non bene colligitur ex hoc text. secundum Bald. hic, quia secundum istud not. posset agi ex stipulatione tacita, & tamen est falsum, quia agitur condictione ob causam. In secunda parte dic, quod prima solu. non valet, quia præsupponit, vt proximè dixi, agi ex stipulatione præsumpta, & tamen est cõtra text. vbi agitur condictione ob causam. Item stipulatio concepta generaliter in omnem casum sol. matr. non per hoc debet comprehendere casum, quando matrimonium non sequitur, quia iste casus non est de speciebus comprehensis sub illo genere. Secunda sol. glo. est in se vera, sed non tollit contrarium, vnde responde, vt per Bart. hic, quæ responsio est cõmunis, & eam sequuntur Scribentes hic, & in l. dominus testamento. j. de cond. ind. & in d. l. si cum dotem. in princ. & limita, vt dicam in l. seq. Item limita, vt per Bart. in l. dominus testamento. j. de cond. indeb. quem in specie refert Pau de Cast. hic, & puto, quod vera solutio sit, licèt Doct. non apertè declarent ex mente Doc hic, & in d. l. si cum dotem. in princ. quod in l. contraria ponatur diuersum factum à casu istius legis: nam in l. contraria præsupponitur, quod matrimoniũ fuerit contractũ, quo casu contracto matrimonio lex magis fauet mulieri sol. matr. & statuit, quod si pater pepigit dotem reddi in vnum casum, in alio casu soluto matr. præsumitur donasse fauore matrimonij, sed in casu l. nostræ non fuit contractum matrimonium, ideo l. non fauet mulieri, quia si noluit donare mulieri in casu magis fauorabili, quando sequutum est matrimoniũ, ita & multò magis in casu minus fauorabili, & omisso, videlicet quando non sequitur matrimonium. Istam puto veram sol. & ex mente Doct. hic, & in d. l. si cum dotem. Retenta tamen communi sol. Bart. & Doct. cùm clarè procedat quantum ad hanc legem, & quantum ad d. l. si cum dotem. quatenus loquitur in extraneo, sed quatenus loquitur in patre difficile

ADDITIO.

a ¶ Bonum est argumentum. Adde Bald. in l. 3. in fin. C. de insti. & substi. Bald. in l. venditi. C. de act. emp.

cile est sustinere, quia si relinqueretur dispositioni iuris com-
munis, actio deberet esse communis patri, & filiæ.l.2.§. ꝙ si in
patris.ff.sol.matr.& tamen in totum acquiritur filiæ.Bart.in d.
l.si cum dotem, conatur vltimatè respondere per viam cuius-
dam limitationis, quæ mihi non satisfacit. Fortè potest dici, ꝙ
casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, nisi ius
commune illud disponat ex priuilegio, seu iure quodam sin-
gulari, ꝙ de facili tollatur per regulam.l. eius militis.§.militia
missus. ff. de testa. milita. certè ibi pater prouidendo in vnum
* casum, intelligitur præiudicare * in alio, quantum ad ius indu
ctum iure singulari super communione actionis. ¶Glossella
in verbo conuenit. supplet ad text. s. per stipulationem, hoc
ideo fecit, quia in patre non sufficit simplex pactum, sed requi
ritur stipulatio.l.auia.C.de iur.do. & rationem assignat Bart.in
l.in traditionib.ff.de pact.& alij Doct.in l.cum dotem, in prin.
ff.sol.matr.sed verbum conuenit, intelligitur pacto nudo.l.le-
cta.in verbo conuenit, & ibi Bart.ff.si cert.pet.suppletio glo.est
bona in se, sed non fuit necessaria ad hunc text. cùm hic non
agatur ex stipulatione, nec vigore conuentionis, sed condictio
ne ob causam, quia causa ob quam data est pecunia, non est
sequuta: nam vt dicunt Bart.& Doct. quando matrimonium
non sequitur, semper pecunia data potest repeti, quia nunquã
præsumitur donata: sed quando matrimonium esset sequu-
tum, ꝙ non fuit hic, tunc bene esset quærendum in patre, an
17 stipulatio interesserit, an verò simplex pactum. ¶ † Extra glo.
inducitur ista lex per Antiquos, & Bart.ad quæstionem, si ali-
quis vendidit equam prægnantem, cum pacto, ꝙ si nascatur
pullus masculus sit venditoris, si fœmina sit emptoris, & con-
tingit vtrunque nasci, ad quem spectet, & concludunt in casu
dubio, ꝙ si non apparet, quis primò natus sit, cùm de primo
actum censeatur, vt l.boues.§. hoc sermone.ff.de verb.sign.&
in l.si socius pro filio, in princ, vbi Raph.not, ff. pro soc.mascu-
lus spectat ad venditorem, fœmina ad emptorem, & sic ex
quadam æquitate fit diuisio inter eos, sicut in simili dicitur in
l.si ita scriptum, in prin.ff.de lib. & posthu. & in l.qui quadrin-
genta.ff.ad l.fal.ita concludunt Gul. Alb.Bar.& Bal.in lect.an-
tiq.& Saly.hic.Pro ista decis.vltra alleg.per scribentes benè fa-
cit, quod decidit Bald. in Authen. ex testamento, in vlt.& in
18 18. colum. C. de col. † vbi tenet, ꝙ stante consuetudine, [a] ꝙ
a primogenitus succedat in regno, si contingat Reginam vno
partu duos parere, & incertum sit, quis primò natus fuerit, se-
cundum Bald. ambo æqualiter admittuntur, licèt alibi Bald.
in l.in quibus. C.de secun.nup.teneat per illum text. quòd hoc
vltimo casu pater possit cui velit filiorum legatum relinque-
re, & sic propter incertitudinem possit gratificari cui velit.
Contra Bart.& Doct.hic tenet Lud.Rom.in l.3. in princ.in 48.
col.ff.de verbor.oblig. ꝙ iura hic alleg.per Bart.& Doc, loquun
tur in vltimis voluntatib. in quibus, quia sunt fauorabiliores,
sub simplicibus continetur casus mixtus, secus est in contra-
ctib. in quibus imputandum est contrahentib. quare legem
apertius non dixerunt. l. veterib. ff. de pac. & ꝙ in contractib.
sub simplicib.non contineatur casus mixtus, tenet Ant.de But.
19 in cap.per venerabilem.in 15.col. qui fil. sint leg. † Hinc vide-
b mus, ꝙ licèt in vlt.voluntatibus [b] masculinum concipiat fœ-
mininum.l.1.vbi Bart. ff.de verb. sign.Bartol. in l.1.in princ.ff.
de pec.do.in l.si quis in tantam.C.vnde vi.& in l. si quis id, ꝙ.in
princip. vbi dixi.ff.de iud.omn. iud.tamen secus est in contra-
c ctib. [c] & ideo si quis acquireret emphyteusim pro se, & filijs,
non veniunt filiæ fœminæ, ita Arch. in capit.si quis suadente.
17.quæst.4.& fuit ante eum decisio Guid. de Suza. Cremo.in
d.l.veterib. per illum text. sequitur Imo. in l.si ita scriptum.ff.
de leg.2.& in l. cum vir. ff.de cond. & demon. & in cominen.
capit.potuit, in vlt.colum.de loca.Facit, quod vult Bart.in l.si
20 quis id, quod.& in l.2.C.de iure emphy. † Confirmo, quia li-
d cèt in vltimis volunt. [d] appellatione filiorum veniant nepo-
tes.l.liberorum.ff. de verbor.sign. tamen secus est in contracti-
bus.ita singulariter tenet Bart.in d.l.liberorum.in 5.col, in vers.
21 quæro, quid si appellatio filij. † Et ideo si quis acquireret em-
phyteusim pro se, & filijs, non venirent nepotes, secundum
Saly.in l.2.in 21.quæst.C. de iure emphy. Imol. in l.quòd dici-
tur, in antepen.colum. ff.de verbor. oblig. & in d.l.cum vir.&
in commen.d.cap.putuit, circa fin.& Anto.de Butr. in capitu.
22 in quibusdam, in pen.colum.in fin. de poen. † Quod vltimum
limita in feudis: nam si feudum sit concessum pro se, & filijs
simpliciter, veniunt nepotes, & omnes descendentes per li-
neam masculinam in infinitum, text.est sing.in capit.1.in vers.
& si clientulus, & ibi glos. & Bald in 3.colum. expresè not.de
alie. feu. Alexan. Imol. in l.Gallus.§.instituens.in vlt.colum.ff.
de liber.& posthu.vbi facit magnum festum de illo text.& di-
cit, quòd si non esset ille text. quòd quæstio esset valde dubia,
& quòd sepè fuit requisitus, quòd consuleret pro parte con-
traria, semper recusauit propter illum text.& quòd multi non
aduertentes consuluerunt contrarium. Idem tenet Alexan.in
cons.606.incip. Super primo quæsito, in 3.colum.Ego puto,
quòd absque illo text. res sit clara, quia primò Bart.ordinariè
(& valde miror, quòd Alexan.non viderit) in d.l.liberorum, in
23 5.col.in vers. † quæro, quid in rescriptis.expresè determinat,
quòd in feudis si princeps per rescriptum concedit feudum
pro se, & filijs, qđ veniunt nepotes.Secundò, quia istud osten-
ditur viua ratione. nam in vltimis voluutatib. (quia in eis fit
e larga interpretatio) appellatione filiorũ [e] veniunt nepotes. d.l.
liberorum, multo fortius debent venire in feudis, cùm feu-
dum sit propriè beneficium. capit. 1. §. pen. in quib. cau. feu.
amit.Bartol.in l.1.in vltima colu. C.de iur.& fac. ign.& in be-
neficijs fit latissima interpretatio.l.fin.ff.de consti.princ. & cap.
cum dilecti, de dona. Redeundo ad quæstionem Bart. adde,
quòd contra Bart.& sequaces tenent Ia.de Ra.Ful.& Alex.hic,
moti, quia in casu dubio actore non probante, debet ferri sen-
tentia pro reo.l. qui accusare. C. de eden. & quia in pari causa
potior est causa rei.capit. ex literis, de probat.l. Arrianus.ff.de
acti.& obl. Mihi etiam in puncto iuris placet ista sententia cõ-
tra Bart.quam firmo strictiori fundamento. Nam quando in
aliquo actu requiritur factum cũ certa qualitate, debet actor
vtrunque probare, aliàs succumbit, & non sufficit probare fa-
ctum, nisi etiam qualitatem probet.l.cum actum, cum glos.&
ibi Doct.ff.de neg.gest.not.Bart.in l.non solùm.§. sed vt proba
ri.ff.de oper.no.nun.Bald.in l. matrem.C.de prob. Pan.in cap.
auditis, de præscr. sed in ista quæst.est necesse, quòd venditor
duo probet, & quòd pullus masculus sit natus, & quòd primò
natus sit, quia de primo intellexerunt partes, ergo nisi vtrunq;
24 probet, debet succumbere.† Nunquid autem si vendatur sim
pliciter equa, vel vacca, an intelligatur venditus pullus, qui se-
quitur? Ponit Bartol.post Gul. in l.si vt certo. §.vsque adeo.ff.
commod.& quæst.clarè non decidit, vide Bald.in capit. tran-
slato.de constit.

ADDITIONES.

* Prouidere.

a ¶Stante consuetudine.Adde glo. in l.Arethusa. ff.de sta.ho. Doct.in l.1.C.de metr.iur.lib.11.

b In vltimis volunta.Adde Doct.in l.qui duobus.ff.de leg.3.Doc.in l.qui filiab. ff.de testib,

c ¶In contractibus. Adde Bald.in l. Gallus.ff.de liber.& posthu. Angel.in l.tres fratres, ff.de pac. Anto.de Butr.in capit.quibusdam, de pœn.Pet. de Anch.in clem.1.de bapti.Lud.Rom.cons.35.incip.Visa facti serie.Ioann. de Imol.cõs.38 incip.in casu præmisso, & ibi dicit se hoc consuluisse apud Luc. Alex.de Imol.cons.61.incip.Super eo, de quo quæritur, in 1.vol.Alex.cons.204.inc. Consideratis, in 4.colum.in 2.vol.Alex.cons.1.incip.Ponderatis his, quæ in themate præmisso narrantur, in 6.colu.in 5.vol.Alex.cons.125.incip. Attentis verbis inuestituræ. in 5.vol.Barb. cons.15.incip. Clementissi. Dei patris. in 1.vol,

d ¶In vltim.voluntatib. Adde Alexan.de Imol.cons.61.incip.Super eo, de quo quæritur.in 1.vol.

e ¶Appellatione filiorũ. Adde Bart, in l.alimenta.ff.de alim. lega. Bal.in l.lege 12.tab.C.de leg.hęrd.Ang.& Bal.in l.Aristo.ff.de do.Inno, Io.And. & Ant.de Butr.in cap. ad extirpandas, de fil. præsbyt.Io. And.in cap. fundamenta, de elect.lib.6.in nouel.Abb.in cap.per tuas, de prob.Fed.de Sen.cons.38.incip. Quidam professus. Lud.Rom, cons. 129. incip. Licèt magna apud me fuerit dubitatio. Idem Lud, Ro. cons, 536. incip. In casu præsentis consultationis. Abb.cons.80.inc.De iure quæritur, in 1.vol.

SVMMARIVM.

1 *Soluens scienter indebitum, an videatur donare.*
2 *Si quis dolo, vel metu induxit me ad soluendum, an repetam.*
3 *Exceptianes doli sunt tres.*
4 *Exceptio intentionis, & facti an sint idem.*
5 *Exceptio intentionis, & facti quæ sit.*
6 *An sit propriè exceptio.*
7 *Exceptio solutionis, & acceptilalionis non est propriè exceptio.*
9 *Quando actus est validus, competit remedium recisiuum.n. 7.8.& 11.*
10 *Quid requiritur, vt dicatur exceptio intentionis, & facti.*

LEX VII.

QVi se debere. Secundum Bartol.est vna de difficiliorib. le-
gibus, quas habueris hoc anno, licèt glo. & text.vi-
deantur faciles, tamen declarando, vt ĩ.faciam, nõ
erit multum difficilis. Considera, ꝙ glo.Bart.& Doct.intelligũt
text.loqui de excep.doli, quæ cõpetit aduersus mulierẽ, ego
intelligo de excep.doli competente contra sponsum, & diui-
de, & subdiuide, vt per Bart.& summa, vt per eum.potes ali-
1 qua literalia not.per te colligere.¶ † Et primò not. ex text.ibi,
sed excep.doli mali, ꝙ tutus excep. doli, si ignoranter soluat,
potest solutũ repetere, de quo dicetur in glo.1.& in gl.in verb.
quo-

quoniam.¶Secundò not. in vers. sed si cum sciret, ꝙ soluens scienter indebitum, vr donare, & ideo ipse repetitionem non habet, vt hic, & l. 1. vbi dicitur. s. de condi. inde. facit. l. cuius per errorem, de reg. iur. Ista regula limitatur plurib. modis. dicam in d. l. 1. j. de condi. indeb. Pondera in vers. sed si cum sciret. videtur fortis text. contra vnam regulam, quam tradit Bart. in l. præced. & in l. si cum dotem. in prin. ff. solu. matr. & in l. dominus testamento. j. de cond. indeb. quòd quando extraneus promittit, vel soluit dotem pro muliere, si matrimonium non sequitur, non intelligitur donare, & ideo potest ipse pecuniam repetere. l. si ego, in princ. ff. de iu. dot. In isto vers. videtur text. in contrarium, vbi nuptiæ non sunt sequutæ, & tamen censetur donatum mulieri, & propterea mulier repetit, & non ille, qui dedit. Responde, quòd regula Bart. procedit, quando extraneus simpliciter promittit, & soluit, &c. sed iste text. loquitur, quando extraneus soluit pecuniam pro muliere ex causa dotis non simpliciter, sed tanquam esset eius debitor, & sic ex causa de præterito, tunc si scit se nihil debere, censetur donare mulieri, ita propriè loquitur iste text. per quem ita limita dictam regulam Bart. & adde Pau. de Cast. hic in 3. col. ¶Glo. 1. ista non est glo. Accur. sed fuit quædam additio, patet, quia facta est timore contrarij. l. qui exceptionem, in prin. ff. de cond. ind. quod contrarium repetit etiam glo. sequens, tamen est magistralis, & non reperitur alibi secundum Bald. hic in lec. antiq. Ang. & Imol. in l. si quis cum aliter. ff. de verbor. oblig. ¶In ead. glo. ibi, & hoc casu cessat repetitio si soluam. Et hac glo. habes
2 duo not. Primò solu. ad d. l. qui exceptionem. † Secundò habes notare mirabilem conclu. quòd si aliquis metu, vel dolo induxit me ad promittendum, & soluendum, non possum solutum repetere, quia sum tutus exceptione doli odiosa competente vsque à principio tempore cõtractus, idem tenet vbique glo. s. in l. 2. C. quod me. cau. & in d. l. qui excep. in princ. Idem tenet Bart. & Bald. hic, & Bart. in l. 2. in 1. col. C. de rescin. vend. & in l. damus. in fin. & in l. in summa. in prin. de cond. indeb. & in l. sub prætextu instrumenti. C. de transac. Contrariũ,
* & melius tenent d. Christoph. de Cast. *& omnes Moder. hic*, & ipsemet Bart. in d. l. 2. vbi Cyn. Bal. & alij. C. quod me. causa. Imo. & omnes Mod. in d. l. si quis cum aliter. Ful. & Pau. de Cast. in d. l. qui exceptionem, in princip. & in d. l. sub prætextu. eo quia d. l. qui exceptionem. decipit glo. & Bart. cùm loquatur in exceptione odiosa inducta contra naturalem ęquitatem ex quodam rigore iuris, vbi soluens tractabat de lucro, vt in excep. Macedoniani, vbi hæc omnia concurrunt. Sed ista cessant in exceptioni doli, quæ competit secundum æquitatem, & soluens tractat de damno, & per hoc conclude, quòd in nulla exceptione doli, si soluatur, impeditur repetitio, cũ in alijs trib. specieb. glo. res sit plana. ¶In ead. glo. ad fin. istam excep. intentionis, & facti declarat glo. in l. 2. ff. de excep. & sic habes ex gl. quatuor species doli. Bart. etiam addit quintam speciem exce. doli. quæ concurrit cum quacunque exceptione de mundo,
3 vt hic per Bart. † Tu dic, quòd exceptiones doli sunt tres. Prima, quando dolo commisso à principio induco aliquem ad contrahendum. Quædam est, quæ non nascitur à principio, sed ex post facto, quæ est quando quis potest aliqua exceptione repelli, ille repellitur etiam exceptione doli. Tertia species exceptionis doli, est quando quis agit de facto, quo casu competit exceptio intentionis, & facti. ¶Circa istam tertiam spe-
4 ciem exceptionis doli. s. intentionis, & facti, † considera, qđ glo. & Doct. hic, & in d. l. 2. ff. de excep. volunt, ꝙ exceptio intentionis, & facti sint idem. Reperio, ꝙ Bart. in l. vt mihi donares. in fin. ff. de don. dicit, ꝙ aliud est exceptio intentionis, aliud est exceptio facti. nam exceptio intentionis præsupponit, qđ actor agat de iure, exceptio facti præsupponit, ꝙ actor agat de
5 facto. Abb. in rub. extra de excep. declarat aliter, † & dicit, ꝙ exceptio intentionis dicitur, quando aliquis verisimiliter habet aliquid petere, sed antequam petat ego præuenio, & obijcio exceptionem, & hæc talis dicitur exceptio intentionis, ista fuit doct. Inno. in cap. cum dilecti. & in cap. dudum. el. 2. de elec. Dicit successiuè, quòd aliter reperit declaratum per Specu. in tit. de exc. §. 1. vers. & not. & in titu. de lit. contest. §. 1. vers. sed nunquid per exceptionem. s. vbicunque opponitur exceptio ante litem contest. dicitur exceptio intentionis, si verò post, dicitur actionis exclusio. Tenendo tñ doct. gl. nostrarum, ꝙ exceptio intentionis, vel facti ponatur pro eodem, & sic qñ actor agit
6 de facto, & excipitur de facto. † Pondera, ꝙ ista exceptio non est propriè exceptio, quia non est actionis exclusio, ideo concludenter non cadit in statuto faciente mentionem de exceptione. Et ꝙ exceptio intentionis, & facti non sit propriè exceptio, firmat Bald. in l. peremptorias, in pen. col. C. sen. rescin. nõ post. sequitur Alex. vnde dicit Bald. in l. sancimus, in princ. in 2. col. C. de do. ꝙ si statutum remouet omnem exceptionem, non intelligitur remouere exceptionem intentionis, vel facti, quia illa non est exceptio, de hoc est glo. in l. in rebus. C. de iure do. per quam not. ibi Bald. ad fin. ꝙ vbi non competit actio, ibi non competit exceptio, sed largè sic, ꝙ est vtile pro termino dato ad excipiendum, ꝙ non comprehendit talem exceptionem largo modo dictam. Confirmatur per illud, ꝙ dicit glo. not. in c. 1. in vers. defensionis. de litis contest. in 6. vbi dicit glo. vbi non competit actio, ibi est propriè defensio, sic vult gl. ꝙ exceptio intentionis, & facti debet appellari defensio, quæ differt ab exceptione, ita Bart. in l. 1. §. & parui. ff. ꝙ vi aut clam.
7 † Considera ex prædictis, ꝙ exceptio solutionis, & acceptilationis non est propriè exceptio, & ꝙ exceptio acceptilationis, & solutionis non sit propriè exceptio, firmat gl. in d. c. 1. in vers. defensionis, de litis contest. in 6. Spec. in titu. de exceptio. §. 1.
8 vers. defensiones. † Et si istud est verum, sequuntur duæ conclusiones. Prima, ꝙ statutum faciens mentionem de exceptione, non comprehendit exceptionem solutionis, cùm sit exceptio intentionis, & facti. Secunda conclusio succedit, ꝙ si sit statutus terminus à iudice ad opponendum omnes exceptiones, ꝙ elapso termino poterit opponi exceptio solutionis. nõ reperito aliter in specie examinatum. Sed considera, ꝙ imò exceptio solutionis sit propriè exceptio, & cadat in statuto, de quo s. Et considera si posset attentari pro declaratione glo. nostræ, ꝙ illa dicatur exceptio intentionis, & facti, quæ dicit actori non competere, nec vnquam competijsse actionem. Ista nõ potest dici exceptio, quia ista est mera negatio, sed ille, qui merè negat, nihil excipit, & sic ei non incumbit onus probationis alicuius text. est in l. verbum. §. fin. ff. de verb. sign. & ita declarat Bald. in l. peremptorias. in 2. col. & in pen. col. in prin. C. sen. rescin. non poss. secus est si reus aliquid ponat: puta, quia dicit actionem extinctam solutione, isto casu talis reus dicitur propriè excipere, ex quo aliquid ponit, ꝙ probare tenetur, dicit text. in l. in exceptionib. ff. de proba. Isto casu exceptio solutionis est propriè exceptio, & ita Cuma. in l. 1. & 2. de excep. Confirmatur ista opin. ꝙ exceptio intentionis, vel facti dicitur illa, quæ dicit actori non competere, nec competijsse actionem, nam exceptio solutionis bene ostendit, qđ de præsenti nulla actio competit, sed bene ostendit, ꝙ actio semel fuit nata, sed ꝙ in ipso actu solutionis fuit causata talis exceptio actionis
9 rescisiua; & tunc succedit regula, † ꝙ quando actus semel fuit validus, semper competit remedium rescisiuum, dato ꝙ ex postfacto fuit nullus. l. non putauit. §. à primo. & l. qđ vulgò. ff. de contratab. & sic ex quo actio semel fuit nata, non est inconueniens dicere, ꝙ semper duret remedium rescisiuum.
10 ¶Et sic ex istis omnib. facias duas concl. † Prima, ꝙ ad hoc, vt dicatur exceptio intentionis, vel facti, requiritur, ꝙ talis exceptio ostendat de præsenti actionem non competere, nec vnquam competijsse. Ratio, quia qui excipit negat, & ita oportet declarare glo. hic, & in l. 2. ff. de excep. & ita ibi declarat Comen. Secunda conclusio, quòd exceptio solutionis non est exceptio intentionis, vel facti, quia licet ostendat, ꝙ de præsenti careat actione, tamen præsupponitur à principio fuisse actio-
11 nem, & sic exceptio solutionis est propriè exceptio. † Sequitur etiam, ꝙ statutum loquens de exceptione procedit in exceptione solutionis. Sequitur etiam, ꝙ si iudex statuit terminum ad opponendum exceptiones alicui, debet in termino opponere exceptionem solutionis, & nota prædicta, quia subtilia sunt. ¶Glo. in verbo quoniam. ista glo. est difficilis, & obscura, quia inordinatè procedit. Ideo eam ordinando sic magistraliter diuide in quatuor partes principales. In prima timore taciti contrarij, quod est de vers. sinautẽ verè. gl. ponit duas sol. ad text. sed secundam sol. non perficit. In secunda aliter opponit contra text. & soluit. In tertia reuertitur ad primum cõtrarium, & perficit secundam solu. Ideo iunge istam tertiam part. cum prima. In prima format aliam opp. contra text. & dupliciter soluit, & dum in fin. dicit, & secundum hoc prima oppositio cessat: dic, quòd non est prima, sed secunda. Secunda ibi, sed hæc videtur mala ratio. Tertia ibi, nec repetitio datur. Quarta ibi, item nec videtur doli exceptio. ¶Pro expeditione primæ, & tertiæ partis simul, oppõnit, ꝙ ratio text. posita in vers. quoniam. non sit bona: nam dicitur, quòd ideo debitor putatiuus, qui soluit sponso pro futuro matrimonio, repetit ea, quia potuisset se tueri exceptione doli aduersus mulierem, ergo vult, quòd si non potuisset se tueri aduersus mulierem, non repeteret. Istud est falsum, & contra ver. sinautem verè, vbi erat verus debitor mulieris, & sic non poterat se tueri exceptione aduersus mulierem, & tamen si soluit, repetit. ergo ratio assignata in text. est falsa. huius timore glo. in prima, & tertia parte dupliciter soluit. Primò, quòd in vers. quoniam, non ponitur ratio, sed venit aduersatiuè exponendo, quoniã, pro quamuis, & sed, pro tamen. Ista prima solutio nihil valet.

Primò

Primò deſtruit text.Secundò,quia etiam legendo aduerſatiuè non tollitur contrarium,ideo gl.ſecundo loco dicit, vel rectè, lege.ſ.non impropriando literam.Iſta ſolutio non eſt perfecta, ſed eam perfecit in tertia parte,dum dicit,ꝙ hic debet ſubaudiri dictio maximè,& ſic idem erit in vtroque caſu.Sed iſta ſubauditio glo. deſtruit text. ideo aliter ſoluunt Bart. & Angel. vt hic per eos.Sed certè,vt etiam dicit Ful.verba ſua non habent ſaporem,& non tollunt difficultatem huius contrarij. Aliter reſpondet Ful.hic,& aliter Pau.de Caſt.& nihil boni eſt, ideo non refero,& d.Alex.eos reprehendit. Tu ergo pondera,ꝙ gl. in hac prima parte intelligit iſtum verſ.quoniam,loqui de exceptione doli competente contra mulierem, ſed.ſ.in vlt.parte intelligit, quòd loquatur de exceptione doli competente non contra mulierem, ſed contra ſponſum, & ſic glo. eſt ſibi met contraria. Ego puto, quòd text. propter difficultatem ſ. dictam, cui non poteſt commodè reſponderi, debeat intelligi de exceptione doli, quam habet aduerſus ſponſum, & hoc modo nihil obſtat contrarium, & ceſſat difficultas ſ. dicta.& tunc ratio text. erit, quòd debitor putatiuus poteſt repetere à ſponſo,quia ſoluit putans ſe debere, & ſic errauit,quoniam ſi nondum ſoluiſſet, potuiſſet ſe tueri exceptione doli aduerſus ipſum ſponſum agentem ex promiſſione, licèt Doct. teneant alium ſenſum, ꝙ loquatur de exceptione competente contra mulierem ,ad hoc, vt iſta glo.ſit bene ſituata, ſed non eſt curandum de ſituatione glo. vt defendamus text. videtur tamen obſtare,quia ſi illud eſt verum,ſequeretur, ꝙ text.deberet loqui de condictione indebiti, non de conditione ob cauſam,ſi tamen bene conſideras, nihil obſtat, & ita eſt expedita prima,& tertia pars glo. ¶In ſecunda parte glo.opponit de l. qui exceptionem. prout etiam oppoſui in prima glo. & videtur reſpondere,ꝙ ideo hic repetat,non quia tueri ſe poſſit exceptione doli,ſed quia cauſa ceſſat,propter quam dedit.Iſta ſolutio ſic intellecta,prout verba ſonant, eſt inepta, & eſt de directo contra text. vnde oportet,ꝙ eam ſic declares, ꝙ contrarium de l.qui exceptionem, procedit quando quis habet exceptionem doli contra eum, cui ſoluit: ſed hic non habet contra ſponſum,cui ſoluit,ſed contra mulierem.Et ſic vult dicere gloſſ.ꝙ hic repetit non quia poſſet ſe tueri exceptione doli cōtra ſponſum, cui ſoluit.(nam contra eum non poſſet)ſed bene contra mulierem, vt dicit litera. Sed tu plenius reſponde, prout dixi in prima glo.¶In ead.glo.ibi. Item non videtur.dicit text.qđ debitor putatiuus, qui promiſit pecuniam pro dote,ſi non ſequantur nuptiæ, poteſt repetere, quia competebat ſibi excep.doli.Contra, quia imò nulla exceptio competebat, quia exceptio eſt actionis excluſio,ſed hic nulla eſt actio,quia videtur promiſiſſe ſi nuptiæ ſequantur. l. ſtipulationem. ſ. de iur. dot.ſed condictio impedit actionem oriri.l. cedere diem. ff. de verb. ſign. ergo nulla eſt nata actio, ergo nulla competit exceptio.gl. reſpondet duob. modis. Primò, ꝙ erat actum ne ineſſet tacita conditio in iſta promiſſione. Secundò dicit glo. & bene,ꝙ iſte text. loquitur de exceptione doli, quæ eſt intentionis, & facti, & illa impropriè eſt exceptio. ¶Glo. in verbo actione.iſta glo diuiditur in duas partes.In prima declarat tex. In ſecunda format quæſtionem. Secunda ibi, ſed quid ſi promiſit.¶In ead glo.ibi.C.ad l.fal l.fin.habes ex iſta glo.extenſionem ad verſ.ſed ſi cum ſciret.Contra iſtius glo. concluſionem opponit Bartol. quòd vir non poſſit agere contra promiſſorem, ex quo nuptiæ non ſunt ſequutæ, cùm in promiſſione dotis intelligatur tacita conditio, ſi nuptiæ ſequantur.l.ſtipulationem. ff.de iu. do. & ex quo conditio deficit, nulla actio eſt nata,quæ poſſit intentari,vel cedi.Reſpondet Bart.quòd illa tacita conditio bene intelligitur ex parte viri, ſed non ex parte mulieris, & ideo actio ceſſa efficitur vtilis reſpectu mulieris, licèt non eſſet ex parte viri cedentis, per regulam.l.fin.in prin. vbi not.Bald.C. de iur. dot. iſtam ſol. tenet Bald. in lect. antiq. Angel.Pau.de Caſt.& in effectu Alex.hic. Sed iſta ſolutio non eſt bona, quia procederet, quando aliqua actio licèt inutilis, vel inefficax competeret cedenti, ſed cùm hic mero iure nulla ſit nata actio propter defectum conditionis tacitæ, certè illud,ꝙ non eſt,non poteſt intentari, nec poteſt cedi.l.ſi procuratore.§.ſi liber.ff.mand. vnde reſpondet do.Chriſtof. de Caſt. Raph.Fulg.& Rom.hic, ꝙ in promiſſione facta cauſa dotis intelligitur tacita conditio,vt prædixi,eſt verum,niſi ſit facta animo donandi,vt hic,tunc nulla tacita conditio intelligitur, per text.in l.licet.§.1.in verſ.niſi fortè. ff.de iu.do. quam ſol. reprobat d.Alexan.ſed poſſet teneri.Ego aliter reſpondo,& dico,qđ prædicta regula de tacita conditione procedit, quando extraneus ſimpliciter promittit, habendo reſpectum ad futurum, ſed quando promittit ex cauſa de præterito tanquam ſit debitor mulieris,& ipſe ſcit, ꝙ non eſt debitor mulieris, & conſequenter ſcienter promittit ex cauſa de præterito,quam ſcit nō eſſe veram,dico,ꝙ ſemper cenſetur donare,text. eſt hic in ver. ſed ſi cùm ſciret.attento,ꝙ promittere, & ſoluere æquiparantur.l.fin C.ad l.fal.alleg.in gl.& tunc non intelligitur tacita cōditio,& iſta eſt vera,hanc tene.¶Glo.in verb.manente. diuiditur in ter partes.In prima infert ex text. allegando concord.& iſta pars eſt clara.In ſecunda ibi,ſed nonne ipſo iure.glo.opponit contra text. & videtur multipliciter reſpondere. In tertia ibi.item nonne & ipſi mulieri.gl.format quæſtionem. Redeo ad ſecundam part.& præmitto, ꝙ ſm Bart.Bald.Angel.Ful.& Ale.gl. ponit tres ſol.& hoc modo ſubdiuide eam in quatuor partic. In prima per viam quæſtionis oppo. contra text. In ſecunda ſolu.vno modo. In tertia alio. In quarta alio. Secunda ibi,reſponderi poteſt hunc irreuocabiliter. Tertia ibi, vel hic non fuit ſimplex.Quarta ibi,vnde magis ſuo. Prima ſol. patet ex gl.Secunda ſolutio eſt,prout eam intelligunt Doc. & reprobant,ꝙ hic non fuit mandatum de ſoluendo, ſed ſolū de promittendo, & re vera iſtud non dicit gl. Tertiam ſol. *tenent communiter Doct.*Tu dic melius,ꝙ gl.ſolùm ponit duas ſol.& ſecūda eſt vera,quæ tota ſimul hoc voluit, ꝙ hic non fuit ſimplex mandatum mulieris, ſed vltra mandatum putatiuus debitor promiſit, & ſic ex promiſſione effectus eſt ipſe obligatus,vnde qn̄ poſtea ſoluit ſuo nomine,pro ſua obligatione ſoluit, nimirum ſi non liberatur à muliere, iſta eſt propriè mens huius gl. & eſt vera ſolutio. In tertia parte gl.ibi,cum ſuo nomine ſit ſolutum.gl.in præcedenti particula dixit contrarium,& melius, ideo tene contra gl. ꝙ ipſi mulieri ante ceſſionem non competat condictio ob cauſam,niſi ex quadam ęquitate gratia circuitus euitandi,vt hic per Bart.

SVMMARIVM.

1 *Condictiones ſunt ſtricti iuris.*

§.Fundus.

Per hanc condictionem repetitur res cū fructibus, & naturalib.acceſſionib.h.d. & ratio eſt, quia iſtæ condictiones quamuis re contrahantur.§. item is cui.Inſt.quib. mod.re contrah.oblig. tn̄ ex ęquitate cōpetunt vltra illud,ꝙ eſt datum ad omne id,in quo recipiens factus eſt locupletior.l.ſi non ſortem.§.libertus,& l.in ſumma.§. in frumento.ff.de cond.indeb. & ex iſta ratione patet competere ad penſiones domorum,quicquid dicant Mod.hic.De quo vltimo vide Bald.in l.in rebus.in pen.col.C.de iur.dot.& in l.1.
1 C.de cond.ind.† Et licèt condictiones ſint actiones ſtricti iuris, cùm non numerentur in §.actionum.Inſt.de act.tn̄ quia competunt ad reſtituendum illud,ꝙ aliquando fuit ſuum, ideo veniunt fructus à tempore moræ,per regulā.l.videamus, in prin. & §.ſi actionem.ff.de vſuris.dixi in l. cum fundus. in princip.ſ. ſi cert.pet.

SVMMARIVM.

1 *An ſufficiat cauſam de facto eſſe impletam.*
2 *Inter ſponſos dicitur affinitas.*
3 *Quando ſtatutum eſt fauorabile,extenditur ad caſum largum, & improprium.*
4 *An inter concubinam,& concubinarium contrahatur affinitas.*
5 *Verbum poteſt,an ſtet extenſiuè,num.6.7.quomodo intelligatur in ſtatutis.*
8 *In diſpoſitionibus legum intelligitur clauſula, rebus ſtantibus prout nunc ſtant.*
9 *Idem in priuilegijs.*
10 *Idem in renuntiatione iurata,& num.11.*
12 *Filia, quæ recipit centum pro ſua legitima, poteſt petere augmentum ſuperexcreſcentium facultatum patris.*
13 *Si fiat generale compromiſſum,intelligitur ex cauſa de præſenti.*

LEX VIII.

Qvod Seruius. Diuide ſecundū Bart. in tres partes.Tu plenius diuide in quinque.Primò ponitur dictum Seruij. In ſecunda,quomodo intelligi debet, & quando procedat. In tertia,quando non procedat. In quarta ponitur ſimile.In quinta aſſignatur ratio.Secunda ibi,ſic intelligendum.Tertia ibi,donec autem.Quarta ibi,quàm quòd ſponſa.
1 Quinta ibi, quòd enim ex ea cauſa.ſumma,vt per Bar.¶† No. primò, quòd ſi matrimonium ſit de facto contractum, cùm de iure contrahi non potuerit,fortè ob ætatis defectum,ꝙ pecunia data pro dote interim repeti non pōt,quaſi cauſa nō ſequuta,& ſic habes,ꝙ ad impediendum repetionē ſufficit,cauſam,propter quam pecunia eſt data,fuiſſe de facto impletam. Contra iſtud notabile opponitur,quia regula eſt, ꝙ ſi do pecuniam,vel rem ob cauſam aliquam,ſi tu imples de facto, illud implementum nihil releuat,l.3.§.ſi liber.ſ.eo.Reſponde, ꝙ qn̄ pecunia

pecunia datur ob aliquam causam, si quæratur an sufficiat im
plere de facto, dic, ꝙ si implementum non potest ex aliquo su
peruenienti euentu conualidari, non impedit repetitionem,
ita procedit contrarium: sed qñ est implementum tale, ꝙ po-
test ex superuenienti aliquo conualidari, tunc non potest re-
peti, & ita procedat hic text. Hinc est, ꝙ si esset casus, in quo nõ
posset ex superuenienti aliquo de iure conualidari, puta, quia
essent affines, vel consanguinei, quo casu non posset de iure in
ter eos contrahi matrimonium, tunc posset datum repeti, ita
2 concludunt Alb. Pau. de Cast. & Alex. hic. ¶ † Secundò not. ꝙ
inter sponsos dicitur affinitas, tamen ſm glo. est impropriè. fa-
cit. l. Labeo. & l. Seruius. ff. de gradi. bonus tex. in l. si qua. in vers.
non propriè. ff. de ritu nup. & facit viua ratio, quia affinitas
contrahitur per matrimonium, vt dicit text. in c. non debet.
de consan. & affi. ergo per sponsalia non. Ideo cùm in statutis
a verba sint propriè [a] intelligenda iurib. vulgarib. certè secundũ
Bart. non caderent in statuto faciente mentionem de affinib.
prout dicit Bart. se habuisse de facto in quodam statuto Peru-
sino, vt hic per eum. Tu considera, licèt regula sit, ꝙ in statutis
verba debeant strictè, & propriè intelligi. l. 1. §. si is, qui nauem.
ver. in re dubia. ff. de exerc. cum si. no. per Bart. in l. non dubiũ.
in 2. col. vbi dicam. C. de legib. tamen ista regula limitatur, vbi
cunque statutum principaliter est inductum ob publicam vti
litatem, quia tunc extenditur, vt locum habeat etiam in casu
largo, & improprio. Ita singulariter Bar. in l. quẽadmodũ. circa
med. C. de agr. & cens. lib. 11. facit bene text. in l. hoc modo. ff. de
cõdi. & dem. & pro hoc esset considerandũ in casu Bart. si sta-
tutum principaliter est inductum ob publicam vtil. an militet
identitas rationis, & sic extendi debeat ad casum impropriũ.
Secundò considero, ꝙ potest dari secũda singularis limitatio,
3 quam nec audiui, nec legi in specie ab alio tactam. † Quod qñ
statutum est principaliter fauorabile (ꝙ quando sit, declaratur
ex l. qui exceptionem. in princ. vbi per Doct. ĵ. de cond. ind.) ꝙ
extendatur ad casum largum, & improprium. Istam limi. pu-
to multis posse comprobari. Ego probo ex eo, ꝙ volunt Bald.
Sal. & Moder. in l. veniens, cum concor. ibi traditis. C. de in ius
voc. vbi volunt, ꝙ statutum disponens, ꝙ existentib. filijs ma-
sculis fœminæ non succedant, quia est fauorabile ex parte ma
sculorum, extenditur, vt appellatione filiorum veniant nepo-
tes, & tamen largè, & impropriè veniunt, vt latè firmat Bart. in
l. liberorum. in 2. q. prin. ff. de verb. sign. Secundò, & fortius pro
bo ex eo, ꝙ vult Bald. in l. qui se patris. in vlt. col. C. vnde libe-
ri. vbi concludit, ꝙ statutum disponens, ꝙ agnati cogantur ad
compromissum, quia est fauorabile, cõprehendit eos, qui lar-
gè, & impropriè sunt agnati, vt sunt emancipati, & nati, & con-
cepti ex eis post emancipationem, & illam decisi. sequitur ibi
Pau. de Cast. in pen. col. & multum commendat. sequuntur
Lud. Alex. & alij Moder. ibi, & sic illa decisio est approbata, ex
qua ego elicio nouam limit. quam dedi, quæ si est vera, con-
fert ad multa statuta. ¶ Ex ea potest nouum illud attentari, ꝙ
statutum disponens, ꝙ agnati, vel affines cogantur compro-
mittere, cùm sit fauorabile (vt prædixi) & tenet etiã vltra præ-
alleg. Bald. in l. affinitatis. C. commu. de succ. Petr. de Anch. in
cons. 179. incip. Apud me semper. Alex. & alij in d. l. qui se pa-
tris. & Alex. in rub. ff. sol. matr. in 7. col. & seq. ꝙ non solùm ex-
tendetur, vt comprehendat maritum, & vxorem, prout tenẽt
Bald. & Fulg. in d. l. affinitatis. Sal. in l. non ideo minus. C. de hæ-
red. instit. Pau. de Cast. Lud. & Alex. in l. 1. C. vnde vir, & vxor.
reprobato Bal. ibi, sed etiam habebit locum inter sponsum, &
sponsam, quamuis impropriè sint affines. Istud potest attenta-
ri ex limitatione prædicta, quamuis posses dubitare ob mino-
ritatem rationis, sed hoc confirma ex eo, ꝙ in fortioribus ter-
minis dicit Pau. de Cast. se consuluisse Flo. in d. l. qui se patris. in
pen. colu. de doct. Bald. superius relata, quod dictum statu-
tum de compromissis habeat locum etiam inter affines, qui
solùm sunt de secundo genere, de quo nec lex ciuilis, nec lex
canonica quicquam curat, ꝙ quando sit, declarat glo. magistra
in cap. non debet, de consan. & affin. quia quamuis sit affinitas
sine vllo penitus effectu, tamen sunt affines saltem largè, ꝙ vl-
timum non pono pro constanti, quia reprobaui in d. l. qui se
patris. Aduerte tamen inquantum conclusi, qđ in statutis fauo
rabilibus verba trahuntur ad casum improprium, quia contra
istud videtur stringere: nam quãdo sumus in vltimis volunta.
sumus in materia fauorabili. l. in testamentis. ff. de reg. iur. cap.
cum dilecti. de dona. & tamẽ habemus, qđ in vltimis volunta.
non capiuntur verba impropriè, sed propriè. l. non aliter. ff. de
leg. 3. & l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. liberorum. §. ꝙ tñ. eo.
titu. Sed dupliciter responde. Primò, ꝙ illud sit in legatis, quia
testator in dubio præsumitur minus grauare hæredem quàm
sit possibile. Secundò respondeo, ꝙ illud, ꝙ dicitur, ꝙ in vlti-
mis volunta. debet fieri larga interpretatio, est verum, quando
agitur de validitate, vel inualiditate testamenti: nam quando
agitur de testamento, dicitur agi de vtilitate publ. iuxta. glo. in
l. Gallus. §. quid si is. in verbo validitatem. ff. de lib. & posth. sed
in legatis non est sic, quia dicit glo. in l. si plures. ff. de cond. inst.
quòd in testamentis, vt testamenta sustineantur, bene fit larga
interpretatio. Confirmo, nam conditio apposita in legatis de-
bet quamprimum potest impleri. l. hæc conditio si in capito-
lium. ff. de cond. & demon. tamen non est ita in conditione
apposita institutioni, glos. est not. in l. si quis ita instituatur in
diem. ff. de hæred. insti. quam not. Bartol. in d. l. hæc conditio si
in capitolium. Confirmat per text. in l. pen. §. 1. iuncto §. illo. C.
4 de neces. seruis hæred. instit. † Secundò aduerte, quia si vis sci-
re, an inter concubinam, & concubinarium contrahatur affi-
nitas, vide ea, quæ traduntur in l. liberi. C. de nup. ¶ Glo. fin. in
fin. in vers. potest. diuiditur in tres partes principales. In prima
opponit contra text. & soluit. In secunda per viam quæstionis
similiter opponit, & soluit. In tertia, & vltima colligit notabi-
le, & ad illud allegat multos cũcordantes. Secunda ibi, sed nõ-
ne hic. Tertia ibi. item not. hic expectandum. Ex prima nota
5 tria. † Primò, ꝙ verbum potest, [b] non stat extensiuè. i. quandiu
b possibile est. Secundò, ꝙ in terminis huius legis pecunia non
potest repeti, donec alter eorum alibi contrahat matrimoniũ.
Tertiò, ꝙ dispositio legis intelligitur, rebus sic se habentib. pro
6 ut de præsenti se habent. ¶ † Circa primum, quòd verbum po
test, nõ capitur hic extensiuè, sed intelligitur de potentia pro-
xima, adde, ꝙ ideo est, quia refertur ad actum certæ personæ,
secus esset, si indefinitè poneretur non habito respectu ad ali-
quam personam certam, ita loquitur. l. 1. & l. cum in secundo.
ff. de iniust. rup. ita loquitur gl. in Auth. cui relictum. C. de ind.
vid. tol. secundum Bar. & alios hic, & latius Bar. in l. 1. ff. de iniu.
rup. & irri. test. & in l. Gallus. in prin. vbi latius Bald. ff. de lib. &
posth. & in l. suus quoque. §. sed in filio. ff. de hæred. insti. & not.
Bald. vbi dicit, quòd verbum potest, quadrupliciter accipitur,
in l. 2. in 3. colu. in 11. oppo. C. quib. res iud. non nocet, & de ver
bo non potest, cuius si naturæ, & an, & quando impossibilitatẽ
importet, habes glo. in c. 1. in verbo non potest. de reg. iur. in 6.
ponit Bald. in l. 1. in 1. col. C. qui admit. & in d. l. Gallus, in princ.
7 & aliquid Bart. in l. sæpè. ff. de offi. præsi. † Et quomodo intelli-
gatur statutum disponens, ꝙ pro tali delicto quis puniatur in
centum libris, quas si soluere non poterit, amputetur sibi ma-
nus, quomodo intelligatur verbum non poterit, ponit Bart. in
l. suus quoque. §. fin. ff. de hæred. inst. dicens relinqui arbitrio
iudicis, licèt cogitandum relinquat in l. 1. in fin. ff. de pe. leg. sed
plenè tangit in l. item liberatum. §. 1. ff. quib. mod. pig. vel hyp.
sol. & melius quàm alibi in l. non solum. §. morte. in pen. col. &
ibi ponderat Imo. ff. de ope. no. nun. tangit Bald. hic, & in l. 1. in
9. q. C. de insti. & subst. sub condi. fa. & in l. acceptam. in vlt. col.
C. de vsur. vide etiam in materia rescriptorum, text. in c. scisci-
tatum. de rescr. ¶ Circa ſm addit Bart. ꝙ imò etiam in casu hu
ius l. poterit pecunia repeti, si sponsalib. renuncietur, per istum
text. in ver. in eodẽ habitu, & per alia tria iura, de quib. hic per
eum. Adde text. in l. dotis fructus. §. fin. & in l. si ego, in princ. in
vers. misso nuntio. ff. de iure do. Bart. in cons. suo, ꝙ incip. Lator
8 præses schedulæ. ¶ † Circa tertium, ꝙ in dispositione legum in
telligitur clausula, rebus sic se habentib. prout nunc se habent,
c adde, ꝙ ista clausula etiã intelligitur in vlt. voluntate. [c] l. Pau-
lo Callimacho. §. 1. ff. de leg. 3. & l. Meuia. §. fin. de an. leg. & in l.
in confirmando. ff. de confir. tut. l. ex facto, in prin. ff. de vulg. &
pup. Bart. in l. quoties. §. si duo. in vlt. col. ff. de hæred. inst. Eodẽ
d modo dic in contractibus. [d] l. quæro. §. inter locatorem. ff. lo-
cati. l. si fuerit. in prin. ff. pro soc. & l. cum quis. in prin. ff. de sol.
9 Idem in priuilegijs. c. suggestum. de decimis. † Idem in iura-
mento. l. fin. ff. qui satisd. cog. c. breui. de iureiu. glo. in c. quem-
admodũ. eo. tit. & istud procedit ẽt in statutis iuratis, & in qui-
bus dictum est, ꝙ sint præcisa, ita not. Bald. in l. clari iuris. C. de
10 fideic. † Adde etiam prædictis c. cum inter P. de renun. vbi re-
nuntiatio etiam iurata non trahitur ad ius superueniens de fu
turo, & per illum text. dicunt ibi Butr. & Imol. ꝙ scholaris li-
centiatus iurans non assumere gradum extra illud studium,
non obstante illo iuro, si alibi subiret examen, posset ibi docto
rari, pp illud examen. Et ita puto limitari debere, ꝙ not. Bald.
in l. qui indignus. ff. de senatorib. Adde Bald. in c. cum M. Ferr.
in 7.

ADDITIONES.

a ¶ Verba sint propriè. Adde glo. in verbo non continebuntur. in l. liberorum. in §. non tantum, & ibi Bart. ff. de leg. 3. Bart. in l. Labeo. ff. de sup. leg. Bart. in l. 1. ff de suis, & leg. Math. not. 96.

b ¶ Verbum potest. Adde de natura istius verbi. l. fructus. ff. sol. matr. Doct. in l. quoties. in §. fin. ff. de hæred. instit.

c ¶ In vlti. voluntate. Limita quando verba contractus sonarent in futurum. Alex. lib. 3. cons. 29. col. 2. PVRP. V.

d ¶ In contractibus. Adde l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obligat. PVRPV.

in 7.col.de conſt.vbi not.ex illo text.in verſ.fuerit, vel eſſe de-
11 buerit. † ꝙ Canonici qui fecerunt conſtitutionẽ iuratã,de nõ
recipiendo aliquem vltra numerum taxatum, & conſtitutio
fuit confirmata per Papam adiecta clauſula annullationis,ta-
men excreſcentibus reditibus eccleſiæ poſſunt alium recipe-
re.ſ. numerum iuratum, nec per hoc ſunt periuri, cùm iura-
12 mentum intelligatur rebus ſic ſe habentib.& c.vt hoc tex.† Et
per hoc infert, ꝙ filia, quæ recepit centum pro ſua legitima,
a poteſt petere augmentum ſuperexcreſcentium facultatum [a]
patris,ꝙ eſt not.dignum ſecundum eum. Sed tu conſidera, ꝙ
text.in d.c.cum M.Ferr. procedit ob fauorem publicum diui-
ni cultus,qui augetur, qñ plures ſunt,qui deſeruiunt altari.c.1.
de conceſ.præb.vnde ex illo text.non bene argueretur ad fauo
rem priuati.Circa verò illationem Bald.conſidera,ꝙ ſi filia ni-
hil renuntiauit,tunc ſunt opi.quando pater voluntariè aſſigna
uit legitimam filio,vel filiæ in vita, an attendatur tempus aſſi-
gnatæ legitimæ, adeo ꝙ ſi poſtea facultates augeantur, an ſit
augenda legitima.Et quidem fuit deciſio Iac. Butr.in l. pactũ.
C.de collat.ꝙ tunc attendatur tempus aſſignatæ legitimæ,nec
vlterius curandum ſit,ſi facultates paternæ creſcant, ſicut nec
ſi diminuerentur.& illam doct. pro eleganti refert, & ſequitur
Bald.in l.2.C.de reuo.his, quæ in frau.cred. & in l.fin. in 3.col.
C.de vſu.rei iud.& in Auth.res, quæ.verſ quæro ſtatuto caue-
tur.C.communia de leg.Ang.in l.ſi proponas.§. cum hæredi-
tatem.ff.de inoffic. teſt. & l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.
* dum Bar. in l. 1. in 2. col. ff. de dona. do. Christoph. de Cast. *& omnes Mod. hic.* Tertiò limita, quando soluens sciebat, qđ erat falsus procurator, sed credebat, qđ esset vniuersalis negociorum gestor. l. si ego. s. de nego. gestis, quia tunc potest capi alia præsumptio quàm donationis, secundum Sal. Ludo. & Alex. hic. Quartò limita, quando soluens sciebat factum, quia sciebat dominum esse mortuum, sed ignorabat ius, qđ per mortem domini reuocaretur mandatum, quia in damnis error iuris excusat. l. error. & l. iuris. de iur. & fac. igno. secundum Bald. & Mod.
5 hic, & Ang. in repe. l. falsus. C. de furtis. ¶ † Tertiò no. ex hac glo. secundum Bar. & Doct. ꝙ si soluo procuratori reuocato ignoranter, liberor ipso iure, si ille recipit bona fide. Adde, ꝙ per talem procuratorem reuocatum acquiritur domino dominiũ. gl. est in l. cum quis. in §. 1. super verbo nummos. & in l. si quis seruo. §. 1. ff. de sol. secundum Bald. & Doct. hic, reprobata gl. in l. acceptam. C. de vsu. quia ista conuertuntur, aliquis liberatur, ergo illius pecuniæ dominium acquiritur ei, à quo liberatur. l. cum quis. §. 1. ver. sicuti, & l. fugitiuus. ff. de solu. sic est, qđ debitor, qui soluit debitum procuratori, quẽ ignorat reuocatum, liberatur à vero creditore, vt dictum est, ergo necessariò acquiritur ei, à quo liberatur, per tex. præalleg. Est verum, qđ vbi solueret ei, qui nunquam fuit procurator, & sic nunquam habuit mandatum, quia tunc nunquam acquireretur actio creditori, & ita loquitur. l. si ego. ff. de nego. gest. per quam legem Raph.
6 Fulg. hic tenebat contra communem conclu. ¶ † Vltra Bar. no.
a quartò, quis dicatur falsus procurator.[a] Adde, ꝙ etiã alijs modis dicitur, vt no. per Bal. in l. falsos. in pen. col. C. de furt. & in l. licèt. in 2. no. C. de procur. gl. & Doct. in c. ex parte decani. in verbo, procurator. de rescrip. Et not. vltra tradita in illis locis, ꝙ dicitur procurator falsus, qui habet mandatum generale, vbi requiritur speciale. Ita no. Bal. reputans tenendum menti in c. nõnulli. in primo no. per illum tex. & in c. ex parte decani. in 1. col. in fi. de rescr. similiter est falsus procurator ille, qui est legitimè constitutus, sed non habet scientiam, & interim gerit. l. quæro. ff. de eo, qui pro tu. l. 3. ver. sed & si quidem. ff. iud. sol. gl. in cle. non potest, in verbo non habeat, de procu. Arch. & Ioan. And. in c. is qui. per illum tex. de procura. in sexto. Bal. & Imo. in l. qui in domini. ff. de test. & alibi sæpè Bal. prout cumulat do. Alex. in
7 d. l. licèt. in 1. col. Et not. qđ † dicit signanter Bal. in d. l. falsus. in 1. colum. ꝙ gesta per falsum procuratorem in audientia principis per ratihabitionem domini non reconualescunt, per d. c. ex parte decani, quia vitium obreptionis est valde detestabile in audientia principis. l. fi. C. de his qui à non do. ma. & hinc puto posse colligi rationem, quare non valet rescriptum impetratum à principe per falsum procuratorem, nec possit ratificari. d. c. ex parte decani. Contra tamen hoc videtur fortiter obstare. l. 3. §. si procurator. in versi. vel ratũ habui. ff. quod quisq; iur. Ad quem text. Bald. hic diuinando varijs modis respondet. Tu notabiliter responde, ꝙ rescriptum principis impetratum à falso procuratore non potest ratificari à domino, verum est quo ad eius commodum. c. ex parte decani. & d. c. nõnulli. de rescr. licèt bene quo ad eius damnum, vt ratificando incidat in pœnam, ita propriè loquitur. d. §. si procurator. per quem hoc mo
8 do singulari limitabis illa iura canonica. ¶ † Quintò no. ex hac gl. ꝙ quando soluitur indebitum falso procuratori, cùm ibi nõ possit tractari de liberatione, non fit distinctio, de qua in d. l. cũ quis. §. 1. intellige verum quo ad soluentem, sed respectu recipientis, si nunquam habuit mandatum, ipse solus potest conueniri, aliàs potest conueniri etiam dominus, cuius reuocatio non nocet soluenti, cùm ei non sit intimata. l. si pecuniam. §. 1.
9 vbi dixi. s. eo. secundum Pau. de Cast. hic. ¶ † Sextò, & vlti. not. ex hac gl. ꝙ si procurator nunquam habuit mandatum, soluens debitum non liberatur à creditore etiam si habuit iustam causam credendi. l. qui hominem. §. si nullo. ff. de sol. Intellige secundum Pau. de Cast. hic, quando erat debitor in genere, vel in quantitate, secus si fuisset debitor in specie, cùm habere desierit sine eius culpa, liberatur saltem facta cessione. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens, & ibi gl. fin. s. si cer. peta. & ad hoc vide, qđ dicit Bart. hic in 3. q. extra gl. ¶ Glo. in verbo tenetur. Aduerte, qđ ista gl. intelligitur per Mod. Ful. Lud. & Alex. ꝙ loquatur respectu domini, & in ea ponatur, qua actione possit agi contra dominum, & distinguitur, vt in ea, & qđ ista sit intentio gl. patet, quia posita est super principio legis, super verbo, tenetur. Secundò, & fortius patet, quia gl. dicit alias, idest si ratum non habet dominus, tenetur procurator, ergo vult, ꝙ in superioribus loquatur, quando dominus habet ratum, vt tunc agatur contra dominum, secundum distinctionem glo. isto modo intelligendo gl. malè diceret: nam gl. vult, ꝙ quando indebitum est solutum falso procuratori in rem suam, dominus tunc tenetur condictione indebiti: nam respectu domini ratificantis nihil curandum est de procuratore. Item non est verum, ꝙ tunc posset ratificari, quando est in rem suam, vt dicam in seq. gl. vbi Bart. hic dicit in 1. colum. Est verum, quòd Bar. in 1. quæst. defendit istam gl. ibi videbimus. Glo. etiam ista malè dicit, inquantum dicit, quòd si debitor soluat procuratori falso, quem credebat procuratorem in rem suam, credidit se liberatum, secus si credidit eum procuratorem simplicem, quia tunc credit se liberandum in futurum. Istud est falsum, quia siue credat, qđ sit procurator in rem suam, siue quòd sit simplex, statim credidit se liberatum. l. vero procuratori. ff. de solu. Item alio respectu gl. malè dicit, quia procurator in rem suam illud, quod indebitè solutum fuit, non tenetur reddere domino, quia non est consequutus nomine domini. l. debitor. in fin. ff. ad Trebel. sed ego habeo, quòd condictio indebiti intentatur contra eum, ad quem res peruenit cum effectu. l. is solus. s. de condict. indebi. ergo cùm res non peruenerit ad ratificantem, non deberet teneri cõdictione inde. Secundò, & fortius glo. malè diceret, dum vult hoc modo intellecta, ꝙ quando indebitum soluitur procuratori simplici, & dominus ratificat, ꝙ contra dominum competat condictio ob causam, falsum est, imò condictio inde. l. si vendidero. §. si Titius. ff. de fur. & l. si indebitum. ff. rẽ rat. hab. & ideo alio modo intelligit istã gl. Bar. in 13. col. ver. venio ad secundam gl. ꝙ non loquatur respectu domini, sed respectu procuratoris, & quo ad procuratorem vadit distinctio, & rationes gl. vt apparet ex gl. mag. Nec dicas, qđ verbum, super quo posita est gl. obstet. nam Pau. de Cast. fatetur, ꝙ gl. est malè signata. Tu dic fm Bart. qđ text. vult duo, vnum expressè. s. qđ dominus tenetur, quando ratificat: aliud tacitè à contrario sensu. s. ꝙ si dominus non ratificet, qđ procurator teneatur, ad istud tacitum vadit glo. & reuera quo ad procuratorem melius procedit distinctio glo. tamen verba gl. fortiter repugnant, dum infra dicit, aliàs si ratum non habet dominus, tenetur procurator. Ex quib. verbis apparet, ꝙ gl. superius intelligit de dño, & non de procuratore. Cogita, quia dubius

ADDITIO.

a ¶ Quis dicatur falsus procurator. Adde glo. in l. si procuratori falso. ff. de condict. ob causa. Archid. & Ioan. Andr. in cap. qui ad agendum. de procura. libro sexto.

dubius est sensus huius gl. ¶Glo.magna in verbo non intercedente,diuiditur in duas partes. In prima format duo contraria contra tex.In secunda ibi,solue ergo,quia.per viam distinctioris respondet vtriq; contrario , & ponit intellectum ad istum tex.ꝙ ista lex non prosequatur vnum casum,sed ponat tres diuersos casus.Et sic intellectus gl.est tripartitus, vt declaraui.s̃.in euiden.Istum intellectum reprobat Bar.in omni parte. Tu aduerte inquantum reprobat in prima parte , qđ si loqueretur in procuratore falso in rem suam , non possit ratificari , vt dicit text.cùm non sit solutum eius nomine,nec ei facta ratificatione debet aliquid restitui.l.debitor.§.fin.ff.ad Trebel. & cum eo * *transeunt omnes*, tñ ipsemet Bar.j̃. 1.q.extra gl.saluat ab hoc fundamento,quando solutum esset cõtemplatione directæ actionis.Sed istam saluationem impugnat Bald. in vlt.col. & Ludo. Rom.ausus est dicere, ꝙ Bar.ita respondendo errauit in terminis, quia siue soluat nomine directarum, siue nomine vtilium actionum (qđ in dubio præsumitur.l.debitor.in fin.ff.ad Treb.) soluit ad vtilitatem procuratoris in rem suam, licèt enim directæ remaneãt penes dominum,tñ effectus tam directæ, quàm vtilis actionis spectat ad solum procuratorem.l.quæ stipendia. C.de procur. & l.procuratore in rem suam dato. ff.de procur. iunct.l.apud Cellum.§.qđ si is cui.ff.de excep.do.Cogita tamẽ, si ad hoc fundamentum replicari potest , qđ procederet si verus esset procurator in rem suam , sed hic erat falsus procurator,ita vr̃ sentire Bar.hic in 5.col.Tamen vltra Doct.considera, ꝙ fundamentum Bal.& Lud. sic potest coadiuuari : nam licèt soluatur nomine directarum actionum , non tñ dicitur solui contemplatione domini, imò contemplatione procuratoris, cui dominium, & vtilitas quæritur, & dominus habet nudum nomen sine effectu : sed ego habeo , ꝙ habens nudum nomen sine effectu non potest ratificare in præiudicium habentis effectum,per tex.in l.fi.in prin.vbi Bal.no. C.de iur.dot.facit.l.si seruo legato.§.si testator.ff.de leg.1. & l. fideicommissa.§.interdũ. ff.de leg.3. Bart.ponit alium intellectum , qđ tota lex loquatur in procuratore falso simplici, prout ante eũ intelligebat Odof. hic,& istum intellectum tenent Bal. Ang. & Sal.& communiter alij. In quo intellectu pondera,qđ Bar.intelligit.l.creditoris. alleg. in gl. quando procuratori falso solutum est indebitum, quæ solutio est contra illum tex.in verbo creditoris , & fortius in verbo obligationis liberatio , quæ verba ostendunt , ꝙ erat verum debitum.Secundò aduerte,ꝙ Bar.habet pro constanti, ꝙ quando pecunia soluitur falso procuratori, ꝙ dominiũ non transferatur in eum , per l.si ego.in prin.ff.de neg.gest. qui parũ facit. Et si dicis, hic non debet posse competere aliqua condictio,quia nemo condicit rem suam,nisi à fure,vt in gl.Respondet Barto.j̃.in 1.parte quartæ.q.prin. & in l.falsus.in 2.col.C.de fur.quòd hoc debet intelligi , quando pecunia est consumpta, quia sequuta consumptione est perinde, ac si in principio fuisset translatum dominium , gl.in l.3.§. subtilius.in glo.2.s̃.eo.& ita tenent alij, tamen hoc nõ est sine magna diuinatione. ¶Ex * isto intellectu *Bart. & communi* intellige duas conclu.quæ sunt periculosæ.Prima conclu.est,qđ quando procuratori falso soluitur indebitum,& dominus ratificat, tunc contra procuratorem competit condictio indebiti,& non cõdictio ob causam, ita tenet Bar.hic in duobus locis , in 3.col.super.2.glo.& in 2.q. extra glo.& cum eo tenet solus Ange.hic. Contrarium,& melius tenet Pau.de Castr.hic in lectu. & latius in repeti. Ludo.& Alex.hic,& dixi supra in euidentialib. & ita tenet ipsemet Bar. sibi contrarius in l. falsus.in 2.col. C.de furt.motus alio fundamento,qđ licèt Bal.ibi in 5.oppo.reprobet,leuiter mouetur secundum Lud.& Alex.hic, & consequenter in ista prima conclus.teneo contra Bar.& eius intellectum. Secundam conclusionem vult Bart. quòd quando procuratori falso soluitur debitum,& dominus non habet ratũ, & tunc contra falsum procuratorem competit condictio ob causam,vt hoc tex.non autem condictio indebiti , quia sic esset inducere repugnantiam, dicere,ꝙ debitum condicatur per condictionem indebiti.Istã conclu.conatur defendere Alex.hic.in 11.col.& duab.seq.contrarium,& melius tenet do.Christoph.de Cast.Ful.& Lud.Ro. hic,ꝙ imò quando debitũ est solutum falso procuratori, contra eum competat condictio indebiti . Nam de hoc sunt tres tex.clari. Primò d.l.creditoris. inducendo vt supra , & l. Titius tamen.ff.de consti.pec. & l.si vendidero.§.fin.ff. de furt.nec aliquid valent tres solutiones Alex.hic,quas ponit in 12.col. quia nimium diuinant. Confirmo per text.in l. sed & si me putem, in prin.j̃.de condi.inde. vbi erat debitum , & fuit solutum illi, qui putabatur adiectus solutioni, cùm non esset , & tamen repetitur condictione indebiti , vt patet ex natura tit. sub quo situata est illa lex,& tamen adiectus solutioni censetur procurator.l.Iulianus.§.1.j̃.de verbo.oblig. Ideo concludo, ꝙ isto casu ambæ cõcurrant,& simul competant,prout tenet Ang.hic, & in l.3.§.& harum.ff.de verb.ob.Ful.Pau.de Castr.& Lud.Rom. hic,& idem Lud.in d.l.2.in prin.in pen.char.& in §.& harum. quamuis ibi Imo.reprehendat Ang. & licèt isti Mod.hanc opinionem aliter non probent , ego comprobo & ratione , & lege.Ratione.nam omne indebitum soluitur duplici de causa, vna de præterito, quia credebatur debitum, & isto respctu cõpetit condictio indebiti,quia regula est, ꝙ competit condictio indebiti, quando erratur in causa de præterito, quæ si esset vera,imponeret necessitatem soluendi : alia est causa de futuro, vt liberatio sequatur , & quamuis impossibile sit eam causam sequi,tamen competit condictio ob causam.l.si militem.& l.si ancillam.C.eod. Et non eundo per mendicata suffragia, ꝙ ista remedia concurrant,do tex.in l.1.in ver. sed si parendi.s̃.eo.iuncta.l.in summa.in verbo,sed & agere,& ibi gl. ff.de condi.inde. Ad idem tex.in l.sed & si me putem.in prin.& ibi.d.Christoph. & Raph.no.ff.de condi.inde. Imò plus refert Lud. hic quosdã repetentes tenere generalius,ꝙ quicquid est repetibile per cõdictionem indebiti , sit etiam repetibile per condictionem ob causam,& èontra.Sed hoc vltimum non placet per tex. in l.si sub conditione.ff.de condict.inde.iuncta.l.qđ Seruius.s̃.eo. Ex * istis apparet,ꝙ intellectus Bar.licèt sit *communiter approbatus*,tamen est valde periculosus.vnde Raph.Fulg.hic in pen.col.ponit alium intellectum, & dicit, ꝙ alio modo nõ potest defendi Iurisconsultus hic,& fuit ante eum intellectus Nico. Mutinensis,prout fideliter refert do. Christoph.de Cast, ꝙ ideo in hac.l. quando verum debitum solutum est falso procuratori,competit solùm condictio ob causam , & non indebiti , vt dicunt quatuor leges superius adductæ,eo quia iste,qui soluebat,sciebat istum esse falsum procuratorem, & consequenter nõ errabat in causa de præterito,& sic condictio indebiti locum habere non potest. Quòd autem soluens sciret eũ esse falsum procuratorem,apparet,quia ab eo exegit ratihabitionẽ,quæ ostendit,ꝙ sciebat eum esse falsum.l.si sine.ff.rem ratam hab. Sed tu dic,ꝙ hæc non est bona consequentia, exigit ratificationem,ergo scit procuratorem esse falsum,nõ sequitur, quia potest esse, ꝙ suspicaretur,aut solùm dubitaret.l.1.cum glo. C.de procur. Præterea dato,ꝙ posset dici largè procurator.l.si ego.in prin.ff. de nego.gest. tñ non potest dici falsus,ex quo soluens scit eum non esse procuratorem,nec ipse simulat se esse procuratorem, ideo non potest dici falsus nisi ineptissimè loqueretur.Quartũ, & vltimum intellectum tradidit do.Bene. de Plumb.in repe.l. falsus.§.1. de furt. nam intelligit , qđ tota ista lex loquatur vno casu in procuratore falso simplici : nã si dominus ratificat , res est clara,si verò non ratificat,fac tres casus.Aut apparet soluentem voluisse transferre dominium pecunię in falsum procuratorem,& tunc contra eum cõpetunt condictiones.Ita loquuntur duo responsa huius tex.si apparet oppositum, secus , cùm nemo condicat rem suam,nisi à fure,vt in gl.Aut sumus in casu dubio,& tunc factus est ver.fi.qui est ad hoc sing.secundum eum,qui vult,ꝙ in casu dubio competant plura remedia alternatiuè,& propterea tex.dicit,vel ꝙ furtum,& sic in casu dubio potes intentare condictionẽ indebiti,vel ob causam, quæ præsupponit dominium translatum,vel potes intentare actionem furti, vel condictionem furtiuam, quæ præsupponunt dñium non esse translatum . Bene verum est,ꝙ in exercitio, cùm istæ actiones sint contrariæ , vna electa , alia intentari non posset.l. cùm filius.§.varijs.ff.de leg.2. Nec dicatur,vt dicunt Bar.& alij, ꝙ omnis condictio degeneret contra furem , quia respondet verum esse,quando est generalis,veluti triticaria,vel certi condictio generalis : secus si specialis , vt indebiti , vel ob causam, quæ limitatio videtur contra.§. sic itaque. Instit.de act. iuncto. §.præcedenti. vbi propriè loquitur de specialibus actionibus, & tamen tradit regulam , ꝙ omnis actio degenerat contra furem , etiam nimis restringeretur generalitas regulæ traditæ in l.fi.in fi.ff.vsufruct.quemadmo.ca.quid tenendum ? Ego quinto loco teneo alium intellectum , ꝙ ista lex tota loquatur in procuratore simplici falso, & quando soluitur procuratori falso indebitum,non solùm competit condictio indebiti,sed etiã condictio ob causam, prout supra tenui in prima conclusione contra Bart. Similiter quando procuratori falso soluitur debitum,ꝙ non solùm competit cõdictio ob causam,vt hic in tex. sed etiam condictio indebiti, vt probatur quatuor legib.s̃.alle. contra Bar.vnde pondero, ꝙ tex.indefinitè dicit,tenetur: intelligo non solùm condictione indeb. sed etiam condictione ob causam,vt faciat ad hunc titu. Similiter inquantum text.dicit à procuratore repetetur,& sic indebitè,intelligo vtramque cõclusionem,vt hoc text.iuncta.dict.l.creditoris. hoc modo. Ista lex bene facit ad hunc titu.& redditur clara , & leges quæ allegantur in oppositum hoc modo concordant , & ad versi.non enim quasi.intelligo aliter quàm Bar.ꝙ Iurisconsultus velit respondere ad obiectum,quomodo hic competat condictio ob causam,

causam, & respondet, ꝙ condictio indebiti competit, quando repetitur quasi sit indebitum de præterito, sed quando intentatur condictio ob causam, non repetitur per illud medium, sed per aliud, quasi ob rem datum sit in futurum, vt habes in litera, & isto modo cessant tot subauditiones scribentium. Nec puto necessarium subaudire ad tex. ꝙ pecunia esset cõsumpta, vt volunt Bar. & alij. Sed m̃deo altero de duob. modis. Primò, qđ tex. hic loquitur in pecunia, quæ communiter datur ad numerum, & qñ datur ad numerum, etiam si detur simplici nuncio, semper intelligitur translatum dominium, vt tenui in l. cũ quid. & ibi latè Alex. s̃. si cer. pet. & est glo. ord. in l. eius qui. quē ibi multũ not. Bar. & ibi dixi. s̃. si cer. pet. Vel si teneas ꝙ hic non est translatum dominium, adhuc competunt istæ condictiones, ratione possessionis. l. indebiti. §. sed si nummi. i. de condic. inde. Intellige tñ omnia supradicta, inquantum dictum est cõpetere condictionem indebiti, vel ob causam, qñ nulla stipulatio intercessit: aliàs secus esset, tex. in l. si sinc. in prin. ff. rem rat. habe. quem ad hoc multum no. Alex. hic. tu vide not. Bart. in l. 2. ff. de cond. indeb. Aliam limitationem ad prædicta, & istum tex. ponit Bald. hic in lectura antiq. & Lud. reprehendit, & ego reprobaui in d. ver. sed si parendi, per illum tex. vbi videas. s̃. eo. ¶Glo. fi. in verbo condici. diuiditur in duas partes princi. In prima timore taciti cõtrarij, qđ supra adduxi in euiden. gl. restringit tex. in fi. dum dicit, condici de condictione furtiua tm̃, sed Doct. generalius intelligunt, ꝙ verbum condici, intelligatur de condictione furtiua, & etiam de condict. inde. vel ob causam, quia omnis condictio degenerat contra furem. §. sic itaque. Insti. de actio. & l. fi. ff. vsusfru. quemad. cau. In secunda parte, quæ est ibi, & not. hic, glo. timore alterius contrarij, refert opi. Mar. quam oppo. forma, vt per Bar. & opi. Mar. relata vt in glo. falsa est. Sed alia fuit opi. Mar. quam gl. refert, vt habes per Barto. & alios, licèt Bar. subtilizando conatus sit defendere Mar. eo modo prout relatum est in glo. & idem Bar. in l. si vendidero. §. pe. ff. de fur. sequitur Ange. in repet. l. falsus. C. de furt. sed truffa est s̃m Bal. hic in fi. qđ eodem instanti fiat furtum, & transferatur dominium. Bar. reprobant Ang. & Mod. hic per tex. in l. falsus. §. 1. ver. nullo modo. vbi no. Ang. ff. de fur. & ipsemet Bar. aliter tenet in l. quoniam. j̃. de condict. furt. Alio modo saluat Ange. hic, & plenius in repeti. d. l. falsus. C. de fur. & in l. falsus. §. 1. ff. eo. & multum gloriatur de hac saluatione, ꝙ licèt in falsum procuratorem sit translatum dominium, tamen potest committi furtum ratione solius vsus. l. si is qui rem. & l. creditori. ff. de fur. sed ista saluatio confunditur per tex. in d. l. falsus. §. 1. ver. nullo modo. si nullo modo, ergo nec ratione vsus, & ita reprobant Pau. de Cast. Lud. & Alex. & respõdent ad iura alleg. per Ang. vt hic per Alex. Caue tamen dum præsupponunt dominium transferri in falsum procuratorem, an sit verum, & quomodo procedere possit, dixi in gl. magna. in verbo intercedente. ¶Extra gl. Bar. hic per quatuor quæstiones reassumit materiam le-
10 gis, & glossarum. † Adde circa tertiã principalem quæst. duo, primò inquantum dicit, si debitor dat rem proprio nuncio deferendam creditori, dicit Barto. constare, qđ in nuncium non transfertur dominium. Tu dic hoc esse verum in specie, secus in pecunia, quæ si datur nuncio ad numerum, transfertur in eum dominium, vt est glo. not. in l. eius qui in prouincia. in glo. in verbo, nam & si tibi. ff. si cer. pet. & ibi Bart. in 5. col. sequitur, & multum commendat ibi dixi. Secundò multum nota limitationem, quam ponit Barto. hic ad l. argentum. ff. commo. vt procedat solùm in specie, secus in quantitate, & ratio est, quia quantitas perire non potest. Ideo casus fortuitus non excusat debitorem quantitatis. l. incendium. C. si cert. pet. dixi in l. quod te. post gl. s̃. si cer. peta. Adde, quòd eandem limitationem ponit Barto. in l. si finita. §. si iam fuerint. ff. de damno infec. & ibi multum not. Imo & Pau. de Castr. in d. l. argentum. quamuis non fuerint recordati de Barto. hic, & per d. l. argentum. refert ibi Ang. fuisse decisam quæstionem, de qua ibi per eum. Item considera, qđ tex. in d. l. argentum. loquitur de famulo debito-
11 ris. † Quid in famulo creditoris, qui nomine creditoris repetit rem, & postea aufugit? vide text. in l. si mea causa. §. 1. ff. cõmo. latè Bar. & Docto. in l. eum qui. §. fin. eo. tit. & per Cano. in c. 1. de commo. Bal. in l. 1. C. commod. Adde etiam, quod vult glo. singu. in l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de furt. de qua dixi in l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. ff. si cer. peta. & eã examinat Alex. hic in antepen. & pen. col. Tu autem subtilius considera, ꝙ licèt omnes transeant cum decisione Bar. limitando, vt per Alex. hic. Ego puto posse teneri contrarium, ꝙ soluens procuratori penitus falso, etiam si habuerit iustam credulitatem, tamen nullo modo liberatur. Et ad ita tenendum mouet me text. in l. qui hominem. §. si nullo. ff. de sol. vbi est text. ꝙ qui soluit ei, qui nullum habet mandatum, non liberatur à domino. Et si dicatur, ꝙ in illo tex. non habebat iustam credulitatem credendi. Ego respondeo, qđ imò. nam pondera, ꝙ text. dicit, *quamuis existimauerit voluntatem domini*, tamen nullo modo liberatur. Item si diceres contrarium, ibi non fuisset aliquod dubium, oportet ergo primò præsupponere, ꝙ soluens haberet iustam causam credulitatis. Secundò moueor, quia text. super quo se fundat Bar. videtur facere in oppositum, scilicet in §. seruum tuum imprudens. Nam pondera, quòd text. ibi loquitur in solutione facta bonæ fidei possessori habenti titulum, quo casu non videtur posse imputari debitori. Secundò ille tex. loquitur, quando solutio fuit facta virtute contractus celebrati, cum bonæ fidei possessore, vnde ille iustè potuit sibi soluere. l. quod si seruus. ff. de sol. declarat Bart. in l. eum qui ita. in princ. j̃. de verb. ob. in l. filius paciscendo. C. de pac. & ad hoc pondero. l. si fugitiuus. ff. de solu. sed ista omnia cessant in casu nostro, quia iste, qui soluit, non contraxerat cum procuratore falso, & sciebat alium esse dominum, & sic videtur, qđ text. alleg. per Bar. non faciat ad propositum. Et pondera, quòd contrarium in discursu visus est tenere Bar. in l. falsus. in pen. col. C. de furt.

SVMMARIVM.

1 *Dominus potest dare seruum proprium alicui, vt torqueatur.*
2 *In obligatione rem dari, vel reddi, etiam post mortem potest agi ad rem.*
3 *Fur, cui data est pecunia ob causam, an teneatur furti, vel condictione ob causam.*
4 *An in iure publico crimen dicatur publicum.*
5 *Quæ sit pœna furti. 5. & 7.*
6 *Qua pœna debeant graßatores puniri.*
8 *Quod dicatur furtum enorme.*
9 *Ex causa licitum est leges, & statuta transgredi.*

LEX XV.

CVm seruus. Diuide, & summa, vt per Bart. In tex. ibi, præfectus vigilum etiã supremo supplicio affecit, & subaudi alio non docto, nec probato, quia iste Titius falsò insinuauit præfecto vigilum, quòd seruus erat suus proprius, & quòd verè furtum fecerat, ex quo debebat suspendi, iste præfectus credidit soli assertioni domini, & malè, & attento, quòd esset seruus, fecit eum suspendi, & malè fecit, quia non debuit credere soli assertioni, etiam si esset dominus, quia hodie est restricta potestas dominorum in seruos, vt nõ possint in eos sæuire. l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. §. 1. Institu. eo. & ideo dicit text. quòd potest agi condictione ob causam contra Titium, vt seruus detur, ac si viueret: nam seruus solùm fuit datus, vt torqueretur, & non comperto crimine redderetur, causa non est sequuta, merito competit condictio ob causam. In text. ibi, Labeo ait. Istud dictum contradicit decisioni præced. vbi dicitur, agi condictione ob causam, ergo translatum erat dominium, quia nemo condicit rem suam, nisi à fure. §. sic itaque. Institu. de actio. Hic autem dicitur agi ad exhibendum, sed actio ad exhibendum competit domino, vel quasi regulariter, ideo subijcitur distinctio Proculi, quæ concordat has contrarietates, vt dictum Labeonis procedat, quãdo dominium non est translatum, quo casu potest agi actione ad exhibendũ, & etiam furti. Si autem dominium sit translatum, tunc non competit actio ad exhibendum, sed condictio ob causam, ista
1 est intentio huius legis. ¶ † Not. primò ex tex. ibi, dedisti eum in questionem, ꝙ dominus dare seruum potest proprium alicui, vt torqueatur, hodie tamen secundum Angel. non posset sine causa, cùm potestas dominorum in seruos sit restricta. l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iu. iuncto tit. Insti. eo. & per illos text. arguendo de seruo ad monachum, dicit Bal. in c. ad nostram. de
a appel. quòd monachus [a] ex leuissima causa intolerabiliter tortus potest exire de monasterio sine licentia Abb. dicens, quòd de hoc fuit interrogatus à generali fratrum minorum. Tamen aduerte inquantum Ange. dicit, quòd istud, ꝙ dicitur hic, non procederet hodie: nam ɔ̃ hoc facit, quia restrictio potestatis dominorum in seruos erat tempore istius legis. Ideo est aduertendum, ꝙ dominus dederat seruum, vt torqueretur non à priuato, sed à ius dicente, & istud bene potest fieri, quid autē sit in libero

ADDITIO.

a ¶Monachus. Adde, quòd talis monachus non dicitur apostatare, quia non fuga, sed causa fugæ consideratur in apostasia, vt in l. quis sit fugitiuus. in §. item Celsus. ff. de ædi. edi. imò vbicunque esset inimicus monachi, ita quod est verisimile, quòd etiam circa debita, & honesta si peteret licentiam sibi non daret, potest monachus facere sine licentia Abba. etiam si ea aliàs requirerent licentiam secundum Cardi. Zab. in cle. 1. in 8. col. de statu. mona. & & ibi etiam vult, quòd isto casu possit tenere arma.

libero homine,an poſſit ſe tradere ad torquendum? tenet Bar.
quòd non,reprobata glo.in l.interdum.§. qui furem.ff. de furt.
a quia nemo eſt dominus [a] membrorum ſuorũ. Adde facere,
qđ decidit Bar.de ruſtico,qui non poteſt paciſci,qđ ſi amplius
reperiatur in vinea talis,poſſit percuti, ſecundum Bart.in l.1.§.
vſque adeo.ff.de iniu.Gul. Alb.Bal.& Ang in l. ſi vnus.§.illud.
ff.de pac.facit,qđ not.Bal.& alij in l.cum donationis.C.de tran-
b ſac.dum tamẽ ſubdit Bar.ꝙ tortura eſt meri imperij,[b] dic me-
lius,vt per Bal.in l.imperium.in 5. col. & ibi dixi.ff.de iuriſ.om.
2 iud.¶†Secundò no.ibi,ages cum Titio,ſecundum Bar.& alios
Doct.ꝙ in obligatione rem dari,vel reddi etiam poſt mortem
debet agi ad rem,licèt executio, & etiam condemnatio fiat in
æſtimatione, ſed in obligatione rem reſtitui poteſt agi ad æſti-
mationem,vt hic per eum, & plenius in l.ſtipulationes non di-
uiduntur.in vltimis oppoſitionib.in 13.& 14.oppo. & in 6.q.ff.
de verb.ob.quamuis contrarium videatur velle Bar.in l.ſi pecu
niam.§. 1.ſ.eo.niſi intelligas in obligatione rem reſtitui. Tu cõ-
ſidera, qđ Bart.& Doct. videntur inaduertenter loqui,quia illa
differentia procedit in contractibus nominatis, in quibus obli-
gatio rem dari, vel reddi eſt præciſa, ſed hic ſumus in contra-
ctibus innominatis, in quibus obligatio dandi non eſt præciſa,
ſed agitur ad intereſſe.l.naturalis.§.1.& ibi no. Bar.ff.de præſcri.
verb.gl.in l.1.in quarta parte.C.de ſent.quæ pro eo qđ intereſt,
& latius Bart.in d.l. ſi ſtipulationes non diuiduntur.in 11.& 12.
opp.ſed ſaluando Bart. & Doct.puto ſic poſſe dici, ꝙ illud, qđ
dicitur in contractib.innominatis,obligatio dandi non eſt pręci-
ſa, procedit quãdo agitur actione præſcriptis verbis ꝯ eum,
qui promiſit dare,vt det: ſic loquuntur prædicta: ſed quando
quis agit cõdictione ob cauſam, non vt contractus impleatur,
ſed vt reſcindatur,& ſic agit ad repetẽdum, qđ dedit, tunc ob-
ligatio eſt præciſa, & ille tenetur præciſè dare, ne ſequatur ab-
ſurdum,qđ ſoluendo intereſſe habeat illam rẽ me inuito,vt l.1.
in fin.ff.de rerum permut. Et iſtud eſt, qđ propriè vult dicere
tex.hic in ver.ages cum Titio,&c.& no.iſtam pulchrã, & ſub-
3 tilem doctrinam. ¶ † Tertiò not.ibi etiam furti te acturum, ꝙ
fur, cui data eſt res ob cauſam, ſed non eſt tranſlatum domi-
nium,tenetur furti,ſed non condictione ob cauſam,vt differat
à præced.& ſic eſt fortiſſimus tex.& contra illud,qđ tenent Do
cto.in l.præce.vbi volunt,ꝙ odio furis ambæ competant,con-
tra quem furem omnis actio degenerat,vt ibi dixi. Alex.ibi re-
ſpondet,ꝙ hic eſt dictio implicatiua,etiam furti, quæ implicat
etiam condictionem ob cauſam. Sed minus bene conſidera-
uit hunc tex.quia illa dictio,etiam,implicat actionem ad exhi-
bendum,iuxta dictum Labeonis relatum in tex. qđ ſecundum
Proculum procedit hoc caſu. Conſidera etiam ſi dici poſſet,
ꝙ licèt in tex.nihil dicat̃ de condictione ob cauſam, tamen nõ
negat quin etiam competat. Dicemus ergo ſuppleri tum ex.l.
præced.in fine,tum ex regula,quæ habet,ꝙ contra furem om-
nis actio degenerat.¶In glo.in verbo,ſummo ſupplicio. Circa
hanc gl.videnda ſunt tria. Primò an præfectus vigilum habue-
rit iuriſdictionem afficiendi ſummo ſupplicio hunc ſeruum,
* & conclude,ꝙ non *ſecundum communiter Docto*. Idem tenẽt Gul.
& Ange.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.om.iudi. niſi hoc conce-
datur propter vilitatem perſonæ, quia ſeruus, ſecundum Iac.
But.Gul.Albe.Bar.& Ange.hic allegantes ad hoc.l.interdum.§.
qui furem.ff.de fur.& licèt Fulg.& dom. Alex.dicant,qđ illa lex
nihil facit, & quòd neſciunt eam inducere. Tu dic, ꝙ indu-
citur hoc modo, vt hic per Albe.quia ibi quo ad cauſam furti
æquiparantur prætor vrbis,& præfectus vigilum, propter quã
æquiparationem Doct.colligunt, ꝙ in ſeruis puniendis æqui-
parantur, quamuis Ful. & Alex.hic contradicant per l.pen. C.
de offi.præfec.vigi.Sed in hoc non eſt inſiſtendum,quia nullius
eſt vtilitatis, & pro nunc tutius eſt dicere, ꝙ hic præfectus vi-
gil.de facto exceſſit in tribus. Primò,quia non habebat cogni-
tionem in cauſis criminalibus. Secundò, quia fecit ſuſpendi
abſque eo, ꝙ ſibi conſtaret de crimine, & ſtetit ſoli aſſertioni
* Titij. Tertiò, quia pro furto *ſecundum communem ſententiam* non
debebat mori,niſi eſſet publicus latro.l. capitalium.§. famoſos.
ff.de pœnis. Secundò diligenter nota iſtam gl.dum dicit, quòd
crimen furti non eſt publicum,licèt impoſita ſit pœna capita-
4 lis.Iſtam glo.not.Bal.hic in vlt.colum.† ꝙ quamuis fur ſit ma-
nifeſtus, aut latro, ita ꝙ debeat furca ſuſpendi, vt ſtatim infra
dicam,tamen per hoc non efficitur crimen publicum, vt qui-
libet de populo admittatur ad accuſandum, in quo Bald.latè
diſtinguit,vt hic per eum.Item per iſtam glo.no.Pau.dę Caſtr.
licèt per ſtatutum ciuitatis pro aliquo crimine priuato impo-
natur pœna mortis, non per hoc efficitur publicum, vt quili-
bet de populo admittatur ad accuſandum.Adde tex.in l.2.iun-
cta glo.1.ff.de concub.quam ad hoc pro ſingulari not. Bal.in l.
ſi eum.§.qui iniuriarum. ff.ſi quis cau. & vide Barto.in l.1.ff.de
publi.iudi.& in rubric.ff.de popu. actio. cum concordan.alleg.
per Alex.hic. Vltra ſcribentes adde,quòd Bald.in cap.at ſi cle-
rici,in 6.colum.in fi.de iudi.dicit iſtam glo.eſſe vnicam de iure
ciuili, quòd licèt pro furto imponatur pœna capitalis, tamen
non per hoc eſt crimen publicum, & ideo non admittitur ad
accuſandum niſi ille, cui ciuiliter actio furti competit. Iſtam
gloſſ.etiam ad hoc not.Bald.in c.1.§.iniuria.in 2.colum.in fine.
de pace iuramen.fir. Tertiò videndum eſt iuxta hanc glo. po-
ſito,quòd præfectus vigilum habeat iuriſdictionem,an poterit
5 pro furto punire pœna mortis, † conſequenter videndum eſt,
quæ ſit pœna furti de iure communi. Conclude, quòd in fa-
moſo latrone clarum eſt, quòd furca ſuſpendi debet.l.capita-
lium.§.famoſos.ff.de pœnis.eo. modo fur famoſus ſecundum
Barto. ibi, idem in graſſatore, dicta l.capitalium.§.graſſatores.
Et quis dicatur famoſus latro,declarat text. in §.fures.in Auth.
vt nulli iudi. & dicitur fur famoſus ſuſpendendus furca, qui
tria furta commiſit,ſecundum Bal.in l.nemo. C.de epiſ.aud.&
in Auth.ſed nouo iure.in 1.colum. C.de ſer.fug. ſequitur Ang.
in l.quod ſi nolit.in §.quia aſſidua. ff.de ædil. edic. quamuis ali-
ter videatur velle do.Alex.in conſi.294.incip.ſtante ſtatuto ci-
uitatis Parmæ.lib.2.allegans,quòd ita tenet Iaco. But.Ange.&
Salic.in d. Auth.ſed nouo iure.ſcilicet, quòd fur famoſus non
debet furca ſuſpendi,iſtud mihi placet contra Bart. & pro hoc
pondero text.in l.capitalium.§. graſſatores. iuncto.§. famoſos.
ff.de pœn. quæ iura ſic induco. dicit text. in §. famoſos, quod
famoſi latrones debent furca ſuſpendi in ſolatium interemptorum, &
6 vt tranſeant in exemplum cæteris.† Pondero iſtud verbum in-
teremptorum, quia videtur loqui de his, qui in ſtratis publicis
non ſolum diripiunt bona,ſed etiam occidunt homines. Item
in d.§.graſſatores. quæritur qua pœna debent graſſatores puni-
ri, & dicit text. quòd debent puniri capitali pœna, ſi in via pu-
blica cum armis bona diripiunt: ergo ſimplex fur etiam ſi ſæ-
pius ſurripuiſſet, non debet puniri pœna capitis, & maximè,
quia in criminalibus debet ſumi mitior pars, aliàs fur non de-
bet furca ſuſpendi. Glo.& Doct.in c.inter alia.de immu.eccle.
& glo.in cap.ſi quis fortitudinem.23.quæſt.3. ſed debet fuſtiga-
ri, & aliter puniri, ſecundum formam d.Auth. ſed nouo iure,
quę eſt ad hoc melior text.qui ſit in iure ſecundum Bald.in l.2.
ad fin.C.de noxa. Et vide Docto.in d.Auth.ſed nouo iure, præ-
cipuè Ange.in lect. Flor. ponentem pulchras deciſiones in iſta
7 materia.† Limita iſtam concluſionem,niſi eſſet vnum furtum
enorme, tunc pro illo poteſt furca ſuſpendi dato etiam, quòd
ſtatutum tria requireret, quia vnum furtum valde magnum
æquipollet tribus,arg.l.ſi is qui tres.§.fin.ff.de excu. tuto.& quia
licitum eſt ex cauſa leges,& ſtatuta tranſgredi, ſecundum Inn.
in c.1.de conſti.Ita per prædicta tenet Bal.in d. Auth.ſed nouo
iure,in 1.col.in fi.idem Bald.in c.1.§.iniuria. in 2.colum.de pac.
iur.fir.vbi refert ita tenere Cy.in d.Auth. ſed nouo iure.ad hoc
etiam alleg.iſtum text. Adde,quòd illam deciſio.Bald. ſequitur
Abb.Pan.in c.inter alia.in vlti.col. de immu.eccleſ. & Ange.de
Are.in tract.male.in verb. veſtem cęleſtẽ abſtulit, vbi refert ꝙ
dum aſſideret Peruſij, ita ſemel obſeruauit dictum Bal. Adde,
ꝙ idem per illa duomet fundamenta tenet expreſsè Ang. in l.
quod ſi nolit.§. qui aſſidua. ff. de ædi.edic.Ange.de Are.in §.ex
maleficijs.Inſti.de act.in 3.col.& idem Ange.Inſt. vi bon.rap.in
8 prin. † Et adde, ꝙ furtum dicitur enorme, licèt ſit modicum,
qñ eſt valde ſcandaloſum, quia ex eo ſequitur fractio pacis pu
blicæ,ita Bal.in c.1.§.ſi quis quinque. per illũ text.de pac.tenen.
in vſib.feud. Ego teneo contra Bald.& ꝯrium tenent Sal. Fulg.
& Pau.de Caſt.in d. Auth.ſed nouo iure. vbi etiam Are. idem
tenet,dicens, ꝙ illa deciſ. Bal.non ſeruatur in practica.Ioan.de
Ana.in c.fin.de fur.& do. Auguſt. Ariminen.in addi. quas fecit
ſuper dicto lib.malefi.in verbo,veſtem cœleſtem abſtulit,quã-
uis nullum de prædictis alleg.eo quia leges, & ſtatuta præpon-
derant conſuetudinem furandi,& non rem furatam, & ꝯ Bar.
multum pondero tex.in c.furtum.14.q.vlt.nec tex.alleg. ꝑ Bal.
obſtat,quia loquitur in materia non pœnali.Et ad dictũ Inno.
9 volentis,† qđ ex cauſa licitum eſt tranſgredi leges,& ſtatuta,de
quo plenè dicam in l.1. C.de precib.impe.offe. poſt Bal.ibi,ego
nunc accõmodo duas pulchras ſolutiones. Primò dico, ꝙ di-
ctum Inn.procedit in maiorib.magiſtratib.ſecus in minorib.&
in Poteſtatibus terrarum,vel ciuitatum, qui iurant ſeruare ſta-
tuta,ita ſing.limitat Bal.in Auth.hodie. C. de iudi.quamuis ali-
ter teneat idem Bald.in illo c.1.in 2.& 3.col.de conſti. Secundò
adhuc no.limitat Sal.dictũ Inn.in d.Auth.hodie.vt procedat in
cauſis

ADDITIONES.

a ¶Nemo eſt dominus. Adde l.liber homo. ff.ad l.Aqui.cap. cum contingat.de ſent.excom.

b ¶Tortura eſt meri imperij.Adde Bal.in l.ea quæ. C. de his quib. vt ind. Bal.in Auth.de teſt. in §.1.

causis arduis statum reipubli. concernentibus, aliàs secus, vt in casu l. si quis filio exhæredato. §. hic quoque. ff. de rit. nupt. Facit bene, quod dicit Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in 11. quæst. de offic. proconsul. & leg. per dictum Innoc. s. relatum excusari officialem in syndicatu, qui ob multorum salutem leges, vel statuta trāsgressus est. Alibi idem Bal. in cap. Obertus. in quibus cau. feud. amit. dicit per illud dictum Innoc. quòd propter causam terribilem licitum est leges transgredi. nota bene prædicta omnia. ¶ Vltimò ex ista glo. not. secundum Paul. de Castr. & Alex. dum glo. dicit, ꝙ iste præfectus vigilum iniustè fecit. Pondera hic glo. ꝙ licèt sentētia lata ab eo qui caret iurisdictione, sit nulla, tamen glo. appellat iniustam, & sic habes quòd si is, qui vult dicere sententiam nullam, dicat iniustam, tamē sustinetur eius intentus, & exponitur iniustam, idest nullam, ad quod vide gl. in l. scire oportet. §. fi. in verbo iustè. ff. de excus. tut. & ibi Bald. & Bartol. in l. 1. in 4. colum. C. de fur. ¶ Glo. fin. in ver. acturum, diuiditur in tres partes. In prima colligit not. ex tex. Secundò contra illud opponit, & dupliciter soluit. In tertia alleg. concor. Secunda ibi, & sic est contra. Tertia est in fin. ibi, & facit. In secunda parte dum glo. vult, quòd lucratur qui voluntatem implet, facit. §. præterea, lo vlti. Institu. de actio. Sic & ècontra dicitur perdere, quando fit contra voluntatem, dato quod lucrum cōsequatur. glo. in l. Paulus respondet creditorem. ff. de solu. facit. l. fin. in fin. ff. de vsu & habit. Iason.

SVMMARIVM.

1 *An si in contractu apponatur verbum dare, dicatur emptio, vel contractus innominatus.*
2 *Cognoscitur contractus ex proprietate verborum.*
3 *Appellatione emptionis, & venditionis non continetur contractus innominatus.*
4 *Res emphyteutica an possit permutari sine consensu domini.*
5 *Quid in prohibitione testatoris.*
6 *Quid in licita venditione rerum ecclesiæ, an possit fieri permutatio.*
7 *In contractibus innominatis perempta specie, debitor non liberatur, secus in contractibus nominatis.*
8 *In contractibus innominatis si quis fecit, quod potuit, an liberetur.*
9 *Differentia inter verbum dare, & verbum tradere.*
10 *Obligatus ad speciem, vltra quod tenetur dare, an etiam teneatur cauere, nume. 11.*
12 *Vendo domum pro pecunia, quam habes in arca, an valeat venditio.*
13 *Donatio an sit contractus nominatus, vel innominatus.*
14 *Si donatio est contractus nominatus, quomodo habeat locum condictio ob causam.*
15 *In contractibus innominatis quando habeat locum condictio ob causam.*

LEX XVI.

Dedi tibi pecuniam. Ista lex secūdū Bar. est valde notabilis, & dicit do. Christoph. de Castil. ꝙ est aurea lex, & quod non habet similem in iure, & secundum Paul. de Cast. est sing. & subtilis lex. hoc dicit in sum. Si do pecuniam, vt des Stichum, non est emptio, sed datio ob causam, & sic contractus innominatus. Ideo pecunia data potest repeti per condictionem ob causam, altero de tribus modis, si Stichus moriatur antequam dederis, vel si tradidisti cùm esset alienus, & sic non dedisti, vel etiam, & tertio si dedisti, sed non vis de euictione cauere, hoc dicit. tota lex diuidit in duas partes. Primò ponitur decisio. Secunda ibi, & ideo. ex decisione inferuntur tres illationes, licèt glo. & Docto. malè dicant, quòd sunt tres rationes, & istæ tres illationes tendunt ad vnum effectum, scilicet ad ostendendum, ꝙ quamuis in contractu emptionis, & vendi. & in alijs contractibus nominatis ille, qui impleuit, nunquam possit agere, vt contractus resoluatur, & sic contra non implentem nunquam possit agere condictione ob causam ad repetendum illud, quod dedit. l. inciuile. C. de rei vend. & l. ea condictione. C. de rescin. ven. Tamen in contractibus innominatis, quia debiliores sunt, qui dedit pecuniam potest agere contra non implentem, non solùm actione præscriptis verbis vt adimpleat, sed etiam ad resolutionē contractus, & sic ad repetitionem solùm per condictionem ob causam, siue ille non det, quia non possit, eo quia Stichus promissus sit mortuus, siue non det, quia non est suus, facit tamen quod potest, quia tradit, siue etiam det, sed non perfectè, quia nolit cauere. Et ratio huius vltimi est, quia qui tenetur dare, non solùm tenetur transferre dominium, sed etiam tali modo transferre, ꝙ effectualiter auocari non possit. l. si rem meam, vbi text. not. ff. de solu. Ideo necessariū est, ꝙ promittat de euictione, prout, 1 dicam, illa cautio succedit loco speciei, ista est substantia hu-

1 ius l. ¶ † Not. primò ex hoc text. ꝙ si in contractu interueniat pretium pro re certa, & apponatur verbū, dare, ex parte eius, qui obligatur ad speciem, non est emptio, nec vēditio, sed contractus innominatus propter verbum dare, ꝙ est contra naturam emptionis, & venditionis, vt habes in glo. Limita istam legem quatuor modis. Primò vt procedat, quando est appositū verbum dare, quod importat translationem dominij, secus si apponatur verbum magis generale, vt verbum accipere. l. naturalis. §. 1. alleg. in glo. vbi dicetur. Secundò limita istum tex. procedere, quando esset dubium quem contractum vellet partes facere, secus si esset certum, vt quia fecissent venditionem, tūc verbum dedi, impropriatur. l. si stipulatus. ff. de vsur. facit in simili text. in l. actione. C. de reb. cred. Et ex hoc inferūt Bart. Alb. & omnes Docto. hic ad instrumēta nostri temporis, in quibus dicitur dedit, vendidit, & tradidit, cùm appareat per verbum vendit, ꝙ partes volunt facere venditionem, tunc verbum, dedit, impropriatur pro tradidit. Idem tenet Bart. in d. l. si stipulatus, & in d. l. naturalis. §. 1. & in l. ex empto. in prin. ff. de act. emp. & in l. 1. C. de rer. permu. Sed caue, quia ista saluatio Doctorū procederet, quando solùm diceretur in instrumento, dedit & vendidit, tūc potest impropriari verbum, dedit, vt ponatur pro tradidit. In istis terminis loquitur text. in d. l. si stipulatus. sed in casu Doctorum, cùm sint ista tria verba, dedit, vendidit, & tradidit, non potest verbum, dedit, exponi pro tradidit, quia sic esset bis tradidit. Propterea considera si esset melius dicere, quòd primum verbum dedit, reijciatur, ex quo repugnat venditioni, per regulam. l. cum precario. ff. de preca. Tertiò limita istam legem non procedere, quando dictū esset, do tibi pecuniam pro pretio, vel nomine pretij, vt des Stichum. Nam vbicunque fit mentio de pretio, apparet, ꝙ partes volunt facere vēditionem, l. fin. & ibi glo. C. de prædi. curia. lib. 10. cum sim. secūdum Gul. Paul. de Cast. & Alexand. in l. 2. in princ. s. si cert. pet. vbi examinaui, & ibi etiam tetigi de intellectu. l. cum manu sata. §. fi. ff. de contrahen. empt. Et vltra communia pro prædicta conclusione est glo. in l. apud Celsum. §. de auctoris, in verbo pretio accepto. ff. de excep. doli. l. cum dotem, & ibi not. Bald. C. de iure do. Quartò limita istam legem procedere, quando verbum dare, adijcitur certæ speciei, vt hic. secus si adijceretur generi, tunc esset emptio, & veniret dare, non ex natura contractus, sed ex natura rei deductæ in cōtractum, secundum Bart. in l. 2. ad fi. prin.
2 s. si cert. pet. cum concord. quas ibi dedi. ¶ † Not. secundò, quòd vbi inter partes geritur aliquod negotium informe, non expresso aliquo nomine contractus, & dubitatur quis contractus sit ille, tunc attenditur proprietas verborū vt hic, & in dubio censetur ille contractus, qui verbis magis cōuenit. facit. l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mor. & in simili text. cum gl. in l. non codicillum. C. de test. & in d. l. cum precario. ff. de preca. dic vt latè per Bar. in d. l. vbi ita donatur, & Bald. in l. si pater. in 2. lect. ff. de adop. vbi dicit, quòd in hoc contrario omnes freneticauerunt,
3 præter Cyn. ibi, & latè Bald. in l. 2. in princ. s. si cert. pet. ¶ † Not. tertiò ex hoc text. quòd nomine emptionis, & venditionis non continetur aliquis contractus innominatus, & cōsequenter nō continetur permutatio, imò se habent tanquam species oppositæ. l. 1. §. fin. de rer. permu. vnde facit iste text. secundum Bald. & Alex. quòd si in statuto fit mentio de emptione, & vēditione, non contineatur permutatio. & ita tenent Specu. & Ioan. And. in tit. de emptio. & vend. §. nunc dicendum, ver. sed pone statutum. Bald. in l. 1. C. de rer. permu. Paul. de Cast. in l. 1. ff. eo. Anto. de But. in cap. constitutus. de in integ. restit. Tu adde text. in cap. 1. de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap. vbi alternatiuè ponitur inter venditionem, & permutationem. & ibi Pan. in 2. not. ad hoc not. postea distinguit, vt ibi per eum. Adde etiam text. cum glo. in l. fin. C. de prædi. curi. lib. 10. Intellige tamen sanè, nisi essemus in materia non odiosa, sed fauorabili, & militaret idētitas rationis. Hinc videmus, quòd edictum ædilium curulium loquens in re vendita vitiosa, vt possit redhiberi, habet locum etiam in permutatione. text. est in l. sciendum. §. deinde. versi. sed si quis permutauerit, quem Angel. reputat ad hoc mi-
4 rabilem. ff. de ædil. edict. facit. l. fin. ff. de rerum permu. † Hinc videmus, ꝙ res emphyteutica, quæ non potest vendi, vel alienari sine consensu domini, nō potest etiam permutari cum alia re, quia est identitas rationis, ita glo. & Docto. in l. fin. C. de iure emphy. Specu. & Ioan. And. in titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. 21. & clarius Gul. de Cun. Bald. & Ang. in l. cum hi. §. si cui. per glo. ibi. ff. de transa. Io. And. & Imol. in cap. potuit. de loca. quamuis contrarium, & malè tenuerit idem Bald. post Iaco. de Are. in l.
5 si domus. §. fin. ff. de leg. 1. † Hinc etiam videmus, quòd si testator prohibuit, ne filius possit vendere res immobiles, quia vult ꝙ perpetuò remaneant in familia, ꝙ non poterit etiam permutare propter identitatem rationis considerata mēte, & affectu testatoris. Ita latè concludit Bald. hic. Bald. & Ang. in d. l. cum hi. §. si cui.

§.ſi cui.poſt glo.ibi, ſecus autem eſſet, quando eſſet diuerſa ratio inter vẽditionem,& permutationem.Et ad hoc facit,quod decidit Bar. in l.ſicut.§.ſed & ſi permiſerit,per illum text.ff. quibus mod. pign. vel hypo. ſol. referens ſæpius vidiſſe de facto.
6 † Quòd ſi Epiſcopus dedit ſententiam Abbati vẽdendi res immobiles eccleſiæ pro ſatisfaciendis debitis, ꝙ nõ poteſt permutare, cùm ſit diuerſa ratio, quia permutando non ſatiſfit debito,ſaluo ſi aliter vendi non poſſet, vt ibi per eum, quod limita vt per Bart.in l.Ariſto.ad fi. prin.ff.de don. quando eſſet principaliter permutatio, ſecus ſi eſſet principaliter venditio habens mixturam permutationis,vnde dicit ibi Bar. ſe de facto conſuluiſſe,ꝙ cùm Papa dediſſet licentiam Abbati vendendi certum fundum eccleſiæ,poteſt cum vẽdere pro mille,& pro alio fundo,qui permutabatur.Et de hac materia adde etiam Bal. in l.2. C.de vſuc. pro emp. & in cap.2.de contro. inter dom. & emp.
7 ¶†Quartò not.in verſ.& ideo.quod in contractibus innominatis debitor [a] ſpeciei perempta ſpecie non liberatur, quin pecunia data poſſit repeti eam ſi nõ fuit in mora,vel culpa. ſecus eſſet in contractibus nominatis.l.ſi vt legati cauſa. ff. de verb.obl. l.qđ te. vbi dixi.ſ.ſi cert. pet. Et ex hoc habes correlariè notare, quod in contractu innominato periculum interitus ſpeciei debitæ non pertinet ad alterum contrahentem, ſecus eſt in emptione, & venditione, vbi periculum eſt emptoris, nec poteſt agere ad æſtimationem,aut repetere pecuniam.§.cum autem. Inſtit.de empt.& vendi.& ratio diuerſitatis eſt,quia contractus emptionis eſt perfectus ante implementum. l. neceſſario. ff. de pericu.& commo.rei vendi. ideo periculum eſt emptoris. Sed in contractibus innominatis contractus ante eſt imperfectus.l. 1.ff.de rer. permu. iſtud notabile qualiter intelligatur,ſtatim dicam in glo.in ver.poſſem.
8 ¶†Quintò not.in ver.finge. quòd in contractibus innominatis,qui non dedit prout debet, fecit tamen quod potuit,quia tradidit, non liberatur quin datum poſſit repeti. Limita in cõtractu innominato tranſactionis, vbi q̃a eſt inductus fauore minuendarum litium in eo, qui promiſit dare ſufficit tradi,ſi plus non poteſt,nec repetitur datum. text. eſt not.in l.ſi pro fundo.vbi Bar.& Doct.de tranſact. idem Bar. in l.ſi quis aliam,in prin.in 3.colum. ff. de ſolu. Secundò limita quando talis res fuiſſet tradita ex cauſa permutationis cum re, quæ fuerat expoſita venalis,tex.habes ſingu. & exemplum in l. 1.C.de rer.permu.
9 ¶†Sextò not. ibi, ſed tamen eum tradidiſſe, differentiam inter verbum dare,quod importat translationem dominij,& verbum tradere,quod non importat dominium.facit.§.ſic itaque.Inſti.de act.& l. vbi autem non apparet.§.fi.ff.de verb. obl. aliquando tamen ratione ſubiectæ materiæ verbum dare,impropriatur pro tradere.l.1.in princ.cum gl.ff.depo.glo. in l.non videntur data.ff.de regu.iur.cum alijs,quę allegaui.ſ.in 1.not.
10 ¶†Septimò not.ex verſi.fin.quòd qui eſt obligatus dare ſpeciem ex cõtractu innominato,vltra hoc ꝙ det, tenetur etiã cauere,aliàs datum repetitur, & in hoc differt ab emptione, & & venditione,vt declarat Bart.in l.ſi rem meam.ff.de ſolu.& talis cautio ſuccedit loco ſpeciei,ſecundum Bar.in l.cum quis.§. qui hominem,& in l.ſi quis aliam.in prin.in 2.col.ff.de ſolu. Limita iſtum tex.procedere,quando cautio venit ex natura contractus innominati expreſsè,vel tacitè, vt eſt hic, quia qui promiſit dare,tenetur taliter dare, quòd euinci nõ poſſit.d.l. ſi rem meam. Ideo tenetur cauere, quia ſi contingeret euinci, cautio eſſet loco ſpeciei,vt prædixi. Aliàs in contractu innominato nõ tenetur quis cauere,& ſi nolit cauere,datum nõ repetitur, tex. habes,& exemplum in l.3.in princ.& ibi Bal.& Fulg.ſ.eo.& do. Chriſtoph.de Caſtil.& Fulg.hic. ¶Glo.in verbo procliuior.diuiditur in duas par.Primò declarat text. In ſecũda quæ eſt ibi,ſed videtur.oppo.contra tex.& dupliciter ſoluit, & tenet ſecundã
11 ſolu.& bene,ſcilicet ꝙ in d.l.naturalis.§. 1.† eſt verbum accipere magis generale, quod de neceſſitate non importat translationem dominij,ſicut hic verbum dare. Limita niſi verbum accipere,vel recipere adijceretur generi vel quantitati, tunc importat dominij translationem,non ex natura ipſius verbi,ſed ex natura rei cui adijcitur.l.cùm mota.& ibi Barto.ad hoc not.C.de tranſact.& idem Bar.in d.l.naturalis.§.1.Confirmo per bonum ſimile:nam verbum trado, non importat translationem dominij,vt dixi in tex.& eſt tex.in l.ſi rem tradi.ff.de verb.obl.Iſtud eſt verum niſi adijciatur generi,vel quantitati.gl.eſt ſi.in l. à ſubſtituto.§.fin.cum l.ſeq.vbi eſt gl.ff.de leg.1.& ibi Docto.precipuè Imol.& Moder.ad hoc not. & reputant ſingularem pro limitatione.d.l.ſi rem tradi.Aduerte circa prædicta ad duo.Primò,ꝙ ex ſolutione gl.ibi,vel dico.habemus inferre,quòd pactum,qđ fit contra naturam contractus,facit illum tranſire in aliam ſpeciem contractus.Et ſi contra arguatur, quod imò tale pactum contra naturam contractus initum ſit nullum,per d.l.cum precario.Reſpondetur,qđ vbicunque eſſemus in caſu claro, verũ eſt,ꝙ pactum reijceretur.d.l.cum precario.ſed in caſu iſtius legis eramus in caſu dubio,quem contractum vellent facere partes.Hinc eſt, qđ ſi partes expreſsè egiſſent facere venditionem, & poſteà appoſuiſſent pactum,qđ dominium trãsferretur,reijceretur pactum.Secundò aduerte circa gl.ibi, ibi verò in quantitate, nam ex ea habes, ꝙ quando datur pecunia vt quantitas,
12 cenſetur venditio:ſed ſi datur vt ſpecies, non eſt venditio. †Et ex hoc infertur,ꝙ ſi vẽdo tibi iſtam domum pro pecunia, quã habes in arca,non eſt emptio, quia pecunia tunc conſideratur vt ſpecies:ſed ſi dico,vendo tibi iſtam domum pro quanta pecunia habes in arca,tunc dicitur emptio, & venditio. Ratio diuerſitatis eſt,quia vtendo verbo quanta,fit relatio ſaltem tacitè ad quantitatem, ideo tunc eſt emptio. Ita ad literam dicit glo. ſing.in l.hæc venditio.§.1.in verbo quanti.ff.de cõtrahen.empt. quam gl.pro ſingulari exclamat Roma. in l.ſi certos nummos. ff.de verbor.obl.& de illa facit mentionem Bald. in l. ſi ſeruus. §.qui quinq;.ff.de leg.1. ¶Glo.in verſi.poſſum.diuiditur in quatuor opp.& tres ſolutiones ponit.partes patent. Tu iunge omnes tres ſoluti.ſimul,& habebis veritatem: nam qui dedit pecuniam,vt Stichum haberet,Sticho mortuo ſi vult agere actione præſcriptis verbis,aget vt contractus impleaẽ, & ſic vt Stichus detur, & non poteſt. Ita loquitur contrarium iuncta ſolutione glo.ibi.aut vult agere condictione ob cauſam, ad repetendum quod dedit, & tunc aut vult agere ex capite cauſæ non ſecutæ,& procedit diſtinctio,quam ponit gl.in prima ſolu.aut vult agere ex capite pœnitentiæ, & tunc procedit ſecunda ſolutio glo.& eius diſtinctio.¶Glo.in verbo non liberaberis, diuide in tres partes.In prima opponit contra text.& dupliciter ſoluit. In ſecunda ibi,ſed ad quid.glo.ſecundum Barto.& Bald. opponit contra text.dic melius,ꝙ format quæſtionem,& ſimul per viã fallentiæ remouet vnum contrarium. In tertia ibi, vbi ergo locum habet.glo.per viam quæſtionis oppo.contra tex. & ſoluit. In prima parte tenet primam ſolu. reprobata ſecunda, & ita etiam reprobat Imol.in l. Ariſto.§.libero. ff. de donat. cum lex hic vtaẽ termino cautio, ergo intelligitur ſine fideiuſſore.l.ſancimus.C.de verbo.ſignific.In ſecunda parte principali glo.duo
13 ſunt videnda.† Primo an donatio ſit contractus nominatus, vel innominatus.glo.hic tenet,ꝙ olim eſſet innominatus, ho-
b diè ſit nominatus, [b] idem tenet gl. in d.l.iuris gentium.in princ. ff.de pact.& in l.pacta conuenta. in princ.ff.de contrahen.emp. & in l.2.C.de condi.ob cauſam.Fundamentum glo.eſt, quia ſolo conſenſu producit actionem, ergo eſt contractus nominatus,iuribus alleg. in glo. Iſtud fundamentum reprobant Doct. quia multi ſunt contractus nominati, qui ſolo conſenſu non producunt actionem, vt ſunt omnes, qui contrahuntur re, & tamen ſunt nominati.Sed tu conſidera, ꝙ fundamentum glo. eſt verum arguendo affirmatiuè,vt gl.facit,& probant iura per eam alleg. Sed negatiuè non eſt bonum arg. ſi dicatur, nõ producit actionem ex ſolo conſenſu, ergo non eſt contractus nominatus,falſum eſt,vt prædixi.Iac. But. tenebat,ꝙ olim,& hodiè eſſet contractus innominatus,per tria fundamenta, quæ re-
* fert hic Bart. Tertia eſt opin.Bar.*hic vera, & communis*,quam etiã tenet ipſe in l.iuris gentium.in princ.vbi Paul.de Caſt.& latius dom.Alex.ff.de pact. Bart.in l.in ædibus.§.1.ff.de dona. & in l.2. vbi etiam Cy.& Bald.C.de cõdi.ob cauſam. præcipuè per tex. qui valde ſtringit in l.Ariſto.in prin.in verſ.denique.ff.de dona. vbi in donatione non habet locum pœnitentia, nec condi. ob cauſ.& tamen ſi eſſet contractus innominatus haberet locum, vt hac l.diſputando, & in puncto iuris poteſt teneri opin. Iaco. But.quam tenet Fulg.hic,& in d.l.iuris gen.in prin. & ante eum Franc.de Ramp.in repe.huius l.in 6.opp.2.partis, prout refert, & ſequitur Imol.in d.l.in ædibus.§.1. vbi etiã Raph. Cuma. idẽ tenet,& idem videtur tenere Bald.in d.l.iuris gen. in princ. & in rubr.C.de rer.permu.Intellige tamen ſanè,licèt Docto.non declarent,ꝙ donatio eſt contractus innominatus, non quidem reſpectiuus, quia contractus innominati reſpectiui ſunt tantum quatuor,qui enumerantur in l.naturalis. per totam.l.ff.de præſcrip.ver.ſed eſt cõtractus innominatus ſimpliciter, prout etiã pactum nudum, vt ſtatim ĩ. ſubijciam. Pro iſta parte ſtringit, quia donatio eſt nomen generis,ergo cùm remaneat in nomine generis,diciẽ contractus innominatus,ſicut in ſimili de permutatione dicit glo.approbata in rubr.C.de rer.permu. Et licèt permutatio propriè ſumpta dicatur ſolùm quando datur ſpecies certa pro alia ſpecie certa,vt declarant glo.& Docto.in l.1. C.de rer.permu.gloſſ. & Docto.in l.1.ff.eod. Tamen quia largè alios contractus comprehendit,dicitur permutatio nomen generis,& contractus innominatus,ſic in propoſito donatio propriè

ADDITIONES.

a ¶Adde eundem Iaſ.in l.ſi ex legati cau.ff.de verb.obl.col.2. PANCIR.
b ¶Nominatus. Adde quod hanc ſequitur, & communem dicit Clar.§. donatio.quæſtio.1. MASVER.

priè sumpta dicitur solùm simplex donatio.l.1. ff. de donat. tamen largè comprehendit donat.ob causam,causa mor. & dona.propter nupt. Item legatum.l.legatum.ff.de leg. 2. ergo donatio est nomen generis, pro quo facit.l.alienatum.§.donationis verbum.ff.de verbo.sign. facit quia diffinitio debet constare ex genere,& differentijs,vt declarat Bart. in l.1.in prin.ff.de acq. possess.sed in l.legatum,diffinitur quid est legatum,& dicitur ꝙ est donatio quædam,ergo apparet,ꝙ donatio est nomen generis.huic fundamēto respondet Alex.in d.l.iuris gen.in prin.ꝙ eo attento sequeretur, ꝙ venditio esset contractus innominatus, cùm etiam comprehendat vendi.ob causam, & conditionalē, sed istud nihil facit.nam omnes prædictæ sunt species venditionis solùm differentes numero,sed donatio vltra ꝙ comprehendat multas species dona.etiam comprehendit legatum,vt prædixi.Nec obst.si adduceretur tex. in l.statuliberis. §. quamuis.ff. de statulibe. quia responde secundum Bald. in d. l. iuris gen. in princ. (& sibi ascribit Imol. in d.l. in ædibus.§.1.) ꝙ ille text.non dicit,ꝙ appel.vend.alij contractus cōtineantur,quamuis litera ibi ita sonet,sed bene dicit, ꝙ illud Senatuscōs. loquēs in vend. ex identitate rationis extenditur ad alios contractus.Vel aliter, & Secūdò rn̄de,vt per Bal.in l.voluntas.in vlt.col. C.de fideicō. Tenendo istam partem difficile est respondere ad l.Aristo.ver. denique.quam Bar.alleg.pro casu.Respondent Imol. Ludo.& Raph.Cuma.in d.l.in ædibus.§.1. ꝙ in contractibus innominatis licita est pœnitentia, verum est, re integra, sed in d.l.Aristo. res non erat integra, imò facta traditio & executio, sed errant, quia in contractibus innominatis executio, & implementum non impedit, quin semper sit locus pœnitentiæ ex parte eius, qui impleuit.l.si pecuniam.in princ.vbi dixi. supra eo. Durum est respondere ad illum text.Ego sic nouiter respondeo:nam il la regula, ꝙ in contractibus innominatis habeat locum pœnitentia, procedit in his,qui sunt respectiui,ita loquūtur omnes. ll.loquentes de hac materia, sed quando est cōtractus innominatus simplex non respectiuus,vt est donatio, ibi non habet locum pœnitentia.Ita vult glo.sing.l.si cum fundum.in gl. 1.ff.de pac.secundum Imol.in l.ex hoc iure.§.si quis dederit.ff.de don. quamuis illam glo.aliter ibi intelligat Barto.in illa l.si cum fundum.in 2.oppo.& hoc clarè confirmo.nam pactum est cōtractus innominatus simplex,prout tenet glo.sing.in l.1.in princ.in glo.mag.circa fin.ff.de act.& obl. quam sequitur Bald.in rub.& in l.1.C.de pac.& reputat singu. in cap. quintauallis.in 2.col.de iureiu.& plenius in l.lecta.in 7.col.supra si cer.pet.& tamen nemo diceret, ꝙ in pacto nudo habeat locum pœnitentia, quia sic pactum nudum non produceret exceptionem,contra regulam.d.l.iuris gen.§. igitur núda. Istud etiam patet in l. si gratuitam.in prin.ff.de præscrip.ver. vbi est contractus innominatus, sed non respectiuus,cogita tamen,quia fortè non audiuisti am
14 plius. Retenta tamen opin. Barto. & communi † videndum est secundò,si donatio est cōtractus nominatus, quomodo potest habere locum cōdi.ob causam.Bar.hic assignat mirabilem rationem,quam sequuntur Ang.Saly.& latius Alex. hic. Sal.in l.petēs.in 4.quæst. C.de pact.licet Paul.de Cast.reprobet,& male,vt per Alex.hic.Duas alias rationes assignat Bar.in l.1.in prin. ff.de dona.quas reprobat Alex.hic,sed non insistendo in verbis. dic,ꝙ responsio est clara,ꝙ in donatione simplici, quia illa est contractus nominatus,non habet locum cōdi.ob causam, sed condi. ob causam benè habet locū in dona. facta propter causam, ita loquitur. l. 1. C. de donat.quæ sub mo.l.cum res.C.de dona.& l.ea lege.C.eod.tit.quia dona.ob causam est contractus innominatus,scilicet do vt facias,ita tenet Bart.in l.2. C.eod.& sequuntur Paul.de Cast.& Lud.Rom.hic. istam solu.reprobat Alexan.per d.l.Aristo. in ver. denique.vbi erat donatio ob causam,& tamen non habet locum pœnitentia, sed errat. imò ibi intra quinquennium erat donatio simplex, & tunc quæritur de repetitione,ita dicit & melius ipse Alex. in d.l.iuris gen. in prin. In 3.parte glo.iuxta fin.ibi cùm facta non possent repeti. dic ꝙ glo.nimium generaliter loquitur,quia imò quædam facta repetibilia sunt,vt traditio vacuæ possessionis, secundum Bart. hic, & in l.si pecuniam.in prin.s.eod.¶Extra glo.Bart.hic reassumit totam materiam per distinctionem, tu clarius fac regulam cū sex fallen. Regula est,quòd in contractibus nominatis non habet locum condi.ob causam,ad repetendum illud,quod est datum.l.inciuile.C.de rei vend.d.l.ea conditione.C.de rescin.ven. iuncta l.sicut.C.de act.& obl.Ista regu.procedit in cōtractu nominato simpliciter facto, secus si apponeretur pactum, puta vendo rem pro decem,pacto ꝙ vadas pro me Romam, si deductum in pacto esset maius, quàm pretium, cùm attendi debeat quod principaliter agitur.l.si quis nec causam.& ibi dixi.supra si cer.pet.certè pacto principali cōsiderato, haberet locum condi.ob causam.tex.est sing.secundum omnes ibi,in l.cum te, & ibi glo.C.de pact.inter emp. & vend. Quod autem pactum ibi fuerit de principaliori causa,patet ibi in tex.in ver.exiguo,& ibi Cyn.declarat.Bald.& Saly.in l.2. C.eod.secus si deductum in pactum esset vilius.l.ea conditione. C.de rescind. vend. Isti duo text.simul iuncti bene declarant istum passum,& ita in effectu tenent Bar.& Ang.hic in vltim.colum.quamuis Bart.obscurius loquatur.Secundò limita prædictam regulam mirabiliter non habere locum,quando cōtractus nominatus fieret pro vno, & pactum apponeretur incontinenti pro alio,tunc quia actio descendens ex contractu non potest informari, vt competat ad deductum in pactum,habet locum condi.ob causam, ad repetendum quod est datum.ita tenet Barto.in pen.col.in fin.quem sequitur Angel.& Sal.& plenius Alex.hic.& Sal.in l.petens.in 3. quæst.C.de pac.& mouentur omnes per l.ea lege. C. de condi. ob causam.& l.cum res.C.de donat.Tertiò limita,quando contractus ex parte vnius resoluitur ex dispositione. l. vel statuti, tunc alteri parti competit cōdictio ob causam ad repetēdum quod est datum, text. habes, & exemplum in l.bona fides. vbi Barto.& Paul.de Cast.ad hoc not.ff.de act.emp. Dic melius, ꝙ imò rescisso contractu competit actio ex illo contractu, & nō condictio ob causam.l.ex empto.§. si is qui vina. vbi Bart.met. not.ff.de act.empt.Lud.& dom. Alexand. & Fulgo.in d.l.bona fides. Quartò fallit,quando contractus est nullus,quia ex quo cessat ratio, quæ assignatur in l.in commodato.§.sicut.ff.commod.habet locum condi.ob causam,secundum Bald.in l.1.C. de rer.permu. Quintò fallit,quando in contractibus nominatis non obseruātur promissa circa qualitatem, vel bonitatem rei, potest agi redhibitoria ad repetendum id, quod est datum, licèt non condi.ob causam.l.quod si nolit.§.1.ff.de ædil.edict.secundum Bald.in l.si prædium.in 3.colum. C.de ædi. act. Sextò limita, quòd licèt in contractibus nominatis nō habeat locum cōdictio ob causam,vt prædixi, tamen bene habet locum condi.ob turp.causam.ita videtur probare text.in l.fin.& ibi glo.ad hoc not.infra de cōdi.ob turp.causam,& ibidem Paul.de Cast. & Alexand.in 1.not.ibi dicam, & probabo.

SVMMARIVM.

1 *Si promisi centum ex causa vsuraria,& solui,repetere possum.*
2 *Remissio vsurarum facta fœneratori, præsumitur colorata.*

De condi.ob turpem causam. Rub.

¶Gloss. rubricæ diuiditur in duas partes. Primò continuat rubri. ad præced. Secundò remouet tacitum contrarium. Secunda ibi,& quòd subijcit.Ex 1.parte ibi,nūc de hac quæ præteritam. habes,ꝙ datum ob causam præteritam turpem, repetitur per istam condi.ob turp.causam.Idem not.glo.in rub. C.eod.& gl. in rub.infra titu. 1.Istam glo.reprobant Vltramon. & Cyn. in d. rub.C.eodem,& Barto.& Ang.hic. Paul.de Cast.in l.1.in princ. infra eodem.per text.l.pen.j.eod.& in l.2. C.quod met.causa.& est ratio,quia quando causa de præterito est turpis, ille qui soluit,scit se non teneri,ergo soluit scienter indebitum, per consequens videtur donare, ergo repetere non potest.l.1.infra.titu. 1. Ex ista conclu. Doct.datur limitatio ad totum istum tit. vt procedat,quando datio præcedit,& sequitur posteà implemētum turpis causæ, secus esset ècontra, si præcederet causa turpis de præterito,& posteà solueretur,& ita in specie no.Paul.de Cast.
* in l.1.in ver.1.infra cod.*Ita transeunt omnes.*Tu in primis adde,ꝙ Bart.met sibi contrarius sequitur istam gloss.in l.si plagij.vbi est text.qui confert ad materiam,ff.de verb.obl.Secundò considera,ꝙ quando causa de præterito est turpis,& quis dat simpliciter nulla causa expressa in donatione, verum est,quòd non potest tunc repetere.l.pen.infra eodem.quia videretur donare, vt prędixi,& datio sequens purgat vitium præcedēs.d.l.2.C.quod met.causa.sed ista glo.& similes procedunt, quando tempore dationis causa turpis de præterito fuit expressa: nam dedi centum quia fecisti furtum, turpitudo est ex parte recipientis tantum,tunc datum repetitur per condi.ob turp. caus.ad hoc specialiter induco.l.ex ea stipulatione.j.cod. † Confirmo per simi-
1 le,si promisi centum ex causa vsuraria, & sic ex causa de præterito turpi,si ea solui ex causa vsuraria possum repetere. cap. debitores.de iureiu.not.pulchrè Barto.in l.si non sortem.§.1.per illum text,ff.de condi.indeb.sed si soluerem ex liberalitate,vel ex causa donat.tunc non repeterem,ita tenet glo.in cap. pactum. in versi.restituitur.de regu.iur.libr.6. Host.in sum.titu. de vsu.§. quæ pœna.ver.quid si fœnerator.Fede.de Sen. consil. 18. incip. quæstio talis est,& in consil. 22. incip. vtrum vsurarius. Petr.de Anch.& Pan.in cap. cum tu. de vsur. Cald. in consil. 10.posito sub titu.de vsur.latè Lau.de Ro.in repe.cap. consuluit. de vsur. in 3.parte.q.2.& 7.& Bald.expressè in l.pen.infra eod.& in l.constitutionibus. C. de vsu. Alibi tamen Bald. in l.ab Anastasio.in

penul.

2 penul.colum. C. man.colligit ex illo text. † quòd remiſſio vſurarum facta fœneratori ex cauſa dona.præſumitur colorata,& & non facta animo merè liberali, ſed vt habeat gratioſiorem extorſionem.& ſequitur Paul. de Caſt.in l.rogaſti,§.ſi tibi,ad fi. ſupra ſi cert.pet. Alexand.in conſil.445.3.volum.incip. circa primum dubium quo quæritur, an dictus datarius. in vltim. col. aliquid Paul.de Caſt.in l.pen.infra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Quādo aliquis tenetur gratis facere, ſi pecuniam accipit,turpiter facit.*
2 *Quando turpitudo verſatur ex parte vtriuſque,ceſſat repetitio.*
3 *Datum iudici vt iudicet,quando repetatur.*
4 *Quid ſi promiſi ſeruare eum indemnem.*
5 *Quid in pecunia data teſti,vt teſtificetur, & ibi an teneatur pœna falſi,& numero 6.*
7 *Cauſa,quæ nocet,& non quæ prodeſt,attenditur.*
8 *Cauſa prohibitiua,& non permiſſiua attenditur.*

LEX PRIMA.

OMne. Datum ob cauſam honeſtam ea ſequuta non repetitur. Datum verò ob turp.cauſam, ſi ſit ex parte recipientis tantum, repetitur, ſecus ſi ex parte dantis, vel vtriuſque. hoc dicit cum tribus ll.ſequen. vſque ad §.ſed & ꝙ meretrici. † Not.in l.2.re-
1 gulam, ꝙ quando aliquis gratis tenetur a aliquid facere,vel non facere,ſi pecuniam accipit,turpiter,& iniuſtè accipit,& de hoc eſt glo.in l.3.§.ſi tibi.j. eo.ibi dicam de hac
2 regula.¶†Secundò not.ex l.3.ꝙ quādo turpitudo verſatur ex parte vtriuſque,ceſſat repetitio, quia in pari cauſa turpitudinis melior eſt conditio poſſidentis.l.pen.infra eod. Contra hoc opponitur,ꝙ in pari cauſa turpitudinis debeat hic dari replicatio actori, cùm tractet de damno, ſicut in ſimili in l. cum mulier. ff.ſolu.matrimo. Reſpondet ibi Bar.ſed clarius, eo ꝙ ibi fundamentum actionis mulieris nō erat in cauſa turpi, ſed honeſta, ſcilicet in actione de dote,meritò iuuatur via replicationis,ſed hic totum fundamentum eſſet in cauſa turpi. Aliter reſpondet Bald.in l.cum te.C.eod.quòd hic culpa dantis proceſſit,qui ſoluit ex turpi cauſa, ſed in d.l.cum mulier. nihil poteſt imputari mulieri circa ſolu.cum à principio ſoluerit ex cauſa dotis honeſta. Aliter reſpondet Bald.in d.l.cum mulier. non refero,quia dom.Alex.ibi reprobat.¶Glo.in verſ.ſed & ſi dedi,vt ſecūdum me.diuide in 4.partes.Primò,quia text.videtur quandam contrarietatem continere, & ſe corrigere.gl.ponit primum intellectum.In ſecunda ibi,prout autem determinat.ponit ſecūdum intellectum, & iſtum tene, quia aliàs lex ſequens nihil adderet. In tertia ibi,hodiè autem.opponit,& fatetur contrariū. In quarta, & vltim. contra præcedentem partem opponit de cap.non ſanè.quod corruptè alleg. 17. quæſt. 5. debet allegare 14. quæſtio. 5. Ex 3.parte glo. habes ꝙ hodiè corrigitur iſte text.per l.2.
3 cum Auth.ibi poſita.C.de pœna iu.qui ma.iu. † vbi quomodocunque detur pecunia iudici,ſiue vt iudicet ſecundum me, ſiue etiam vt cauſam expediat,vtrunque perditur,& cauſa principalis,& pecunia data.cum gl.tenent Bart.Sal.& Paul.de Caſt. hic,& Bart.in Auth.ſed nouo iure. C.de pœ.iudi.qui malè iudi. Tene contrarium, ꝙ imò quando pecunia datur iudici ſolùm ad hunc finem, vt cauſam expediat,licèt perdat cauſam, tamē poteſt datum repetere, nec contrarium dicunt iura alleg. in gl. ita tenent dom.Chriſtoph.de Caſtil.Fulg.& Alexan. hic. glo.& Archid.in d.cap.non ſanè.glo.in cap.qui recte.11.quæſt.3.Bald.
b in cap.fin.in vlt.col.de appel. nam in pœnalibus b non debet fieri extenſio, per regulam l.cum quidam. cum ſimil.ff.de libe. & poſthum.& vide quæ habes not.per Barto.in l.1.§.pen.ff.de ca-
4 lum.† Item adde, quòd quamuis non ſit licitum aliquid dare iudici, bene tamen poteſt promitti de conſeruando eum indemnem,ita ſingu.Barto.in l.ſi quis vxori.§.ſi fugitiuum. arg.illius tex.ff.de fur. licèt de hoc reliquerit cogitandum Barto.in d. Authen.ſed nouo iure in fin.imò plus dicit Angel.per d.§.ſi fugitiuum,quem ad hoc reputat ſing.ꝙ qui promittit indemnitatem iudici, non perdit cauſam. Sed in hoc tene contrarium, prout expreſsè tenet Bald.hic,& in cap.cum ab omni. de vi.& honeſt. cler. quia præſumitur hanc indemnitatem promittere
5 animo iudicem corrumpendi. ¶†Item per iſtum text.cum gl.
c dicit Paul. de Caſtr. ꝙ ſi dedi pecuniam alicui, c vt teſtificetur pro me in bonam cauſam,& ſecundum veritatem, quòd talis teſtis dicitur corruptus,& falſarius, & perinde punitur,ac ſi fal-
6 ſum dixiſſet, & ſi ſtatutum diſponat, † ꝙ producēs falſos teſtes perdat cauſam,iſte perderet. Adde ꝙ teſtis, qui accepit pecuniam,vt verum deponat,tamen tenetur pœna falſi, glo.eſt in l. 1.in prin.& ibi Barto.ff.de falſ.Specu.& Ioan.And.in titu.de teſte.§.1.verſi. quid ſi teſt. & Imol.in l.diuus.ff.de re iudi.creditur tamen tali teſti,ſi producatur cōtra eum, qui pecuniam dedit. Ita not.Bal.in cap.1.ſi de inueſt.inter do. & vaſ. lis ori.per illum text.in ver.præmio. quod Bald. ibi reputat mirabile. Adde tu text.in cap.fin.de teſt.cog.per quem not.ibi Bald.ꝙ teſtes pecunia corrupti poſſunt produci contra corrumpentem,quod raro alibi reperitur ſecundum eum. ¶Glo.in verbo,ſed hic quoque.diuide in duas partes. In 1. declarat text.In 2.format q. Secunda ibi,quid autem ſi promiſerim. ¶In ea.gloſſ.& videtur ꝙ poſſim.alibi glo.in l.2.C.eod. & in l.iuris gentium.§. ob maleficium.ff.de pac.diſtinguit inter rei vendi. & hypothecariam. ſic in ſimili diſtinguit glo.in l.pignore dato meretrici.in cap.qui venatoribus.in gloſſ.fin.86.diſtin. Tene,ꝙ vtrunque competat,vt per Barto.Ang.& Alexand.hic. Glo.in ver.dantis. Primò alleg. concor.ad text.In ſecunda ibi,ſed apud accipientem, glo.ponit vnum dictum,per quod remouet tacitum contrarium.In tertia ibi,ſed quid ſi dedi.glo.format quæſtionem, quam clarè nō
7 decidit,ſed vult dicere in fin. † quòd quando in aliqua materia concurrunt duæ cauſæ,vna quæ nocet,alia quæ prodeſt, attendi debet illa,quæ nocet.ad hoc glo.alleg.tex.in l.3.§.fi.ff. ſi quis omi.cau.debet allegare in titu.ſequen.ff.ad Sylla.In cōtrarium, ꝙ attendatur cauſa,quæ prodeſt, alleg.l.nō intelligitur.§.ſi quis palàm.ff.de iure fiſci.aliud non determinat.Tu cōcor.illos text. vt ibi per Barto.in d.l.3.§.fin.& ꝙ attendatur cauſa,quæ nocet, facit tex.in l.3.§.ſi à pupillo.ff.de vſuca.pro emp.& in l.cùm pater.§.Meuio.ff.de leg.2.Iſtam op.tenet ſimpliciter Bald. hic per l.ſi non lex eliaſcentia.in princip.ff.de hære. inſti. Tu confirma, quia quando concurrunt duæ cauſæ,vna prohibitiua, alia per-
8 miſſiua, †attenditur prohibitiua.l.3.in princ. vbi not. Bald.ff.de ſuſp.tut.Bar.& alij in l.ſi Ruffinus,per illum text.C.de teſta.mil. Et in pulchra deci.Bald.in l.ſi quis decur.ante fin. C.de Fal.Bre-
* uiter Barto. *& communiter alij concludunt*, ꝙ repetitur pro dimidia, quaſi data ſit dimidia pro vna cauſa, & alia dimidia ꝓ alia cauſa.Et ſi eſt indiuidua,repetitur pars æſtimationis. l. cū filius. in princ.ff.de leg.2.Et iſtam opin.tenet ipſemet Bal. in l.1. C.eo. Adde, quòd iſta quæſtio fuit diſputata Bononiæ per Mart.Sil. & Pet.de Ceruitis,Aduocatos Bononienſes, vt refert Io. And. in reg.in pari.in mercu.& eſt gl.in cap.1.in fin. de fratrib. de nobenefi. inueſt. ¶Vltim.inquantum glo. hic dicit obligationem equi eſſe indiuiduam,reprehenditur,& bene per Barto.& alios hic,licèt Bald.in l.1. C.eod.ſaluet in obligatione equi in genere, quæ eſt indiuidua.l.3.§.1.ff.de verb.obl.& malè, cum gl. loquatur facta traditione equi.& ſic loquitur in ſpecie.

ADDITIONES.

a ¶Gratis tenetur.Adde per to.titu.de ſim.
b ¶Pœnalibus. Adde gloſſ.in l.furti.in §.fin.ff.de his qui not. infa.& ibi Bartol. Card.Zab.in cap.per inquiſitionem.60.oppo.de elect.Ioan.de Imol.in clem. 1.de elect.in 9.colum.ver.ſi ergo quæritur.
c ¶Alicui.Adde l.1.in §.1.& ibi Docto.ff.de fal.& Doct.in cap.licet.de proba.

SVMMARIVM.

1 *An meretrix poſſit licitè retinere,teſtari,decimam ſoluere,& eleemoſynam facere.*
2 *Et an ſibi poſſit interdici bonis.*
3 *Et an poſſit ſuccedere ex teſtamento,vel ab inteſtato.*
4 *Quid in alia non meretrice,an datum repetatur.*
5 *An teneat promiſſio facta meretrici.& ècontra.nu.6.*

§.Sed, & quod meretrici. Meretrix turpiter facit, ꝙ eſt meretrix,ſed non turpiter facit accipiendo,poſtquā eſt meretrix, ergo turpitudo antecedens non infert turpitudinem conſequentis.hoc dicit. ſecundum Bald. ¶Not. ꝙ meretrix accipiendo pecuniam non turpiter facit, & ex hoc dicunt
1 Cyn.& Bald.in l.fin.C.eod.Bald.Angel.& Paul.de Caſt.hic, † ꝙ
a meretrix de ſuo quæſtu a licitè,& iuſtè eleemoſynam facit, &
b decimam ſoluit, & poteſt teſtari, b & ꝙ meretrix poſſit eleemoſynam facere,& decimam ſoluere,eſt glo.ordi.quæ diſputat,& ita concludit in cap.ex tranſmiſſa. de deci. Quòd autem poſſit teſtari,adde Bald.qui per iſtum tex.idem tenet, in l.1. C.eod. & quòd

ADDITIONES.

a ¶Quæſtu. Adde c.ſic non ſunt.32.q.4. Imol.in c.nolit. & in c.eleemoſyna.13. q.5.gl.ſummæ.13.q.1.gl.ſummæ.14.q.5.S.Thom.2.2.q.32.& an in foro conſcien.meretrix teneatur ad reſtitutionem; vide per Innoc.& Abb.in ca.quia plerique.de immu.eccleſ.per S.Thom.2.2.quæſt.62.artic.5.
b ¶Teſtari.Adde Cyn.in l.cum te.C.de condi.ob turp.cauſam.Bal.in l.1. C.eod. Abb.in cap.quia plerique.de immu. eccleſ.

quòd hæreditas non auferatur hæredibus per fiscum,vel ecclesiam tanquam turpe lucrum, & de hoc dicit se fuisse interrogatum Neapoli à quodam Episcopo.Idem tenet Cyn. in l.mercalem. C. eodem, & Bald. vbi plenius disputat in capitu.cum
2 decorem. de vi. & honest. cleric. ibi tamen subdit, † quòd si consanguinei meretricis volunt, quòd non possit contrahere, nec testari,debent facere, quòd sibi interdicatur bonis per iudicem suum,iuxta text. solennem in l.mulier. vbi gloss.ff.de cur.
3 furio.† Adde, quod eodem modo è contra meretrix succedit ex testamento,& etiam ab intesta. si sit proximior. ita not. Angel.in §.1.per illum text.in ver.à quodam cognato. in Authen. quibus mod. nat. effi. leg.vbi dicit esse text. expressum de hoc. Limita istum.§.secundum Paul.de Cast. hic non procedere in alia muliere,quæ non esset meretrix, nam licèt dans non repetat,repetit tamen,& aufert fiscus. l. Lucius.ff.de iu.fis.l.in hære-
4 dem. in princip. ff. de calum. gloss. in l.3. supra eodem.† Adde iu,quòd istud multum not.& extollit Angel. in l. 2. C. eodem. Contra mulieres habentes amasios, à quibus extorquent iocalia in auro,& argento,nam de eis non possunt testari, nec in effectu disponere, quia fiscus aufert. Adde gloss. in l. eam quæ. & ibi Cyn.C.de donat. ante nupt. ¶Gloss. in verbo non potest. diuiditur in duas partes. Primò alleg.concor.ad text.In secunda ibi,sed quid si dedi.format quæstio. In fin. gloss. Adde,quod cum gloss.tenet Fulgo.& Alexand. hic. Contrarium tenet Gul. de Cun. & Albe. Angel. & Imol. in l. generaliter. ff.de verbor. oblig. quia censetur causa pietatis datum, ergo repeti non potest. l. cum is. §. si in ca. infra titu. 1. & ista est humanior opin. ¶Gloss.in ver. noua ratione, diuiditur in tres partes. In prima declarat text.& simul opponit de l. verum.la 2.ff.de fur. vbi attenditur prima causa,& non secundaria. hic in text. dicitur totum oppositum. Responde melius,quàm gloss.quòd ideo ibi attenditur prima causa, quia per eam excusatur à delicto. sic etiam hic attenditur proxima,quia sic per eam excusatur à repetitione. In secunda ibi, est etiam alius casus.glo.ponit vnum dictum,& addit simile ad text. In tertia ibi,sed an poterit.gloss. format quæst.In fin.gl.adde quòd idem tenet gloss.in l.2. C. eodem,& glo. in l.affectionis.ff.de donat. Contrarium tenent Vltramontani,& cum eis Cyn. & Sal. in l. 2. C.eodem. Bartol. & Alexand.hic.Bartol.in d.l.affectionis.& plenius Alexand.in l. ge
5 neraliter. ff.de verbor. oblig. † quia cùm meretrix non turpiter recipiat pecuniam datam,vt hic,ergo nec promissionem,quia paria sunt promittere,vel soluere.l.fin.C.ad l.Falcid. Item quia speciale est hoc in milite, & minore, vt not. in d.l. affectionis. Idem tenet Paul.de Castr. in l.multum.ff.de verbor. oblig. per illum text. qui bene facit, quem etiam ibi ad hoc ponderat Raph.Cuma.vbi an valeat stipulatio,magis attenditur persona stipulantis, quàm promittentis; sed hæc meretrix, quæ stipulatur,non turpiter facit,vt hoc text.passus iste est disputabilis, & facile posset vtraque pars teneri, sed opin. gloss. nostrarum tenuit Bald. hic, quia inspecta veritate coniuncta est turpitudo vtriusque.Idem tenet Angel.hic,& dicit quòd ista opin. est tutior,& honestior.Et illam quæst.vidi de facto hic Paduæ in quo dam scholare,& meretrice, per illud quod fortiter vult Bartol. & stringit in l. 1.circa fin.supra eodem.inquantum tenet, quòd etiam si sit turpitudo solius promittentis, possit pignus datum pro promissione repeti. Item illo casu potest peti, vt cogatur facere liberationem, & per hoc fundamentum idem tenet Paul.de Castr.hic.Eandem opin. tenet Imol. in d. l. affectionis. & in d.l.generaliter. præcipuè per text.in l.fin.ad fin.ff.de act. &
6 oblig.quamuis Bar.hic respondeat,& loquatur è contra, † quando mulier promittit viro, quia tũc præsumitur causa libidinis, tamen ratione correlationis debet intelligi idem in vtroque.l. fin.& ibi Bartol.C.de indi.vid.tol.cum multis,quæ ibi cumulaui.Et dicit Bald.in capit. 1.in 1.colum.ad fi.de pac.quòd d.§.fin. est melior text.qui sit in iure,quòd turpitudo promissionis præsumitur ex qualitate personarum. Eandem opin. quam hic tenet glo.in l.ea quæ,& ibi est bon.tex.C.de dona.ante nup.& ista 2.pars placet,quamuis præcedens possit defendi.

SVMMARIVM.

1 *Nemo tenetur indicare furem, vel alium malefactorem.nu.2.& 6.*
2 *Quando quis dicatur indicaße.*
3 *Non est licitum malefactori capere pretium pro indicando seipsum, vel socios.*
4 *Non est licitum aliquid petere pro re inuenta.*
An socius criminis teneatur indicare socios.
5 *Mulier an admittatur in criminalibus.*
Quando quis accipit pecuniam vt faciat illud, ad quod tenetur, turpiter accipit.
6 *An de iure naturæ quis teneatur indicare malefactorem.*

§.Si tibi ob indicium. Datum pro malefactore indicando non repetitur, nisi recipiens sit ipse malefactor, vel socius criminis. Datum verò pro malefactore, vel maleficio occul-
1 tando bene repetitur.hoc dicit cum l.seq. ¶†Not.1.ex hoc tex. q quis non tenetur indicare furem, vel alium malefactorem. Adde Bald.in l.1.C.eo.glo.& Docto.in l.ciuile est. C. de fur.no.
* Hostien.in sum.titu.de fur.in rubr.de condi.indeb. * §.fin.versi. illud faciendum.cum versic.sequen. Adde pro ampliatione huius text. & istius regulæ, quod etiam licitum est venditori rei alienæ aliquid accipere à domino,vt sibi indicet rem,secũdum Abb.post Hostien. in cap.dudum.el 2.in 6.colum. de elect. Limita 4.modis.Primò istud not. procedit de iure ciuili,secus est de iure can. ita glo in cap.qui cum fure.de fur.& gloss.1.quæst.1.in cap.quod quidam dicunt.§. ex his. in verb. furti. & ibi Archid.facit text.in cap.in sancto.2.quæstio.7. & in cap.2.§. 1. versicu.clericos.de reb.eccles. non alienan. in 6. Secundò limita in foro conscientiæ,seu quo ad pœnitentiam,gloss.in cap.nemo. in gloss.2.de simo.Tertiò limita quòd non tenetur quis indicare, verum est priuato, nec etiam iudici ad instantiam priuati, ita loquitur text. hic, sed bene tenetur indicare iudici ex officio inquirenti, vt in gloss. hic, & plenius per Bald.ponit Cyn.in l.2. C. de his qui ad eccles. confu. Quartò limita in subditis, qui in criminibus enormibus non solùm tenentur indicare, imò puniuntur si non indicant l. vtrum. cum gloss.& l.sequen. ff. ad l. Pompe.de parri.Hinc dixit Barto.in d.l.vtrum.circa fin. q scientes proditionem contra ciuitatem,vel Principem,& non reuelantes,puniuntur.& idem Bartol.in l.1.§.occisorum.ff.ad Sylla. Caue tamen,quia Ioan.de Ana.in rubr.de his,qui filios occi. in vltim.colum.dicit,quòd licèt opin.Barto.fecerit multos in Italia decapitari,tamen contra istam opin. Bartol.& contra assessores, qui eam obseruant,quod sint homicidæ, multum excla-
a mat [a] Bald. in consil.incip.In Dei nomine,quanquam multum
2 eleganter, vt ibi per eum. ¶†Quando autem quis dicatur indicasse,habes text.& gloss.in l.indicasse.ff.de verbor.signific.ponit not.Bartol.quem videas in l.lex Cornelia.§.si.ff.de iniur.Secundò not.ex hoc text. quòd quis potest licitè mercedem accipere pro indicando fure, vel malefactore, adde secus esse, si quis in-
b uenerit [b] rem alterius, nam non potest licitè petere, quòd aliquid sibi detur pro inuentione,tex. est in l.falsus.§.qui alienum. versicu.quid ergo si pretium.& ibi Bartol.ff.de fur.Gul.& Albe. hic.quod est multum notandum, quia quæstio sæpè occurrit, pro labore tamen inueniendi furtum bene licitum est præmium accipere.vt l. nauis onustæ.§.sed si nauis. ff. ad l. Rhodi. de iactu.secundum Alber. hic, & Bartol. in d.l. qui alienum. in
3 fin. ¶ † Tertiò not. in versicu. sed si ipse fur, quòd non est licitum malefactori capere pretium pro indicando seipsum, vel socios. Et sic not. quòd criminosus, vel particeps criminis non meretur pretium pro indicatione sua, vel sociorum, & ad hoc iste text. est singu. secundum Angel. hic. & istum text. multum not. Bartol. & alij pro quodam fornarolo, qui licitè fuit suspensus, eo quod facto proclamate se, & socios indicauit, quia in tali proclamate assignante præmium, intelligitur de alijs, qui non sunt criminosi, vel socij, nisi etiam de eis expressè diceretur. Adde Bartol.per istum text. in l. 3. §. si ex stipulatu. ff. ad Sylla. Bald.in l.1. C.eodem.& Salyc.in l.pe.C. eodem.& in l.1.per illum text.cum gloss. C. de mulie. quæ propr. ser.se immis.Ioan.And.in addi.Specul.in titul. de fur.circa prin
4 cip.† Nunquid autem socius criminis teneatur indicare socios, & possit de eis interrogari, facit regula, quòd socius cri-
c minis [c] non admittitur in testem, nec pro, nec contra socios.l. quoniam liberi.& ibi Docto. C.de test.l.fin. C. de accus.capitu. veniens.& ibi gloss.de test.capitu. 1.& ibi ponunt Canonistæ.de confes.Specul.in titu.de teste.§. 1. versicu. item quod est socius criminis,& versicu.sequen.Bartol.in l. 1.§.si seruus. & in 1. repe. §.1.vbi not.limitat. ff. de quæstio. Bald. in l. non ideo minus. in penul.colum.C.de accus. Angel. in l. mea quidem.in 8.colum. eodem titu.Fallit in criminibus grauibus, puta læsæ maiestatis, falsificationis monetæ,& in alijs,quos enumerat gloss.in d.l.fin. in glo.vlt.C.de accus.& glo.in d.c.1.in gloss.2.de confes. & not. diligenter, quando socius criminis examinatur contra alios in causis non exceptuatis, nedum non probat, imò non facit indi-

ADDITIONES.

* Aliàs condi.fur.
a [a] Exclamat. Adde Dec. & Cagnol.in Reg.l. culpa caret,de reg.iur.Rol.consil. 88.nu.20.& seq.lib.2.Fely.in c. 1.col.2.de offic.deleg.vbi Deci.num.7.Fely.in c.2.de hæret.vbi quod opi.Bar.non seruatur in prac. MASVER.
b ¶Inuenerit.Adde Doct.in c.dudum.el 2.de elect. * Iodoc.in pract.crimi.cap. 118.titu.de repertis. PANCIR.
c ¶Criminis.Adde Ang.in l.si duo rei.in princ.ff.si quis cau.Flor.in l.nullus.ff.de test.Anto.de Butr.& Abb.in cap.insuper.de test.

a indicium sufficiens[a] ad torturam, gloss. est not. in l. si filium. in gloss. mag. in fin. C. de libe. causa. Cyn. in d. l. fin. in vlt. quæst. post glo. ibi, & ibi latius Sal. in vlt. colum. Anton. de Butr. & Imol. in cap. 1. de confes. Fulg. in consil. 21. incip. in causa inquisitionis formatæ. Alex. in consi. 89. lib. 2. incip. viso themate ante scripto inquisitionis. & in consil. 126. lib. 4. inci. quoniam abundè. circa fin. Vltra fallentias supra remissiuè positas, adde duas not. Prima est, vbicunque ciuiliter agitur ad interesse de crimine, ibi semper admittitur socius criminis in testem, ita Spec. in titu. de teste. §. 1. ver. item quòd si socius criminis. & in vers. quid si quatuor. probat tex. in cap. quoniam. & ibi Pan. de test. do. Franc. de Aret. in consil. 61. incip. in causa illorum de Masio. Secundò, quando crimen per alios probari non potest. ita probat text. not. in cap. fin. de test. cogen. secundum dom. Anto. de Butr. & alios in d. capitu. quoniam. de testi. Bald. in d. l. quoniam liberi. Franc. de Are. in d. consil. 60. in fin. not. in simili Panor. in cap. de cætero. de test. Istam limitationem confirmo per duo bona si-
b milia. Primò, nam in criminalibus[b] fœmina non admittitur in testem. cap. forus. de verb. sign. 33. quæst. 5. cap. mulierem. fallit in subsidium, quando per masculos probari nõ potest crimen. ita Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de teste. §. 1. in addi. quæ incip. fertur. Iac. de Are quem simpliciter sequitur dom. Alexan. in consil. 146. aliàs 24. lib. 2. incip. animaduersis. in 4. colum. & in consil. 64. inci. viso themate & dubijs. lib. 1. Secundò confirmo, quia minor 20. annis in criminalibus non admittitur in testem. l. in testimonium. & l. inuiti. vbi gloss. in fin. ff. de test. 4. quæst. 3. c. testes. ver. in testimonium. & tamẽ in defectum probationum admittitur, ita Ioan. And. in præalleg. titu. de teste. §. 1. super ver. item excipitur ꝙ est impubes. post Guid. de Suz. per eum relatum. & not. Alex. declarat, quomodo istud intelligendum sit in præalleg. consil. 64. post Anto. de But. in c. tertio loco. per gloss. ibi. de proba. Quartò & vlt. pondera istum vers. sed si ipse fur, ꝙ hic est aduersatiua, sine copula, &, tamen importat idem ius ꝙ in præcedenti, quod videtur contra communem regulam, de qua per Bart. in l. hoc amplius. §. de his autem. cum sim. ff. de damn. infec. ¶ Glo. in ver. repeti. diuide in 6. partes. Primò respõdet tacitæ quæstioni distinguendo, & eius distinctio procedit tenendo opi. gl. ꝙ contractus innominati cognoscuntur à modo ineũdi. de quo dixi in l. si quis cum debitore. supra de iureiu.
5 † In 2. parte gl. infert ex tex. & ponit no. regulam, quæ est, quòd quando aliquis accipit pecuniam, vt faciat illud, quod gratis facere tenetur, turpiter accipit, & ad hoc ista glo. est sing. secundũ Bald. in cap. super eo. de transact. vide tamen glo. in cap. 1. de benefi. fratris. Item vide, ꝙ per hanc glo. determinat Barto. & Bal. in l. vt vim. in vltim. colum. & ibi dixi. ff. de iust. & iu. post gloss. in cap. quantæ. de senten. excommu. Item vide, quod per istam reg. dicit Bar. in l. 1. in princ. ff. de fals. dixi in l. 1. supra eodẽ. In 3. parte, quæ incipit ibi, sed contra videtur, gloss. opponit contra text. de §. item si dederit. s̃. ea. l. ad quem Vltram. respon. ꝙ datũ non potest repeti ab ipso malefactore, vt ibi, sed bene à domino, vt hic. In 4. ibi, licèt autem, glo. remouet contrarium, & ex ea no. ꝙ ex offic. iudi. inquirentis cogitur quis deferre criminosos, & sic eam alleg. Bald. in l. si ea. in 4. oppo. C. qui accus. non pos. & ibi limitat istam glo. procedere in teste, secus in accusatore, vt ibi per eum. In 5. ibi, illud dicere non audeo, gl. dubitat,
6 † an de iure naturali quis teneatur indicare malefactorem, & vltra glo. dubium facit, quod dixi. s̃. in 1. not. in 1. fallen. attento ꝙ ius naturale, & diuinum æquiparantur. cap. ius naturale. 1. distin. dicit tamen Ang. hic, ꝙ non indicare non est peccatum, & refert beatum Franc. dum esset Perusij, & insequentes homicidam eum interrogassent, an illac transisset, ponens manum in manicam, dixit, hac non transiuisse. In 6. ibi, patet ex prædictis, ponit illlationem. ¶ In gl. parua in ver. condicere, dum restringit tex. si est consumpta, dic melius etiam si extat odio furis. §. sic itaque. Insti. de act. hoc est, quod propriè vult dicere text. ibi, quasi furi.

ADDITIONES.

a ¶ Maximè si patitur alios defectus. Nat. consil. 298. col. 6. num. 6. plura scribit Aym. consi. 178. col. 1. Hippol. sing. 209. Brun. de indic. & tort. q. 3. 1. par. num. 16. Boer. quæst. 319. Nat. consil. 18. nu. 14. Deci. consil. 189. nume. 8. & sequen. consil. 234. Roland. consil. 16. & 73. lib. 1. MASVER.

b ¶ Criminalibus. Adde Doct. in c. literas. de restit. spol. Hostien. in sum. titu. de teste. in §. quis possit esse testis.

LEX VI.

PErpetuo. Datum ex iniusta causa repetitur. hoc primò, & pecunia violenter soluta ex promissione etiam violenta repetitur. hoc dicit cum l. sequen. secundum gloss. & Docto. tu intellige, vt dixi in rub. supra eodem.

SVMMARIVM.

LEX VIII.

SI ob turpem. Ad euidẽtiam præmitte, ꝙ legitur altero de duobus modis. Primò, quando causa, propter quã promisi, erat iam impleta. Ecce cùm nolles mihi restituere depositum, promisi tibi decem, tu tamen restituisti, & ego posteà solui, non repeto, quia causa proxima, propter quã facta erat stipulatio, vt restitueres librum, iam erat sublata, q̃a iam restitueras, nec ex stipulatione poteras agere in effectu, cũ exceptio doli obstaret. & tenẽdo hunc intel. summa vt per Bar. Secundo modo legitur, quando turpitudo fuit in modo contrahendi obligationem, quia metu vel dolo, & sic turpiter induxisti me vt promitterem, nam si posteà ex interuallo liberè soluo, non repeto per rationem, quam statim dicam in 1. not. & secundum hunc intellect. hoc dicit. Solutio spõtanea facta ex promissione turpi impedit repetitionem, nisi vtriusque sit turpitudo, quia tunc quandocunque solutum sit, cessat repetitio.
1 hoc dicit. ¶ † Not. ex isto text. regulam secundum Docto. quòd solutio spontanea sequens purgat metum, aut turpitudinem commissam in contractu. concordat. l. 2. vbi glo. rationem assignat. C. quod met. cau. secus si vis, vel metus duraret, vel etiam interueniret tempore solu. vt supra l. proxima secundum intellectum gloss. & Docto. ibi, & l. metum. §. sed quod pretor. alleg. in gl. vltima hic. Ex ista gl. dixit Bald. in suo diuino consil. schismatis, quod ponit post rub. C. si quis aliquem testa. prohibue.
2 in 14. colum. † quòd licèt electio Papæ fuerit meticulosa, si tamen coronatio sequitur voluntariè, valet & purgat metum præcedentem. Adde secus èccontra, quia si Papa sponte eligatur, deinde coronetur per metum, ille metus accessorius non obst. postquam actus principalis fuit spontaneus. ita not. Bal. in l. cum te. C. de pigno. per illum text. secundum vnum intellectum, quem ipse ibi ponit. Iuxta illud not. moueo duas nouas dubitationes, quas nullibi tactas inuenies. Prima est, pone aliquis per metum promisit centum, posteà ex interuallo sponte soluit partem, an illa solutio particularis purget metum in residuum? Primò vr̃ ꝙ sic, per l. sed & Iulianus. §. fi. cum l. seq. ff. ad Maced. Secundò per Auth. sed cũ testator. C. ad l. falcid. Tertiò per l. in testamẽto. ff. de fideicom. lib. quamuis posset dici, ꝙ ibi sit casus specialis. vt per Bal. in l. in testamento manumissus. C. de testam. man. Quartò facit arguẽdo de parte ad totum. l. quæ de tota. in prin. de rei vend. l. qui scit. in prin. & ibi gl. ff. de vsu. In
a contrarium facit, quia solutio spõtanea bene purgat metum[a] quo ad dandum excep. & repe. vt hic, & d. l. 2. sed ꝙ purget quo ad dandum actionem efficacem, durius vr̃, quia multa possunt licitè retineri, quæ tamen peti non possunt. l. 1. §. 1. ff. de var. & extraor. cogn. Secundò, quia ratio istius l. est, eo quia præsumitur donatum. Ista præsumpta donatio cadit in eo, quod est solutum, non autem in residuo, & cogita quia iura magis inclinant in primam partem. Secũdò quæro, quid si duobus sit promissum per metum, deinde ex interuallo vni ex eis sponte soluatur, an talis solutio purget metum quo ad alium? vr̃ ꝙ non. per tex. in l. Lucius. §. testator. & quod ibi Bar. ff. de leg. 2. In contrarium multum facit, quod vult gloss. approbata in l. non dubium. in fin. iunctis his, quæ ibi dixi. C. de testa. Cogita, quia neutram q. tactam inuenio. Accedat vulgaris regula; quia res inter alios acte, alijs neque prosunt, neq; nocent. l. sæpè. in princ. cum sim. ff. de re iudi. Item per suprascriptam reg. dicit Bald. hic, ꝙ si promisi tibi vsuras per stipulationem, posteà liberaliter solui, non possum repetere, quia spontanea solutio sequens, quæ censetur facta ex causa dona. purgat vitium præcedens. de hoc di-
3 xi in rub. supra eod. vbi alleg. concor. ¶ † Limita istam reg. 5. vel sex modis colligendo omnia dicta Bart. & aliorum. Primò limita

ADDITIO.

a ¶ Purgat metum. Vide Decium in consi. 219. Alexan. consil. 408. incip. scripsi. aliàs. Deci. in l. in omnibus. colum. fin. de regu. iur. PVRPV.

mita vt procedat,quãdo ageretur actione quod met. causa,vel
condi.ob turp. causam, tunc potest opponi ista exceptio quod
metus, vel turpitudo fuit purgata per solutionem spõtaneam
sequentem, secus est vbi ageretur aliquo remedio possessorio,
seu aliquo interdicto recuperandæ possessionis, quia cùm spo-
liatus ante omnia sit restituendus.l. si quis à se fundum. C. ad l.
Iul.de vi. cum simil. non posset opponi ista exceptio purgatio-
nis.cap.2.& ibi not.Bald.de restit.spol.secundum Bar. & Angel.
hic.Adde Bar.& Bal.in l.3.& 4.C.quod met.causa.Imol. & Mo-
der.in l.naturaliter.§.nihil commune.circa princ.de acq.possess.
¶Secundò limita in solutione, quæ tendit in præiudicium sol-
uentis,secus est in receptione pretij,quæ tendit in fauorem, nã
per eas quis non videtur contractum approbare. Vnde si per
metum vẽdidi tibi fundum, & tradidi, posteà ex interuallo re-
cepi pretium, ista receptio non purgat metum præcedentem,
quia censetur facta,vt ei magis sit cautum,secũdum Bart.Ang.
Fulg.Paul.de Cast.hic post Inno.in c.super hoc. de renun. & est
glo.in l.3.& ibi Bar.& alij.C.quod met.caus. secus esset vbi nul-
la vis,vel metus præcessisset, vt in filio exhæredato recipiente le
gatum sibi factum, qui sibi præiudicat in querela.l.fin. in princ.
ff.de inoffic.testam.secundum Bart. & Fulg. hic. ¶Tertiò limi-
ta,qñ tempore factæ solutionis cessabat metus, tamen suberat
necessitas statuti disponentis, ꝙ contra instrumentum publicũ
non possit opponi exceptio doli, nec turpitudinis, nec metus,
nam cùm iste soluat ex necessitate imposita à statuto, cũ in ne-
cessitatibus nemo sit liberalis.l.rem legatam. in fin. ff. de adim.
leg.poterit solutum repetere,secundum Bart.Fulgo.& Paul.de
Cast.hic,& Bartol.& alios in d.l.2. C.quod met.causa.quamuis
contrarium teneat ibi Saly.& malè,& ibidem latè per do. Ale-
xand.Adde illud,quod opportunè dicit Bald.in l.falsus. ad fi.C.
de fur.ꝙ soluens timore statuti,dicitur habere iustum metum.
Idem dicunt Cano.in cap.1.de offi.deleg. & in cap.significauit.
de cen.Pet.de Anch.in consil.60. incip. in causa quæritur. Facit
quod vult Barto.in l.creditor.ff.de solu.alibi dixit Bald.in l.om-
ne.in fin.C.ad Tertul.ꝙ cùm statutum semper loquatur, sem-
per terret,& continuum infert metum.¶Quartò limita, quan-
do duraret eadem causa metus, vt donec durat tyrannus, qui
a me compulit metu ad compromittendum.[a] capit.1. & ibi In-
nocen.quod met.causa.Inno.& alij in capit.causam matrimo-
nij,de offic.deleg.Barto.& Docto.hic.Cyn. Bart. Bald. & alij in
l.2.C.quod met.cau. Bartol.in tract. de tyran. in 1.& 2. q. Bald.
Angel.& Moder.in l.qui in aliena.§.fin.ff.de acquir.hæred.Bald.
in l.1.C.eodem de condi.ob.turp.caus. per ista dixit Barto.se in
q.de facto dixisse,cùm maritus egregiè verberasset vxorem,q a
recusabat consentire contractui, si posteà ex interuallo consen
tiat, donec durat idem matrimonium, semper censetur idem
metus durare, per text. optimum in cap. accedens.de conuer.
coniug.sequuntur Ang.& Fulg.hic. Ant. de Butr. & alij in cap.
causam matrimonij.vbi limita. de offic.deleg. Abb.vbi not.in
4 cap.1.in vlt.col. quod metus causa.† Adde,quod dicit Cyn. in
l.2.ad fi.C.quod met.cau. quòd si semel officialis mihi metum
intulit,adhuc dicor eum timere,licèt non sim in eius cõspectu,
si adhuc est in officio.sequitur latè Bal. & reputat not. dignum
in l.nouissimè.in princip.ff.quod fals.tut.autho. Alexan.in cõsil.
1.colum.3.lib.3.quod incip.Viso processu inquisitionis forma-
tæ contra An.idem vult Ang.in l. ad inuidiam. C. qđ met.cau.
imò fortius not.Bald.in d.l.nouissimè.in princ.per illum text. in
ver.metuens. ꝙ paria sunt,aliquid fieri coactè, vel fieri timore
5 coactionis,quod alibi non reperitur ita secundum eum.¶† Vn
de per illum tex.not.ibi in specie Cyn.ꝙ idem operatur proba-
bilis suspicio tormentorum,ꝙ ipsorum illatio.idem dicit Bald.
in l.interpositas.in fi.C.de transact.& in cap.1.§. item sacramen
ta.de pa.iur.fir.& in cap.fin.ad fi.de appel.facit qđ not.Io. And.
in reg.bona fides.in princ.in merc. ꝙ qui soluit nulla coactione
adhibita,sciens tamen se posse cogi,dicitur inuitus soluisse. Ad
idem facit,quod not.Io.And.in cap.prçtereà.el 2.per illum tex.
in ver.extorquentes.de iure patr.ꝙ dicitur ab inuito extorqueri
illud,quod quis vltrò soluit petẽti,sed solito extorquere, refert
& sequitur Ioan.de Ana.in c.2.in 14.col.de deli.puero. ¶Quin-
tò limita prædictam reg. vt procedat, quando solutio fit ex in-
teruallo post coactionem,secus si fieret tẽpore coactionis, vel
modicum post,quia quæ incontinenti fiunt, censentur inesse.l.
lecta.ff.si cert.pet.secundum Barto.& Albe.hic.Bart. & Docto.
in l.2.C.quod met.caus.vbi per hoc inferunt Bal.Ang. & Mod.
6 † quòd confessio facta in tormentis,non dicitur sponte ratifica
ta,quando fit ex modico interuallo post, idem tenet Bartol. in
l.1.§.diuus Seuerus.2.ff.de quæstio.Cyn.in l.fin.C.eod.Bal.in l.1.
in 5.& 8.col.C.de confes.& in cap.1.§.iniuria. de pa.iur.fir.& in
l.1.C.quo.appel.non reci.Angel.& Imol.in l. qui in aliena.§.fin.
ff.de acquir.hæred.Fortius voluit sing.Ang.in l.2. C. de custod.
reo. quòd ad hoc vt confessio facta in tormentis dicatur spõte
ratificata,debet saltem fieri per vnam diem, vel per vnam no-
ctem post tormenta.sequitur Alex.in consil.98.lib.3. inci. quo-
niam per Excellentissimum. ad fin. Istam limita. confirmo per
tria bona similia. Primò,per illud qđ consuluit Io.Cald.in con-
sil.2.quod ponit in titu.quod met.causa.quod si matrimonium
fuit contractum per metum, non intelligitur ratificatum per
cõtractum dotis factum per tres, vel quatuor horas post, quia
ex vicinitate actuum iudicandum est,metum durare. alleg. qđ
3 ibidem circa princip. & circa fin. in vlt. oppo. † Quod quando fiscus, vel respubli. ex necessitate compellunt gabellarios ante tempus soluere, debet haberi ratio interusurij medij temporis. Ad idem facit, quia si aliquis soluerit debitum non recepta cautione, potest propter hoc interesse repetere. l. si quis cum à fideicommissario. ĩ. eod. ergo multo magis propter interesse medij temporis. Ad idem facit. l. si mandauero tibi. in princ. & in l. fideiussor quamuis, & ibi glo. tenet istam partem. ff. mand. ad idem Bar. in d. l. si socer. §. Lucius. allegat tex. in l. 1. C. si constan. mat. dos solu. fue. & in l. mulier. §. rerum. ff. rer. amota. quãuis Imol. & dom. Alex. conentur ad hos vltimos tex. respondere. Vltimò mihi stringit, quia per condictionem indebiti repetitur omne illud, in quo recipiens factus est locupletior. l. si nõ sortem. §. libertus. ĩ. eod. declarat Bar. in l. quod indebitum, vbi dixi. š. eo. sed iste recipiens est locupletior in emolumento interusurij medij temporis, ergo erroneè soluens debet posse repetere. Et tenendo istam partem non obst. ista lex. & l. nam & si cum moriar. ĩ. eo. quia respondeo verum esse, ꝙ ipsum debitum non repetitur, sed interusurium medij temporis est indebitum, ergo illud potest repeti, vt patet ex tex. ibi, adeo debitor est, & ita tenendo habes secundam limitationem ad hũc
4 tex. ¶ † Nota tamen casum singu. in quo debitor in diem potest cogi ad soluendum ante tempus, scilicet in eo, qui est debitor fisci propter necessitates imminentes. text. est in l. prius, quem Bar. ibi reputat sing. C. de condi. ex lege, & per eum Bal. ibi infert, ꝙ emptores gabellarum pro necessitate reipub. possunt cogi soluere ante tempus, & hoc tota die videmus fieri secundum eum propter repentinas necessitates publicas, quod
5 est valde notandum. ¶ † No. secundò ex hoc tex. ꝙ tutus exceptione temporali, & sic dilatoria, per errorem soluens non repetit, & istud procedit nedum quando certum est exceptionẽ esse temporalem, sed etiam quando lex sic præsumit, vt in marito, secundum Bar. & alios in l. præcedenti. ad fi. Circa. l. si is cũ quo. aduertendum est, ꝙ si filius, vel seruus habeant peculium, & contractum faciant, ipsi obligantur insolidum: pater autẽ, vel dominus non obligantur, nisi quatenus est in peculio. l. si quis cum filio ff. de peculio. hoc præmisso, nota ex isto tex. ꝙ si pater, vel dominus soluant solidum vltra peculium filij, vel serui, ꝙ non repetunt, intellige quandiu soluunt pro obligatione lij, vel serui, secus si pro sua obligatione, iuribus allegatis in glo. iuncta l. si quis cum filio. ff. de consti. pecu. bene facit. l. 2. & ibi Bar. ff. de consti. pecu.

SVMMARIVM.

1 *Condictio indebiti competit ad incertum, & sic ad vsumfructum, & in l. sed & si nummi. eo. tit. nu. 4.*

LEX XII.

SI fundi. Condictio indebiti transit ad hæ-
1 redem soluentis. h. d. ¶ † No. subtiliter ex hoc tex. fm Fulg. ꝙ condictio indebiti competit ad incertum, scilicet vsumfructum, vt hic, q centetur incertus. l. vbi autem non apparet. §. fundi. ff. de verb. oblig. & licèt Fulg. non dicat, ante eum ad hoc not. istum text. Bar. in l. sed & si me putem. §. cum inter. in vlt. col. ĩ. eod. Tu caue, quia in vsufructu duo considerantur. Primò ipsa obligatio, & est præcisa, cùm sit dandi, l. 3. §. dare. ff. de vsufr. declarat Bar.

in

in l.ſtipulationes non diuiduntur,in 3.q. ff.de verb.obl. Secun-
do conſideranda eſt patientia, ad quam tenetur conſtituens
vſumfructum.l.2.§.1.vbi Docto. ff.de verb. obl. & quia iſta eſt
facti,dicitur incerta. cùm ergo in hac.l.nihil tractandum ſit de
patientia,ſed de ſolo vſufructu conſolidando cum proprieta-
te,dicitur hic agi ad certum,& non ad incertum, quamuis aliã
rationem aſſignet Bar.& aliam Mod. in d. §. fundi. ¶Glo.vni-
cam diuide in duas partes. In prima ponit duos intellectus ad
text. In ſecunda format quæſtionem. Secunda ibi, ſed quid ſi
alienaſſet.¶Pro introitu primæ partis oppo.contra tex.vſusfru
ctus extinguitur morte vſufructuarij.§.finitur. Inſtitu.de vſufr.
& l.corruptionem.C.eo.& ſic non tranſmittitur ad hæredem,
minus ergo tranſmitti debet actio. l. Sempronius Attalus. ff.
de vſufruct.lega. ergo contra text.qui dicit hæredem agere ad
vſumfructum. huius timore gloſſ.intelligit dupliciter text. Pri-
mò,quòd loquatur in vſufructuario tantum,& tunc obſtat ar-
gumentum, ſed ei reſpondetur, quòd hic hæres vſufructuarij
agit pro tempore præterito,& non pro futuro. facit text. in l.ſi
mihi vſusfructus in biennium.ff.de vſufru.lega. & in l.neceſſa-
rio.§.fi.ff.de peri.& comm.rei vend.Secundò, & planius intel-
ligitur iſta lex in proprietario,& tunc ceſſat obiectum.¶In vlt.
parte glo.licèt Antiqui,& Barto.& Albe.hic dicant,ꝙ quæſtio
glo.poſſit tripliciter intelligi,tamen cùm dictum glo.& Doct.
debeat intelligi ſecundum legem quam allegat, vt inquit Bart.
in l.non ſolùm.§.ſi liberationis verba ff.de lib.leg. Io. And.in c.
cùm nuncius.de teſti.debet iſta glo.intelligi ſecundum legem,
quam alleg. quando quis alienauit fundum deducto vſufru.&
vſumfructum alij indebitè ſoluit,poſteà deceſſit, an eius hæres
vel proprietarius talem vſumfructũ repetet? diſtinguitur, aut
in deductione vſusfructus facta eſt mentio hæredis,aut non,vt
d.l.qui vſumfr.in glo.Subdit tamen Barto. ꝙ ſi ille,qui vſum-
fructum prius indebitè ſoluerat,alienauerit fundum ſimplici-
ter pro tempore futuro,repetit iſte,in quem alienauit,ſed Anti
qui,& Moder. omnes tenent contra Barto.quia iura per eum
allegata loquuntur in ſucceſſore vniuerſali, qui repetit etiam
pro tempore præterito,ſed hic eſt ſucceſſor ſing.in quem non
tranſit condictio perſonalis.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Treb.

SVMMARIVM.

1 *Seruus promittendo, vel contrahendo obligatur naturaliter.*
2 *Quid in monacho.*
3 *An pupillus factus pubes repetat ſolutum.*
4 *Nemo debet locupletari cum aliena iactura.*
5 *An repetam pretium rei emptæ à procuratore meo, ſi emit pluſquam ego dixerim.*

LEX XIII.

NAturaliter. Naturalis obligatio, quæ
cadit in ſeruo,impedit re-
petitionem ſoluti,& ei accedit fideiuſſor,& pignus.
hoc primò. Et pupillus accipiendo mutuum ſine
tutore,quatenus eſt effectus locupletior,obligatur, ideo ſi pu-
bes factus ſoluat,non repetit. hoc dicit cum l. ſeq. Intellige ta-
men primam partem. l. quando debitum naturaliter tantum
ſoluitur per errorem iuris,ſecus ſi per errorem facti. l. error.C.
de iur.& fac.igno.declarat gloſſ. t. in l.1.in vlt.parte,& ibi Bart.
1 & alij ſ.eo ¶† No.1.ꝙ ſeruus promittendo, vel contrahendo
obligatur naturaliter,& ex hoc reſultant tres effectus,vt in tex.
Et ſi dicas, quomodo obligatio naturalis poteſt cadere in ſer-
uo,cùm ſit de iure gen.l.cum amplius. §. is natura debet. ff. de
reg.iur.& eo iure gen.ſtatus ſerui eſt annihilatus,& ideo domi
nium quod eſt de iure gen.non cadit in ſeruo, l. acquiritur. in
princip.ff.de acquiren.rerum dom.ſimiliter nec poſſeſſio.l.1.§.
item per eum.ff.de acquiren.poſ.Dom. Chriſtoph. de Caſt.hic
multum ſe inuoluit.ſed tu clarè reſponde,vt per Barto. melius
quàm alibi in l.ſi id quod.ĩ.eod.& in l.ex hoc iure,in 5.colum.
ff.de iuſt.& iur.iuncto eo,quod dicit Barto.in l.frater à fratre.in
2 prin.ĩ.eo in 16.colum.in 1.q.de mutuo.† Quid autem in mo-
nacho,an naturaliter obligetur? Hoſt. tenet, ꝙ non in ſumma
ſua in tit.de fideiuſſ.§.pro quo poſſit.ver.& quis.quia in eo de-
a ficit conſenſus,cùm non habeat velle,[a] nec nolle.c.ſi religio-
ſus,de elect.in ſextò.c.cum ad monaſterium.de ſtatu. monac.
ſed eum reprobat Panor.in conſ.104.incip.pro euidentia quæ-
ſtionis propoſitæ,in 2.col motus per ęquiparationem ſerui,&
monachi,quam facit Innocen.in c.cum olim. de priui.& Bart.
in l.1.in prin.§.ſi vſufructuarius.ff.de ſtipu. ſeru. ſed idem Abb.
ſibi contrarius in c.ex reſcripto.in 3.not.de iureiuran.tenet præ
3 cedentem opi.¶† Not.ſecundò ex hoc tex.ꝙ pupillus ex mu-
tuo celebrato ſine tutore,ſi ſit effectus locupletior,& pubes fa-
ctus ſoluat,non repetit.Ratio eſt ſecundum gl.quia naturaliter
tenetur.dic melius ſm Docto.ꝙ imò tunc naturaliter,& ciui-
liter tenetur.l.2.in prin.ff.com.l.pupillus.§.1.ff.de auth. tut.licèt
Pau.hic teneat ꝯ Docto. per iſtum text.qui æquiparat pupillũ
& ſeruum, ſed in ſeruo non cadit ciuilis obligatio. Reſpond.
ꝙ æquiparatio fit quantum ad impediendum repetitionẽ, ſed
non quantum ad obligationem, quia in pupillo de obligatio-
ne,tex.verbum nullum.Et ſi dicas,ſi obligatur naturaliter,& ci
uiliter,quare tex.reqrit,quòd pubes factus ſoluat? Rñde, ꝙ pu-
pillus ſoluendo vero creditori non poteſt transferre dñium pe
cuniæ.l.quod ſi fortè.§.fi.ff.de ſol.l.non omnis. §. ſi pupillus,&
ibi dixi ſ.ſi cer.pet.ſecus eſt in adulto,vt etiã glo.no.in l.1.§.fuit
4 quæſitum,& ibi Docto.ff.ad Treb.¶† Tertiò no.ex l.cum hoc
b natura,ꝙ nemo debet locupletari [b] cum aliena iactura,& arg.
de pręſcriptione, & vſucapione glo. rñ. ꝙ ibi patitur damnum
culpa ſua.ergo ſibi imputet,per l.quod quis ex ſua.ff.de reg.iur.
ſed non eſt bona rñſio,quia non procederet,qñ pręſcriberetur
ꝯ abſentem,& ignorantem, cui culpa aſcribi non poteſt. Dic
ergo melius,ꝙ ęquitas huius legis eſt in genere,ſed rigor in prę
ſcriptionibus eſt in ſpecie,vnde qñ rigor eſt ſcriptus, & ẽt æqui
tas,ſed rigor eſt in ſpecie,& æquitas in genere, rigor præfertur
æquitati,vt not. Doct.in l.placuit.C.de iudi.Bar.& alij in l.1.vbi
dicam. C. de legi.Adde, quòd per æquitatem huius. l.determi-
5 nat Cy.in l.fi.C.de neg.geſt.& ſequ.tur Ang.hic,† ꝙ ſi mandaui
alicui,ꝙ mihi emeret rem certo pretio, & emerit maiori pre-
tio,quàm mandauerim,cũ minori haberi non poſſit, & ſic nõ
fuit in culpa,licèt illud plus repetere nõ poſſit per viam agẽdi,
tamen poterit per viã excipiendi per æquitatem huius legis.

ADDITIONES.

a ¶Velle.Adde c.nolle,& c.non dicatis.7.q.1.c.fin.de teſt.lib.6. & Inn.in c.fi.de ſepul. eod. lib.

* ¶Not.Euer.lib.argu.loco à ſeruo ad monachum,& fac. quæ de religioſo ſcribit Rom.ſing.245.& quid in monacho fugitiuo? Dic quod magis æquiparatur filio,quam ſeruo.Iaſ.in l.poſſeſſio.§.ſeruum.nu.14.ff.de acquir. poſſeſ. vbi dicit communem,cuius contrarium ſcribit ibi Aret. pro concordia autem dic quod æquiparatur ſeruo quo ad effectum acquiſitionis, ſed in acquiſitione æquiparatur filio.Iaſon ibi. quæ omnia plenè declarat Tremol. ad pract. Bonacur.titu.quib.mod.ſuo no.ciuil.nu.18.Iodoc.in Enchirid. ſimil.ver. Monachus. MASVER.

b ¶Locupletari.Adde Cy.in l.iubemus.C.de ſacroſ.eccle.

SVMMARIVM.

1 *In condictione indebiti veniunt fructus.*

LEX XV.

INdebiti. Hæc condictio eſt ex æquitate
naturali, ideo in ea veniunt fru-
ctus, & aliæ acceſſiones naturales.hoc dicit. Secus
ergo eſt ſecundum glo. in acceſſionibus ciuilibus,
vt ſunt vſuræ, intellige quando eſſent cum damno debitoris,
ſecus ſi ſine eius damno, patet, quia in condictione indebiti
etiam venit illud,quod præſcriptum eſt, vt in §.ſequen. & ibi
Bartol.in 1.colum.in fine.in verſicu. venio ad tertiam partem.
1 ¶† Not. ex iſto text. in condictione indebiti venire etiam fru-
ctus: quomodo autem veniant ante lite conteſt. vel moram,
Bar.Ang.& Fulg.hic diſtinguunt, & in effectu volunt, ꝙ ideo
ſit,quia agitur ad illud,quod aliquando fuit meum, & tu dic
melius,ꝙ iura de quibus opponunt Docto. procedunt,quan-
do fructus veniunt ſolùm officio iudicis mercenario,ſed in cõ
dictione indebiti fructus non veniunt officio iudicis, imò iure
ipſius actionis,vt eſt glo.ordin.in l.in ſumma.§.ei, qui. ĩ. eo.pa-
tet,quia in condictione indebiti recipiens eſt obligatus ad to-
tum illud,in quo eſt effectus locupletior, vt declarat Barto.in
l.quod indebitum.ſ.eod.vbi dixi.ergo cum fructus ſint in ob-
ligatione, nimirum ſi veniunt à tempore obligationis, prout
etiam dicit Albe.de Roſa.hic.

SVMMARIVM.

1 *Condictio indebiti interdum competit ad poſſeſſionem nudam nu.2.*
3 *Limitatio ad regulam, quod nemo condicit rem ſuam.*
4 *Condictio indebiti competit ad incertum, & ſic ad reſtitutionem poſſeſſionis.*
5 *Condictio indebiti competit ad pluſquam ſit datum.*
6 *Iſta pronomina meum,tuum,ſuum,competunt ad dominium.*
7 *An ſi pecunia ſit conſumpta abſque dolo,repetatur per condictionem indebiti.*
8 *Si vſusfructus erat alienus,& ego tradidi pleno iure, an repetam.*
9 *Quis non poteſt obijcere de dominio tertij.*
10 *In condictione indebiti venit quicquid accedit rei.*
11 *An conductor poſſit opponere de iure tertij,& ſic emphyteuta, vel generaliter.*

§.Sed

§.Sed & si nummi. Est difficilis, & bene glossatus secundum Bar.& solennis,secundum Pau.de Cast.diuide in 4. partes. Secunda ibi,quemadmodum si falso.Tertia ibi, licèt & si possessionem.Quarta ibi,sed & si vsusfructus,& summa vt per Bart.
1 ¶† Not.1. ex hoc tex. ꝙ condictio indebiti interdum competit ad possessionem nudam, quãdo sola possessio translata est. Interdum etiam competit ad dominium,quod possessioni traditæ accreuit,mediante præscriptione. Interdum competit ad nudam proprietatem,ratio omnium ponitur in prin.huius legis,dum dicit,ꝙ condictio indebiti est naturalis, hoc est fundata in æquitate naturali. æquum est igitur eum teneri ad omne illud,in quo est effectus locupletior per erroneam solutionẽ, & sic Iuriscon.ordinatè procedit: nam in prin. huius legis præmittit dictum generale,deinde subdit in specie per totam hãc
2 legem plures effectus.¶† Not.2.ex eod. tex. ꝙ condictio indebiti competit ad solam possessionem, & hoc est tenendum menti secundum Bar.quia multoties occurrit fieri contractus inualidos per ecclesiam, vel minorem. nam si ex eis translata est possessio,potest per condictionem indebiti repeti,cum Bar. transeunt alij.Idem tenet Bar.in l. si alienam. alleg.in gloss.& in Auth.qui rem.C.de sacrosan.eccle.Tu pondera Bar.velle,ꝙ ex contractu inutili celebrato per ecclesiam, vel minorem transferatur possessio.contrarium,& melius vult Bart.in l.1.§.si vir. in penul.oppo.ff.de acquiren.possess. cum quo alij ibi tenent,& nemo hic,vel alibi perpendit de hac contrarietate, nisi intellexeris Bart. hic loqui non de possessione propriè, sed nudi facti,
3 & sic de corporali detentione.¶† Tertiò no.ex hoc tex.limitationem ad regulam,ꝙ nemo condicit rem suam nisi à fure. l. fi.ff.vsufruct.quemadmod.caue.§.sic itaque. Inst. de actio. Illa regula procedit,quando quis vellet condicere dominium, secus si possessionem nudam,vt hic,& l.fin. ꝫ. de tritica. etiam si
4 esset possessio rei mobilis,vt hic per Bar.in 1.oppo.¶† Quartò subtiliter no.ex hoc tex. secundum Raph.Fulgo. ꝙ condictio indebiti competit ad incertum, quia competit ad restitutionẽ possessionis,& sic ad incertum.l.vbi autem non apparet §. qui id,quod in faciendo. ff. de verborum oblig. sed respon. vt per Bar.post glo.in l.sed & si me putem. §.cum inter.in 2. col.ꝫ.eo.
5 ¶† Quinto not.in versi.sed & si possessionem, ꝙ condictio indebiti cõpetit ad plus,quàm sit datum, quia competit ad dominium postea præscriptum,rationem dixi.s.in 1. no.facit l.si alienam,in prin.ff.de dona.causa mor.fallit in casu.l.Proculus.
6 vbi glo. ponit rationem. ff.de iure dot. ¶† Sextò not. in verbo tuam,quod ista pronomina possessiua meum, tuum,intelligũtur etiam de dominio vtili, quod præscriptione acqsitum est. Accedat gl.in l.2.in prin.ff.de orig.iur.secus est secundum Bal. in dominio, cuius appellatione in dubio intelligitur de directo.l.1.§.qui in perpetuum.ff.si ager vectig.vel emphy.peta.cũ Bar.simpliciter transit Alex.hic in vltim.no. Tu adde circa hæc pronomina possessiua meum, tuum, per ea significari etiam vtilia,vel quasi.l.suos.cum sim.ff.de leg.3.not.Bar.in l.certum. §.1.per illum tex.ff. de confes.& in Auth. sacramenta puberũ. in vlt.colum.vbi etiam alij.C.si aduer.vendi.per Bald.in rub.C. de verb.signifi.& in l.fi.in penult.colum. C. de edic. diui. Adriani tol.Imò plus meum dicitur illud,quod est mihi debitum,gl.in l.si tibi pecuniam.in ver.meum,& ibi Ang.& Ludo. Rom.ad hoc not. in l.si me, & Titiũ.in gl.2.in verb. pecunia mea,& ibi Ang.& plenius Alb ad hoc not.in l.eius,qui in prouincia,in verbo,defuncti,& ibi Bar.ad hoc not.supra si cert.pet. gl. in l.3.C. si tutor vel curator interue.& in l.purè.§.si eum.in verb.suum. ff.de excep.doli.Adde etiam tex.in l.si legatus.§.si quis bona.ff. ad Treb. dum dicit appellatione meorum, & tuorum venire actiones.Et facit ad quæstionem Antiquorum, Bart. & aliorũ in l.1.ff.de sta.hom.& latius Bar. in l.quintus §.argẽto.ff.de aur. & argen.leg.dum postea subdit Bal. ꝙ appellatione dominij in dubio intelligitur de directo,ita etiam no.Bar. Ang.& alij.in d.
* §.qui in perpetuum.per illum text. *& ita communiter* a dici so-
a let,sed tu vide Bar.in l.si mater.§.candem.ante fi.ff.de excep.rei iud.intelligentem mirabiliter illum.§.qui in perpetuum, ꝙ ibi ratione adiuncti non poterat ad vtile referri, ideo ad directum refertur.¶Glo.secunda diuiditur in tres partes.Primò declarat tex.Secundò format quæstionem, quam disputat. Tertiò per viam notabilis respon.tacitæ obiectioni.Secunda ibi,sed quid. Tertia ibi,item no.hic.¶Pro clara intelligentia secundæ partis reassumo hunc articulum in dubium valde necessarium ad
7 intellectum totius tituli.† Pone, ꝙ per errorem tibi indebitè solui quantitatem pecuniæ,vel alienam,vt quærit gl.vel etiam propriam,& eam amisisti casu fortuito,vel consumpsisti absq; dolo,non tamen in necessitate tua, & sic illa pecunia desijt extare,an tenearis condictione indebiti? Glo. si. concludit,ꝙ sic. Idem tenet Bart.& Ange.hic, & Pau.de Cast. cum vna limitatione Bald.in l.1.C.de vsuca.transfor.idem tenet Iac.de Are.in l.2.§.appel.s.si cert.peta.idem vult Barto.in l.quod indebitum. in fin. supra eod. duplici fundamento. Primò, quia teneris ad quantitatem in genere,& cùm genus perire non possit. l.in ratione.§.incertæ.ff.ad leg. fal. certè etiam casus fortuitus non liberat debitorem.l.incendium.C.si cert.pet. Secundum fundamentum est per simile de mutuo,quia consumptio debet operari translationem dominij, quando soluens non erat dominus, sicut & in mutuo, vnde sequuta consumptione quasi reconciliata translatione dominij,recipiens constituitur debitor quantitatis in genere, & sic succedit, quod dixi in præcedenti fundamento,Tu aduerte,si pecunia fuit consumpta in vtilitatem,& sic in causas necessarias recipientis,res est clara,ꝙ tenetur, cùm sit factus locupletior, (& in hoc nemo discrepat) sed quando pecunia esset consumpta sine dolo,puta, quia esset ꝑdita casu fortuito, vel consumpta, sed non in res necessarias, vel vtiles,veritas est tunc contra glo.& Bart.& sequaces, quòd tunc non competat condictio indebiti.ita tenet Rayn.Iac.But. Albe. Bald.Saly.dom.Christoph.de Cast.Fulgo. & Alex hic,&
* dicit Albe. quòd *ista opin.communiter tenetur*,& licèt aliqui referant,quòd Iac.de Are.in d.§.appellata, contrarium teneat,malè referunt, & ita etiam tenui in l. quod indebitum. supra eo. nam fatendo pro vero,quòd illa perditio operetur translationem dominij,quando soluens non erat dominus, tamen gl. & Barto.errant,dum arguunt de mutuo ad condictionem indebiti, eo quia in mutuo postquam debitor recepit pecuniam, obligatur ad tantundem, quicquid postea de illa pecunia sequatur,& ideo casus fortuitus eum non liberaret, si incendio perderet,aut latrones surriperent.d.l. incendium. non sic est in condictione indebiti, in qua recipiens solũ tenetur ad illud, in quo reperitur locupletior tempore repetitionis,vt hac.l.in pricip.& l.si non sortem.§.libertus.in 2.respon.ꝫ.eodem,& de hoc est melior text.de iure secundum Bar.in d. l. quod indebitum. supra eo Ergo si pecuniam perdidit casu fortuito, vel inutiliter consumpsit absque tamen dolo,& culpa,& in nihilo reperiatur locupletior, ad nihil tenetur.optimum simile,vbi idem deciditur in l.vtrum.ff.de pet. hæred. cùm etiam petitio hæreditatis solùm competat ad illud, in quo quis est effectus locupletior.l.sed & si lege.§.consuluit.ff.de pet. hæret. & ista est veritas,quamuis alij non ita declarent. ¶Gloss. in versi. tuam fecisse.opponit contra tex.in quo dicitur, quòd si per errorem tradidi tibi possessionem indebitè, qua mediante tu præscripsisti directum dominium aduersus verum dominum, contra quod non potueris præscribere, patet, quia tu sciebas indebitè solutum,ergo eras in mala fide,ergo,&c.Gl.respon.quòd text. intelligitur,quando iste ignoranter recipiebat, quasi velit gloss. quòd si iste scienter recepisset, quòd non posset præscribere. Adde,quòd Iaco.de Butr. Barto. & Ange. hic fortius tenent,ꝙ etiam si scienter recipiat indebitum, tamen credebat rem esse tradentis,cùm sit alterius, licèt sciat indebitum sibi solui, tamẽ ex quo habet bonam fidem respectu veri dominij, potest præscribere,per l.si quis fundum.ff.de acquiren.possess. Idem tenet Pau.de Cast.hic cùm limitatione,nisi quando scienter recipiẽs committeret furtum,quod quando sit,non declarat, sed vide Barto.declarantem in l.quoniam.ff.de condi. furt. fuit dictum in l.si procuratori falso,super versi. fin. supra titu.2.Adde,quia cum glo. contra Iaco. Butr. & Barto. tenent Albe.Christoph. de Castil. Fulgo. & Alex.hic, & truffantur de Barto. qui deceptus sub auctoritate Iaco.But.dicit contra text.l. hominem.ff. pro suo,allegatum in gloss.quam legem secundum eos Barto. non debuit vidisse,& contra l.si existimans.ff.pro soluto.Tu salua Barto.qui bene viderat istas leges, quòd in illis recipiens recepit scienter indebitum,sed ab illo,qui erat dominus,quo casu cessat fundamentum Bar.quia tunc recipiens non potest dici bonæ fidei respectu veri domini,sed Bar.hic expressè loquitur,ꝙ quis scienter recepit indebitum ab illo, qui non erat dominus, sed recipiens quamuis sciret eum soluere indebitum, tamen credebat esse dominum, & sic isto casu respectu veri habebat bonam fidem,ideo potest præscribere. Et si dicis, si in d.l.hominem,soluẽs erat dominus,certè licet per errorem soluerit,quia error in causa non impedit translationem dominij, sed error in persona sic,vt toto isto tit. quoniam recipiens,qui non

ADDITIO.

a ¶ Communiter. De quo vide quæ scribit gloss. in l. si minor. §. si seruus. vbi Barto.de euict.Syluestr. in summa. versic. Dominium.Pract. Pap.for.lib. act.real.versi.iure dominij pract.Masuer.tit. de loca. & quod aliud sit dominium aliud proprietas,no.Cast.in l.proprietatis. in prin. C. de proba. pract. autem proban.dominium docet Alex.consi.4.colum.6.nu.10. & seq.lib.2.cuius quidem dominij diuisionem ponit Zas.respons.lib.2.c.10. Coras.miscel. lib.6.c.20. MASVER.

non eſt dominus poteſt vſucapere, quia qui eſt dominus non poteſt vſucapere, cùm amplius dominus fieri non poſſit. l. ſequitur.§.lana.ff.de vſucap.Reſpon.verum eſſe,quando haberet dominium incommutabile, ꝙ ab eo auferri non poſſet, ſed quando quis habet dominium, ꝙ poteſt ab eo auferri, vt per condictionem indebiti,tunc poteſt per vſucapionem acquirere dominium firmius,& ſic irreuocabile.text.eſt notabilis in l. in bello.§.ſi quis ſeruum,& ibi no.Bar.ff.de cap. idem Bar.in d. l.ſequitur.§. fructus. circa fi. & in l.3. & ibidem Bald. & alij.C. quod met.cauſa.& iſtam opi.Bart.contra gl.hic tenet expreſsè Bald. in l. 1. C. de vſucap. transfor. ¶Gloſſ.in verſicu. agerem. diuide in tres partes.Primò per viam quæſtionis remouet vnã oppo. quam forma vt hic per Barto. & limita, vt per eum.In ſecunda ibi,in caſu tamen,per viam fallentię remouet vnum contrarium,ſed melius reſpon.vt per Iaco.Butr. & alios hic.In tertia ibi,an teneatur.glo.querit,& bene reſpon. ¶Glo.in verſi. cum re.iſta glo.ſecundum Pau.de Caſt. eſt valde ſingularis, & ſubtilis,declarat text.& format quatuor quæſtiones,& ſic diuide in quinq; partes. prima eſt clara.
8 † Prima quæſtio gloſſ. eſt, quia iſte text. loquitur,quando vſusfructus erat alienus, & ego habebam nudam proprietatem,& nudum dominium,& vſufructuarius erat in poſſeſſione,ego tradidi tibi indebitè nudam proprietatem,dicit text. ꝙ ego repetam ſolam proprietatem, quæſtio glo.eſt,quid ſi plenam,vult dicere glo.Pone in veritate,ego habebam nudam proprietatem, vſusfructus erat alienus, ego tamen de facto habebam etiam vſumfructum, ego tradidi tibi plenam, ſcilicet vſumfructum, & proprietatem, quid repetam?glo.remittit,vt in ea.Glo.ibi in ver. habebitur,diſtinguit, ꝙ quo ad fructus iam perceptos repetam, ſed ſi non ſunt percepti,repetam ſolam proprietatem, & ego ibi bene dixi declarando, vt ibi per Bar. In ſecunda quæſtione gl. ibi l.loci
9 corpus.§.competit.ſecundum Azo.¶† No.ex glo.duo. Primò extenſionem ad regulam d.§. competit, ꝙ non potes obijcere domino de iure,quod non debetur tibi,ſed tertio,nam ille tex. loquitur in iure ſeruitutis præiudicialis,quæ non eſt pars dominij,nec dominium diminuit, ſed ipſum aliqualiter incommodat,iſta glo.extendit,ꝙ etiam non poteſt opponi de iure vſusfruct tertij,quamuis vſusfructus ſit pars dominij.l.3.§ penul.& fi.& l.3.cum ſeq.ſupra de vſufru. & dicit Pau. de Caſt.ꝙ eſt ad hoc perpetuò menti tenenda, quia non habemus tex.hoc ex-
10 preſsè dicentem.¶† Secundo no. ex hac glo.limitationem ad regulam, ꝙ in condictione indebiti venit quicquid accedit rei indebitæ ſolutæ etiam occaſionaliter,vt hoc text. iſtud eſt verum,ſi accedat ex natura rei ſolutæ, ꝓut eſſet ſi mortuus fuiſſet iſte fructuarius, ſecus quando accedit extrinſecus, vt hic in glo.quando recipiens expulit emphyteutam, tunc iſtud,quod extrinſecus accidit,non venit in condictione indebiti,vt hac gl.
11 not.¶† In ea.glo.ad fi.iſta vltima pars glo. eſt valde mirabilis, ex qua habes perpetuò notare,ꝙ ſi expuli emphyteutam de facto,& dominus à te poſſeſſionem condicat,aut vendicet, ego poſſum opponere de vtili dominio illius tertij emphyteutæ, quod tunc de facto occupo, eo quia ius emphyteuticum eſt reale,cùm illud idem tranſeat ad heredes,ſecus eſt in vſufruct. nam cùm ſit ſeruitus merè perſonalis,non debet poſſeſſor poſſe opponere de iure merè perſonali alterius,iſtam glo. ſequuntur Iaco.Butr. Albe. Ange.& Sal. hic, & dicit Bart.non reperiri alibi melius,quàm hic,ſaluando,& intelligendo glo.vt hic per eum,eam etiam ſequuntur Barto.in l.2. ad fina. ff.de excep.rei iudic.Salv.& Pau.de Caſt.in l.cum ſerui quiſpiam.C.de ſeru. fugitiuis, & dicit Ang.quòd iſta gl.eſt ſing.in iure,quam etiam in effectu ſequitur Pau. de Caſt.hic, qui dicit, ꝙ in decidendo non eſſet à glo.& Docto.recedendum. contra iſtam glo. tenet Bald. Chriſtoph.Caſtil. Raph.Fulgo.& Alex.hic,& Fulg.in d.l. cum ſeruum quiſpiam.mouetur Bald.ex generalitate, & ratione.d.l.loci corpus.§.competit,quod corroborat Pau. de Caſt. quia etiam emphyteuſis dicitur ſeruitus.l.ſi tibi homo.§.fi.ibi, vt in hac ſeruitute.de leg.1. tamen ſecundum Dyn. & Moder. ibi eſt largè,& impropriè ſeruitus,& ad d.l.loci corpus.§.competit,facilè eſt reſpond. ex doctri.Bart.hic, quia procedit quando eſt ius acceſſorium rei,vel perſonę,quia de illo non licèt tertio opponere,ſecus quando eſt ius quod ſtat de per ſe, vt emphyteuticum, & feudale. Secundò in contrarium allegat do. Chriſtoph.glo in terminis,quam ſibi aſcribit Fulgo. eius diſcipulus in l.1.§.quod autem.verſic. is autem cuius.in ver.in rem ſecundo,quam ibi approbant Barto. met. & Ange. de ſuperficie.licèt gloſſ. ibi opponat de hoc text. & non reſpond. Tertiò contra Barto. ſtringit ſecundum Alexan. qui licèt ſibi aſcribat contra morem ſuum, fuit fundamentum Bald. hic.text. in l.ſi quis emptionis.§.ſi vero nullum.in verſicu. non obſtante.C.de præſcript.30.vel 40. annor. vbi poſſeſſor non poteſt opponere de præſcriptione tertij facta bona fide, per quam vtile dominium acquiſiuit. Tu autem reſponde ad vtrunque nihil facere,quia glo. præalleg. & text. in d.l.ſi quis emptionis, dicunt,ꝙ poſſeſſor non poteſt opponere de vtili dominio tertij,& ſic de iure emphyteutico præſcripto.hoc eſt veriſſimum,niſi iſte poſſeſſor facto expuliſſet emphyteutam,& ſic de facto occuparet ius emphyteuticum,vel ius vtile præſcriptum. In iſtis terminis loquuntur gloſſ.& Docto.hic,quod tunc poteſt opponere; tamen eſt dura deciſio,attento quòd opi.Barto.& Docto.funda-
* ta ſuper iſta glo. nullo iure comprobatur. Docto. tamen *communiter tenent* cum gloſſ.& ſic ſtabit firma concluſio,quòd ſi de facto expello emphyteutam,vel vaſallum,vel de facto talis res ad me peruenit, dominus directus non poteſt talem rem à me vendicare, donec tale ius emphyteuticum durat, ècontra autem ſi emphyteuta ceſſaſſet triennio à ſolutione Canonis, & ageret contra tertium poſſeſſorem, non poſſet iſte tertius poſſeſſor opponere de iure dominij, & dicere, quod per ceſſationem ſolutionis ceciderit à iure emphyteutico.glo.eſt ordin.in l. 2. ff. ſi ager vectig. vel emphy. peta. quam communiter tenent Bald.& alij in Auth.qui rem.C.de ſacroſan.eccle.& in l.ſolemnibus.C.de rei vend.not.Docto.in l.2.per illum tex.& ibi di-
a xi.C.de iure emphy.In reliquis, quando ſit licitum opponere[a] de iure tertij, recurre ad plenè notata in l. cum ſeruum quiſpiam.C.de ſer.fugi.& plenius per Bar. in l.2. ff.de excep.rei iud. cum multis concor.hic aſſignatis per do. Alex.

ADDITIO.

a ¶Licitum opponere. Adde Bal.in l.doce ancillam. C.de rei vend.Bal.in Auth. qui rem C.de ſacroſan.eccleſ.Docto.in c.mandatum.de reſcrip.Abb.in cap. conquerente.de cle.non reſi.Docto.in c.3.de conſuetud.lib 6.

* Pract.Pap.for.lib.Act.negat.ver. ſpecta. & dic quòd exceptio iuris tertij,quę non eſt excluſiua,ipſo iure non admittitur, ſecundum communem per Rol. conſi.57.num.10.lib.3.not.Barto.in l.2.ff.de excep. rei iud. Docto. ad Pract. Maſuer.tit.de excep.& diſtingue ac declara,vt per Sal. in l.ſi cui.num.6.C.de non nume. pecu. Pariſ. conſi.86. num.18.lib.4.Neuiz.conſ.78.num.9.&.10. Dec.conſi.144.colum.vlt.& tertij ius opponi poteſt,quando vnus eorum petit extan.alijs ſimile ius obtinen.Aym. conſi.144.num. 21. Quid in perſona extranea,vide Roma.conſi.46.nu.2. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Debitum conditionale repetitur, ſi ſoluatur pendente conditione.*
2 *Idem in promiſſione ſub die omnino incerta.*

LEX XVI.

Sub conditione. Vbi certum eſt debitum iri, interim ſolutum non repetitur, ſecus ſi eſt dubium.
1 hoc dicit cum duabus.ll.ſeq.¶† Not. ex iſto text.in verb.errorem,quòd debitum conditionale ſolutum per errorem,pendente conditione repetitur,ergo à contrario ſenſu innuit text.quòd ſi ſcienter ſolueretur, repeti non poteſt. Intellige omiſſa diſtin.Pau.de Caſt. hic, & in l. qui ſe debere. ver.ſin autem vera. poſt gloſſ. ibi.de condi. ob cau. & iſta eſt veritas, niſi conditio deficeret,ſecundum Ang.Imo.& reliquos Mod. in l.ſtipulatio iſta. §.inter certam. ff. de verb. obl. & ita limitat
2 glo.in l.qui promiſit.infra eod.¶† Not. ſecundò ex his. ll. iunctis glo.& in diſtin.Barto. ꝙ promiſſum ſub die omnino incerta,an,& quando,puta ꝓmitto 100. quando Imperator in Italiã veniet,& ea pendente ſi ſoluetur,poteſt repeti, quia cùm talis dies ſit omnino incertus,& ſic habeat ſe ad eſſe,& non eſſe, cęſetur in effectu conditio.l.dies incertus. ff.de condi. & demon. ſecus ſi eſſet dies incerta quando, ſed certiſſima an,vt dies mor-
a tis,cùm nihil ſit certius morte,[a] & nihil incertius hora mortis. l.1.ff.de condi.& demon. qa talis dies non poteſt ſe habere ad nõ eſſe,& ſic non poteſt cenſeri conditio vt hic per Bar.& Docto.diſtinguentes,qui omittunt vnum caſum,quando mixtus eſſet ſimul dies incertus,& certus, quem caſum ſupplet Bal. in l.ambiguitatẽ.C.de vſufru. vbi dicit eſſe de hoc text,qui non eſt alibi in iure, ꝙ tunc repeti poteſt attento potius die incerto. ¶Tertiò no.ex l.nam & ſi cum moriar.quòd promiſſum cùm moriar, ante ſolutum repeti non poteſt. contra hoc opponit Barto.poſt Antiquos, quòd imò ex ſola pœnitentia debet poſſe reuocari,quia cenſetur donatio cauſa mortis, ex quo eſt facta mentio mortis,vt eſt glo.in l.Seia.§.fi. ff.de dona.cau.mor. & in l.Seia. ff. de dolo.præleg. Reſpond. Barto. quòd iſte text. intelli-

ADDITIO.

a ¶Certius morte. Adde Io.And.in c.cum in apoſtolica.de his,quæ fi.à prælat. idem Io.And.in c.veniens,in fi.de presby.non baptiz.

telligendus est, quando præcessit aliqua causa promissionis, ex qua colligitur, quòd non sit dona. causa mortis, vt hic per eũ. Tu notabilius respon. altero de duobus modis. Primo, quòd regula illarum gl. procedit in donatione, sed iste tex. non loquitur de donatione, sed de promissione, vnde succedit doctri. notabilis Bald. in l. pro hæreditarijs. in fi. per illum text. C. de hær. act. ꝙ quando interuenit iudicium vnius tantum ordinantis de rebus suis, & in eo fit mentio mortis, tunc censetur donatio causa mortis, quia illa pendet ex voluntate illius tantum, secus quando interuenit iudicium duorum, vt in promissione, ita dicit esse casum ibi, sequitur Pau. de Cast. in l. si cum dotem. circa fi. prin. ff. solut. matrimo. Secundo respon. quòd etiam si tex. loqueretur in donatione, tunc adhuc non esset dona. causa mortis, quæ ex pœnitentia posset reuocari, sed esset donatio inter viuos. nam regula glo. quam s. allegaui, limitatur quando fit mentio mortis non per modum dispositionis, sed per modũ dilationis, tunc non intelligitur dona. causa mortis sed inter viuos, ita notab. Bald. in l. 2. C. de iure dot. referens ita velle Dyn. in d. l. Seia. §. fi. & intelligitur facta mẽtio mortis causa dilationis, quando est facta in verbis importantibus executionem, & non in verbis importantibus substantiam donationis. ita egregiè declarat Bald. in addi. Spec. in tit. de instrum. edi. in vlt. col. in versi. si quis donat. referens ita esse de mente Specu. ibi in §. porrò. in versicul. firma autem. sequitur dom. Alexan. Imol. in consi. 14. incip. circa primum dubium, quo quæritur, nunquid dicta donatio. in primo dubio. lib. 1. & ita est in hoc text. vbi mẽtio mortis fit in verbo dare, & sic in verb. executiuo. tutior tamen, & planior est præcedens solutio. ¶Venio nunc ad glo. in quibus puto aduertendum, licèt Docto. non dicant, ꝙ gloss. sint malè situatæ, quia glo. in verb. existente, quæ præcedit glo. in ver. quod autem, deberet sequi, & gloss. in ver. quod autem, repetit quæ dicta sunt, & est causa erroris, & ratio est, quia bis in tex. habetur dictio, existente, sed ibi stare non potest, & quia istæ gl. ad idem tẽdunt, ideo simul declaro; dicit tex. debet, &c. innuit tex. ꝙ si soluerem antequam dies veniret, ego non repeterem, * & oportet necessario sumere argumentum à contrario sensu, quia text. in sensu directo non haberet dubium, sed tunc contra de l. seq. vbi dicitur totum contrarium, ꝙ si soluo antequam veniat dies, non possum repetere. gloss. per hoc intelligunt tex. duobus modis. Primò, ꝙ loquatur de die incerta omni incertitudine, & tunc sumatur argumentum à contrario sensu, & tunc lex sequens non ponit exemplum, sed ponit diuersum casum, iste est verus sensus, vt probabo nunc. Alio modo intelligunt glo. ꝙ verbum, quod autem, procedat quando certum est an, sed incertum quando, & tunc non potest sumi argumentum à contrario sensu, & tunc lex sequens ponit exemplum. Ego teneo primum intellectum propter duo. Primò, quia secundum alium sensum verbum quod autem, poneret casum indubitatum. Secundò me mouet aduersatiua quod autem, quæ debet aduersari in iure, & in facto. Et vt plenius habeatis, est aduertendum secundum glo. & Doct. si quæratur, quando aliquid debetur per viam legati, vel contractus in diem, vel sub conditione, & pendente die soluatur, an possit repeti. Distingue, aut debetur in diem omnino certam, aut in diem omnino incertam, aut in diem mediam certam an, sed incertam quando. Primo casu pone, promitto 10. in die natiuitatis. & tunc non est dubium. l. in diem. s. eo. Secundò casu, exemplum, promitto. 100. qñ Imperator veniet in Italiam, & tunc quia dies incerta omnino habetur pro cõditione. l. dies incertus. ff. de condi. & demon. & ratio est, quia conditio habet se ad esse, & non esse. l. cum ad tempus. ff. si cer. pet. eo modo dies incerta habet se ad esse, vel non esse, & in eo non est dña, & sic possem repetere, & in istis duob. casib. non est dña inter ꝯctus, & vltimas voluntates. Tertio casu, si soluatur medio tẽpore, an possit repeti? est dña inter ꝯctus, & vltimas voluntates, quia in ꝯctib. certum est omni casu, quòd est debitum iri, secus est in vltimis voluntatib. quia posset deficere, & ideo repeti, l. cum hæres. in princ. ff. quan. dies leg. ced. Si autem loquimur in conditione propria, quando aliquid promittitur sub conditione, & soluatur pendente conditione, an possit repeti, dic, ꝙ si est conditio ꝑpriè, quę sit de futuro, & habeat se ad esse, & non esse, pōt repeti, vt hac l. sub conditione. Si verò est ꝯditio necessaria, vt si dico, si moriar, tunc nō pōt solutũ repeti.

* Ego repeterem, legendum est, vt huius, & sequentis legis verba indicant, & paulò j. secundum per Iaso. colligitur.

SVMMARIVM.

1 *Stante statuto, quòd creditor non petens sibi debitum per decennium, quòd cadat à iure suo, an si elapso decẽnio per errorẽ soluerit, repetat.*

2 *Per senatuscon. Macedonianum non tollitur neque naturalis, neque ciuilis obligatio, sed paratur exceptio.*

LEX XIX.

Si pœnæ causa. Liberatus ex aliqua dispositione legali inducta in odium creditoris, remanet naturaliter obligatus, ideo soluens etiam per errorem non repetit. hoc dicit. Ratio est, quia illa dispositio legalis tollit obligationem ciuilem, quæ similiter est de iure ciuili, sed non tollit obligationem naturalem, quæ est de iure gen. vnde illa naturalis impedit repetitionem soluti, vnde facit iste tex. secundum
1 Pau. de Cast. † quòd stante statuto, ꝙ creditor non petens sibi debitum intra decennium cadat à iure suo, certè cùm iste debitor sit liberatus ex pœnali dispositione huius statuti, si postea solueret per errorem, non posset repetere, istud est bonum exemplum ad hunc tex. Adde Bald. & Ange. in l. 3. §. fi. ff. quod quisque iuris. facit quod per hanc. l. not. Bal. hic, qui dicit hanc. l. esse notandam pro bannitis, quibus ex forma statuti denegatur audientia, ex hoc non perdunt naturalem obligationem, ideo si debitores eis soluerent, non repeterent. ¶Glo. prima ponit quatuor exempla ad hũc tex. & ita eam diuide in quatuor partes, quæ patent in glo. Primum exemplum approbant Docto. Secundum reprobat Albe. quia in l. extat, & in l. si quis in tantam, allegatis in glo. agitur de amissione dominij, non autem obligationis, prout loquitur ista lex, tamen glossa in dicta l. si quis in tantam. in 7. q. intelligit illum tex. etiam in creditore faciente propria auctoritate executionem sui crediti, & ita trã
2 seunt Doct. ibi, & Christoph. de Cast. Fulg. & Alex. hic, † Quartum exemplum glo. reprobant Bar. Ange. & Pau. de Cast. hic, quia per senatuscon. Macedonianum non tollitur neque naturalis, neque ciuilis obligatio, sed bene paratur exceptio. l. 1. in prin. ff. ad Maced. & rationem huius assignat Bar. in l. 1. in penu. colum. s. eo. tit. ergo non conuenit huic legi, quæ loquitur, qñ debitor liberatur. Tu aduerte, quia attento hoc fundamento etiam primum exemplum gl. quod Docto. approbant, erit falsum, quia per impetrationem iuris iniqui non tollitur nec naturalis, nec ciuilis obligatio, sed solùm paratur exceptio, glo. in l. 3. §. quod autem. in glo. 1. in fi. ff. quod quisque iuris. Vltra glo. pone quintum exemplum, ſm Albe. hic in Auth. minoris debitor C. qui da. tut. poss. iuncta. l. naturaliter, in fi. & qđ ibi dixi. s. eo. & iunctis notatis in l. interdum. j. eo. Sextũ exemplũ posui in tex. Circa exẽpla gl. subdit Bart. hic duo dicta, quæ simpliciter sequitur Ang. hic. Primum est (sub dubio fortè,) ꝙ cùm in exemplis gl. remaneat naturalis obligatio, tenebitur debitor in foro conscientiæ soluere. Pau. de Cast. tenet contrarium, quia ex quo lex ciuilis eum liberat, non debet esse clementior legẽ, dicit tamẽ ꝙ tutior est opinio Bar. propter periculum animæ, cap. iuuenis de spon. Adde, ꝙ pro Pau. de Cast. bene facit quod confirmat Bal. in c. in omni. post prin. de testi. ꝙ qui à lege hu-
a. mana excusatur, non peccat, [a] nisi sit contraria legi diuinæ, & ibidem firmat, quòd etiam in foro conscientiæ leges sunt ser-
b uandæ, [b] vt ibi notabiliter per eum. Facit quod in specie tenet Inno. in c. cura de iur. patro. quem refert, & sequitur Bal. in c. de causis in 6. col. ad fi. de offi. deleg. in Auth. ad hęc. 4. col. in ver. reuertor igitur ad quæstionem formarã. C. de vsur. ꝙ bona acqsita ex præscriptione possunt licitè retineri, & in foro conscientiæ, dato ꝙ post præscriptionem completam superueniat sciẽtia, quòd bona erant aliena. Itẽ adde, quòd contra Bar. expressè tenet Abb. in c. nouit. in 12. col. ad fi. de iud. pro Bar. tamen facit, quia quantum ad conscientiam non differt pactum nudũ à solenni, ſm Bal. in rub. extra de pac. in fi. & in c. 1. in 2. col. eo. tit. facit. quod vult Bal. in l. cum quis. in 9. colu. C. de iur. & fac. igno. Ant. de But. in c. 1. de dolo, & contum. Secundo dicit Bar. quòd ista naturalis, quę semel fuit iuncta cum ciuili, non est potens ad compensandum, dixi in l. 1. s. eo. vbi concor. alleg.

ADDITIONES.

a ¶Vnde reprehendendus videtur Panor. qui in c. cum esses. in 9. not. dixit eum peccare mortaliter, qui testamentum impugnat prætextu deficientis solennitatis, quia verius est eum non peccare, cùm id sibi liceat per legem ciuilem. Alex. in l. nemo potest, & ibi Iaf. nu. 102. in secunda lectura. de leg. 1. & idem Iaf. consi. 67. col. pen. vol. 3. TROT.

b ¶Maximè vbi agitur de dominio rerum, quia lex diuina non inuenit meum, & tuum, sed leges Imperatorum. c. quo iure. 8. dist.

SVMMARIVM.

1 *Etiam debitum repetitur per condictionem indebiti, quando à soluente non debetur.*

1 §. Quamuis. † Etiam debitum repetitur per condictionem indebiti, quando à soluẽte non debet. hoc dicit. ¶Intellige, quando soluit nomine suo proprio,

proprio, ſecus ſi ſoluiſſet nomine hæreditario, iuribus allegatis in glo. Vnde pulchrum eſt videre, quid in dubio. Gul. Bar. Alb. Ang. Chriſtoph. de Caſt. & Fulg. hic tenent, ꝙ in dubio præſumatur ſoluiſſe nomine hæreditario, & conſequenter in dubio
* non repetit, per tria iura hic alleg. per eos, & ab *iſta ſententia* nemo diſcrepat. Ego audacter teneo contrarium moueor, quia in dubio ſolutio debet intelligi facta in eam cauſam, quæ eſt magis vtilis ſoluenti. l. 1. & 2. ff. de ſolu. l. 1. C. eod. ſed magis vtile eſt, ꝙ cenſeatur ſoluiſſe nomine ſuo proprio, quia hoc modo poteſt repetere, ſic etiam contingit in legibus hic allegatis per Docto. nam in caſu l. fi. ff. de inſti. magis vtile eſt inſtitori, ꝙ intelligatur promiſiſſe non ſuo nomine proprio, ſed inſtitorio, quia hoc modo ipſe non tenetur. Eodem modo. in l. cũ poſt mortem. §. 1. ff. de adminiſt. tut. magis vtile eſt, ꝙ illa promiſſio dotis intelligatur facta curatorio nomine, quàm ſuo proprio, quia iſto modo non tenetur de proprio ſoluere, & puto hanc eſſe veritatem. Non omitto tamen, ꝙ ad illa iura alium ponit intellectum Bar. in l. 1. §. nunciatio. in 2. col. in fi. de noui oper. nun. ꝙ in illis iuribus fuit appoſitum nomen officij, nimirum ſi tanquam adminiſtrator officij videtur facere. Limita tamen quod tenui, & intellige ſm ꝙ intelligitur gl. notabilis in l. ſi quid poſſeſſor. in prin. in verb. ſuo nomine, vbi Bar. & Ang ff. de peti. hære. quam quæſtionem ponit Pau. de Caſt. hic non faciens de illa glo. mentionem. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Qui ſoluit nummos communes, repetit dimidiam diuidendo per numerum, non per ſingula corpora.*

§. Si falſo.

Iſte. §. legitur in gl. trib. modis. 1. lectu. eſt, ꝙ in hoc tex. reſpondeatur de parte, quę non erat mea. qualiter condicatur, condicitur enim reſpectu poſſeſſionis tantum. Secunda lectu. eſt melior, ꝙ in tex. reſpondeatur ſolùm de illis nummis, qui erãt mei proprij. Tertia lect. eſt, ꝙ in hoc text. reſpondeatur de vtriuſq;, & ſic pro parte mea condicam reſpectu dominij, pro parte ſocij, in qua non potui transferre dominium, condicam reſpectu poſſeſſionis tantum, iuxta l. indebiti. §. ſed ſi nummi. ſ. eod. ſecundum veram lectu.
1 hoc dicit. † Qui ſoluit nummos, quos habet communes cum alio, repetit dimidium diuidendo per numerum, non per ſingula corpora. hoc dicit. ſimile vidiſtis in l. nam & ſi fur. §. fi. vbi dixi. ſupra ſi cert. pet. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *An dicta teſtium, dico in omnibus, & per omnia prout alij teſtes extenſi dixerunt, valeant.*
2 *Error inducit repetitionem.*
3 *Quando ſoluitur procuratori falſo repetitur.*

§. Si putem.

Obligatus ad vnam ſpeciem, ſoluendo aliam, ad quam putat alternatiuè teneri, poteſt eam repetere. hoc primò. Et ſi per plures ſoluatur indebitum in quantitate, cuilibet pro rata competit repetitio, ſed in ſpeciebus electio eſt debentis reſtituere. hoc dicit ſecundò. Et illud quod omni iure eſt indebitum, ſemper repetitur quocunq; errore ſoluatur, etiam ſi per errorem iniuſtum facti proprij. hoc dicit cum ll. ſeq. vſq; ad §. cum iter. In l. ſi reus, ibi, qua-
1 re omnia, quæ de his dicta ſunt, &c. † Iſtum tex. inducit Alb. de Roſa. qñ notarius examinans plures teſtes ſcripſit dictum primi extenſè, poſtea ſcribit, ꝙ ſecundus teſtis idem dicit in omnibus, & per omnia, & idem fecit de tertio, & quarto. An dicta iſtorum teſtium valeant, & probent, & concludit in effectu, ꝙ ſic, licèt putet tutius, ꝙ omnia ſcribantur extenſè, ſm Spec. in tit. de teſte. §. nunc tractandum. ver. cautum quoq; examinatorem. Adde, ꝙ contrarium tenet Bar. in l. 3. §. 1. in penult. not. per illum tex. ff. de teſt. cogendis. Bal. ſed non clarè firmat, in l. ver-
* bum volo. C. de fideicom. Prima pars *communiter tenetur,* a &
a iſtud quod dixit notarius, ꝙ ſecundus teſtis idem dicit in omnibus, & per omnia, intelligitur ſcilicet in effectu. ita tenet Alb. in l. 3. §. 1. per illum tex. ff. de lib. hom. exhiben. Bal. in tit. de pace conſtan. in vlt. ver. illius tex. & in l. teſtium. in 3. colum. C. de teſt. & in c. literas. de præſump. & in l. ampliorem §. in refutatorijs. C. de appel. & in l. 1. in prin. C. de emen. Iuſtinia. Codi. idem in effectu tenent Canoniſtæ præcipuè Panor. in c. nihil obſtat,
2 de verb. ſigni. ¶† Secundò no. ex l. ſed & ſi me putem. ꝙ quando ſoluens tractat de damno, & recipiens de lucro, ꝙ quando ſoluit illud, quod nullo iure debetur, certè quicunq; error toleratur, & inducit repetitionem ſoluti, etiam ſi ſit error in facto proprio, qui aliàs non toleratur. l. quamquã. ff. ad Velleia. Adde gl. in l. cum is. in prin. ſ. eo. in tantũ, ꝙ licèt aliàs in facto proprio probando rem aliter ſe habere non præſumatur error, gl. in l. ſi res oblig. in prin. ff. de leg. 1. & in l. ſi quis delegauerit. in fi. ff. de noua. Bar. in l. error. in fi. C. de iur. & fac. igno. tamen etiam in facto proprio quando tractatur de damno probando rem aliter ſe habere, præſumitur error, vt hoc tex. cum gl. ſm Bar. & alios hic, de quo dicam in l. ſi poſt diuiſionem, vbi Bald. aliter tenet.
3 C. de iur. & fact. igno. ¶† Tertiò ſubtiliter no. hic eſſe text. pro
* opi. quam tenui contra gl. *& communiter Doct.* in l. ſi procuratori falſo. ſ. de cõdi. ob cauſam, ꝙ quando ſoluitur indebitum procuratori falſo, non ſolùm competit condictio ob cauſam, ſed etiam condictio indebiti, & ſic ꝙ ambæ concurrant, inducendo iſtum tex. vt ibi induxi, quia adiectus ſolutioni, cùm & ipſe teneatur actione mandati, cenſetur procurator. l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. obl. ¶Glo. in verb. licebit. in l. ſi reus. diuiditur in duas partes. Primò allegat concor. Secundò remouet contrarium. Secunda ibi, ſed hodie. In fi. gl. cum gl. tenet Iaco. But. Bart. Sal. & Pau. de Caſt. hic, contrarium, & melius tenet Alb. hic dicẽs,
* ꝙ iſta gl. *communiter reprobatur.* Idem tenet Ang. Ful. & Alex. hic, & Bar. in l. qui exceptionem. in prin. ſ. eo. & in l. 1. in vlt. col. & ibi Alex. ſ. eo. & Bar. in l. cum quis, in vlt. colu. C. de iur. & fact. igno. præcipuè per tex. in ſimili in l. ſi teſtamento. §. 1. ver. ꝙ ſi duo. ff. de fideiuſſ. Tamen conſidera, ꝙ tex. ibi dicit, ꝙ iſtud continebatur in epiſtola diui Adri. concedentis beneficium diuiſionis, ꝙ ſi vnus fideiuſſorum non obſtante illo beneficio ſolutionis totum ſolueret, ꝙ non repeteret, & ſic ibi lex vltra procedit declarando, & diſputando, quod non reperitur declaratũ in terminis noſtris, per hoc tamen non diſcedo à communi ſententia Doctorum contra glo. hic.

ADDITIO.

a ¶Tenetur. Pro qua videri poteſt D. Oſaſc. Deciſ. 128. nu. 7. vbi concludit teſtes iterato deponentes clarè debere deponere, nõ autem referre ſe ad priorem depoſitionem, Bal. in l. fi. C. de teſti. not. Alex. conſi. 59. nu. 6. lib. 2. Foler. Prac. Crim. ver. Capiat informationem. nu. 39. & 40. Boer. q. 108. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *An ſolutum indebitè quo ad ſubſtantiam, ſeu qualitatem repetatur.*
2 *Per exceptionem ſeruitutis factam in contractu, non inducitur ſeruitus.*
3 *Inducta in præfationibus contractus, non intelliguntur repetita tempore traditionis.*
4 *Omiſſum per viam exceptionis, ſuppletur per viam actionis.*
5 *Verbum concedo, importat traditionem iuris, ſicut & dominij tranſlationem.*
6 *In priuilegijs verbum concedo, facit priuilegium perſonale.*
7 *Si per errorem obligaui bona mea, an poſſint petere reſcindi hypothecã.*
8 *Condictio indebiti an competat ad incertum, vel certum.*
9 *An condictio incerti ſit proprium nomen actionis.*

LEX XXII.

Sed & ſi me putem.

§. Cùm iter.

Quando ſoluitur debitum, ſed plenius quàm debeatur, ſuccurritur
1 ſoluenti per condictionem incerti. hoc dicit. ¶† No. 1. ex mente Barto. circa fi. & clarius Bald. ꝙ quando ſoluitur illud, quod eſt indebitum quo ad ſubſtantiam, ſeu ad qualitatem, habet locum condictio indebiti, vel ſine cauſa, ita loquitur iſte tit. Sed quando illud quod ſoluitur eſt debitum quo ad ſubſtantiam, ſed indebitum quo ad aliquam qualitatem, tunc condicitur
2 per condictionem incerti, vt hic. ¶† Not. 2. ſecundum Moder. ꝙ per exceptionem ſeruitutis factam in contractu, non inducitur ſeruitus, niſi expreſsè ponatur tempore traditionis, vt hic, & in l. ſi binarum. ff. de ſeru. vrba. prædio. & rationem aſſignat glo. in l. ſi quis duas. in prin. ff. commu. præd. Exemplum, habeo duos fundus vicinos, vendo fundum anteriorem, excipio tempore venditionis ſeruitutem, per hoc non dicitur conſtituta ſeruitus, niſi & tempore traditionis dicatur, bene poteſt agi vt conſtituatur, ergo non eſt conſtituta, eo quia ex ſolo contractu nõ transfertur dominium, niſi ſequuta traditione. l. ſi ager. ff. de rei vend. l. traditionibus. C. de pact. etiam ex tit. vniuerſali. l. qui tibi hæreditatem vendidit. C. de hæred. vel actio. vendi. ſed ſic eſt, quòd tempore venditionis ante traditionem non eſt dominium translatum, & ſeruitus non poteſt in re propria conſtitui. l. vti frui. in princ. ff. ſi ſerui. vendi. & ſic neceſſe eſt, ꝙ tempore traditionis excipiatur. Et per hoc infero, ꝙ ſi in inſtrumento venditionis eſſet appoſitum conſtitutum, ſecus eſſet,
* quia per conſtitutum transfertur dominium, & licèt *ita omnes teneant,* & ſit text. hic, & in d. l. ſi binarum. Ego in contrarium alleg. tex. in fi. in l. ſi in venditione. in prin. ff. com. prædi. aliqui libri

libri habent pro.§.poſito ſub l.ſi quis duas.§.in venditione.glo.
ibi,in verbo facere poteſt,dicit intelligi poſt traditionem non
ante,ſed tex.ibi expreſsè dicit contrarium. Cogita de reſpōſo.
3 ¶† Tertiò correlariè no.ex hac.l.& d. l.ſi binarum. ſecundum
Mod.hic,ꝙ inducta in præfationibus contractus, non intelli-
guntur repetita tempore traditionis.Ratio eſt,propter interual
lum inter contractum,& traditionem,iuxta glo.in l.per reten-
tionem.C.de vſuca.ſic in ſpecie reſpon.Bar.in l. ſi tibi liberum.
ff.de actio.emp.& in l.Titia.§.idem reſpondit.ff.de verb. obl.&
4 in l.item quia.§.fi.ff.de pact.¶† Quartò no.ex hoc tex.ꝙ omiſ-
ſum per viam exceptionis,ſuppletur poſtea per viam actionis.
facit.l.ſi in venditione.ff.com.præd.¶ Ex hoc correlariè quintò
not.ꝙ exceptio actionem parit.facit tex.in l.ſed & ſi poſſeſſori.
in prin.ver.ſi verò amiſerit.& ibi glo.ff.de iureiuran. & tex.no.
vbi ponitur limitatio in l.quod ſi in diem. §. ſi rationem. ff. de
5 compenſa.& in l.ſinautem.§.fi.ff.de neg. geſt. ¶† Sextò not. ex
fi. ibi, vt iter mihi concedatur, ſecundum Bald. ibi in vlt.not.
a Chriſtoph.de Caſt.Fulg.& Alex.hic,ꝙ verbum concedo a im-
portat translationem iuris, ſicut & tranlationem dominij. fa-
cit l.fi.in prin.cum glo.& ibi Bat.ff.de dona.glo.& Bar.in l. vxo
ri.§.fi.ff.de leg.3.Cano.in c.paſtoralis.de dona.cum alijs multis
concor.hic additis per Alex. Vltra quas addo glo. in l.arborib.
§.vſufructuarius,in verbo, vel donet. ff. de vſufru. Ange. poſt
Gul.de Cun.in l.non ſolùm.ff.de peculio,vbi ponunt,ſi conce
do tibi territorium,quod habeo in tali loco,an penſiones mihi
debitæ intelligantur eſſe translatæ, & ſi concedo caſtrum, an
intelligatur ſolùm conceſſa adminiſtratio,an verò ſit donatio.
Adde etiam gl.not.in c.1.de vſu.in 6.ex qua ſubtilius no. Fran.
de Aret.in conſi.160.incip.longa eſt iſta conſultatio. in 10.col.
ꝙ etiam in materia prohibitiua,& pœnali,prohibitus concede
te aliquid,ita incidit in pœnam,ſi concedendo transfert domi-
6 nium,ſicut ſi ſimpliciter transferat vſum rei.¶†Circa iſtud ver
bum concedo,dicit dom.Chriſtoph.de Caſt. hic ſe conſuluiſſe
in ciuitate Venetiarum, cùm Sereniſſimus Dux Venetorum
conceſſiſſet certum caſtrum dom.Iac. de Verme,& in priuile-
gio erat appoſitum verbum conceſſit,fuit dubitatum an per il
lud verbum conceſſit,cenſeretur perſonalis, ita ꝙ non egrede-
retur perſonam dom. Iaco. nec tranſiret ad hæredes. Refert ſe
conſuluiſſe,ꝙ imò erat tranſmiſſibilis ad heredes,quia verbum
concedo,importat pleniſſimam translationem. l.1.in princ. ff.
de conſti.pecu.glo.in c.1.de vſu.in 6.Tu caue,ꝙ glo.in d.l.1.in
prin. probat contrarium, dum in verbo conceſſit, ſupplet, &
tranſtulit.Secundò,& rectius conſidera, ꝙ dubitatio huius paſ
ſus non cadebat in ver.conceſſit, ſed potius an adiectio perſo-
næ nominatæ faceret conceſſionem cenſeri perſonalem, ex
quo de hæredibus non eſt facta mentio, de quo vide omnino
Io.And.in regula,priuilegium.in mercu.Bar.in l.fi.ff.de ſer.leg.
Docto.præſertim Moder.in l.quia tale.cum concord.ibi tradi-
tis.ff.ſolu.matr.Docto.& ibi latè Albe.in l.fi. C.de conſti.princ.
7 Bal.no.in ca.1.in 7.col.de iudi. ¶† Vltimò facit iſte text.in arg.
ꝙ ſi per errorem obligaui omnia bona mea pro certo debito,
ꝙ poſſim petere liberationem, ſeu hypothecam reſcindi, me-
lius facit.l.3.ȷ̃.de condi.ſine cauſa. contrarium determinat Bal.
in l.ſi veritas. C. de fideicom. quia ex quo debitum principale
eſt verum,parum aut nihil intereſt tua in effectu propter obli-
gationem omnium bonorum,vt notatur in l.fi. C.quę res pig.
oblig.poſ.& ex hoc collige limitationem ad hunc tex.¶Glo.in
verb.condicam,ſecundum Bar. melius tractat quàm alibi ma
teriam condictionis incerti. Diuide eam in duas partes princi-
pales,prout duas principales opin.refert. Secunda ibi, vel dic,
quod eſt verius.Prima ſubdiuiditur in duas.Primò facit quod
dictum eſt.Secunda opponit,& ſolu.Secunda ibi,ſi dicas. Rur-
ſus ſecunda pars principalis ſubdiuiditur in quinque particu-
las.Primò facit,quod dixi,quia recitat ſecundam opi. Azo.Se-
cundò contra eam opponit, & per viam fallentiæ reſpondet.
In tertia remouet aliud conttarium.In quarta aliud. In quinta
alleg.concord.ad tex. Secunda ibi, niſi debeatur ex ſtipulatio-
ne.Tertia ibi,nec eſt contra.Quarta ibi,nec dico. Quinta ibi,&
8 facit.¶Ex prima parte principali habes elicere quatuor con-
clu. † Prima eſt,quòd condictio indebiti nunquam competit
niſi ad certum, & non ad incertum. Iſtam conclu. reprobant
* *Barto.& omnes* nemine diſſentiente,per l.ſi fundi.ȷ̃.eo.ibi reſpon
di.Secundò per l.indebiti.§.ſed ſi nummi.ȷ̃.eod. ad hanc reſpō
det Barto.hic in 2.colum.licèt eius ſolutionem reprobet Bald.
Tertiò per l.proximè præceden. vbi condictio indebiti compe
tit,& tamen erat debitum alternatiuum, & ſic incertum. l. vbi
autem.§.qui illud,aut illud.ff.de verborum oblig. Reſpon.du-
pliciter.Primò,quòd tex.ibi non aperit,an loquatur de condi-
ctione indebiti, vel incerti.Secundò, & melius ſecūdum Fulg.
reſpon. quòd debitum alternatiuum bene cenſetur incertum,
quando debetur ab eo.ita loquitur.d.§.qui illud, aut illud. ſed
in l.præcedenti erant ſinguli, qui vnam rem ſingulariter debe-
bant,vnde concluſio glo.eſt de facili ſuſtentabilis contra Bart.
ꝙ condictio indebiti non competat ad incertum,ſed tunc cō-
petat condictio incerti,vt dicunt multę leges,quas ſtatim.ȷ̃.al-
leg.Secundò habes ex gl.ꝙ condictio incerti non eſt proprium
nomen actionis,de quo ſtatim. ȷ̃.dicetur. Tertiò habes ex glo.
ꝙ obligatus ad ſeruitutem tenetur præcisè dare,ſed caue,quia
glo.videtur ſibi contrariari,dum ſubdit,poſſe peti intereſſe,ſed
concorda,vt dixi in l.ſi fundi.ȷ̃.eod.ꝙ ipſa obligatio eſt pręciſa.
l.3.§.dare.ff.de vſufru.declarat Barto.in l.ſtipulationes non di-
uiduntur.in 3.quæſt. prin.ff.de verb.oblig. ſed vltra ſeruitutem
tenetur etiam ad patientiam, & ſic ad factum, vt declarant
Barto.& alij in l.2.§.& harum.ff.de verb.oblig.& hoc reſpectu
procedit illud,quod ſubdit glo.peti poſſe intereſſe.Quartò ha-
bes ex hac glo. ꝙ iſte text. loquitur de condictione ſine cauſa,
non autem de condictione indebiti, vel incerti. Iſtum intelle-
ctum reprobat Bar.per tria,præcipuè,quia continet fallentiam
9 accidentis ad quid ad quale,vt hic per eum. ¶† In ea.glo.ad fi.
pro clara intelligentia videndum eſt,an condictio incerti ſit p-
prium nomen actionis,an verò ſit ſignificatiua facti, & conſe-
quenter rei incertæ.Barto.cum glo.recitat tres opin.& ipſe vl-
timo loco tenet,ꝙ condictio incerti ſit ſubſidiaria,& non com
petat,vbi competit alia actio nominata,per duo fundamenta,
de quibus hic per eum,cum quo tranſeunt Ange. & Saly. hic.
Breuiter teneas adhærendo opin.glo. & Bald.hic, ꝙ condictio
incerti ſit proprium nomen actionis, & quemadmodum certi
condictio eſt generalis cōpetens ad omnia certa, & concurrit
cum omni actione nominata, quę cōpetit ad certū, eo.modo
condictio incerti eſt actio gn̄alis competens, vbi agitur ad in-
certum,& concurrit cum quacunque actione nominata com
petente ad incertum. Et ꝙ ſit nomen actionis, patet ex multis
legibus,& ex hoc tex.ex l.ſi tibi liberum, & l.ſi tibi dederim, &
l.ſi hæres.ff.de act.emp.l.ſi binarum.ff.de ſeru. vrb. prædi.l.hoc
ſenatus.§.1.& l.tribus.ff.de vſufru.earum rerum, quę vſu con-
ſumuntur.l.quæ exceptionem.§.ſi pars.ȷ̃.eod.l.& ideo.§.Nera-
tius.ȷ̃.de condi.fur.l.pen.ff.depoſi.l.quod ſi nulla. ff.de leg. 1. &
exponere prout dicit Barto. ꝙ in iſtis legibus terminus incerti,
denotat factum,& nō nomen actionis,ineptè dictum eſt,præ-
cipuè cùm text.in d. l. ſi binarum, ponat alternatiuam,nec eſt
verum illud,quod tenet Barto. ꝙ condictio incerti ſit ſubſidia-
ria,quæ non concurrat,vbi alia eſt actio nominata, falſum eſt,
imò eſt generalis, & concurrit cum alia quacunque actione
nominata,patet,quia concurrit cum actione ex vendito. d.l.ſi
tibi liberum.in implicatiua etiam, vt expreſſius in d. l. ſi bina-
rum.Item concurrit cum actione ex teſtamento.l.quod ſi nul
la.ff.de lega.1.Item cum hypothecaria.d.l.& ideo.§.fi.de condi.
fur.Nec obſt.primum fundamentum Barto. quia vbi interue-
nit ſtipulatio, cùm oriatur actio ex ſtipulatu, non competit
condictio incerti, vt hic in glo. ſicut ergo non concurrit cum
actione ex ſtipulatu, ita nec vbi competit alia actio nomina-
ta.Ad iſtud dupliciter reſpon.Et primò, ꝙ quemadmodum in-
debiti condictio,& ob cauſam non competunt,vbi interuene-
rit ſtipulatio.l.ſi ſine,in prin.ff.rem rat. hab.Bar. in l.2.ȷ̃.eod.Lu
do.Roma.in l.ſi procuratori falſo,& ibi Alex. in 14. colum.in
fin.ȷ̃.de condi.ob cau. ita hic non competit condictio incerti,
vt in glo.Secundò,& melius reſpondeo,quòd licèt tex.Inſtitu.
de verb.oblig.in princ.& in l.ſi quis certum. ſupta ſi certum pe
tatur.dicant agi ex ſtipulatu ad incertum, non per hoc exclu-
dunt actiones generales. patet, quia tunc competit condictio
triticaria,& condictio ſine cauſa.patet etiam, quia quando ſti-
pulatio continet certum,competit condictio ſpecialis ex ſtipu
latione,item & certi condictio generalis,vt tenet Barto. & Ci-
tramontani in l.certi condictio. in princ.ſupra ſi certum peta-
tur.Non obſt.ſecundum fundamentum Barto. de l.promiſiſti.
in princ.iuncta aduerſatiua ſinautem vendidiſti. ff.de pręſcrip.
ver. quia illa lex decepit Barto. nam non loquitur de condi-
ctione incerti generali ſed de actione incerti, ideſt præſcriptis
verbis,iuxta naturam illius titu. & ita ſæpius nominatur in illo
titu.& iſta actio præſcriptis verbis ex contractu ibi innomina-
to facio, vt facias,& ibi expreſsè tenet Bar.& iſta eſt bene ſub-
ſidiaria,& non concurrit, nec competit vbi actio ex vendito,
vel alia actio nominata locum habet,vt ibi.

ADDITIO.

a ¶Verbum cōcedo.Adde Pet.de Anch.in c.ſi propter. in 3. col. de reſcr.li.6.
Et ſimpliciter prolatum,donationem importat.l.prohibere.§.planè.ff.quod
vi aut clam.Bar.in l.vxori.§.fi.de lega.3.plura no.Bal.in §.Titius filios. tit.ſi
de feud.fuer.contro.inter don.& agna.Prac.Pap.for.lib.act.confeſſ.ver.ple-
nam.nu.3. MASVER.

SVMMARIVM.

1 Sicut errans repetit,ita qui ſuſpicatur.
2 Teſtis,qui non interfuit concluſioni,non probat.
3 Compromiſſum an dicatur tranſactio.
4 Statutum de ſtando conſilio ſapientis,non habet locum in re liquida.
5 Item intelligitur ſi petatur.
6 Item non habet locum ſtante inſtrumento iurato.
7 Ad hoc vt valeat tranſactio,paria ſunt vel ꝗ ſit appellatum,vel poſſit appellari.
8 Paria ſunt,ꝗ ſit factum,vel ꝗ ſit in potentia faciendi.
9 Quid in compromiſſo.
10 Conſilium ſapientis non poteſt peti,poſtquam concluſum eſt in cauſa.
11 Concluſio in contractibus ꝗ ſola attenditur.
12 Actio in factum an,& quando habeat executionem.

LEX XXIII.

Eleganter. Præmitte ad euidentiam, ꝗ quando indebitum ſoluitur per errorem,ſed ex cauſa tranſactionis, nunquam repetitur,quia tranſactio eſt pro cauſa.l.1.C.eo.declarat Bart.poſt glo.in §.fi.ſ.ea. l.Iſta regula limitatur per hanc l.vt procedat, quando tranſactio fuit facta & perfecta. Item quando fuit valida,aliàs ſecus. Diuiditur in ſex partes principales. Prima loquitur,quãdo nulla vnquam tranſactio facta fuit. In ſecunda,quando interuenit,ſed fuit imperfecta.In tertia,quã perfectè interuenit,ſed poſtea partium conſenſu fuit diſſoluta.In quarta,quando nulliter interuenit,quia facta poſt rem iudicatam.In quinta,quando tranſactio fuit nulla, eo quia fuit facta ſuper alimentis de futuro relictis in vltima voluntate abſq; prætore.In ſexta,quando tranſactio fuit valida , ſed poſtea per ſententiam annullata.Secunda ibi; idem puto. Tertia ibi , ſed etiam ſi reſoluta. Quarta ibi,ſi poſt rem. Quinta ibi,ſi ob tranſactionem.Sexta ibi,in §.ſi quis poſt.hoc dicit. Datum ex cauſa tranſactionis, quæ ſequuta non eſt, vel imperfectè , vel inutiliter, repetitur.hoc dicit vſque ad §.ſi quis poſt. ¶† No.1.ex tex.
1 in ver.ſuſpicetur.hic eſſe tex.in terminis ſecundum Ange.ꝗ ſicut errans,qui ſoluit indebitum,repetit,ita qui ſuſpicatur,& ſic ſoluit animo titubanti.de quo vidiſti glo.in l.1.in glo.fi.vbi di-
2 xi.ſ.eod.¶† No.2. in ver.idem puto,ſecundum intellectum gl. vt differat à præcedenti reſponſo , quòd hic interuenit aliquis tractatus de tranſactione, tamen ipſa tranſactio non fuit perfecta.Hinc ex hoc tex.cum glo.not.Bald.in c. fi. in vlt. colum.de iur.calum.ꝗ teſtis,qui interfuit tractatui,ſed non interfuit concluſioni , non probat conſumationem actus. facit quod vult glo.no.in l.Lucius.in glo. magna circa princ. ff. de infam. quæ vult , quòd teſtes non probent,quando non plenè deponunt, vel non ſciunt totum factum. Limita vt no.per Bald.in l. multum intereſt.in 2.colum.C.ſi quis alteri vel ſibi,vbi inter cætera dicit,quod ſi inter Titium,& Seium fuit tractatum de occidendo Caium per ipſum Titium , & ita Titius poſtea occidit ex interuallo , præſumitur , quòd fuerit ſequutus tractatus,ſicut erat inter eos ordinatum,licèt teſtes dicant neſcire de finali ordinatione,per illud quod no.Barto.in l.qui in aliena.§.ſi is,qui. ff.de acquiren.hæred.¶Tertio no.in verſi.ſi poſt rem,ꝗ non valet tranſactio facta poſt rem iudicatam.rationem habes hic in glo.in ver.hoc enim,quia tranſactio debet fieri de re dubia.l.1. ff.de tranſact. ſed quando fuit facta tranſactio ſuper ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam,non dicitur res dubia,ideo nihil valet.Nec obſt.ſi dicatur, ꝗ tranſactio habet in ſe pactum nudum,glo.in rub. ff.de tranſact.ſed pactum valet poſt.ſententiam.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar.ff.de pact. Reſpon.ſecundum Bar.& Saly.in l.ſi quis maior,quicquid ibi dicat Bal. C.de tranſa.ꝗ cùm partes crederent facere tranſactionem,& ſic actum hincinde obligatorium,in obligatorijs ſi non valet, quod ago, vt ago,non valet etiam vt valere poteſt.l.ſi vnus.§.ſi acceptilatio.ff.de pact.Bart.& alij in l.1.§.ſi quis ita. ff. de verb.obli.Et in ſpecie ꝗ tranſactio , quæ non valet vt tranſactio, non valeat etiam vt pactum nudum,eſt text.in l.3. & ibi ad hoc not.Bart.
3 Bald. & alij. C. de repud. hæreditate.† Ex hoc tex.arguendo de tranſactione ad compromiſſum,inferunt Barto.& Docto.hic,
a ꝗ compromiſſum [a] dicatur tranſactio,vt no. Barto. & Docto. in Auth.ſi verò contigerit.C.de iudi. & eſt glo. in corpore vnde ſumitur,ꝗ eo.modo poſt rem iudicatam non cogitur quis ad compromiſſum requiſitum aliàs ex forma ſtatuti inter coniunctos.Et quòd idem eſſet,ſi extaret inſtrumentum guarentigiatum,quod ex forma ſtatuti haberet executionem paratam, quia partes non poſſunt fingere litem vbi non eſt. l.cum hi. §.ſi cum aliquis.ff.de tranſact.Adde Barto.in l. poſt rem. per illum tex.ff.de tranſact.& in l.ambitioſa. in 9. colum. ff. de decre.ab ordin. facien. & in l. ſi cauſa cognita. vbi etiam alij. C.de tranſact.Ludo.Roma.in repet.rub.ff.de arbit.in 17. colum. Caniſtæ in c.expoſita. de arbit. Ioan. de Imo. in c. ſuper eo.ad fi. de tranſact.bene facit,quod in ſimili no.Barto.in l.ille, aut ille.
4 §.cum in verbis. ff. de leg. 3. ſtante ſtatuto , † quòd ſi petatur conſilium, iudex teneatur remittere ad conſilium,dicit Barto. eſſe verum,niſi eſſet res liquida,& idem tenet Bald. in l.1. C.de rela.Bald.Fulg.& Pau.de Caſt.in l.placet. C.de ſacroſan.eccleſ. idem eſſet,vbi ex forma ſtatuti,vel conſuetudinis literę cambij haberent executionem paratam,ſecundum Ange. in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.ff.de verborum oblig. imò generalius iſtud procedit , vbicunque quis habet aliquam exceptionem impedientem litis ingreſſum,ſecundum Bald. & Saly. & Fulg. in l. fratris.per illum tex.vbi Alex.exclamat. C.de tranſact. Bal. in l.ſi iudex.in fin.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iur. Ludo.Rom.
5 in repeti.rub.ff.de arb.in 17.colum. † Item aduertendum eſt,ꝗ ſtante ſtatuto,de quo ſupra ſcilicet,ꝗ vicini, affines , & ſimiles cogantur ad compromiſſum,intelligitur ſi petatur à parte compromiſſum , aliàs iudex non poſſet ad hoc compellere, ſecundum dom. Anto.de Butr.in c.cum venerabilis.de excep.quem refert,& ſequitur Alexan.conſi.82.incip.in cauſa vertente inter Petr.& Ioan.in pen.colum.lib.1. Et aduerte , ꝗ talis petitio debet fieri altera parte præſente , vel ad hoc ſpecialiter citata,ſecundum Bald.in l.ſi ea.in fi.C.qui accuſa.non poſ. quem ſequi-
6 tur Alex.in conſi.præalleg.† Item teneas perpetuò cordi,ſtante ſtatuto de quo. ſ. ꝗ ſi ageretur coram iudice ordinario ex contractu iurato , vel inſtrumento iurato , & reus conuentus poſt oppoſitiones peteret compromiſſum virtute dicti ſtatuti, non haberet locum dictum ſtatutum,nec alius poſſet cogi ad compromiſſum,quia petendo compromiſſum reus incideret in periurium,& non eſt veriſimile, ꝗ ſtatuentes de tali caſu cogitauerint,eſt ſingularis deciſio Pau.de Caſt. in conſi. 71.incip. viſis,& conſideratis omnibus, quam ſequitur Alex. conſ. 179. aliàs 37. incip. viſo , & opportunè diſcuſſo,proceſſu.in 8.colu. lib.2.vbi refert,ꝗ ita etiam aliàs obtinuit in ciuitate Parmæ,& quòd ita fuit ibi iudicatum. Limita niſi in compromiſſo eſſet adiecta clauſula,ꝗ intelligatur eſſe lis,& controuerſia omne il lud,ſuper quo fuerit arbitratum,ita Bald.in l.1. in 2. lectu. ff.de tranſact.& ibi Ang.qui dicit , ꝗ iſta eſt notabilis cautela. Tene contrarium per tex.in l.cum hi.§.ſi cum lis,& ibi Ange.met.& Pau.de Caſt.de tranſa.Ange.in l.poſt rem,ff.eo.& idem Ange. hic,& in conſi.75.incip.viſo compromiſſo,prorogatione. Ludo.Roma.& Pau.de Caſt.in d.l.1. ff. de tranſact. de quo etiam vide notabiliter per Abb.in c.expoſita.de arbi.Secundò limita, niſi talis ſententia poſſit retractari per in integrum reſti.ita limitat Fulgo.in d.l.poſt rem,in prin.nihil tamen allegat.debuit allegare tex.hic meliorem de iure circa fi.in ver. nullo remedio.
7 † Secundò pro opin.Fulgo. pondero regulam.l.& poſt rem,in prin.ff.de tranſact.vbi eſt regula,ꝗ ad hoc vt valeat tranſactio, paria ſunt,vel ꝗ ſit appellatum,vel ꝗ poſſit appellari.Et ex illo
8 text. colligitur regula,† ꝗ paria ſunt aliquid eſſe actualiter factum,vel eſſe in potentia faciendi.Modo ſic,pone, ꝗ ſi eſſet petita reſtitutio in integrum,valeret compromiſſum, ergo idem ſi ſubeſt potentia. maximè quia ad hoc , ꝗ valeat tranſactio, vel compromiſſum,non requiritur,ꝗ lis ſubſit de præſenti,ſed ſatis eſt,ꝗ in futurum ſubeſſe poſſit.l.1. cum glo. 2.ff.de tranſa. & l. 2.C.de tranſa.contrarium tenent Ange.& Alex. hic , licèt ipſe de Fulgo.non faciat mentionem, quia ea,quæ de iure ſpeciali poſſunt obtineri , non habentur in conſideratione,anteq̃ ſint obtenta,vt hic per eos,& eſt tex.in l.ergo. quæ eſt lex quarta.§.1.de fideicom.liber.Bart.in l.fi. C.de ſent.paſ. & in l.1.ff.de iniuſt.rup.& in l.inter ſtipulantem.§.ſacram. ff.de verb. obl. & alibi ſæpè,nihil tamen reſpondent ad hunc tex. Tu notabiliter reſponde,ꝗ illa verba vniuerſalia,nullo remedio, intelliguntur de omni remedio competente de iure communi,non autem de remedio iuris ſpecialis.Ad hoc pondero gloſſellam ſingularem in l.poſtquam liti.in verſi.nulla ratio.C.de pact.& eo modo poteſt reſponderi ad regulam prædictam.d. l. & poſt rem, quia illud eſt verum,quando poteſt fieri de iure communi, ſecus ſi de iure ſpeciali.d.l.ergo,& ita limitatur regula.d.l. & poſt rem.Ita pro prima opin.pondero tex.in l.ſi cauſa cognita. C.de tranſ.in verſi. appellationis, vel in integrum reſtitutionis, &c. Sed reſponde,quòd ille text. loquitur,quando in integrum reſtitutio eſt actualiter obtenta,vt ibi dicit glo.in verbo , ſuſpenſa.Tertiò limita,niſi tranſactio,vel compromiſſum fierent nõ obſtante illa ſententia,ſecundum Bald.& Moder.in l.ſi diuerſa. C.de

ADDITIO.

a ¶Compromiſſum.Adde Card.Zab.in c.per tuas.in 4.not.de arbit.

C.de transac.& latè Bal.hic,quod an verum sit,non examino, semper putaui falsum , quia partes non possunt fingere litem, vbi non est.Quartò limita,nisi in transactione interueniret iuramentum , quia cùm iuramentum habeat vim clausulæ , vt valeat omni modo,quo potest. l. cùm pater. §.filius matrem. ff.de leg.2.certè valeret tunc transactio vt pactum nudum, se-
9 cundum Bar.& Moder.in d.l.si quis maior. ¶† Quartò not. in ver.quid ergo.quando est appellatum à sententia lata, vel donec potest appellari,potest transigi,concordat d.l.post rem. in princ. vnde arguendo à transactione ad compromissum posset etiam ibi fieri compromissum , intellige in compromisso voluntario:compromissum autem necessarium inductum ex forma statuti,si non sit petitum in causa principali,non potest postea peti in causa appellationis, quia præsumit calumniosè peti,quasi petens diffidat,ita tenet Pau.de Castr.in consi. 83.incip.quod in causa appellationis. sequitur simpliciter Domin. Alexan.in l.si causa cognita.in vltima colum.C.de transact. & in consi.82.incip.in causa vertente inter Petrum,& Ioan.in pe. colum.lib.1.& in consi. 72. quod incipit,videtur prima consideratione.in quarta colum.in fin.lib. 3. imò plus etiam in causa principali post publicatas attestationes , & post conclusionem in causa tale compromissum necessarium amplius peti non potest,quia præsumitur calumniosè peti,ita sing. Bald. in l.1.ff.de transactio. Ludo.Roman.in l.prætor ait.§.primo.ff.de oper.noui nuncia. Pau.de Cast.in l.fi.per illum text.C.de compensa.& in prima constitutione Codicis. in prima colum. vbi dicit se ita de facto consuluisse , & ita consuluit in dicto consilio 72.& in consi.204.incip.visa facti narratione. circa fin. & in l.si causa cognita.in vltima colum. C.de transact.Fran.de Are. in consi.161.incip.in causa Gregorij. Confirmo per bonum si-
10 mile.†nam consilium sapientis , ª quod ex forma statuti præ-
a standum est , tamen postquam fuit conclusum in causa,amplius peti non potest , ita Bald. in capitulo pastoralis. in tertia colum.de causa possess. & propriet. facit in simili bonus text. in capitu. cum in veteri. & ibi Cano. de electio. Nec obstat si dicatur,quòd post conclusionem in causa , ante tamen latam sententiam,quæ transiret in rem iudicatam,posset fieri transactio, ergo eodem modo potest fieri compromissum.nam dupliciter respon. Et primò , quòd sicut potest fieri transactio, quia fit de voluntate vtriusque partis,ita etiam posset fieri compromissum voluntarium,tamen quia Bartol.hic, & Doctores arguunt de transactione ad compromissum necessarium requisitum ex forma statuti , ideo respon.secundò , quòd diuersa ratio est isto casu inter transactionem , & compromissum necessarium.Nam ex quo conclusum est in causa , & consequenter finitus processus,si petitur compromissum,præsumitur peti calumniosè,vt nouus processus inchoetur , ergo concedi non debet, argumento .l. fina. circa medium. C.de compensa. quæ ratio cessat in transactione , quæ est litium finis. l. causas.C.de transactio.tene bene menti prædictas decisiones , quia quotidianæ sunt. ¶In glos.in verb.idem puto.adde quòd istam gloss.reputat valde notabilem Bald.in capitu. fina. in vltima colum.de iuramen. calum. quòd testis, qui interfuit tractatui, & non conclusioni actus,non probat , facit text. in l. si voluntate.C.de rescinden.vendi.quem Bald.ibi not. & dicit es-
11 se meliorem de iure,†quòd in contractibus sola conclusio attenditur. Alibi dicit egregiè Bald.in l.contractus.in secunda colum.ad fin.C. de fide instrument. quòd in contractibus perfectio,& esse stat in conclusione.¶Gloss.in verb. hoc enim. diuide in duas partes. Primò assignat rationem ad hunc text. Secundò format quæstionem . Secunda ibi,sed quid si actio. In prima parte dum gloss.dicit,quòd est bona ratio , quia Imperator sic voluit.gloss.malè dicit,quia ista ratio solùm est bona in his,quæ sunt positiui iuris : puta,quare in præscriptione requirantur decem anni,& non duodecim,non potest alia ratio assignari,ita dicit glo.in l.1.§.pueritiam.in verb.ratus. ff. de postulan.Vnde tene secundam rationem in secunda parte , circa quam gloss.remitto me ad notata in l.si causa. vbi plenius no-
12 tatur.C.de transactio.& dum glo.dicit,†quòd actio in factum ex sententia habet executionem,malè dicit, quia habet executionem,quando imploratur officium iudicis,non quando intentatur aliqua actio.Barto.declarat in l.intra.ff. de re iudica.& in l.2.C.de executio.rei iudic.¶In glo.in verb. attentari. Adde pro opin.gloss. bonum text.in l.post rem.in princip. ff.de transactio.& dic,vt per Barto.& alios in l.1.ff.de re iudic. ponit Bal. in l.litigatoribus.C.de appella.& in rubrica. C. de re iudic. Canonistæ in rubrica extra eod.

ADDITIO.

ª ¶Consilium sapientis.Adde Ant.de But.in c.cum in veteri.de elec.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per dolum actoris valet,& tenet.*
2 *Sententia contra sententiam,vel contra transactionem an valeat.*
3 *Exceptio transactionis an impediat litis ingressum.*
4 *Exceptio,quæ superuenit post litem contestatam,potest opponi post.*
5 *Clausula,quòd non intendit consentire, nisi si, & quatenus arctetur à iure.*
6 *Exceptio excommunicationis potest quandocunque opponi.*
7 *Idem in exceptione ineptitudinis libelli.*

§.Si quis post transactionem.

1 ¶Summa,& diuide,vt per Barto.¶†No.1.ibi,dolo quidem id fit,secundum Bald.hic in 3.colum.quòd sententia lata per do-
a lum ª actoris, valet,& tenet.concordat.l.si fideiussor.§.in omnibus.ff.manda.Limita per l.si prætor.§.Marcellus. ff.de iudic. notant plenè Docto.in l.diuus.ff.de re iudica. Item intellige de dolo partis,de dolo autem, vel lata culpa ipsius iudicis habes glo.in l.seruo inuito.§.cùm prætor.in gloss.vltim. ff.ad Trebel. quam ad hoc reputat singularem Bald.in l.1.in 1.colu.C. quo-
2 modo,& quando iudex.¶†Secundò not.ex hoc tex.ꝙ quamuis non valeat sententia lata contra primam sententiam, quæ transiuit in rem iudi.l.1.C.quando prouoca.non est necesse,tamen valet sententia ꝯ transactionem,vt hic.Item ꝯ iuramentum.l.nam & postea.§.si damnetur.& ibi posui rõnem diuersi
3 tatis.s.de iureiu.¶†Tertiò no.ſm Bar. ꝙ exceptio trãsactionis, & omnis alia quæ impedit lit.conte.si omittatur à parte , non reddit iudicium nullum. Adde fortius idem esse si pars opponat,sed à iudice omittatur,ſm Bal.hic,per l.quod si in diem.§.
4 1.ff.de compensa.facit.l.sinautem.§.fi.ff.de neg. gest. ¶†Quartò no.in vers.sed & si post.secundum Bar.& Doct. quòd exceptio, quæ superuenit post litem contestatam , potest opponi post,& idem operatur,ac si fuisset opposita ante litem contestatam.facit.l.2.& ibi Doc.C.de consor.eiusdem litis. & c. insi-
b nuante.de off.delega.Nam quæ de nouo emergunt ᵇ,nouo indigent auxilio.l.de ætate.§.qua de causa.de interrog. act. Amplia istam regulam,vt procedat etiam si tali materiæ exceptionis nouiter ortæ esset aliàs prouisum de modo agẽdi ſm Abb. in c.pastoralis.in 7.col.de excep.Istam regulam limitat notabiliter Nic.de Neap.in lect.Bat.in l.2.§.numerum.per illum text. ff.de excus.tut.post Ray.de Forli.in Authẽ. præsenti.C.de fideiuss.vt ista regula procedat , quando talis exceptio superuenit post facto aduersarij:aliàs secus,vt habes exemplum in d.§.numerum.de exceptione filiorũ,qui nati sunt postea,vt non possit opponi ad excusationem tutelæ.Secundò limita, si talis exceptio,quæ superuenit post lit.contesta.opponatur antequam fiat alius actus,aliàs primus actus,qui fieret,haberet vim lit.cõtest.c.insinuante.& ibi Bal.multum no.ad hoc,de off.deleg.no. Scribẽtes in l. ita demum. C.de procu.& in d.l.2.Tertiò limita istam regulam,vt procedat,& intelligatur ante conclusionem in causa,& non post,ſm Abb.post Io.And. in c. cum dilectus. in 8.col.de ordi.cogni.vbi reputat menti commendandum,& limitat in exceptione excommunicationis, quæ superueniens post lit.contest.põt opponi ẽt post lit.contest.vt ibi,videas notabiliter per eum.¶In gl.huius §.nihil est.Extra gl.Barto.magistraliter examinat,qñ exceptiones impedientes processum debeant opponi , & facit quatuor casus principales eius doctrinæ.Scribentes hic nihil addunt. ¶ Circa primum casum vltra plenè tradita in l.quidam consulebant.ff.de re iud. per Ang. in l.sed & si susceperit.in prin.ff.de iudic. adde tria,& postea vnã fallentiam.Primò extende conclusionem Barto. ẽt si exceptio declinatoria fori omissa sit per errorem iuris.gl.est notabilis in l.2.§.1.in verb.consensus.& ibi Doc.sequuntur, præcipuè Ang. ff.de iudi.idem tenet Panor.in c.ad petitionem.in 3.col.in prin. de accus.licèt illam gl.non alleget,quicquid teneat Spe.in titu. de excep.§.2.in ver.cæterum.Secundò adeo procedit dictum Barto. ꝙ etiam si sit minor,qui sit exclusus ab exceptione fori, quia eam in tpe non opposuerit, non restituitur in integrum, ita tenet Inn.in c.coram fœlicis.de in integ.restit. quem refert, & sequitur Ang.in d.l.2.§.1. ff. de iudi. quod est bene notandũ ad limitationẽ.l.minor 25.ann.omissam.in princ. ff.de minori.
5 †Tertiò adde,ꝙ si aliquis cõpareret corã iudice,& protestaretur,ꝙ non intendit in eum cõsentire per actum,quem tũc, vel in

ADDITIONES.

a ¶Sententia lata per dolum.Adde Doc.in l.Marcellus.in §. prætor. ff. de proba. Ant.de But.in c.licèt causam.de proba.
b ¶Quæ de nouo emergunt. Adde glo.in verbo , nouis morbis. in c.cæterum. de iur.calum.

in futurum faciet,fatuus eſt ſi non adijciat illa verba, niſi quatenus à iure ſim aſtrictus,quia primo caſu iudex poteſt dicere, & ego ex nunc pronuncio te contumacem,& ſic poſſet cōtra eum procedere tanquam contra contumacem . Ita tenet Innocen.& ibidem Ioan.Andr. & Bald. in cap. cumana. de elect. de qua practica facit magnum feſtum Angel.in l.non videtur. ff.de iud.referens,ꝙ ita obſeruat conſuetudo totius mundi, & ꝙ ita ſemel practicauit contra quendam magnum aduocatū, qui valde fuit iratus.Idem tenet Angel.in conſil.214. incip. in cauſa accuſationis productæ per Philippum.& in §.1.in 2. col. in Authen.de exhib.reis.Idem tenet Bal.in l.2.per illum tex.C. vbi decurio vel cohorta.& in cap.1.in 3.colum.de mili. vaſal. qui contu.eſt.& in cap.1.ad fi.an apud iudicem vel alium,& in Auth.habita.C.ne fil.pro pat.in 24.colum.Imo.& Panorm.in cap.cum M.Ferrarienſis.de conſti.vbi Imo.in 15.colum. valde exclamat,ſequitur Imo.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.1.& in d.l. quidam conſulebant.in pen char.vide tamen Ant.de But.con trarium tenentem in d.c. cumana.& ibi Panor.in 9. colum. in eandem ſententiam inclinat.Tamen pro præcedenti facit,qđ ſingulariter conſuluit Pet.de Anch.in conſi.32.incip. per ſtatutum,quod in cauſis ordinarijs requirentibus libellum , ſi libellans dicat,non in forma ſolennis libelli , ſed qualiſqualis petitionis,debet ſuccūbere , niſi adijciat illa verba,niſi,ſi,& quatenus à iure requiratur. Limita concluſionem Bar.niſi eſſet exceptio fori,per quam appareret iudicem omnino incompetentem, vt in forenſi, cùm non inducatur prorogatio effectualis, niſi demum lite conteſtata.l.1.ff.de iudic. Ita limitat Ang. in l. ſed & ſi ſuſceperit.in princ.poſt glo.ibi.ff.de iudi.& iſto caſu error bene impediret,ſecundum Panorm. in dicto cap. ad petitionem. in 3. colum. ¶ Circa ſecundum caſum principalem Barto.not.rationem ad l.Pomponius.§.rati.ff.de procu. quare lit.conteſt.tollatur,quæ ratio non eſt generalis,quia ille.§.non ſolùm habet locum in cautione rati, ſed etiam in cautione de defendendo.Item de iudicio ſiſti,& de indicato ſoluendo,glo. eſt iuncto tex.in l.de dic.§.ſi ſeruus.in glo.1.ff.qui ſatiſd.cogan. & ibi no.Pau.de Caſtr.& dicit,quòd ille text. eſt ad hoc ſingularis , & ꝙ alibi ita bene non reperitur. Tu dic,quòd iſtud eſt magis expreſſum in tex.in l.1.C.de ſatiſdat.& ibi Barto. in medio,& in fi.ad hoc not.Idem tenet glo.in rub.ff. iudi.ſolu.quāuis Alberic. de Roſ.in d.§.ſi ſeruus. reprobet gloſſ.ibi & malè.

6 ¶†Circa tertium caſum Barto.inquantum tenet, quòd exceptio excommunicationis poteſt quandocunque opponi , & quandocunque opponatur, impedit vlteriorem proceſſum., per text.clarum in cap.pia.de exceptio. in 6. addentem , quòd talis exceptio debet probari intra octo dies. Adde, quòd iſtud procedit,etiam ſi ſcienter à principio omittatur : nam poteſt adhuc in quacunque parte litis opponi, ſolutis prius expenſis, text.eſt not in cap.exceptionem.de excep.Imò ſi à iudice ſit ꝑfixus terminus ad opponendum omnes exceptiones , adhuc elapſo tali termino poteſt opponi iſta exceptio excommunicationis.text.eſt in clem.1.de excep.& ſic in generali excluſione exceptionum non excluditur exceptio excommunicationis,ſicut in ſimili in ſtatuto reijciente omnes exceptiones contra inſtrumentum,ſecundum Bald. in l.1.§.& parui. cum concord. ff.quod vi aut clam. Imò exceptio excommunicationis non poſſet expreſsè reijci per ſtatutum,ita Bald. in titu. de ſtatutis contra liber.eccle.Item adde, ꝙ iſta exceptio excommunicationis poteſt opponi etiam in foro ſeculari. gl. eſt ordinaria in l.1.C.de iur.& fac.igno.quam ſic allegat Bald. in l.placet. C.de ſacroſanc.eccleſ.& in cap.intelleximus.de iudi.& in cap. contingit.in 10.colum.de dolo,& contuma.Limita Barto.hic, & prædicta,niſi à ſententia excommunicationis eſſet appellatum,& adhuc penderet appellatio,ſecundum Bald.in l.ſi in 1. colum.C.ſi à non compe.iudi. Item inquantum ſubdit Barto. idem eſſe in exceptione banni,& gabellæ non ſolutæ,adde idē tenere Bal.in l.peremptorias.in 1.colum.C.ſenten.reſcind.non poſſe.& in l.1.in 2.colum.C.de iur.& fac.igno. Anton.de But.in c.dilectus filius. ſecundo.& ibi Io.And.de reſcrip. contrarium vult Bar.ſi bene inſpexeris in l.Vranius.in princ.in vlt.qō. ff. de fideiuſſ.ſed concorda,vt per Ang.& Imo.ibi,& vide latè Dom. Alex.in l.1.§.1.in 1.col.ff.ad Treb.cum concord.ibi latè traditis per eum,vbi diffusè examinaui iſtum paſſum,ideo hic nō inſi

* ſto.Ibidem Dom.Alex.dicit,quòd *communis opin.eſt* contra Barto.vide etiam Aret.in cap.1.de accuſ.licèt idem Dom.Alexan. hic dicat,quòd cōiter tenetur opi.Barto. ¶Circa quartum caſum Barto.adde plenius Barto. in l.cum quærebatur. ff. iudic.

7 ſol.dixi in l.nam & poſtea.in princip.ff.de iureiuran.† Adde, ꝙ

a exceptio ineptitudinis [a] libelli nedum poſt litem conteſta. ſed etiam poſt ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam,opponi poteſt.l.ſi libertus patronum.& ibi Gul. de Cun. ff. de in ius vocan.Bald.in Auth.ſi quis litigantium.C.de epiſcop. audien. & l.1.C.vt quę deſunt aduoca.in l.2.C.de form.& in l.exceptionem,in 4.colum.C.de probatio.& in l.edita. in 20. & 30. colu. C.de edend.Angel.in l.1.ff.de offic.aſſeſſo.Petr.de Anchar. in clem.conſtitutionem.de elect.bonus text.in cap. cum dilecti. de emptio.& venditio.& ibi notat Imo.in 2.colum.& refert,ꝙ Petr.de Anch.dicit ſæpius ſe audiuiſſe Bald. viua voce allegantem illum text.ad hoc,& eſt ratio, quia exceptio ineptitudinis libelli reddit iudicium , & ſententiam ipſo iure nullam. gloſſ. ſingu.Inſtitu.de oblig.in glo.mag.ad fi. de qua dixi in l. vinum. ſupra ſi certum peta. ergo ſemper poteſt opponi etiam poſt ſententiam.l.licèt.& ibi Docto.C.de procu.not.Bar.& alij.in l. 1.C.de iur.& fac.igno. Limita niſi ineptitudo libelli purgetur per lit.conteſt.ſecundum Bald.in l.nuda.in vlti.not.C. de contrahen & commit.ſtipul.no.etiam Abba.in dicto cap.cum dilecti.per illum text.Vltimò inquantum Bar.in fi. format quæſtionem,& non decidit,tene vltimam opin.per tex. in cap. veniens.2.de teſt.allegatum per eum, ita tenet Angel. Fulgoſ. & Alexan.hic.Bal.in l.præſcriptione.in fi.C.ſi contra ius vel vtili. publ.An.de But.in c.cum dilectus.in pen.char.de ordin. cogn. quicquid teneat Bald.hic,in 2.col.& in l.ait prętor.in princ. & ibi Lud.in vlti.col.ſupra de iureiur.Conrra tamen iſtam opin. quæ eſt communis(ſi bene conſideras) ſtringit fundamētum, quod non bene euacuatur,Authē. qui ſemel.C.de proba.quia ſubeſt timor ſubornationis , & licèt diuerſimodè opponatur, eſt tamen eadem exceptio in effectu.

ADDITIO.

a ¶Ineptitudinis.Hanc ſequitur Aym. conſilio 151. quæ ineptitudo ex proteſtatione agen.quod intendit agere non in modum libelli,ſed qualiſqualis petitionis,non tollitur,de quo plura Alex.conſi.137.nu.3.lib.2. conſi. 187. lib. 6.Alex.& Iaſ.in l.ſi patronus.ff.de iureiur.Nat.conſi.200.nu.4.& quam pracſeruare debeat iudex appellationis,quando iudex à quo pronunciauit ſuper libello inepto,docet Alex.conſi.53.nu.15.lib. 5. Quomodo autem cognoſcatur ineptitudo,no.Aym.conſi.7.colu. 1.& quomodo ſit tolleranda,Nat. conſi.120.col.pe.nu.26.Quæ exceptio ineptitudinis reddit iudicium,& ſententiam ipſo iure nullam,teſte Rol.conſi.31.nu.21.lib.1.vbi plura no. de ineptitudine,& Bal.ad Spe.tit.de accuſ.1.par.colum.5.verſi.& nota. cautelam autem , quòd ineptitudo reuocari non poſſit , ſcribit Cæpol. cautel. 194. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Solutum indebitè in actione pœnali repetitur.*

1 §.Si qua lex. †Solutum indebitè in actione pœnali repetitur.h.d.Et pone exemplū in domino,qui iuſſit ſeruis,vt aliquam rem violenter raperēt: vbi imponitur pœna quadrupli.per titu.vi bon.rap. ſerui autē ſe abſtinuerint , & dominus credens violentiam commiſſam per errorem ſoluerit,repetit,vt hic.Et eſt aduertendum,ꝙ tex. dicit in actione ab initio pęnali.Debent.n.ſcire iuuenes,ꝙ quędam ſunt actiones pœnales ab initio , quædam ex poſt facto. Ab initio,vt in actione furti.& vi bon.rap.quædam ſunt actiones,quæ ab initio non ſunt pœnales,ſed æſtimantur ꝑꝑ inficiationem,vt in pęna legis Aquiliæ, & in iſtis omnibus non habet locum iſte tex.¶Gl.in ver.dupli.diuide in tres partes.Primò declarat tex.In ſecunda ibi,item ab initio,opponit ꝯ text.& melius allegaſſet pro ꝯrio.l.ea quæ.C.eo. dupliciter reſpondet , & malè,vt per Doc.hic.Reſpon.melius ſm gl.in d.l.ea quæ.In tertia ibi,hic ergo nota caſus.gloſſ.enumerat.7. fallentias ad hunc tex.adde ſimilem gl.in l.1.C.eo.& in §.1.inſti.quib.mod. re ꝯ hi.oblig.& in §.item is cui.Inſti. de oblig. quæ ex quaſi cōtract. Dic melius ſecundum Bar.& Doc. hic, ꝙ in omnibus illis caſibus eſt debitum mediatè,aut immediatè,vt hic declarat Bar.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio indebiti facta à ſciente non condicitur.*

LEX XXIIII.

1 His,qui. † Promiſſio indebiti facta à ſciente non condicitur.h.d.Ratio,quia idē quando ſcienter indebitum ſoluitur.l.1. vbi dixi.ſ. eo. vnde paria ſunt promittere,& ſoluere.l.fin.C.ad legem Falcidiam.quod vltimum intellige,vt declarat Bar.in l. quod nomine,& ibi dixi.ſ.eod.

SVMMARIVM.

1 *Ex pluribus ſoluentibus indebitum in aliquo pluri,ei qui vltimo ſoluit, competit repetitio.*

LEX

LEX XXV.

1 CVm duo. †Ex pluribus soluētibus indebitum in aliquo pluri ei, qui vltimò soluit, competit repetitio. h. d. Et pone casum, vt per Pau. de Cast. hic. No. s̄m Bal. ꝙ vbi agitur de distractu, qui posterior est in tpe, potior est in iure, alias regulariter ꝫ. l. potior. & l. qui balneum. ff. qui potio. in pig. hab.

SVMMARIVM.

1 *Vsuræ promissæ an sint ciuiliter indebitæ.*
2 *Accessorium conuertitur in principale.*
3 *Vsuræ solutæ repetuntur.*
4 *Contractus mulieris, vel minoris non seruata forma statuti valet in foro conscientiæ.*
5 *Vsuræ possunt repeti, sicut sors in foro ciuili.*

LEX XVI.

SI non sortem. ¶ Ista lex videtur scabrosa in text. & continere aliqualem contrarietatem, ideo diuide eam in tres partes principales. In prima loquitur, quando vsuræ erant indebitæ ciuiliter, eo quia non erant promissæ per stipulationem, sed pacto nudo, & sic erant debitæ naturaliter tantum. In secunda loquitur, quando vsuræ nullo modo erant debitæ nec naturaliter, nec ciuiliter. In tertia declarat, qn̄ dicantur nullo modo debitæ. Secunda ibi, sed supra. Tertia ibi, supra duplum autem. Rursus. 2. pars principalis subdiuiditur in tres particulas. In prima loquitur, quando vsuræ fuerunt solutæ ante sortem. In secunda, quando ècontra. In tertia, quando simul & semel. Secunda ibi, proinde. Tertia ibi, ꝙ si simul. Vsuræ naturaliter tantum debitæ per errorem iuris solutæ nō repetuntur, hoc primò. Sed si erant omni iure indebitæ, imputantur in sortem, si nondum sors erat soluta, & non repetuntur: sed si sors erat soluta, vel simul cum eis soluitur, repetuntur eo modo, quo sors indebitè soluta repetitur. hoc secundò. Tunc autem vsuræ dicuntur nullo modo debitæ, quādo sunt vltra centesimam, hoc est, ꝙ in fine anni vsura excedit sortem principalem, vel qn̄ sunt vsuræ vsurarum, hoc dicit tertiò, & vltimò. ¶ In tex. ibi, sorti debitas, expone. i. sorti. conuenientes, & dicuntur conuenientes sorti, qn̄, vt dixi, in fi. anni non excedunt summam principalem. ¶ †Not. ex hoc tex. quòd si vsuræ in legitimum modum promittantur sine stipulatione, sunt ciuiliter indebitæ, tamen quia adest pactum nudum, & sic consensus, sunt naturaliter debitæ, ideo solutę repeti non possunt, si soluantur per errorem iuris, aut facti non probabilem, iuxta doctrinam gl. in l. 1. §. co. ¶ No. 2. ex 2. parte, ꝙ vsuræ omni iure indebitæ, si soluantur, computantur in sortem ad extenuandū ipsam sortem, sicut in simili fructus percepti ex re pignorata. a l. 1. & 2. C. de pigno. actio. & l. 1. C. de distr. pigno. ¶ †Et ex hoc no. tertiò correlariæ, ꝙ accessorium conuertitur in principale. concor. tex. in l. qui negociationem. §. 1. de adminis. tut. & in l. 3 & post rem. §. 1. ff. de transac. ¶ †Quartò no. secundum Bart. & Doc. ꝙ vsuræ. s̄. legitimum modum solutæ post sortem solutā a distinctè [a] repetuntur, ratio est secundum Doct. quia lex ciui- b lis resistit, [b] ideo impeditur nasci naturalis, cùm regula sit, ꝙ quando actus fit. l. resistente, non oritur nec ciuilis, nec naturalis obligatio, vnde secundum Bar. & Doc. si statutum dispone ret, ne aliquis audeat contrahere cum minore, nisi seruata certa solennitate, tunc minor non obligaretur etiam naturaliter, & sic non valeret datio fideiussoris, nec pignorum. Adde Bar. in l. cùm lex. in pe. col. ff. de fideius. & in l. 1. ff. de noua. Bald. in l. non dubium. in 11. col. in pen. quæstione. C. de legi. & in l. cùm quis. in 4. col. C. de iur. & fac. ignor. Tu considera, quòd melius esset dicere, quòd quando lex ciuilis resistit, nō impediat ortus naturalis obligationis, sed bene impediat eius effectus, vt hic, & in iuribus præallega. sicut in simili dicimus de prætore, qui non potest ipso iure tollere dispositionem iuris ciuilis, sed bene eius effectum. §. quos autem. Instit. de bon. posses. gloss. in l. in substitutio. ff. de vulg. & pup. posses tamen dicere, quòd hic non agitur de tollendo, sed de impediendo: nam facilius quid impeditur, quàm tollatur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Intellige etiam istud notabile Doc. nisi lex ciuilis, quæ resisteret, vltra procederet disponendo, sic intelligo text. in l. contra iuris ciuilis regulas. in primis verb. ff. de pact. iuncta l. 1. ff. de dona. Item ad illud, quod tenet Bar. & Doct. de statuto prohibente, ꝙ tunc non oriatur etiam naturalis, pro limitatio-
4 ne, † adde quòd contractus mulieris, [c] vel minoris factus non
c seruata forma statuti requirentis consensum propinquorum, dummodo sit factus sine fraude, valet in foro conscientiæ, ita tenet Panorm. in repe. cap. relatum. in 6. colum. de testam. facit, quod vult idem Panorm. in cap. porrectum. in 2. colum. de regula. per glo. 2. ibi, quòd professio religionis facta omissa forma, quæ traditur in regula, tamen ligat quo ad Deum in foro conscientiæ. Ad idem facit, quod vult Inn. in cap. quia propter. de elect. quòd quamuis in electione non fuerit seruata forma data à canonibus, dummodo interuenerit purus consensus eligentium, valet in foro conscientiæ, quod exclamat Panor. in c. 1. ad fi. de in integ. restitut. dicens, quòd hoc dictum valet in omni actu, in quo est prætermissa solennitas iuris positiui, vt in foro animæ quis non teneatur sibi facere conscientiam, ex quo non interuenit aliqua deceptio. idem tenet Gemin. in c. 1.
5 in princ. per illum text. de sponsa. ¶ † Quintò not. ex text. ibi, *quasi sors indebita repetitur*, hic esse text. quem vt refert Paul. de Cast. Bal. alleg. quòd vsuræ possunt repeti in foro seculari, cùm repetuntur eo modo, quo sors, & ita Bal. in l. eos. §. 1. C. de vsur. vbi alleg. istum tex. ad hoc. nam cùm tex. dicat, quòd vsuræ repetuntur sicut sors, non est dubium, ꝙ sors indebitè soluta repetitur coram iudice laico: ergo & vsuræ. Et si dicis, tex. loquitur in vsuris, quæ sunt supra legitimum modum. Ego respondeo, ꝙ hodie omnes sunt supra legitimum modum, vt not. in l. cunctos populos. C. de summa trin. & fide cathol. Ideo cū hodie omnis vsura sit prohibita, & secundum ista iura possint
d vsuræ prohibitæ coram iudice laico [d] repeti, ideo hodie omnes vsuræ possunt coram iudice laico repeti. Dicat tamen Bal. quicquid velit, iste tex. non concludenter probat, quia non est bona consequentia, vsuræ repetuntur sicut sors, ergo coram eodem iudice, quamuis Pau. de Castr. hic dicat, istud de consuetudine non seruari.

ADDITIONES.

a ¶ Mallem ego legere indistinctè, quia repetuntur vt sors, & tanquam nulla nata obligatione. secundum tex. ipsum, & Doc. hic. TROT.

b ¶ Lex ciuilis resistit. Duas limitationes ponit But. in c. cum contingat. in ver. tertio casu. de iureiuran. & Alexand. consi. 59. colum. 2. versicu. non obstat, PVRPV.

c ¶ Hoc idem repetit Ias. in l. nemo potest. in prima lectura. nu. 78. & in secunda. nu. 100. de legat. 1. PANCIR.

d ¶ Coram iudice laico. Adde gl. in versi. vsuris. in cle. dispendiosam. de iud. gl. fi. in c. ex literis. de iureiu. Ant. de But. & Abb. in c. cum sit generale. de fo. cōpe. Lau. de Rodu. in trac. vsurarum. q. 131. Fede. de Sen. consi. suo 96. incip. apparet quædam lex. idem Fede. consi. 245. incip. D. And. Vicario Episcopi Vulterani. Idem Fede. consi. 300. incip. factum tale est, debitor promisit &c. Petr. de Anch. consi. 235. inci. in Christi nomine Amen, casus est. Cald. consi. 3. super tit. de foro compe. Card. Zaba. consi. 120. incip. Titius obligauit Sempronio. Bal. consi. 17. inc. factum super quo consilium. in 1. col. ver. causa vsurarum. in 3. vol. Raph. Fulg. consi. 134. inci. in quæstione versa coram Domino Capitaneo Trigesti. in vlti. col. Alex. de Imo. consi. 91. inci. visis actis. in 2. colum. in 2. volum.

SVMMARIVM.

1 *Soluens vsuras non videtur donare.*
2 *Omnis præsumptio sufficit ad excludendum præsumptionem donationis.*
3 *Remissio vsurarum facta per debitorem præsumitur colorata.*

§. Si quis falsò. Vsura, quæ soluitur, ne quis in debito putatiuo vexetur, tanq̄ indebita repetitur. hoc primò. Et tutus exceptione perpetua, & fauorabili, si soluat per errorem, repetit. hoc dicit secundò.
1 ¶ †No. ex tex. ibi, nec videtur sciens. secundum Barto. quòd licèt sciam me non teneri ad vsuras, & sum adhuc debitor sortis, soluendo non videor donare, quia præsumor soluisse, ne vexer in debito principali, & ita practicant Episcopi secundum eum, & hoc modo limitatur regula. l. 1. & ibi dixi. supra codē. & gloss. in capitu. peruenit. de fideiuss. vide ad hoc, quæ ordinariè dixi in rubr. supra de condi. ob turp. causam. quæ habeantur
2 hic pro repetitis. † Adde, quod ex isto tex. iuncta ista doctr. Bart. colligit Aretin. in l. à Titio. in penult. colum. in fin. ff. de verborū obligatio. quòd ad excludendum præsumptionem donationis, quæ præsumitur in scienter soluente indebitum, sufficit qualibet alia præsumptio, etiam si capiendo illam præsumptionem actus sit inualidus, & inefficax in effectu, & ita ampliat regulam. l. si cùm aurum. ff. de solutio. quod not. quia
3 pulchra est, & subtilis ponderatio. † Item adde, quòd ex isto text. colligit alibi Bald. argumentum in l. ab Anastasio. in vlti. colum. C. manda. quòd remissio vsurarum facta fœneratori ex causa donationis, præsumitur colorata, & quod fuerit facta, vt remittens habeat gratiosiorem extorsionem, & non mero animo liberali. idem tenet Paul. de Castr. in l. rogasti. §. si tibi, in fine. ff. si certum petatur. & in l. penultima. in

fi. ff. de condi. ob turp. cau. Alexan. in consilio 80. libro 3. incipien. circa primum dubium, quo quæritur, an dictus datarius, in vlti. col.

SVMMARIVM.

1 *Datio in solutum pro maiori summa vitiatur.*
2 *Idem si fiat à iudice.*
3 *Nemo inuitus cogitur stare in communione.*
4 *An testator possit hæredibus mandare, quòd non diuidant bona ad tempus.*
5 *Quid si perpetuò.*
6 *Non valet conuentio inita inter fratres, quòd non possint diuidere.*
7 *Quid si interuenit iuramentum.*
8 *Quid si pater fecit duos filios iurare de hæreditate non diuidenda, an nepos possit prouocare patruum ad diuisionem.*
9 *Quid in sententia arbitri, vel arbitratoris, vel in conuentione partium, quòd toto tempore vitæ suæ non liceat diuidere.*
10 *Quando quis possit vti retentione rei pro debito.*

§. Si centum. Diuiditur in tres partes. Primò loquitur, quando soluitur species pro quantitate in plus debito. In secunda, quando soluitur genus, vel quantitas pro quantitate. In tertia, quando soluitur quantitas pro specie. Secunda ibi, idem Marcellus. Tertia ibi, idem Marcellus dicit, si cùm fundi. In speciebus ratione partis pro alio debito pluśquam debeatur solui totum repetitur, secus est in quātitatibus, vel in his, quæ in genere suo omnimodam similitudinem recipiunt. hoc dicit. Et sic in prima parte ratio est, quia in speciebus non valet tantum pars separata, sicut quando est simul. l. si quis alienam. ff. de sol. l. quod autem. §. fi. cum legibus sequen. ff. de in diem addic. ¶ † No. 1. ex hoc text.
1 & alibi secundum Pau. de Cast. non ita clare reperitur, quòd si pro debito pecuniæ, debitor credens plus esse debitum, volente creditore dat insolutum fundum maioris pretij, non extinguitur debitum pro rata, imò vitiatur in totum; istud dicit singu. Bart. multum tenendum menti pro dationibus in solutum, quæ fiunt tota die per iudices, quod si in aliquo minimo reperiatur in plus facta, vitiatur in totum, & sic fructus interim percepti debent restitui, vel computari in sortem ad eam extenuandam, sequuntur hic alij; & dicit Pau. quòd istud est vtilissimum, & quotidianum. facit text. in l. 1. §. hæc verba. ff. ne uis fiat ei. idem tenet Bald. referens se ita consuluisse in l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cer. peta. Lud. Rom. in l. 1. §. pe. ff. de verb. oblig. & in l. si is ad quem. ff. de acq. hæred. & in cons. 445. incip. in re præsenti quatuor dubitationū postulatur decisio. in 3. colum. Raph. Fulg. in consil. 2. quod incipit, quia ex facto ius oritur. in primo dubio. Raph. Cum. in l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. & ibi omnino vide Dom. Alex. Flo. in l. hoc iudicio. ff. famil. ercisc. Tu considera, quòd iungendo tex. hic cum
2 decisione Bar. & Docto. habes, † quòd siue in solutum datio fiat à parte, siue à iudice, in totum vitiatur, si in aliquo minimo non sit debitum. In contrarium stringit tex. in l. fin. versi. sed si quidem. cum seq. C. de iure do. impe. & ibi Bal. in 2. colu. expresse not. vnde alibi Bal. concordat in cap. quoniam frequenter. §. sinautem. in 1. col. vt lit. non contest. quòd text. hic, & notabile Doct. procedit, quando erratum est in summa debiti principalis, quod erat de centum, & credebatur de ducentum. Si autē totum debitum esset verum, sed erraretur in æstimatione rei, quæ traditur in solutum, tunc valet pro rata cōcurrentis debiti, & reliquum repetitur, ita loquitur. d. l. fina. §. sed si quidem. ita tenent Pau. de Cast. & Alex. hic. sed certè ratio hic assignata in tex. fortiter refragatur in vtroque casu, ideo considerabam, quòd ad illum tex. posset dupliciter responderi. Et primò, quòd loquatur in solutum datione facta ab ipso principe, cum quo honestius agitur propter reuerentiam principis, vt non vitietur in totum, sed agatur ad residuum, vel superfluum reddatur. Vel aliter dico, quòd ille tex. loquitur in casu contrario ad nostrum, quia nos loquimur, quando res in solutum data valet plus, & iste est text. noster. ibi propriè loquitur, quando valet minus, & ille non est casus noster, sed est casus, qui examinatur per gl. Bar. & Doc. in l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iudic. per Bal. in l. ordo. C. de execu. rei iudi. Limita singul. prædictam conclu. Bar. & Doct. hic non procedere in tenuta, quæ conceditur virtute pacti executiui, vt est tex. no. in l. 1. §. si duæ. in secundo responso. ff. quo. lega. secundum Are. in l. 1. §. penu. in 5. colum. ff. de verbo. oblig. ¶ † No. secundo in ver. nemo regulā,
3 quòd nemo inuitus cogitur stare in communione, concordat. l. fi. C. communi diuid. intantum, quòd etiam si centum anni starent aliqui simul in communione, & omnes possiderent, nunquam præscriberetur, quin posset à communione recedi, ita Bar. & Doc. in l. 1. §. ad hæc. reprobata gl. ibi. C. de anna. exce. & Doct. in l. fi. reprobata gl. ibi. C. communi diui. Et eodem modo reprobata glo. hic, quę idem voluit allegando. d. §. ad hæc. ita etiam tenet Bal. in l. fi. ad fi. C. fin. regun. Et melius quàm alibi Io. And. in addi. Spe. in titu. de iudi. in 4. parte. §. sequitur. in additio. quæ incip. ibi. §. ad hæc. Ang. de Are. in §. quædam. In-
4 sti. de actio. Iuxta istud notabile quærit Pau. de Cast. † nunquid testator possit in testamento mandare hæredibus, quòd non diuidant bona hereditaria. In quo aduerte, quòd ad tēpus potest testator prohibere, & in hoc nemo discordat, per text. in l. 4. in princ. ff. de condi. insti. vbi Bal. & Ang. dicunt probari, quòd testator potest prohibere hæredes, ne vsque ad certum tēpus diuidant, & ibi dicit Angel. se sæpius de hoc fuisse interrogatum, & ita sæpius per illum text. respondisse. Idem tenent Pau. & Alexand. hic, & Barto. in l. quintus. ff. de annu. lega. Pul-
5 chrum, & valde quotidianum dubium est, † quid si in perpetuum, nunquid testator in testamento possit prohibere diui-
a sionem in perpetuum? [a] Paul. de Cast. hic determinat, quòd non. sicut enim in contractibus talis conuentio non valet. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. ff. communi diuidun. ita nec in vltima voluntate, cùm bonum sit argumentum de contra-
b ctibus [b] ad vltimas volun. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. & l. quæ de legato. ff. de lega. primo. Contrarium in terminis tenet Alexand. hic, motus per glo. claram in l. fin. C. communi diuidun. & quia videtur de mente Bartol. in l. si conuenerit. in fine. ff. pro socio. dum præsupponit Bartol. valere præceptum testatoris factum filijs, ne inter se diuidant. Mouetur etiam Domin. Alexan. quia ista censetur prohibitio alienationis. l. si pupillorum. in princip. ff. de rebus eorum. vnde testator potest cum causa prohibere perpetuò, ne bona alienentur. l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. primo. & l. quoties. C. de fideicommiss. Nec obst. d. l. in hoc iudicium. §. si conueniat. quia respondet, quòd potentior est prohibitio testatoris, quàm contrahentiū: patet, quia prohibitio testatoris impedit translationem dominij, non autem prohibitio contrahentium. l. ea lege. C. de condi. ob cau. l. si ita quis. §. ea lege. vbi plenè not. ff. de verborum obligatio. Passus iste est quotidianus, & vtilis, sed eum habeo pro ambiguo, tamen teneo primā opin. Paul. de Castr. quam consulendo tenuit ipsemet Alexan. sibi contrarius in consilio 119. libro tertio. incip. circa primum dubium, quo quæritur an magister Augustinus. in 3. colum. motus, quia si per contractum fieri non potest. dicto §. si conueniat. certè nec per quasi contractum aditionis hæreditatis, cùm obligatio, qua adstringuntur hæredes ad obseruantiam contentorum in testamento, procedat à quasi contractu aditionis hæreditatis. l. ex maleficijs. §. hæres. ff. de actio. & obligatio. l. apud Iulianum. §. fina. vbi no. Barto. ff. ex quib. cau. in pos. eat. pro ista parte facit, quia cùm in hac materia, & in hoc proposito non reperiatur differentia, procedet argumentum à contractibus ad vltimas volūtates. Ista est opinio æquior, attento quòd communio solet discordias parere, præcipuè inter fratres. l. cùm pater. §. dulcissimis. in fin. ff. de lega. secundo, & l. in re communi. & ibi ad hoc not. Florian. ff. de serui. vrban. prædio. & l. 2. C. quando, & quib. quarta pars debe. libro decimo, & authoritatem Barto. in d. l. si conuenerit. in fine. intellige, quando prohibitio erat ad certum tempus, non in perpetuum, prout ipsemet dicit in d. l. quintus.
6 ¶ † Item adde prædictis, quòd non valet conuentio inita inter fratres, quòd neuter fratrum certa bona nec inter viuos, nec in vltima voluntate possint diuidere, sed quòd in perpetuū stent in communione, per d. §. si conueniat. secundum Ludouic. Roman. in consilio 13. quod incip. idem videtur mihi de iure
7 concludendum. Pulchrum dubium est, † quid si in tali con-
c uentione interuenerit iuramentum [c] de nunquam diuidendo? Alexan. adhuc consuluit talem conuentionem non valere, in consilio 160. aliàs 18. libro secundo, quod incip. visis ca-
d pitulis initis. per illud, quod in simili tenet gloss. singu. [d] in cap. fina. in verbo, reuocatus. de procurat. in 6. & per id quod tenet Ant.

ADDITIONES.

a ¶ In perpetuum. Adde, quòd in casu in quo mandatum tenet, si omnes diuidant, an possit alius opponere conuentionem mandati. Ang. inter cons. Alex. lib. 2. consi. 138. col. fi. incip. Lancellotus &c. & amplia. §. si conueniat. etiam si vestiatur causa, vt in feudo vult Alex. lib. 5. consi. 29. in 4. dubio colum. 6. & lib. 2. consi. 53. PVRPV.

b ¶ Argumentum de contractibus. Adde Bar. in l. fi. C. commu. prædio. Dyn. & Doc. in l. pactum. §. si. ff. de pac. Bal. in l. fi. C. de leg.

c ¶ Iuramentum. Restringit Corne. lib. 3. consi. 50. incip. quoniam contra. & quod valeat propter iuramenta meliori modo, & sic quo ad descend. Curt. iun. cons. 114. incip. non possum. col. 3. PVRPV.

d ¶ Glo. sing. Adde Felin. in cap. cum accessissent, de consti. in 9. colum. versi. & aduerte.

Anto.de Butr.in c.pe. de offic.vica.in 2.not.vbi quærit: Aliquis Potestas vadit in officio,& cõducit Vicarium ad duos annos, & iurat ante duos annos non remouere, pone, intra duos annos sine alia causa vult remouere, potest tamen si vult. Et id
a quod in simili dicimus de testamento,quòd testator iurauit [a] non reuocare,tamen potest reuocare, non obstante iuramento.glo.in cap.vltima voluntas.4.q.2.Io.And.in regula,quod se mel.in mercuria.Bar.in l.si quis in princ.testamenti. ff.de leg.3. latè Imo.in commen.c.cum contingat.in primo membro.de iureiur.Consuluit tamen Alexan.quod prius imploretur absolutio à tali iuramento.Dubito de hac decisione propter regulam generalem,quia omne iuramentũ,quòd potest seruari sine interitu salutis æternæ, seruandum est. cap. cum contingat. in fi.de iureiur.præcipuè cum ratio. d. §. si conueniat. sit propter infinitatem euitandam.Ita dicit glo.in l.pen.in gl. magna. circa fin.C.de pac.Secundò moueor,quia Alexan.principaliter se fundat in glo.in d.cap.fina.in ver.euocatus.sed illam glo.singulariter limitat Bald.in rub.extra de pac.in 10. colum. quando iuramentum fuisset simplex,secus quãdo esset promissum aduersario cum iuramento de non reuocando talem procuratorem,quia ex tali iuramẽto licito & honesto, ne ei illudatur, bene oritur obligatio.l. si quis maior. C. de transactio. & tunc reuocari non potest.Ideo subdit Bald.quòd si notarius recepit tale iuramentum nomine quorum interest, non posset tũc reuocari,nec tunc haberet locum illa glo. sed in casu nostro iuramentum fuit præstitum alteri socio, ergo non habebit locũ illa gloss.Cogita tamen,quia limitatio Bald.est ardua,& iura ꝑ
8 quæ mouetur gl.in illo.cap.fina.refragantur.† Item ad de Ioan. And.in addi.Spec.in titu.de iudi.quarta parte.§.sequitur.in addi.quæ incip. in d.§.ad hæc,ad fin. illius additio.vbi dicit se vidisse de facto dubitari:Si pater in morte duos filios iurare fecit de hæreditate non diuidenda intra decennium, quòd nepotes possunt patruum prouocare ad diuisionem , quia iuramentũ filij non ligat nepotem etiam hæredem,vt habetur in cap.veritatis.de iureiuran.& in cap.vlti.in glo.de sepult. imò dicit , ꝙ ipsi filij possent adinuicem remittere, cùm in eorum fauorem sit præstitum,per regulam capitu.1.de sponsa.de qua dixi post Barto.in l.Labeo.supra de iureiuran. Et prædicta decisio Ioan. And.fuit originaliter Oldrad.Laud. in consi.251.incip.factum tale est,pater filium.& sequitur Dom.Alexan. in consi. 7. in 2. volum.incip.perspectis consideratisque his omnibus.in pe. co
b lum.Limita tamen.d.§. [b] si conueniat.& prædicta,quando cõuentum esset,ne vllo vnquam tempore diuidatur, secus si dictum esset,ꝙ in perpetuum stent in communione: nam valeret,& intelligeretur in perpetuum , idest quousque alter eorũ viuat.l.1.cum glo.iuncta.l.nemo.ff.pro socio. Ita limitat Flo-
9 rian.in d.§.si conueniat.† Sic etiam valet conuentio partium, vel laudum arbitratoris,ꝙ toto tempore contrahentium non liceat diuidere,secundum Dom.Alex.in cons.595.vol.1.incip. viso themate prædicto.in vlt.colum.Item limita regulam tex. nostri, quòd nemo inuitus cogitur stare in communione in casu sing.l.fi.ff.de alie.iud.mutan.cau.fac.quem Bartol.dicit ibi se nescire alibi,& Bal.ibidem reputat singularem , quòd ratione prohibitæ alienationis in potentiorem, vnus consortum non
10 potest amplius agere diuisorio iudicio.¶†Tertiò not.ibi, ager *autem retinebitur.* quòd licitum est vti retentione alicuius rei ꝑ alio debito,prout etiam not.glossa hic inferens ad scriptorem, deinde opponit,& non soluit.In contrarium est textus in l. fin. vbi Docto.ponunt.C.commo.vnde pro concordia secũdum Barto.& Docto.hic,& in d.l.fin. & in l.si non inducta. allegata in gloss.fac regulam,quòd regulariter non est licitum vti retentione pro vero debito,iuribus præallegatis, imò dicit Alber.de
c Ros.post Antquos,& Fulgo.hic,quod procuratores, iudices, vel aduocati non possunt pro eorum mercede retinere [c] scripturas,vel instrumenta eis tradita.Limita tribus modis, quos per te collige ex doctr.Barto.& aliorum , & in secunda fallen. quando retentio fit propter expensas.Adde,quæ in specie decidit Bald.in d.l.fina.C.commo.& inter cætera , ꝙ sartor potest retinere vestem pro mercede,donec soluatur , imò plus decidit Bald in d.l. .C.ob chiro.pec. quòd si aliquis exposuit pecuniam in funeralibus scholaris mortui , potest eius libros licitè retinere,donec pecunia soluatur,& idem Bal.in l.in restituẽda. per illum tex.ff.de petitio.hæredita.& in d.l.fina.C.commo.licèt regulariter in libris scholarium non possit fieri executio. glo.singu.in l.æpos Proculo.ff. de verborum significatio. per quam vide quod not.Bald.in rubr.C.qui bono.cede.poss.Amplia istam fallen.Barto.& Doct.quòd licita est retentio pro expensis.nam procedit etiam in beneficialibus , seu in beneficijs. Et ideo hæres clerici mortui ab intestato potest repetere expensas,quas clericus fecit de patrimonio in beneficio , & pro talibus expensis vti retentione,secundum Abba.in cap. de mul cta.in 4.colum.de præben. Aduerte tamen pro notabili limitatione huius fallentiæ,quòd qui fecit expensas in recuperando castrum, tenetur castrum restituere ante solutas expensas. Ita vide not. per Ioan. de Anan. in consilio 32. incip.vltra alia dubia,in vlti.colum. Vltra Docto.fallit quarto in muliere fauore dotis,text.est secundum intellectum Barto. & aliorum in l. si filio.primo,in princip.ff. solu. matrimo.imò signanter tenet Bal.in l.penul. C.de pigno.actio. quòd mulier mortuo marito potest propria authoritate remanere in retentione domus , in qua habitabat cum marito,donec dos actualiter soluatur. idẽ tenet Bald.in l.penul.in princip.C.de non numer.pecun. & in l.prima.C.de ser.pigno.da.manumiss.& in l.cum tibi.C.qui potio.in pigno. habea. & licèt Bal.non dicat, melius, quàm ratio Bal.facit.d.l.si filio.& hoc teneas bene menti, quia valde quotidianum est.Quintò limita,quando res esset alicui tradita pro
d debito putatiuo , quia tunc potest pro vero retineri. [d] gloss. est in §.libertus.infra eadem.l.in glo. 1.iuncto tex. & ibi Bart & alij ad hoc notant. Iason Maynus.

ADDITIONES.

a ¶Testator iurauit.Adde Bar.in l.cum duobus.in §.item scribit.ff. pro soc.Bal. in Auth.hoc inter liberos.C.de testa.

b ¶Dictum.§.Limitatio.d.§.restringitur,nisi efficeretur alter rixosus.vide Alexan.lib.2.consi.48.col.2.

c ¶Retinere.Adde de hac materia,quæ scribit Aym.cons.148.nu.2.Crem.sing. 93.& quod pignus datum pro vno debito possit pro alio retineri, no. Rom. sing.108.vbi ponit fallen.Dec.in reg.l.Diuus.nu.5.de reg.iur.De exceptione retentionis expensarum factarum in re,quam condemnatus sum restituere, quod opponi possit in executione sententiæ,not.Rolan.in consi.28.nume. 3. libro 1. MASVER.

d ¶Retineri.Adde alium casum in quo locum habet retẽtio, quem ponit Bald. in l.fundus qui Lucij Titij.ff.de rescin.vendi.quod pro sing.not. Crem.singu. 92.Firm.tract.episcop.3.par.lib.1. q.49.& tac. quæ scribit Bal. in l.si. §.emptor autem. in 1.oppo.C.communia de leg.& dic, quòd etiam in contractu depositi descendẽte ex mutuo,licita est retentio,Bald.consi.317.ad euidentiam.lib.3. BELLOT.

SVMMARIVM.

1 *Si testator legat liberationem debitori,an remaneat obligatus.*
2 *Legatum liberationis inducit repetitionem.*
3 *An liceat venire contra factum proprium.*

§. Adeo. Legatum liberationis parit exceptionem, ꝙ soluti repetitionem inducit, hoc primò. Et debitor peculiaris filijfamilias soluẽs ignorãter post ademptũ peculium liberatur,secus si scienter,hoc secundò. Et tutus exceptione odiosa soluens non repetit,ẽt ex ꝑsona patris,cui suc
1 cessit.h.d.cum l.seq.vsq; ad §.si quis quasi. ¶†Ad euidentiã præmitte,ꝙ si testator in testõ relinquat debitori suo liberationẽ, licèt legatum ipso iure acquiratur, tñ debitor non liberatur ip so iure , imò remanet naturaliter & ciuiliter obligatus. l. 4. §. nunc de effectu.ff.de lib.leg.& ibi Bar.& Doc.plenè in hoc tex. testator legauerat liberationem debitori , iste debitor soluit ꝑ errorem,an possit repetere solutum? vr̃ quod nõ,quia erat obligatus naturaliter,& ciuiliter , & sola naturalis est potens ꝑ se ad retinendum,ergo &c.tñ deciditur ꝯrium , quia iste erat tutus exceptione perpetua,& adde.l.si creditoris.C. de fideicom.
2 ¶†No.in §.qui filiofam.ꝙ dixi in summario. & rõ diuersitatis colligitur ex regula.l.1.§.eo.iuncta alia regula , ꝙ quando quis ꝯhit cum filio,vel seruo,potest soluere ipsi filio,vel seruo.l.q̃d seruus.ff.de sol.no.Doc.in l.filiofam.paciscendo.C.de pac.dũmodo non ꝯheret cum filiofam.habente peculiũ,ideo si ignorat potest soluere,sed si scit,soluendo vr̃ donare,& ideo nõ re-
3 petit,nec liberatur. ¶†Secundò not.in §.si filiusfamil.q̃d dixi in vlt.parte summarij,& dic,ꝙ dubium faciebat,quia filiusfa.soluerat de pecunia patris,pater potest talem pecuniam repetere.l.si filius.§.si cert.peta.ergo mortuo patre videbatur,ꝙ filius hæres patris possit repetere sicut pater.Cõtrarium determinat tex.quia si filius posset repetere,veniret ꝯ factum proprium,& non licèt venire ꝯ factum proprium, etiã ex persona alterius.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis repetat soluens indebitum per errorem.*

§. Si quis quasi. Præmitte , ꝙ legitur duobus modis.Primò prout litera sonat , quando quis in veritate non erat condẽnatus per sñiam, sed falsò,& sic per errorẽ credebat se ꝯdemnatum , tunc bene subdit tex.ꝙ illud,ꝙ est solutum põt repeti, & si isto modo intelligatur,textus iste est de indubitabili penitus.Et ꝑpea Barto.

& alij omnes poſt eum intelligunt eum ſecundo modo ſic. Sciendum eſt, q́ ex ſententia arbitri, maximè iſto iure. ff. nulla oritur actio, vel obligatio, ſed ſi ſit promiſſa pœna per ſtipulationem, poteſt agi ad pœnam, & ideo metu pœnæ paret ſententiæ arbitri. l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbit. hoc præmiſſo, pone, quòd per ſententiam arbitri quis fuit condemnatus ad dandum fundum Titio, iſte condemnatus ſciebat, q́ per iſtã ſententiam non erat obligatus dare fundum, ſi non volebat, credens per errorem promiſiſſe pœnam, tradidit ſcienter illũ fundum, vt euaderet pœnam, quam credebat ſe promiſiſſe, 1 vel alium pro eo. Deciditur hic, † q́ non obſt. quòd ſemel ſoluerit, repeteret, quia ſoluit vt euaderet pœnam, cùm per errorẽ ſoluerit propter metum pœnæ, & ſecundum hoc dicit, qui ſoluit ſcienter indebitum, ne incidat in aliud debitum putatiuũ, poteſt ſolutum repetere, hoc dicit. Et hoc modo ſatis concordabit. §. ſi quis filiofam. ſ. ead. l. & hoc, vt dixi, tenent omnes, vt tex. habeat dubitationem. Ego multum dubito, & primò, quia verba literæ non ſatis conuenienter adaptari poſſunt. Secũdò * videtur multum vrgere *doct. Bar. & omnium* in l. eleganter. §. fi. ſupra eo. & eſt doc. gl. in l. ea quæ. C. eo. vbi omnes dicunt, q́ ſi ſumus in caſu, in quo ſi non ſoluatur aliquid, poſſit ſuccedere pœna, & ſoluatur illud indebitè, tamen repeti non poteſt, quia vr̃ quodammodo transigere metu pœnæ, ne in diſcrimine pœnæ ſe ponat, ergo in caſu noſtro cũ ſoluat, ne incidat in pœnã, videt, q́ non poſſit repetere, per doctr. præalle. ergo &c. cogita.

SVMMARIVM.

1 *Ab hærede in omnem euentum indebitum repetitur, ſed ſi in quæſtione de hæreditate ſuccumbat, debitum & indebitum repetitur.*

1 **§. Hæredi.** † Ab herede indebitum in omnem euentum repetitur, ſed ſi in quæſtione de hæreditate ſuccumbat, debitum repetitur, hoc dicit, licèt glo. velit, q́ ſententia lata ꝯ hæredem putatiuum non proſit debitori ſoluenti, niſi etiam ipſe probet eum non eſſe hæredem, tamen Bar. & alij tenent contrarium, quia ſententia lata inter principales prodeſt, & nocet acceſſorijs. l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoff. teſt. iuncta. l. fi. C. de pet. hære. Tu tamen videas, & ſuper eo conſiderabis in l. ſi ſuperatus. in prin. ff. de pig.

SVMMARIVM.

1 *Dicta in libertis habent locum in vaſallis.*
2 *Vaſallus tenetur alere inopem dominum.*
3 *Terminus opera, poteſt capi dupliciter.*
4 *Libertus tenetur alere patronum.*
5 *Obligatio naturalis eſt multiplex.*
6 *Obligatio antidoralis quid operetur, & quos effectus producat. nume. 7. & 8.*
9 *Natura condictionis indebiti quæ ſit.*
10 *Inter patronum, & libertum ſi eſt quæſtio, poteſt fieri compromiſſum, & transactio.*
11 *Quæ dicantur operæ fabriles.*
12 *Ex varietate perſonarum variantur operæ.*
13 *Ea, quæ variantur ex tempore, non reputantur vniformia.*
14 *Recipiens hominem indebitum, ſi facit eum precioſiorem, non repetit ſumptus.*
15 *Quando indebitè ſolutum eſt tale, quod non poteſt repeti, repetitur eius æſtimatio.*
16 *Operæ officiales non poſſunt alteri delegari.*
17 *Quid in patrono.*
18 *Quid in operibus fabrilibus.*
19 *Ad hoc, vt ſit delegatio, requiritur q́ ille cui delegatur, ſit creditor.*
20 *Solutum ex vna cauſa, poteſt ex alia repeti.*
21 *Solutum errore iuris vel facti, an repetatur.*
22 *Quid in debito naturaliter.*
23 *Libertus poteſt cogi ad præſtandum operas patrono.*
24 *Quotuplex eſt diuiſio operarum.*
25 *Operæ obſequiales an tranſeant ad hæredes.*
26 *Vaſalli inuiti non poſſunt alienari per dominum.*
27 *An Rex, vel Imperator poſſit vnam ex ciuitatibus ſuis alienare inuitis ciuibus ciuitatis.*
28 *Vaſallus tenetur præſtare ſeruitia domino ſuis ſumptibus.*
29 *Poteſtas, qui conducit officialem, tenetur ad impenſas, & victus.*
30 *Conducens operarios an teneatur dare inſtrumenta.*
31 *Quid ſi operarius rumpit inſtrumentum.*
32 *Quid ſi frangitur res, in qua operatur.*
33 *In operibus ſuccedunt filij æqualiter.*
34 *In omni liberatione paterna non veniunt feuda.*
35 *Appellatione bonorum an veniat emphyteuſis.*

§. Libertus. Iſte. § ſm̃ Bar. vr̃ ſcholaribus difficilis quia habet materiam operarum, quæ eſt extranea, tñ eſt valde vtilis ſm̃ eum, & licèt non declaret in 1 quo vtilitas conſiſtat, dic † q́ dicta in libertis habent locum in vaſallis, ſeu in feudatarijs, gl. in c. 1. in verb. ſalua reuerentia. de mili. vaſal. qui contu. eſt. Spe. in tit. de feudis. §. quoniã. in verſic. 17. & in ſpecie ad propoſitum Bal. in l. liberti. in vlt. col. in prin. C. de oper. lib. Hinc videmus, quòd gloſ. ſæpenumero arguunt de libertis ad vaſallos. ita gl. in l. ſolo. C. de lib. cau. & gl. in l. 2. C. 2 de liber. & eo. liber. & alibi Spe. Hinc etiam videmus † quòd ſicut libertus tenetur alere patronum inopem, gloſſ. in l. 1. C. de oper. liber. & in d. l. ſolo. Eodem modo vaſallus tenetur alere dominum inopem, aliàs poteſt ei dominus feudum auferre, iuxta c. 1. de no. for. fi. ita dicit Bar. in tract. alimentorum. in pe. col. in fi. in ver. quæro an vaſallus: & in l. alimenta. §. 1. in pen. q. ff. de lib. agn. Spe. in tit. qui fil. ſint legi. §. 1. ver. quid ſi dominus. Bal. in l. 1. §. ſed & ſcimus. vbi limitat. C. de lat. lib. toll. quamuis ꝯrium teneat Io. And. in d. ver. quid ſi dominus. poſt Iacob. de Are. per eum relatum. ꝯrium ẽt tenet Iac. Alua. poſt Doc. per eum relatos in c. licèt, ſi de feu. fue. controu. inter dom. & agn. Item q́ dicta in libertis habeant locum in vaſallis, patet per illud, quod vult gl. in l. 1. §. cum patronus. ff. de off. præfe. vrb. vbi gl. arguendo de liberto ad vaſallum, dicit, quòd vaſallus, qui fecit amicitiam cum inimico dñi, debet priuari feudo, qđ not. Spe. in tit. de don. verſi. quid ſi aliquis. Bar. ibi extendit, q́ ẽt ſi eccleſia eſſet feudataria, & faceret amicitiam cũ inimico domini, priuatur feudo, tenet gl. in l. liberti. vbi Bal. & Sali. C. de inoff. teſta. gl. in c. 1. in prin. in verſ. concubuerit. quib. mo. feu. ami. & eſt gl. plenior de corpore iuris in c. 1. §. porrò. quæ fuit pri. cau. be. amit. Io. de Ana. conſ. 71. inci. Viſis & ponderatis his, quæ in themate. ad fi. ſed miror, q́ allegetur gloſ. quia eſt tex. clarus de hoc in c. 1. quot teſtes ſint neceſ. ad proban. ingrat. in vſi. feud. Limita tamen iſtas gl. quòd vaſallus faciens amicitiam cũ inimico domini priuetur feudo, ſingulariter, qñ facit amicitiam, vel ligam in damnum, & præiudicium dñi, aliàs ex hoc ſolo, q́ facit amicitiam, vel ligam non poteſt priuari feudo. ita egregiè limitat Iac. Alua. in c. 1. in prin. in 2. col. quib. mo. feu. amit. 3 ¶ † Ad euidentiam præmitte, quòd terminus, opera, poteſt capi dupliciter, ſm̃ q́ declarat Bal. in d. l. liberti. in 2. colu. Primò largè pro quocunque exercitio, ſeu operatione facta ad vtilitatem propriam, vel etiam alterius. Secundò modo ſtrictè, & tunc eſt diurnum officium. l. 1. & ibi gl. declarat. ff. de ope. libe. & plenius Bal. in rub. C. eo. & Bar. hic in 3. col. Hinc videmus in obſeruantia quotidiana, ſi operarius vel aliquis artifex promittit operam ſui exercitij, intelligitur q́ operet à mane vſque ad veſperas, iſta eſt propriè opera. d. l. 1. Quæ autem dña ſit inter operam, & opus dic q́ opera capitur pro actu, ſed opus reſpicit ipſum factum, ita declarat Bar. in l. ita ſtipulatus. magna. ff. de verb. oblig. in 6. col. in 5. opp. 1. partis, prout etiam refert ipſemet Bar. hic, circa 6. colu. in ver. diceris vos, quando locus certus non deſignatur &c. ¶ Secundò præmitte, q́ circa diuiſionem operarum verſatur difficultas huius §. & Doc. quia varij varia dicunt, vt inferius referam, pro nunc veritas eſt, q́ capiendo operam propriè, ſunt duæ tãtum ſpecies, aliquæ ſunt officiales, aliquæ ſunt artificiales, ſeu fabriles. nam pro eodem capio. Officiales ſunt, quæ reſpiciunt perſonam patroni, vt aſſociare eum per ciuitatem, ſeruire ei in domo, vel in menſa, & ſimiles. Artificiales verò ſunt, quæ non exhibentur in perſonam patroni, ſed verſantur circa eius res, vel patrimonium. primæ ideo dictæ ſunt officiales, quia officium propriè eſt, qđ debet homo homini, gl. in l. pro officio. C. de nego. geſt. & iſtæ quia ſunt perſonales, non poſſunt alij delegari, per regu. l. 4. in fin. ff. de noua. & iſtud eſt, quod dicit iſte tex. in fi. Artificiales verò, quia ſunt in rem, ſunt vtique delegabiles, vt hoc text. ad fi. & ita declarat Iuriſ. in l. operæ in rerum. ff. de oper. liber. primæ, ſcilicet officiales etiam abſque promiſſione debentur naturaliter per libertum patrono, vt hoc tex. in prĩ. & in fin. Rõ eſt, quia patronus conferendo libertatem contulit beneficiũ in perſonam liberti, ergo ad antidora debet ſimiliter libertus teneri, ad ea quæ reſpiciunt perſonam patroni, & conſequẽter ad operas officiales. Artificiales aũt operæ, niſi ſint expreſsè promiſſæ, non debentur nec ciuiliter, nec naturaliter, vt hoc tex. in 2. par. Et rõ eſt, quia patronus manumittẽdo ſeruũ, nullum beneficium contulit in rebus. ergo per obligationem ad antidora nec libertus tenetur ad operas reales, & ſic ad artificiales. de primis ergo loquitur prima pars tex. de ſecundis ſecũda, licèt gl. intelligat officiales, ideſt obſequiales ſed obſequiũ non eſt propriè opera, vt declarabo in gl. j. ¶ Vltimò pręmitte, q́ prima, & ſecũda pars huius tex. intelligatur neceſſariò, qñ tales operæ non erant promiſſę, patet, ſi fuiſſent pmiſſæ, p ꝯñs eſſent debitæ, & ſic non eſſet tractãdum de repetitione indebsoluti.

soluti. Tertia pars potest intelligi, quando erant promissæ, præcipuè dum loquitur de artificialibus, & dicit, quod possunt delegari inuito liberto. His sic præmissis diuide hunc. §. in tres partes princ. In prima loquitur de operis officialibus. In secunda de artificialib. In tertia de vtrisque. Secunda ibi, sed si operas. Tertia ibi, sed & si delegatus. Prima subdiuiditur in tres. In prima ponitur decisio, quòd operæ officiales per errorem solutæ non repetuntur. In secunda assignatur ratio. In tertia ponitur extensio, quando non ipsæ operæ, sed pecunia pro eis esset præstita. Secunda ibi, natura enim. Tertia ibi, sed & si non operæ. Secunda pars principalis, quæ tractat de operis artificialib. subdiuiditur in quatuor partic. In prima quæritur, an operæ artificiales cùm sint omni iure indebitæ, si per errorem soluantur, possint repeti. In secunda arguitur pro negatiua. In tertia arguitur pro parte affirmatiua. In quarta Iurisc. pro ista vltima determinat. Secunda ibi, & Celsus. Tertia ibi, sed hæc inquit. Quarta ibi, & sic in proposito. Rursus tertia pars princ. quæ simul tractat de vtrisq; operis, diuiditur in quatuor part. Primò quærit, an operæ officiales possint alij delegari, & determinat, quod non. Rationem dixi supra, quia respiciunt personam patroni, alias operas requirit vna persona, alias alia. In secunda determinat, quod operę artificiales, quia sunt reales, possunt alij delegari. In tertia determinat, quod licèt operæ officiales non possint alij delegari, tamen si de facto patronus eas delegauerit, & libertus eas soluerit, quod non potest repetere. In quarta assignat ratio nem huius vltimi, à partibus sufficienter enumeratis. Secunda ibi, nisi fortè. Tertia ibi, sed si soluerit. Quarta ibi, quisq; suũ repetit. Istam rationem sic declara, quia ad hoc, vt sit delegatio, requiritur quod sit creditor, cui per debitorem delegatur alius debitor, vt declarat glo. magistra in l. quamuis. §. si mulier. ff. ad Velleian. dixi plenè in l. singularia. š. si certum peta. si ergo est creditor, recipit, quod sibi debetur, ideo ab eo non repetitur, vt habes in tex. Istum §. summat Bar. vno modo, sed quia eius summarium peruertit ordinem literæ, ideo summa sic. Si libertus præstitit patrono operas officiales, vel earum æstimationem, credens se ad eas efficaciter teneri, non repetit, quia saltem naturaliter tenetur, quæ naturalis sola si soluatur per errorem iuris, impedit repetitionem, hoc dicit prima pars. Si autem soluit operas artificales per errorem iuris, putans se ad eas teneri, cùm nec naturaliter, nec ciuiliter teneatur, nisi sint promissæ, non potest illasmet repetere, nec omnino similiter propter varietatem, quæ insurgit ex tempore, & ex persona, quæ etiã operas eiusdemmet hominis diuersificat, ideo repetitur earũ æstimatio, quatenus patronus est effectus locupletior, habita æstimatione quanti verisimiliter fuisset istas operas conducturus. hoc dicit secunda pars. Item operæ officiales cùm sint personales delegari non possunt, sed bene artificiales, vnde si fuerint operæ officiales de facto delegatæ, & per libertum præstitę, nõ repetuntur, nec à creditore, quia sibi debitum recepit, aliàs. n. non posset esse delegatio nec à patrono, cùm ei naturaliter de
4 beantur, hoc dicit tertia, & vltima pars.† Not. primo ex tex. ibi, natura enim, quòd libertus tenetur naturaliter præstare operas officiales patrono suo, ex illa æquitate naturali, vt benefacienti benefaciamus. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de peti. hære. & dicit Barto. quòd ista est alia obligatio naturalis. Pro cuius intelligentia præmitte ex mente Docto. in l. ex hoc iure. ff. de
5 iustit. & iur. quòd licèt † obligatio naturalis reperiatur multiplex, tamen quantum ad propositum est triplex. Quædã quæ causatur ex promissione, & sic consensu, & ista conuenit solis hominibus. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. l. cum amplius. §. is natura. ff. de regu. iur. Quædam est obligatio naturalis, quæ oritur sine consensu ex æquitate legis, quando quis gerit negotia furiosi, furiosus non consensit, nec fingitur consentire, & tamen iste furiosus obligatur naturaliter, & ciuiliter. l. 3. §. furiosi. ff. de neg. gest. & eodem modo vbi æquum est, vt maioribus pareamus. dixi in l. prima, supra eodem, & in l. frater a fratre. infra eodem. Quædam est naturalis impropriissima, quæ procedit ex instinctu naturæ, vt benefacienti benefaciamus, vt dicit glo. in d. l. sed & si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredi. Ista obligatio naturalis procedens ex instinctu naturæ cadit etiam in brutis, ita Nico. de Neap. Insti. de oblig. in princip. & ita multò fortius cadit inter parentes, & filios, ita ad literam no. Ang. in Authen. de non eli. secund. nup. colum. 1. & ista appellatur obligatio antidoralis, ab anti, quod est contra, & doros, donatio, vt per glo. in dicto. §. consuluit. & glo. in cap. illud. 8. quæst. 2. & de ista obligatione antidorali propriè loquitur iste text. non tamen potest cogi officio iudicis, vt eas præstet, & in hoc differt ab obsequialibus, in quibus per officium iudi. cogi potest,
6 vt in glo. prima, vbi dicetur. ¶† Secundò not. quòd licèt obligatio antidoralis procedens instinctu naturæ aliàs reputetur sine effectu, & non impediat repetitionem soluti, vt dicit gloss. in l. ex hoc iure. in glo. pen. ad fin. ff. de iusti. & iure. tamen in liberto est potens, vt impediat repetitionem soluti, quando libertus soluit operas officiales, ad quas naturaliter non tenetur, tñ quia soluit instinctu naturæ, quia à patrono est consecutus beneficium libertatis, repetere non potest. Et si dicatur, quæ potest esse ratio specialitatis, quare in liberto obligatio antidoralis sit potens ad retinendum res? Respondet Barto. quia obligatio naturalis in liberto respicit certam speciem obligationis, in alijs non respicit certam speciem, sed stat in genere. Ex istis dictis
7 per Barto. & Docto. facias duas conclusiones. ¶† Prima cõclu. est, quòd obligatio antidoralis, quando respicit certam speciẽ obligationis, vt in liberto, tùnc habet istum effectum, quod impedit repetitionem soluti, vt hoc text. Secunda conclusio est, quod obligatio ad antidora, quando non respicit certam speciem, sed stat in genere, non habet effectum pariendi * repetitionẽ. dicto §. consuluit. Ratio, quia cùm ista obligatio contineat incertum, censetur inefficax. l. intantum. de verborum obligatio. l. cùm post. §. gener. infra de donatio. inter virum & vxo. Istam rationem assignat Barto. in l. si testamento. §. primo, in fin. ff. de fideiuss. Fulgos. in d. l. ex hoc iure. in 10. colum. Contra istam cõclu. obst. text. in d. l. si testamento. §. primo, versic. propterea, quod creditor. ff. de fideiuss. illum tex. reputant singularem Docto. in d. l. ex hoc iure. vera solutio est secundum Barto. ibi, & in d. l. ex hoc iure, quod quñ soluitur illud idem, vel tantundem propter quod fuit contracta obligatio antidoralis, semper impeditur repetitio: obligatio ergo antidoralis, quæ stat in genere, censetur inefficax: patet, quia non impedit repetitionem soluti. Confirmatur, quia obligatio antidoralis non est potens ad compensandum, sicut alia naturalis. ita Angel. in Auth. de non elig. secundo nuben. in prin. alleg. gl. in d. l. si testamento. Similiter obligationi antidorali non potest accedere fideiussor, vt est de mente Docto. in d. l. ex hoc iure. secundum hoc limitatur generalitas. l. 1. ff. de fideius. Similiter obligatio antidoralis non est potens, vt per eam possim alteri pacisci, vel stipulari, tãquam mihi intersit. ita tex. in l. quod dictum. ff. de pac. & ad hoc not. illũ tex. Bal. in lect. antiq. Ang. & Fulgos. ibi. habes de hoc gloss. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pact. quia ad hoc, quod quis possit alteri pacisci, vel stipulari, requiritur quod sua intersit pecuniariter. Barto. in l. fideiussoris. ff. de pact. in l. stipulatio ista. §. alteri. in l. quod dicitur. de verbo. oblig. Barto. in l. 1. in 4. colum. C. de senten. quæ pro eo quod interest. habes tamen alibi text. quod obligatio antidoralis facit competere actionem, quæ aliàs non cõpeteret. l. idẽ.
8 in §. fi. cũ l. seq. & seq. ff. mand. ¶† Ego tñ reperi multos effectus, quos habet obligatio antidoralis. Primus effectus est, quòd li-
a cèt donatio inter viuos ᵃ reuocetur propter ingratitudinem donatarij. l. fina. C. de reuocand. donatio. cap. fin. eo. titu. tamen donatio facta propter obligationem antidoralem, & sic propter aliqua seruitia, illa non potest reuocari ex aliqua ingratitudine. tex. in l. si pater. §. fi. & ibi glo. ff. de donatio. & illum text. reputat ad hoc singu. Abba. consi. 110. incip. Vtar in præsenti causa. & in 264 Illũ tex. multum no. Bal. in l. si cùm mihi. ff. de donat. & per illum tex. dicit alibi Iaco. Ardi. in summa sua, qui bus mod. feu. amit. quem refert Bald. in cap. 1. in 3. colum. in ti. si vasal. feu. pri. quòd est dare feudum, quod ex nulla ingratitudine potest amitti, vel auferri, quando princeps cõcederet feudum propter obligationem antidoralem, puta quia principẽ liberasset à latrunculis, vel propter aliam similem causam, & ita in specie tenet Abb. consi. 137. incip. Princeps quidam illustri. circa fin. Adde, & tertiò per illam l. si pater, quòd licèt priuilegium exemptionis sit concessum à Principe alicui cõmunitati, vel alicui ciuitati: nã illa immunitas põt propter ingratitudinem reuocari: ita in specie Bald. in l. 2. in fin. C. de lib. & eo. liberis. Tamen si immunitas esset concessa propter benemerita ciuitatis, non posset postea propter ingratitudinem reuocari. per d. l. si pater. §. fi. cum gl. Ita in specie consuluit Alex. consilio 357. incip. Nec arguendi sumus. colum. 2. lib. 2. Secundus effectus est, quia licèt dona. inter vir. & vxo. sit nulla toto tit. de dona. inter vir. & vxo. tñ si sit remuneratoria, valet, & tenet. l. quod aũt. §. si vir & vxor de don. inter vir. & vxo. no. Cy. Bal. & Salyc. in l. si pater puella. per illum tex. vbi aliquando plenè dixi. C. de inoff. test. probat gl. in l. si voluntate. C. de dot. promiss. vbi Bart. per illam gl. & tex. præalleg. dicit vnum, quod si vnus rusticus acciperet vnam nobilem in vxorem, & constante matrim. confiteretur se recepisse dotẽ, quã non recepit, isto casu valet constãte matrim. quia est remuneratoria, & subdit, quod cõsuetudo idẽ obseruat.

ADDITIO.

* Impediendi. Legendum potius.

a ¶Donatio inter viuos. Adde Spe. in titu. de dona. in §. 1.

seruat.idem Bal.in l. 2.§.fin.ff.si cert.peta.vbi dixit idem esse si senex acciperet iuuenem in vxorem,idem Bar.in l.si diuortio. vbi Moder.præsertim Are.ff.de verb.oblig.& in l.si ita stipulatus fuero te sisti. ad fi.ff.de verb.obli.cum concord. de quib.ibi per Alex.habes tex.in cap.cum iam nuptæ.ff.de don. inter virũ & vxorem.& text.in l.3.§.1.de do.Eodem modo videmus donationem inter patrem, & filium in potestate propter benemerita valere,glo.in Authen.vnde si parens.C.de inoffic.testa. Tertius effectus est,quia licèt princeps non præsumatur aliqđ indultum scribere motu proprio, nisi in literis expresse dicatur,adeo quòd non potest probari per testes.cap.si motu proprio.de præben.in 6.Bar.& alij in l.1.C.de peti.bono. subla. lib. 10.& in l.1.in fin.C.de bon.vac.lib.10. in Auth. quas actiones. C.de sacrosanc.eccles.in l.3.in princ.ff.quod quisque iur.tamẽ quando princeps scribit propter benemerita alicuius, censetur scribere motu proprio,ita originaliter dicit Gul.de Cun.in l.3.§.si procurator.ff.quod quisque iur.sequitur Alex. in l. 3. in princ.eod titu.vbi dicit tenendum menti, non debuit vidisse Albe.de Ros.qui idem firmat.in l.1.in princ.in 5.oppo.ff.quod quisque iuris.Quartus no.effectus est,quòd licèt in dubio non præsumatur donatio.l.cum de indebito.§.fina.ff.de proba.glo. & Doct.in l.cum quid.supra si cer.pet.imò potius præsumitur fatuitas.Bal.in l.generaliter.in 3.colum.C.de non num pecun. tamen quando præcedunt benemerita,faciunt ꝙ in dubio pſumatur donatio,tex.in l.si vero non remunerandi.§.idem Papinianus.ff.man. Quintus effectus est, quia obligatio antidoralis est potens ad faciendum collationem beneficij esse simoniacam, quæ aliàs non esset, vnde si donatarius procurat pro donante,est simonia,ita Innoc.in cap.tuam.de æta. & qualita. vbi per hoc Innocen. exclamat contra Cardinales procurantes beneficia pro seruitoribus suis.& ita refert,& sequitur Angel.in d.l.sed & si lege.§.consuluit.de peti.hære.Sextus effectus est,quia prælatus ecclesiæ potest res ecclesiæ alienare,vt remuneret benemeritos,qui fecerunt seruitia ecclesiæ.cap.relatum. vbi Cano.in ver.iuxta seruitij.& in c.cum in officijs. de test. & ita in specie no.Bar.in l.iubemus.la seconda,in princ.per illum tex.cum glo.C.de sacrosanc.eccle.& Bart.in l. iusta causa. per illum tex.de manu.vindi.no.Ioan.And.in addi.Specu.in tit.de rebus eccle.non alien.super rub.quem refert Pau.de Cast.in d. l.iubemus.Confirmatur per illud,quod vult Bar. in l.ambitiosa.circa fin.ff.de decret.ab ord.fac.vbi dicit, quòd Anciani ciuitatis non possunt alienare res ciuitatis,nisi propter remunerãda seruitia, quia tunc possunt alienari absque consilio ciuitatis.Confirmatur per illud,quod dicit Bar.in proœ.ff.in vltima col.quòd res prohibitè alienari, ex causa remunerationis seruitij possunt alienari.alleg.tex.in l. iubemus nulli. supra allega. Septimus effectus est, quia licèt prælatus ecclesiæ non possit alienare naturam feudi.cap.ex parte.vbi Can.de feu.cap.1.qui feu.da.pos.tamen ad remuneranda seruitia recipientis potest prælatus solus alienare,& taliter concedere, quod sit solitum concedi.tex.est in cap. 2.§.2.de l.Corra.& in c.1. quemadmod. feu.ad fil.perti.& ita in specie firmat Iaco. de Bel. & Nicol. de Neap.in c.1.in princ.qui feu.da.pos.Iaco.Alua in eo.c. in pen. colum.& Do.Card.Flor.in c.ex parte,in 4.q.de feud. Octauus effectus est,quem ponit Iuriscon. in l. viuus libertus.ff.si quid in frau.patro.facit tex.in l.1.ff.eod.titu. & per illam l. viuus libertus.dicit Barto.in l.ambitiosa.in 1.colum.in fin. & seq.ff.de decret.ab ord.fac.vt hic per eum.ideo in d.l. viuus. potest esse, quia quando libertus in vita donat,potest adhuc lucrari, dato quòd diminuat legitimam patroni, sed in vltima voluntate cessat ista præsumptio.sed vide glo.solennem in l. patronus. j. de proba.vbi glo.disputat intellectum l.viuus. Nonus effectus est,quia minor etiam cum decreto iudicis non potest donare res immobiles.l.fin.circa medium.C.si maior factus.l.1.§.1. ff. de tute.& ratio. dis. tamen ad remunerandum seruitia potest minor sine decreto alienare rem immobilem.ita Roman.in l. si ante nup.ff.solu.matr.nihil tamen alleg.in specie,nisi quadã generalia.Reperio,quòd Dom.Franc. Aret. consuluit contrarium consi.24.incip.Quatuor dubia potissimè discutienda veniunt.in vlti. colum. vbi bene fatetur, quòd pupillus cum auctori. tuto. potest facere donationem remuneratoriam in re mobili,sic intelligit tex.in l.cum plures.§.fina.ff.de admini.tut. ad idem alleg.l.qui filium.ff.vbi pup.edu.debe.tamen de re immobili non potest remunerare.facit cap.cum in officijs de testi.vbi pro remuneratione seruitiorum licitum est prælato cõcedere rem immobilem ad vsum pro modico tempore,non autem transferre dominium,& dicit Domin.Francis. ꝙ ita est intentio tex.in l.fin circa medium.C.si maior factus. Sed parcat mihi dignitas sua,tex in l.fina.nihil dicit de donatione remuneratoria,sed Domi.Franc.intelligit in generalitate.Reperio,quòd istum passum tangit,& relinquit sub dubio Paul. de Cast.consi.11.incip.in casu præsenti visis omnibus.Quid tenẽdum?Pro opin.Ludou.Roman.contra Domin.Francis. allego duos tex.Primò tex.in l.2.C.si aduer.dona.vbi ad remunerandum non fuit licitum donare rem immobilem pupilli, eo ꝗa non interuenit decretum iudicis, ergo si fieret à pupillo cum auctoritate iudicis valeret.Pau. de Cast. perpendit de illo text. & dicit,quòd in illo tex.non valet illud argumentum à contrario sensu,sed ista ponderatio non est bona,quia tex.in d.l.secũda,de donatione remuneratoria verbũ nullum. Secundò ponderа tex.quòd minor non potest alienare rem immobilem,& multominus potest donare, deinde subdit illud esse verum sine causa.Pondera illud sine causa,quia vult quòd minor rem immobilem possit donare cum causa, sed iusta causa est pro remuneratione,tex.in l.cum in plures.§.penul.in fine. ff.de administ.tuto.& sic isti tex.sunt pro Lud. & nihil contrarium est præter generalitatem d.l.fin.Decimus effectus, quia licèt aliàs stipulatio sine causa non valeat,quia obstat exceptio doli.l.secunda.§.circa.ff.de excep.dol.tamen si præcedat obligatio antidoralis,facit valere stipulationem in effectu,sicut sola conditio habetur pro causa.l.à Titio.ff. de verborum obligat. l. cum ad præsens. supra si certum petatur. sicut benemeriti faciunt valere donationem sine insinuatione.Item quia præcedentib. meritis actus dubius cẽsetur donatio. Vndecimus effectus est, quia gratum seruitium facit pręsumi remissionem iniurię pręcedentis.tex.in l.in præsens.& ibi Bald.C.fami.ercis. vbi not. ꝙ si inimici faciunt ad inuicem seruitia grata,præsumitur remissa inimicitia.Confirmatur,quia si filius commisit causam ingratitudinis erga patrem,gratitudo,& seruitia postea sequuta tollunt ingratitudinem præcedentem. Bald. in l. liberti. C. de inoffi.testam.traditur per Modern. in l.1. ff.solu. matrimon.& in l.fratres.C.de inoffic.testam. Duodecimus effectus ponitur per text.in l.idem.§.fina.cum l. sequen. & in principio sequentis.ff.manda.Et signa,quòd obligatio antidoralis est potens facere competere actionem,quæ aliàs non competeret. Decimustertius effectus est, quia si antidora deducãtur in pactum, committitur vsura, exemplum. seruio tibi de tanta pecunia gratis,cum pacto,quòd si contingat in futurum me egere, tenearis mihi gratis seruire.glo.in c.plerique.in glo.fina.14. qõ. 3. D.Abb.in cap.consuluit.in fi.de vsur. & latius Dom. Laur. de Rod.in repe.d.c.consuluit.in 1.colum.facit quod no.glo.in statuto Bergomensium.in clem.1.in verbo onera, de vsur. quòd obligatio antidoralis facit committi furtum. Decimusquartus effectus est,quia licèt furtum non committatur nisi cõtrectetur animo lucrandi.§.furtum.Insti.de oblig.quæ ex deli.nasci.tamen quando contrahitur obligatio antidoralis, facit ne dicatur fieri lucrum,vt committatur furtum,tex. in l.si pignora.in princip.ff.de fur. Decimusquintus effectus est, quia licèt aliàs donatio reuocetur per superuenientiam liberorum. l. si vnquam.C.de reuo.don.Bart.in l.Titia.§.Impetator. ff. de leg. 2.ratio sumitur ex l.cum auus.ff.de condi.& demon.l.cum acutissimi.cum simil.C. de fideicommis. tamen donatio remuneratoria non reuocatur per superuenientiam liberorum. Ange. in l.si vnquam.supra alleg. mouetur, quia illa lex debet intelligi in donatione, quæ ex mera liberalitate procedit, sed donatio remuneratoria non est propriè donatio.l.si pater.§. fina. de donatio Bar.in proœ.ffórum in penu.colum.Illam decis.Ang. sequitur Ludou.Roman.consi. 2.incip. Pro decisione eorum, de quibus dubitatur.in 5.colum.in l.si verò.in 48 fallen. sol.matrimo.Dom.Alex.consi.25.incip.Præclarè.ad fi.lib.2. & consi. 39.incip.Super primò,quo quæritur,in tertio dubio princip. & consi.74.incip.Quantum autem ad primam par. in 5. colum. in fi.in 3.volu. & signa istum effectum.Decimussextus effectus est,quia licèt donator non teneatur vltra quàm facere possit, hoc est,deducto ne egeat.l.sunt qui in id.ff.de re iudic. tamen donator propter benemerita tenetur vltra quàm facere possit. ita tener Ang.in l.non tantum.& ibi Alex.sequitur.ff.de re indi. etiam Alex.in l.sunt qui in id.supra alleg.Roman.consi. 25. incip. Pro decisione eorum,in pen.colum.Decimusseptimus effectus est,quia licèt quando donatio incipit à traditione,donator non teneatur de euict.l.Aristo.§.fina.vbi glo.& Barto. ff. de dona. tamen in donatione remuneratoria donans tenetur de euictione.Ita Bar.in l.Iulianus.§.qui fundum.ff.de verbo.oblig. & in l.idemque.§.fina.ff.mand.& expresse ita consuluit Alexã. consi.44.incip.Visis instrumentis diuisionis.in 3. colum. lib. 3. Decimusoctauus effectus est,ꝗa licèt aliàs donatio vltra quingentos aureos sine insinuatione non valeat,per Bar.in l. Modestinus.ff.de dona.in l.illud.C.de sacrosanct. eccles.tamen donatio,quæ fit propter seruitia præcedentia, non requirit insinuationem,glo.in l. Aquilius regulus.vbi Barto.& Imo.ff.de dona. cum concord.vt per Alex.ibi probatur per tex.in l.fi. in princ. iuncta glo.& ibi no.Ang.C.de iure do.No.idem Angel.in l.sed &

& si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæred.Limita prædictos omnes
effectus procedere,dum viuit ille,qui seruitia recepit, sed eo
mortuo,cùm sint personalia, non durant effectus. Barto. in l.
ambitiosa.ff.de decre.ab ordi.fac.in 1.col.ad fi.& seq.Istos eos-
dem effectus obligationis antidoralis ordinatius,& plenius po
sui in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iur.¶Not.tertiò,quòd facta re-
peti non possunt.concor.l.pen.ff.de præscri. verb.quod tamen
non est generaliter verum,vt patet in traditione vacuæ posses-
sionis,vt declarat Barto.in l.si quis accepto. & l.si pecuniam.in
9 prin.ff.de cōdi.ob causam.¶†Quartò no. ꝙ natura condictio-
nis indeb.est,vt ad illud solùm cōpetat,in quo recipiens est lo-
cupletior effectus.facit l.indebiti.§.sed & si nummi.supra cod.
glo.in l.in hac, in glo.mag.in fi.ff.de triti.& dicit Bart.in l.quod
indebiti.sup.eod.quòd hic est text. magis clarus de hoc quàm
in aliqua parte iuris.Similiter petitio hæreditatis non datur cō
tra bonæ fidei possess. nisi quatenus est effectus locupletior. l.
sed & si lege.§.consuluit.ff.de peti.hæred.Moder. in l. indebiti.
§.sed & si nummi.supra eod. Verum operæpretium est scire,
quare condictio indeb.non datur nisi ad id,in quo recipiens fa
ctus est locupletior,licèt mutuum & condi.indeb.æquiparen-
tur.§.primo,Insti.quib.mod.re contrahi.oblig.& ad mutuum
competit actio ad id, quod datum est in genere, non autem
inquantum effectus est locupletior. Ratio huius regulæ est,qa
recipiens obligatur vltra intentionem suam, quia non recipie-
bat animo se obligandi. Similiter soluens habet actionem vl-
tra intētionem suam,quia soluebat animo liberandi. l.si is cui.
§.fin.ꝟ.commo.tamen,quia æquitas naturalis dictat neminem
locupletari cum aliena iactura.l.nam hoc natura.supra eodē,
propter æquitatem ne quis locupletaretur cum aliena iactu-
ra, datur condictio indebi. inquantum recipiens locupletatur.
Istam regulam videtur limitare Bar. si bene inspexeris in l. in-
debiti.§.sed si nummi.supra eod.vt procedat,quando soluitur
res in specie,secus si solueretur in genere,vel in quantitate, qđ
10 vltimum,an sit verum,tangit in d.§.sed si nummi. ¶†Quin-
tò no.ex tex.in ver.cum patrono,quòd si inter patronum,& li
bertum esset quæstio de operis officialibus,posset super eis trā-
sigi,& consequenter potest fieri compromissum,& ita ad hoc
11 no.istum tex.Angel.hic. ¶†Sextò no.ibi,fabriles veluti picto-
rias. hic esse tex.contra Barto.& sequaces.nam tenet Bar.quòd
operæ fabriles dicantur, quas homines sciunt facere sine do-
ctrina magistri.hic est tex.in contrarium,vbi operæ fabriles di-
cuntur,quæ non habentur sine doctrina,& ita contra Bar.pō-
derant Ang.& Moder.qui dicunt, ꝙ verbum fabriles, est gene
12 rale,de quo puncto dicemus in glo.mag.†Septimò not. ꝙ ex
varietate personarum variantur operæ,licèt aliquando ex cō-
sensu partium vna subrogetur loco alterius,quando sunt duo
eiusdem peritiæ,& artis.l.nemo.& ibi Barto.ꝟ. de duobus reis.
¶Octauo not.ꝙ etiam in eadē persona operæ vnius diei sunt
diuersæ ab operis alterius diei,ideo tex.in §.primo,in Authen.
de instr.cau.& fide.detestatur probationem,quæ fit ex compa
13 ratione literarum.¶†Nonò not.regulam,ad quàm allegatur
iste tex.ꝙ ea quæ variantur ex tempore, non reputantur vni-
formia.Hinc est,quòd in his quæ variantur ex tempore de pre
terito,non infertur in præsens. ideo probatio testis de præteri-
to non infertur in præsens, in his quæ tempore variantur, vt
est de paupertate, vt si testis probat talem tali tempore fuisse
pauperem,non sequitur,ergo nunc est ita.Ita Bar.in l.in confir
mando.ff.de confir.tut.no.in l.2.& in l.siue possidetis.C.de pro
14 bat.in l.precia rerum.vbi Doc.ff.ad l. falc. ¶†Decimò not. ex
tex.ibi,vel si meis sumptibus preciosiorem hominem feci.hic
esse tex.no.quòd recipiens hominem indebitum, si eum red-
dat preciosiorem,non potest repetere, aut retinere æstimatio-
nem eius,quo preciosior est. Et si dicatur, est contra regulam.
l.si in area.ꝟ.eo.puto(licèt Docto.non declarent)ꝙ ratio huius
tex.est.quia in homine reddito preciosiore talis qualitas me-
liorationis est intrinseca.& inseparabilis ab homine, ideo non
consideratur ad impediendam condict. indeb.sed quando est
melioratio extrinseca,& separabilis à re,tunc procedit text. in
d.l. si in area.¶Vndecimò no.quòd illud, quòd omni iure est
indebitum,quocunque errore soluatur, semper potest repeti,
patet in hoc tex.in operis artificialibus, quia non sunt debitæ,
ideo quocunque errore soluantur,possunt repeti,glo. & Bart.
15 in l.1.supra eod.¶†Duodecimò no.ꝙ quando solutum inde-
bitē est tale,ꝙ non potest repeti,repetitur eius æstimatio. Ad
idem est tex.in l.pen.ff.de præscrip.vers.tex.in l. quod indebitū.
supra eod.& in simili tex.in §.fin.Insti.de offic.iudic.& in l.non
16 amplius.§.cùm bonorum.ff.de leg.1. ¶†Decimotertiò not. in
ver.sed & si delegatus.quòd operæ officiales non possunt alij
delegari,vt est tex.hic,& in l.4.ff.de nouat. Rō est,qa cohærēt
personæ.l.operæ in rerum.ff.de oper.lib.ergo delegari nō pos-
sunt.l.vnica.§.ne autem.C.de cad.tollen. Hinc est, quòd si cō-
duxisti seruum,vt tibi seruiat per annum in domo,non potest
alicui delegari. Limita tamen, quòd quamuis delegatio non
possit fieri in operis officialibus,verum est, quòd fieri non po-
test,tamen si fiat,delegans liberatur ope exceptionis.ita Barto.
in l.4.ff.de don.Modern.hic in vlti.not.facit tex.in l.fin.§. cùm
17 mihi.ff.de verbo.oblig.¶†Decimoquartò no.ibi,non teneri.ꝙ
si patronus delegat alij operas officiales,quòd libertus non te-
netur,sed istud videtur mirum, cùm delegatio fiat mediante
stipulatione liberti delegati.l.j.ff.de nouat.ex quo libertus ꝑ sti
pulationem promisit, mirum est quare libertus non teneatur,
sed respondetur rationem esse,quia tales operæ sunt insepara-
biles à persona patroni, & alteri, quàm patrono præstari non
possunt,vt dicit tex.in l.operæ in rerum.ff.de oper.lib. ideo ra-
tione inseparabilitatis libertus etiam per stipulationem pro-
mittens mero iure non tenetur,text.est quem no.Bal.in l.liber.
18 in 2.colum.de oper.lib.¶†Decimoquintò not. ꝙ operæ fabri-
les possunt alteri delegari.Ratio, quia tales operæ personæ nō
cohærent,ergo delegari possunt.Nunquid autem liberti vassal
li possint inuiti alteri delegari,vel cedi? ponit Bar. hic in penul.
colum.vbi dicitur,ponunt Docto.in l.2.in princ.ff. solu. matri.
19 gl.in l.inuitus.C.de fideicom.lib.¶†Decimosextò, & vlti. not.
ibi,quia suum recipit,licèt tex.se non declarat. Ratio est, quia
ad hoc,vt sit delegatio,requiritur,ꝙ ille,cui delegatur,sit credi
tor.ita glo.ordi.in l.quamuis.§.si mulier.ff.ad Velleian.declara
ui in l.singularia.supra si cer.pet.¶Glo. 1.in ver. debere, primò
timore taciti contrarij,quia tex. videtur sibi contrarius, dum
primò dicit,quòd libertus putabat se debere, & sic innuit, qđ
verè non debebat,deinde infra dicit, quòd natura operas de-
bet.glo.declarat tex.& bene. Secundò per viam quæstionis op
ponit contra tex.& soluit.Secunda ibi,sed nōne. ¶Ex tota ista
glo.habes elicere sex conclusiones. Primò habes intellectum
ad tex.quòd loquatur in prima parte de operis obsequi alibus
* tenet solus Alber.hic,*alij omnes indifferenter reprobant*. Primò, qa
obsequalis non est propriè opera,prout etiam fatetur in glos.
magna,quia potius dicitur honor, seu reuerentia. istud patet
ex diuersitate titu.ff.& C.cùm sit de per se titu.de obsequijs.itē
titu.de ope.liber. Tertiò, quia opera conuenit solùm libertis:
ideo rub.dicunt de oper.liber.nam filijs non possent imponi ēt
per expressam stipulationem.text.est no. in l.pen.ff. si quis à pa
ren.fue.manu.Bal.in Authen. ex testamento. in 10. colum. C.
de colla.obsequium autem est commune ad libertos,& filios,
ideo simul ponitur in rubr.de obseq.à lib.& libe.&c. Præterea,
& quartò operæ obsequiales debentur taliter, quòd ad eas po
test libertus compelli,vt hac glo.Ergo de illis non potest loqui
20 iste tex.†Secundò habes ex hac glo.secundum Bar.ꝙ quando
soluitur ex vna causa,ex qua est indebitum, potest retineri ex
alia causa,ex qua est debitum. facit.l.cum in corpus. ff. de acq.
rer.dom.Et ex hoc habes tertiò notare limitationem ad regu-
lam,quam posui in §.si centum.in vlti.no.supra ead.l.ꝙ res tra
dita non potest pro alio debito retineri, est verum nisi sit tra-
dita pro debito putatiuo,quia tunc pro vero debito potest re-
21 tineri,ita probat iste tex.iuncta glo.† Quartò habes ex hac gl.
limitationem ad omnia iura,quæ habent, ꝙ quando soluitur
debitum naturaliter tantum,debet distingui, si soluatur errore
facti,debet repeti,secus si errore iuris.l.error.C.ad l.fal.glo. in l.
1.supra eodem,quia illa iura limitantur,nisi esset naturalis ob-
ligatio redacta ad necessitatem præstandi, quia impedit indi-
22 stinctè repetitionem soluti.†Et ex hoc habes quintò correlatiè
notare,ꝙ idem iudicamus quo ad impediendum repetitionē
de debito naturaliter tantum,ad quod quis possit cogi per offi
cium iudi.sicut si esset debitum efficax omni iure, ad qđ actio
competeret.Et ratio est,quia officium iudi.loco actionis succe
dit.l.in causæ.§.causa cognita.ff. de mino. ideo tunc requiritur
libellus,vt declarat Bar.in l.nec quicquam. §. vbi decretum. ff.
23 de offic.procons.& leg.†Sextò habes ex hac glo.ꝙ libertus po-
test cogi per officium iudi.ad præstandum patrono operas of-
ficiales,vnde pondera,cùm illæ consistant in præstando reuerē
tiam.Habes septimò notare,quòd libertus potest cogi per of-
ficium iud.vt præstet reuerentiam patrono, adde ꝙ idem est
in alio priuato,quia inferior dignitate,vel nobilitate potest per
officium iudi.cogi,vt cedat maiori in sedendo,& alijs reueren
tialibus,secundum Ioan.Fab.in §.aliam.Instit.de bon. poss.vbi
dicit hoc sæpè euenire de facto in vxoribus nobilium, quarū
vna vult prima sedere in ecclesia, & prima offerre. Dicit tn̄,
ꝙ propter hoc non posset agi actione iniuriarum,per tex.not.
in l.iniuriarum actio.§.si quis de honoribus.ff.de iniu.Tu adde,
ꝙ in hoc vltimo contrarium tenet expressè Bal.in l.obseruare.
§.antequam.in fi.de offic.procons.& leg. quòd imò potest age
re actione iniuriarum,& armata manu resistere, vt ibi per eū.
Adde etiam tex.no.in c.præcipimus.92.dist. ꝙ si inferior vadit
temerè ad locum maioris, debet inde expelli,& perdere locū
consue-

consuetum, & vltimum habere. Breuiter, quia intellectus glo. ad hunc tex. est falsus, vt prædixi, tene intellectum, quem posui in euidentialib. ꝗ prima pars loquatur de operis officialibus respicientibus personam patroni, secunda de operis artificialibus. quantum verò ad contrarium. l. error. solu. glo. in se potest esse bona, sed non conuenit ad hunc tex. vt prædixi, ideo intellige istum tex. secundum distinct. d. l. error. ¶Glo. magna fin. in ver. natura. diuide in quatuor partes prin. Primò declarat text. se remittendo. In secunda ponit diuisionem operarum. In tertia prosequitur operas officiales. In quarta prosequitur operas fabriles, & artificiales simul. Secunda ibi, quia operarum. Tertia ibi, obsequiales. Quarta ibi, sed fabriles. Venio ad secundam
24 partem, in qua iacet fundamentum totius materiæ. †Quotuplex sit operarum species, in quo gl. & postea antiq. Doct. vario modo locuti sunt, vt refert Bart. & plenius Cyn. & Bal. in d. l. liberti. Bar. vltimò dicit, quòd quatuor sunt species, sed inquantum dicit fabriles esse, quæ natura discuntur sine arte, malè dicit, & contra hunc tex. in vers. fabriles veluti pictorias. facit. l. quoties. in princ. ff. de ope. libe. Item inquantum constituit incertas operas tanquam speciem de per se, malè loquitur, quia semper continentur sub altera ex prædictis, & quamuis videātur incerta quantum ad prolationem verborum, tamen certificantur habito respectu ad operas, quas libertus scit, aut solet præstare, & ita declarat ipsemet Barto. in 7. colum. in versic. dicitis vos. & in penult. colum. in versicu. & prædicta faciunt. & iuxta hoc dubitat Alexan. hic in 4. col. quando libertus sciret multas operas, cuius esset electio, & dicit, ꝗ non reperit bene declaratum, sed putat, ꝗ esset electio ipsius liberti tanquam promissoris, per l. qui ex pluribus, & l. quicquid astringendæ. in princ. ff. de verb. oblig. & est de mente Barto. in 3. colum. in ver. item contra dictum Ioan. Ego autem tactum inuenio, quòd imò electio, vel declaratio est ipsius patroni, cui lex hoc permittit, ita expressè tenet Barto. in d. l. liberti. in 5. colum. & expressè Ang. hic, facit tex. in l. operæ enim. ff. de oper. liber. Tene tu, ꝗ duæ tantum sunt species operarum. s. officiales. item fabriles, vel artificiales, quas capio pro eodem, prout capit text. hic, & alibi sæpe, præcipuè in l. operæ in rerum. in princip. ff. de ope. lib. ¶In ea. glo. ibi. l. venia. C. de in ius voc. vltra declarationem Bar. & additionem ad hanc glo. posset probabiliter dubitari, an quemadmodum libertus non potest vocare in ius patronum, vel eius hæredes etiam extraneos, nisi impetrata venia, aliàs incidit in pœnā. 50. aureorū idē sit in vasallis, vel feudatarijs? & certè æquiparatio quam fecit in princip. huius. §. probat clarè, ꝗ sic, & ita tenet Spe. in tit. de feu. §. quoniā. vers. 17. contrarium tenet glo. ordi. in c. 1. ver. salua reuerentia. & ibi Bal. circa fin. de mili. vasal. qui contu. est. Ioan. Fab. in §. & in eū. Insti. de act. Ioan. de Pla. in l. 1. C. de colo. thracens. lib. 11. Alexā. in l. generaliter. in 3. colum. ff. de in ius vocan. vbi dicit, quòd
* *ista est communis opi.* fundamentum eorum est, quia hæc est dispositio pœnalis, vnde non debet fieri extensio. Tu considera ea, quæ dixi in princip. huius. §. vbi non solùm in materia pœnali respectu. 50. aureorum, imò in materia pœnali priuationis totius feudi fit extensio à libertis ad vasallos, & multum facit tex. in illo cap. 1. in versicu. salua reuerentia. Secundò, quia edictum de in ius voc. ex parte personarum, quæ in ius vocari nō debent, reputatur fauorabile, ita dicit glo. approbata in l. sed si hac. §. fina. ff. de in ius vocan. glo. in l. apud Celsum. §. aduersus. ff. de excep. do. glo. in l. 2. C. de in ius vocan. Tertiò propter authoritatem Specu. ita tenentis, qui vtitur æquiparatione à libertis ad vasallos, in. tit. de feu. §. quoniam. vers. 18. & sic videtur, quòd ista pars possit defendi contra communem. Vltimò non omitto inquantum Barto. & omnes indifferenter hic tenent, quòd operæ officiales, capiendo operam propriè, exemplificantur, hoc est, quod libertus seruiat patrono in mensa. Ego dubito, ꝗ non sit diurnum officium, iuxta diffinitionem. l. 1. ff. de oper. libe. & per hoc Barto. ipse reprehendit Azo. in 5. col. in versic. redeundo ad principale propositum. Nisi tu subtilis inuestigando intelligeres diurnum officium aptitudine, non actu, consi-
25 dera si Barto. habuerit istum intellectum. † Et inquantum gl. concludit, quòd operæ obsequiales in non faciendo transeunt ad hæredes extraneos. Adde, vt habeas vtilitatem in practica, quòd similiter iuspatronatus ecclesiæ transit in extraneum hęredem. glo. est not. & ordinaria in capitu. considerandum. 16. quæstio. 7. not. Sali. in l. 2. circa princip. C. de in ius vocan. Ang. in l. fin. C. de ope. lib. Pet. de Anchar. consi. 79. incip. prima facie videtur dicendum. Istam conclusionem, quam Cano. non habent tactam, potes limitare dupliciter. Primò potes limitare ꝑ illud, quod vult glo. approbata in capitu. pastoralis. §. rursus. in ver. subiecti. de iudic. vbi glo. concludit, quòd per confiscationem omnium bonorum factam per iudicem secularem, non confiscatur iuspatronatus ecclesiæ, dato quòd transeat cū vniuersitate bonorum, ad quemcunque laicum, glo. in l. si operarum. ff. de ope. lib. & in l. quædam. ff. de acquirē. rerum domin. Secundo pro limitatione adde, quòd licet iuspatronatus ecclesiæ transeat in hęredem extraneum, tamen non transit in fideicommissarium vniuersalem, ita singul. Barto. in l. quia proinde §. primo, per illum tex. ff. ad Treb. refert, & sequitur Imol. in l. si patroni. in princ. eod. titu. & dicit hoc non esse tactum à Canonistis. Adde tu, ꝗ idem tenet Bal. in l. cum virum. in vlti. colum. C. de fideicom. & in l. fin. in pen. colum. C. de edic. diui Adr. tollen. Confirmatur ista conclusio, quia etiam iuspatronatus, quod habet patronus in liberto, non transit in fideicommissarium, vt firmat Pau. de Cast. in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. facit glo. in l. sciendum. ff. de verborum signific. glo. in l. si patroni. ff. de oper. liber. ¶Sum in quarta parte princ. glo. ibi, sed fabriles. q̄ videt valde obscura. Subdiuide in tres partic. Primò declarat, quæ dicantur operæ fabriles, & quæ artificiales. Secundo, qualiter imponantur. Tertiò, qualiter differant, ponendo sex differentias. Secunda ibi, de his autem. Tertia ibi, differunt autem. Aduerte, quia circa istas differentias glo. Bart. se inuoluit, sed quamuis non sit de mente gl. tamen debes intelligere, vbi glo. facit mentionem de operis incertis, seu fabrilibus, ꝗ loquitur de officialibus, & sic de cohærentibus personæ, & sic propone tibi in animo, quòd glo. ponat differentias inter operas officiales ex vna parte, capiendo incertas pro officialib. & operas fabriles, seu artificiales ex alia, capiendo vtrasque pro eodem. Hoc modo differentiæ glo. sunt bonæ. Nam prima, quòd officiales non cedunt nisi indicantur à patrono, rationabilis est, cùm respiciant seruitium personæ patroni, vt hic declarat Barto. Secundam differentiam inducit Bart. in pe. colum. & clarè decidit (si bene inspexeris) quòd si conduxisti operas seruitoris, vel famuli vt te associet per ciuitatem, vel tibi seruiat in domo pro certo precio, non potes alteri concedere eo inuito, secus si conduxisti, vt expendat in domo, vel vt solicitet prædia tua, tunc eo inuito posses alteri concedere, q̄d pro certo vnicuique videtur alienum. cum Barto. tenent Ang. & Fulgos. & hic, & Bald. in d. l. liberti. in 6. colum. Pau. de Castr. in l. secunda, in princip. ff. solu. matrimo. vbi limitat, nisi qui delegaretur, posset aliquod incommodum rationabile allegare. Est verum, quod contrarium voluit Barto. in d. l. 2. in princip.
26 & ibi Imo. perpendit. dic vt ibi latè ꝑ D. Alexan. † Adde etiam in materia, quod vassalli inuiti non possunt alienari per dominum. glo. reputatur singularis in l. inuitus. ff. de fideicommis. liber. tex. in cap. 1. §. præterea ducatus. de prohi. feu. alien. per Feder. Bald. in cap. primo, §. si quis miles. in primo not. per illum text. quo tempore miles. & in l. in testamento. C. ad leg. Falc. & in l. 1. circa fin. de restitu. spolia. & in l. debitorum. vbi etiam Salicet. & Pau. de Cast. C. de pac. Specu. in titu. de feu. §. quoniam. versic. 29. Abba. in cap. auditis. in 11. colum. de præscrip. vnde dicit Bal. in §. in generali. si de feu. fuer. contr. inter dom. & agn. aleg. Hostien. in cap. dilecti filij. de maiorita. & obed. & ibi Ioan. Andr. in nouella. quòd Rex Franciæ non posset alienare vnam
27 de ciuitatibus Regni sui, inuitis ciuibus illius ciuitatis. † Et ꝗ Constantinus Imperator fecit Romanos consentire, quando donauit vrbem Romanam Papæ Syluestro, & etiam per Angel. & Imo. in l. 1. § si hæres. ff. ad Trebel. facit quod not. Bartol. in l. si is qui. §. fina. de pigno. Limita istam conclusionem, quòd vasalli inuiti non possunt alienari in alium principem, verum est, quando de per se alienarentur, secus si alienarentur cū vniuersitate territorij. ita Bald. in cap. fin. in 2. colum. de offi. deleg. glo. & Bald. in cap. imperialem. §. præterea ducatus, de prohib. feu. alien. per Feder. Dom. Abb. in consi. 110. incip. Vtar in præsenti causa. in 2. quæstio. Dicit fortius Bald. in cap. 1. §. ex ea. de lege Corra. quòd etiam tunc possunt vasalli inuiti alienari in inferiorem, etiam in rusticum. An autem vasallus inuitus possit cogi iurare fidelitatem alteri per dominum, ponunt Bar. & alij in d. l. debitorum. & in l. 2. C. de don. Ad ista vide, quod pulchrè decidit Barto. in l. si quis. §. fina. ff. de pigno. vbi quærit, an princeps possit alienare iurisdictiones &c. Tertia differentia gl. bona est, eam intelligendo, vt proximè declaraui. intellige tamen, quòd soluendo operas officiales illi tertio non liberatur ipso iure, sed bene ope exceptionis. l. fina. §. cum mihi. ff. de verbo. oblig. secundum Bald. hic, & in l. si fundum. ff. de pactis. In quarta differentia gl. dic melius, secundum communem opin. glo. in l. suo victu. ff. de oper. lib. post Azo. & sequitur Bart. hic, quòd si libertus est diues, & habet vnde se alat de proprio, tenetur præstare operas proprijs sumptibus, & non patroni, aliàs se-
28 cus. †Ex hoc pondera tu, quòd arguendo de liberto ad vasallum, prout dixi in princ. huius. §. certè sequitur, quòd vasallus tenetur seruire, & sic præstare seruitia domino suis proprijs sumptibus, nisi feudum esset adeo tenue, quòd non sufficeret ad tales expensas. & ita tenet Bartol. in l. Mæuia. §. primo, per illum

ium tex.ff.de ann.leg.Bal.in l.qui manumittitur.ff.de oper. libe. Ludou.Roman.in l.recusare.§.si quis à filio. per illum text. ff. ad Trebel.Oldra.Lau.in consi.234. incip. factum tale est, quidam miles.quamuis idem Bald.in cap.cum ex officij.in secunda colum.de pręscrip.arg.illius tex.no.quòd vasalli debent ire ad exercitum sumptibus domini.Iuxta hanc partem gl. quærit Barto. si conduco aliquem operarium simpliciter, an tenear sibi facere expensas victus, & distinguit faciendo quatuor casus, vt hic per eum, cum quo alij tenent. & Bald. in l. liberti. in 6.colum.C.de ope.lib.aliquid Barto.in l.2. circa med. C. de nego.gest.vide tex.no.in l.fructus.ff.de oper.seruorum. & in l. quod nisi.in princ.ff.de oper.liber.Item adde in primo casu bene facere, quia contractus semper intelligitur initus secũdum consuetudinem loci, glo.in l.5.§.in commissoria.ff. de l. commisso.Barto.in l.magistratus.ff.ad munici.& in l. nemo est qui nesciat.ff.de duob.reb.Bald.in l.1.in 2.quæst.C.pro soc. Panor. in cap.cum M.Ferrarien.in 2.colum.de consti.& in cap. ad nostram.de rebus eccl.non alienan.& in cap.certificari.de sepult. In secundo casu adde, quòd contrarium tenet glo.in l.quoniã liberi.in glo.fin.C.de test.sed Bal.ibi eam reprehendit, & bene.
29 †Adde etiam, quòd Potestas, qui conducit aliquem officialẽ, tenetur ad impensam victus, & etiam ad impensam eundi, &
a redeundi.[a] ita Barto.in l.super creandis.C. de iure fis. libro 10. Angel.hic in vlti.colum. quamuis dicat, quòd cautius faciet assessor, si expressè stipuletur. Adde, quòd no.Bal.in l.1.ad fi.C. de neg.gest.latè Angel.in repeti.l. obseruare. §. proficisci. ff. de offic. proconſ. & leg. non tamen tenetur ad medicinas, & ad medicos, sed bene ad pullos, & similia, secundum Barto.in l.legatis.ff.de alim.leg.Cyn.& Bald.in l.quod in vxore.in fin. C.de neg.gest.Et quòd teneatur ad pullos, & similia, habes per Angel.Imo.& Moder.in l.si cùm dotem.§.sin autem in seuissimo. ff.solu.matr.Ang.in l.si in rebus.§.possunt.ff.commo. & in l. si
b ferum.in princip.ff.de verb.oblig.Adde etiam, quòd conducens aduocatum[b] pro certo salario in die extra ciuitatem, tenetur vltra salarium ad expensas victus nedum pro ipso aduocato, sed & pro eius famulis & equis, secundum Bal. in l. 1. C.
30 de suffrag.† Quid autem si conduxi operarium ad operandũ constituta certa mercede, an ego conducens tenear ad instrumenta ad operandum? ponunt Ang.& Imo. in l. stipulationes commodissimum.ff.de verbo.oblig.ibi tenent, ꝙ operarij debent portare omnia instrumenta, & si non habent, debeant congi ad emendum, de quo per Bald.in l.1.C.de verbo.signifi.& in
31 l.quoniam liberi.C.de test.† Quid si operarius in opere rumperet aliquod instrumentum ferreum, an conducens teneatur? habetis tex.expressum in l.2.§.si conseruatis.ff.ad l. Rodiam de iac.glo. in d.l.quoniam liberi.& ibi Bald.no.C.de test.& est gl. fina.Quid autem si frangitur res, in qua operatur? est text.in l. cum quæritur.§.si gemma.ff.loc.Quinta differen tia glo. bona est intelligẽdo, vt prædixi, & ratio est, quia cùm officiales operæ, quæ respiciunt personam, non sint præstandæ antequam petantur, vt supra in prima differentia glo.ergo fideiussor non potest prius in mora constitui, de quo per Bart.in l.cùm filius. in §.primo.ff.de verbo.oblig.glo.in l.si quis pro reo.in princip.
32 ff.de fideicommis. ¶ † Circa sextam, & vltimam differentiam glo.quia obscura, pro eius enucleatione habes ex ea tria principaliter notare.Primò, quòd si quis stipuletur operas pro se, & hæredibus, intelligitur de primis hæredibus tantum, non autem de hæredibus hæredum, vt est tex.in l.sciendum. alleg. in glo.Limita in operis obsequialibus.l.sed si hac.§.liberos.ff.de in ius vocan.secundum Barto.& Docto.hic, & in d.l. liberti. Bart. in l.si sic.circa fin.ff.de verbo.obligatio.Secundò habes ex glo. quòd si patronus stipuletur operas pro se, & filijs, filij æqualiter succedunt, etiam si essent inæqualiter instituti, vel abstinerent
33 ab hæreditate.† Istud facit secundum Barto.hic in vlt.colum. ad quotidianam decisionem, quòd si aliquis acquisiuit emphyteusim.(adde tu vel feudum) pro se, filijs, & nepotibus, ꝙ filij æqualiter succedent in tali emphyteusi, vel feudo mortuo patre, quamuis pater in testamento tales filios inæqualiter instituerit, vel etiam dato, quòd filij repudient hæreditatem patris.Ratio est, quia pater censetur stipulatus filijs vt filijs, non autem filijs, vt hæredibus. l. si tibi. §. si pactus. cum glo.& ibi Docto.ff.de pact. Adde, quòd idem quod hic tenet idem Bar, in dicto §. si pactus.circa fin.& in l.quod dicitur.in pen.columna, vbi Angel.Imo. & reliqui Modern.ff.de verbo.obliga.& in l.vt iurisiurandi.§.si liberti.ff.de oper.liber. Salicet. in l. 2. in 17. quæstio.C.de iur.emphy.Specu.in titu.de loca. §. nunc aliqua. in versicu.78.& in ver.158.Bene facit, quod singul. vult Bartol. post Dyn.in l.item videndum.§.fina. ff. de petitio.hæreditatis,
34 † quòd si frater fecit quitationem fratri de omni eo, qđ posset petere in hæreditate paterna, per hoc non impeditur petere feuda, vel partem possessionum emphyteuticarum, ꝗ nõ petuntur tanquam ex hæreditate paterna.idem tenent Ange. & Bald.ibi.& Bald.in l.1.in secunda quæstio.ff.de rer.diui. & disputat idem Barto.in Authen.si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccles. & not. per bonas rationes Bald. in consilio 337. primæ partis, incip. Quædam puella.in vltima colum.latè Alberic. de Ros. vbi ponit totum consi. Dyn. in l. tres fratres.ff. de pactis. quod extendit sing.Bald.in cap.1.in 4.colum.an agna. vel filij, etiam si talis renunciatio hæreditatis paternæ fieret cum iuramento.Ex quo secundum eum potest adhiberi noua cautela non cogitata per alium (vt ipse dicit) per quam filius non tenebitur ad debita patris, quòd repudiet hæreditatem patris, &
c postea acceptet emphyteusim, vel feudum. Ego limito[c] sing. (nec ab alio vnquam audiui) vt prædicta procedant, quando filius renuncians promisit nihil plus petere de hæreditate paterna, secus autem si filij repudiarent bona paterna per dictio-
35 nem bona, † quia appellatione bonorum bene cõtinetur emphyteusis.l.bonorum appellatio.ff.de verborum signifi.ita singul.tenet Specu.quem nemo vnquam ad hoc allegauit, in tit.
d de loca.§.nunc aliqua.versic.167.ad fin.Item limito[d] decisionem Barto.cum concord.prealleg.vt procedat in terminis, in quibus loquitur Barto.quando pater esset stipulatus emphysim pro se, & filijs: secus autem si copulatiuè esset stipulatus ꝓ se, & filijs, & hæredibus, tunc copulatiuè vtrunque requireretur, vnde si tunc renunciaret hæreditati paternæ, non posset emphyteusim retinere, secundum Barto.in d.l. vt iurisiurandi. §.si liberi.sequitur Bald.in l.tale pactum.§. fina.in princip. per illum tex.ff.de pact.Angel.Raph. Cuman. & alij Modern. in l. Gallus.§.etiam si parente. ff. de liber. & posthum. Salicet. in l. secunda, in 20.quæstio.C.de iure emphy.Ioan. de Imo. in cap. potuit.de loc.& in l.ex facto.ff.de hæredi. instituen. & latius in l.quod dicitur. in octaua & nona colum.vbi Alexan.ff.de verborum obligatio.Pau.de Cast.in l.si mihi, & Titio.eod.titulo. in l.filiusfamil.§.cùm quis.ff.de leg. 1.& in l.ex facto. §. finali. ff. ad Trebel.Alexan.de Imo.in consilio 44.incip. Viso themate suprascripto.in 1.colum.& in consilio 122.incip. Consideratis verbis instrumenti. in 12.colum.& in consilio 151.incip.Viso dicto themate.in prima columna ad fin.& duabus sequen. & in consilio 188.inci.Viso processu causæ vertentis inter Anto.in 1.colum.& consilio 4.incipien. Visis subtilissimis dubita-
* tionibus.Et ista *est communior sententia*, & in specie ad terminos nostros ita tenet Domi. Alexan. in consilio 19.5.volum.incip. Super eo, de quo quæritur visis instrumentis. in vltim. colum. Confirmatur ista opinio, quia si feudum sit acquisitum pro se & hæredibus, nunquam tale feudum transit ad agnatos, nisi sint hæredes acquirentis. ita notabiliter determinat Iacob. de Belu.& Alber.in cap primo, de eo qui sibi aut hæred.suis masculis. And.de Iser.in cap.1.§.sed hoc quoque.de success.feud. in cap.1.an agn.vel fil.Alexan. consil. 33. incip. Ponderatis his, quæ in themate narrantur.in 4.volum.imò etiam ius primogenituræ habetur iure hæreditario.Ita concludit Dom.Abb.consilio 110.incip. Vtar in præsenti causa.2.colum Oldrad.consil. 98.Reperio etiam prædicta limitari per Pau.de Cast. in l.ex facto.§ fina.per glo.ibi.ff.ad Trebel.vbi dicit Pau.de Cast.quòd est sua nouissima cogitatio, & credit verissimam, quòd prædicta doctr.procedat, quando pater acquisiuit feudum pro se, & liberis & hæredibus, tunc copulatiuè requiritur, quòd sint liberi, & hæredes, ita Barto.in locis præalleg. sed si in instrumento solùm diceretur, quòd acquirit emphyteusim, vel feudum ꝓ se, & hæredibus, illa dictio hæredibus, intelligitur idest filijs. gl. est ibi ordinaria, & sic liberi admitterentur, licèt non essent hæredes.Et secundum istam decisionem amplia doctrinam Bar. vt procedat non solùm in terminis, in quibus loquitur, quando acquisiuit pro se, & liberis, quòd liberi veniant, dato quòd non sint hæredes, sed etiam procedat, quando pater acquisiuit pro se, & hæredibus.Et si diceres, nonne ista decis. Pau.confunditur per illud, quod supra dictum est? Respondetur, quòd illa prima decisio procedit respectu agnatorum, vbi dictio hæredibus, quamuis de per se posita, tamen non potest intelligi, idest liberis. gloss. est ordinaria in illa l. ex facto, §.fina. ¶ Tertiò princip.habes ex gloss. quòd si patronus stipuletur operas officiales

ADDITIONES.

a ¶Redeundi.Adde Rom.consi.346.Dec.in c.bonæ.col.2.de appel. Riminal. in l.edita, C.de eden. MASVER.

b ¶Conducens aduocatum.Adde Io.Andr.in reg.contractus.de regu.iur.lib.6. in mercur.

c ¶ Ego limito. Adde Andr. de Isern. in capitu. 1.ad fin.de cap. qui cur.vendi. BELLAC.

d ¶Item limito.Ad hanc limitationem adde Alex.lib.5. consi.28.col.fi.ver.confirmari.Dy.in l.3.col.2.C.quando non pet.par.Alex. libro 1.consi. 80.col.5. PVRPV.

ciales ſibi,tales operæ pro tempore præterito tranſeunt ad li-
beros etiam non inſtitutos, non autem ad extraneos etiam li-
te conteſtata, niſi condemnatio facta ſit. Artificiales verò , &
ſic reales operæ nedum tranſeunt ad filios , ſed etiam ad ex-
traneos. vt habes in gloſſ. Et per iſta cum laude Dei remanet
expeditus præſens. §.

SVMMARIVM.

1 *Caſus , in quo habet locum repetitio , licèt ſolutio non ſit facta per errorem .*
2 *Eadem ſolutio non poteſt operari liberationem, et inducere repetitionẽ.*

§.Si decem. Si ſoluatur pars vnius ex rebus alter-
natiuè debitis,an inducatur repetitio,
vel contingat liberatio , poſterior ſolutio declarabit . hoc pri-
mò.Et in obligatione alternatiua ſi ſoluatur pars in diuerſis re
bus,non inducitur liberatio obligationis,etiam in diuerſis hæ-
1 redibus.hoc dicit vſque ad fin.legis.¶†Not.ex hoc tex. caſum,
in quo competit condictio indebiti ad repetendum ſolutum,
quamuis ſolutio nõ ſit facta per errorem , & ſuper hoc Raph.
Fulgoſ multum dubitat,& relinquit cogitandum,quia ſecun
dum eum ad hoc,vt habeat locum condictio indeb. duo co-
pulatiuè requiruntur.primò, quod indebitum ſit ſolutum. ſe-
cundò,quòd ſit ſolutum per errorem, vt patet per diſcurſum
titu. Tu reſponde,quod requiritur ſolutionem fieri per erro-
rem,quia ſi fieret à ſciente,induceretur donatio.l. 1. & ibi dixi.
ſupra eod.tunc enim requiritur error, vt excludatur præſum-
pta donatio,ſed in hoc tex.vbi ſolutio de quinque fuit facta à
ſciente , non poteſt cadere præſumptio donationis , ſi poſtea
ſoluatur Stichus,poſſunt repeti prima quinque, quæ nũc ſunt
effecta indebita,quamuis error non interuenerit,facit tex. in §.
2 primo,vbi Barto.& alij.ſupra eadem l.¶†Secundò no.ex text.
ibi,nam ſi liberor,quòd eadem ſolutio non poteſt operari li-
berationem , & inducere repetitionem facit. §. ſi centum. ſu-
pra eadem. l. & text. in l. cum is. §. primo. ſupra eodem. & l.
qui hominem. §. finali. ff. de ſolutio. niſi diuerſis reſpectibus.
tex.eſt,& exemplum in l.in numerationibus.ff.de ſolu. ¶ Vlti-
mò per hunc tex.decidit pulchram quæſt.Bal.in l. 1.in 14.q. C.
de his quæ pœnæ nomi.quòd ſi teſtator grauauit hæredem,ꝙ
intra menſem daret decem Titio , aliàs Titius haberet talem
fundum,quòd ſi hæres ſoluerit nouem tantum, poteſt Titius
reſtitutis illis nouem habere fundum inuito hærede, per hunc
tex.refert & ſequitur Pau.de Caſt.in l. 5.§.fin.in vlti.col. per gl.
ibi,quam ad hoc põderat.ff.de ver.oblig. Tu conſidera, quòd
tex.iſte venit à remotis,cùm hic eſſet debitum alternatiuum,
quod non eſt in quæſtione Bal.niſi Bal.conſiderauerit , qđ ha-
bet magnam ſimilitudinem cum debito alternatiuo, & vide
quod decidit Bar.in l.ſi inſulam.in 4.q.ff.de verb.oblig.¶Gloſ.
in ver.non perimi.diuiditur in tres par. Primò opponit contra
tex.& tripliciter ſoluit,ſed nulla earum eſt bona.Secundò alle-
ga.concor.ad tex.Tertiò opponit contra tex.& bene ſoluit.Se
cunda ibi,cum hoc autem dicto. Tertia ibi , item contra.j.de
ſol.Circa primam par.dic,quòd prima ſol.gl. non valet , quia
ex quo perimit partem,ergo negat totum peti poſſe per regu.
l.maritus.C.de procu.& l.cum prætor.ff. de iudi. Secunda ſol.
glo.quòd ibi ſit diſiunctio legis,nihil valet,quia illo modo tex.
eſſet de indubitabili.Tertia ſol.deſtruit illum tex. vnde vera ſo
lutio eſt ſecundum Pet.de Bellapert.& Doct.quòd iſte text.lo-
quitur in vera ſolutione,vbi ſolutis quinque , ſi contingeret li-
beratio in illis quinque,poſſet poſtea ſoluere partem Stichi.Et
ſic ſequeretur abſurdum , quòd deberet habere ſolutionem
in parte vtriuſque contra mentem contrahentium , & contra
l.in executione.§.pro parte.ff.de verborum obligatio.lex con-
traria loquitur in acceptilatione , & ſic in ficta ſolutione , vbi
creditor nihil recipit,vnde ſi poſtea ſoluatur pars Stichi, illam
ſolam habet,& ſic ceſſat abſurdum dicti. §.pro parte , & per
hæc remanet expedita iſta lex.

SVMMARIVM.

1 *Ratione contractus,vel quaſi quis ſortitur forum.*

LEX XXVII.

QVi loco certo. Bar.dum vult decla-
rare iſtam legem,eã
multum intricat. Ego planius declarabo,quàm ip-
ſe faciat,& hoc dicit. Putatiuus debitor ſoluens in
aliquo loco indebitum , poteſt illud quocunque loco repete-
re,etiam vbi ſoluit.hoc dicit ; & rationem dubitandi ponit gl.
quia non erat erratum quo ad cætera loca,vnde videbatur,ꝙ
in cæteris non poſſet repetere.¶In tex. ibi, quolibet loco repe-
tet.intellige ſecundum glo.etiam in illo loco,in quo ſoluit in-
debitum,dato quòd aduerſarius ſuus in illo loco aliàs non ſor
1 tiretur forum,nec ratione domicilij,nec aliter. †Et ſecundum
iſtum intellectum erit hic text.quẽ millies allegamus ad hoc,
quod quemadmodum ratione ɔ̃ctus celebrati in certo loco,
quis efficitur de foro illius loci.l.hæres abſens.§.fi.cum gloſſ.ff.
de iudi.c.fi.vbi latè Cano.de foro compet.ita quis ſortitur fo-
a rum [a] rõne quaſi contractus celebrati in certo loco. Scitis be-
ne quod per ſolutionẽ indebiti quaſi ɔ̃hitur.l.ſi in area. j̃.eod.
§.item is cui indebitũ.Inſti.de oblig.quæ ex quaſi ɔ̃ct. naſ. Iſtã
opi.& iſtum intellectum gl.reprehendunt ſubtiles Vltramon.
& cum eis tenet Gul.de Cun.Andr.de Piſis,Raph.& Alber.de
Roſ.hic,qui tenuerunt , ꝙ licèt rõne ɔ̃ctus celebrati in certo
loco quis efficiatur de foro illius loci.tamen rõne quaſi ɔ̃ctus,
non ſortitur forum,& mouentur ipſi: quæ eſt ratio quare ɔ̃hẽ
do quis ſortitur forum illius loci?eſt,quia dicitur tacitè cõſen-
tire.l.1.ff.de iud.ſed qñ quis ſoluit indebitum per errorem, er-
ror remouet conſenſum.l.ſi per errorem.ff.de iuriſd.om. iudi.
ſed ſine conſenſu expreſſo,vel tacito non ɔ̃hitur forum. ergo
&c.¶Secundò probant ſic: nam ſi ſolui tibi indebitum per er
rorem,ago ad repetendum indebitum , eo ipſo quòd repeto,
improbo illum quaſi ɔ̃ctum , ſi improbo qũo poſſum dicere,
ꝙ ex illo quaſi ɔ̃ctu tu ſortiaris ibi forum? iſto modo allegarẽ
ɔ̃ria,quo caſu non eſſem audiendus.l. 1.C.de fur. Tertiò,& for
tius alle.tex.qui verè ſummè ſtringit in l.2.C.vbi & apud quos.
vbi eſt tex.Pone,nos facimus tranſactionem,propter quã ſol-
ui tibi in iſta ciuit.centum,poſtea quia ſum læſus,peto reſtit.in
integ.& volo repetere,vult tex.ꝙ debes petere,vbi habes domi
cilium,non vbi fuit ſolutum,eſt verum, ꝙ propriè non loqui-
tur in quaſi ɔ̃ctu,ſed in diſtractu potius, quia qđ dr̃,in loco ɔ̃-
ctus ſortitur quis forum , eſt verum ſi agatur ad eius obſerua-
b tionem,ſecus [b] ſi ad eius reſciſſionem,& diſtractum , & ita ibi
no.& ſummè commendant Bald.& Pau. de Caſt.poſt Gul.de
Cu.illum tex.¶Quartò pro eadẽ parte alleg.tex.qui fecit Doc.
multa dicere in l exigere dotem.ff.de iudi. vbi forenſis accepit
vxorem hic,& dicit ibi tex.ꝙ debet exigere dotem in domici-
lio mariti,nõ vbi factus eſt diſtractus,& pp hoc intelligunt tex.
noſtrum ibi,*quolibet loco repetet*.verum eſt , quolibet loco habi-
li, vbi recipiens ſortitur forum ratione domicilij , vel ratione
incolatus vbi habitat,ſed non poſſet ratione quaſi ɔ̃ctus in lo-
co,vbi quaſi ɔ̃hit conueniri,& poſſet confirmari,quia non eſt
licitum arguere à ɔ̃ctu ad quaſi ɔ̃ctum,vt patet ex dictis Bart.
in l.apud Iulianum.§ fi.ff.ex quib.cau.in poſ.ea.quæ tamen nõ
eſt ſine dubitatione,per ea quæ no.ipſe Bar.& Moder.in l. mu-
tum.§.1.ff.de acq.hære.Pro iſta opi. Vltramont. vr̃ facere illud,
quod per iſtam.l.dicit Bal.in c.dilectus.el 2.in fi.de reſcri.vbi q̃-
rit,an in loco ſolutionis erroneæ ɔ̃hatur nouum forum , dicit
ꝙ non,prout decidit iſta no.lex ſm̃ eum.Quid tenendum?Te-
neo ſñiam gl.noſtræ,q̃ tenent Citramontani oẽs,& eſt vera, ꝙ
quemadmodum quis ſortitur forum rõne ɔ̃ctus, idem ſit rõ-
ne quaſi ɔ̃ctus,& non eundo per mendicata ſuffragia, pro iſta
parte ſtringit multum tex.in l.omnem obligationẽ.ff.de iudic.
vbi dicit tex.per ɔ̃ctum quis ſortitur forum, qũo intelligimus
ɔ̃ctum?dicit tex.omnem obligationem pro ɔ̃ctu habendam,
vt vbicunque quis obligetur,& ɔ̃hi videatur,ſed clarum eſt,ꝙ
ſoluendo inde recipiens obligetur,ideo competit condi.indeb.
ſi obligatur,ergo ſortitur forum. ¶Secundò pro eadem parte
alleg.tex.in l.1.& 2.C.vbi de ratiocinijs agi oporteat,per quem
tex.corruunt omnia fundamenta Vltramõt. Pone,geſſi nego-
tia abſentis,vel alicuius pupilli, vel infantis , adminiſtraui bo-
na,quo caſu dicitur quaſi contrahi,an tunc ratione iſtius qua-
ſi contractus quis ſortiatur forum?& dicunt illi text. quòd ſic,
& nõ potes dicere,vt dicunt Vltramont.quòd quando quis nõ
conſentit tacitè,vel expreſsè,non ſortitur forum,eſt falſum,pa
tet in furioſo,in infante,in abſente,niſi dicas,furioſus,infans, &
ſimiles,bene eſt verum,ꝙ nullum habent conſenſum , ſed tu-
tor,& curator ſupplent.Ad l.2.C.vbi & apud quos. durum eſt
reſpondere. Bart.dicit,quòd d. l.2.non obſtat , quia non negat,
quin etiam poſſit conuenire in loco , in quo quaſi contraxit.
Reſpondet etiam Bar.ꝙ ibi loquitur de reſtitut. in integr. quę
non

ADDITIONES.

a ¶Quis ſortitur forum.Adde Bal.in l.1.C.vbi & apud quem.Bar.in l.qui cer-
to loco.ff.de condi,indeb.Doct.in c.ex parte.M.de reſti.ſpol. Docto. Moder.
in c.1.de ſpon.
b ¶Secus.Adde Dec.in c.1.col.17.de iudi.& in rub.eiuſdem titu.col.3.in fi.vbi
quod licèt iuramentum addat forum foro,hoc procedit vbi agitur ad obſer
uantiam contractus,ſecus ſi ad reſolutionem. BELLOT.

non oritur ex neg.gest.&c. sed nihil est, & ipse reprehendit in l.si societatem.§.arbitrorum.ϳ.pro socio, in 4.col.in vers.quæro quis erit iudex. Dic tamen vt supra dictum est. Non obst.d. l.exigere, quia varij intellectus dantur, *magis communiter tenetur*, quod ibi speciale est in dote. Vel & secundo respondet gl. ibi, quæ in hoc est sing.& dicit, quod bene ibi fuit factum instrumentum, tamen contractus, & solutio fuit facta in alio loco, & sic ibi est glo.quòd per instrumentum solùm non sortit̄ qs forum: vel respondetur, quòd ibi maritus tanquam de proximo recessurus fecerat ɔ̄ctum, quo casu qn̄ quis facit ɔ̄ctum tanquam de proximo recessurus, non sortitur forum. text.est in l.hæres absens.§.fi.ff.de iudi. Ex istis ergo concludo *communem sententiam esse* ,ꝙ quemadmodum rōne ɔ̄ctus quis sortitur forum in loco celebrati ɔ̄ctus, idem ēt rōne quasi contractus quis sortitur forum in loco, in quo quasi ɔ̄hit, & ita ēt tenet D.Ant.de But.in c.fi.9.col.de foro compet. vbi etiam per eum, quid de distractu. Intellige tamen verum, si ibidē inueniatur, aliàs non habet locum remissio, quia non possem eum citare Mediolani, vt compareret in ista ciuitate, vbi ɔ̄xit, vel distraxit.c.Romana.§.ɔ̄hentes.de fo.compe.in 6.licèt Bar. in l.1.ff.si quis in ius voc.non ierit.per gl.ibi dicat no. ꝙ si quis renuntiaret priuilegio fori, ꝙ tunc in ɔ̄ctibus habeat locū remissio, ideo si aduena hic contrahat, & sit in alia ciuitate, tamē potero eum conuenire, vt hic compareat, *licèt communiter Doc.* ibi sequantur Bar.in l.cum Archimedoram.C.vt in poss.leg.& Abb.in c.fi.de foro compe. tamen an sit verum, ibi plenè examinaui, & tenui contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Debitor absolutus per sententiam non repetit.*
2 *Quid inter virum, & vxorem.*

LEX XXVIII.

1 IVdex. †Hoc dicit. Debitor absolutus p̄ sententiam si soluat, non repetit. Et dū tex.dicit, sua sponte, intellige.i.non coactus in iudicio, errabat tamen, quia si scienter soluisset, text.nō haberet dubitationem. Sed contra, nos habemus regulam, ꝙ si quis in veritate sit debitor naturaliter & ciuiliter, tamen sit tutus excep.perpetua, si soluat potest repetere.l. si non sortem, §.indebitum, & §.adeo.supra eo.modo eram debitor tuus naturaliter & ciuiliter, fui absolutus per sententiam, quæ tollit tantum ciuilem, & sic sum debitor naturaliter tantum. glo.in l.1.supra eo.habeo exceptionem perpetuam, & fauorabilem, scilicet rei iudi.& tantum naturaliter teneor, ergo multò magis debeo posse repetere, quàm quando eram obligatus ciuiliter, & naturaliter. Bar. *& sequuntur communiter omnes* respōdet, ꝙ ideo istud est, quia eram tutus exceptione inducta ad rigorem iuris conseruandum, errant, quia ipse Bar.sibi contrarius in l.1.in pen.col.s.eo.& in l.cum quis.C.de iur.& fac.ignor.reprehendit gl.dicens, ꝙ exceptio rei iudi. nō dicitur inducta ad rigorem iuris conseruandum, & dicit, ꝙ exceptio inducta ad rigorem iuris conseruandum, est exceptio litis finitæ, instantię, & similium. de hoc non tango hic, dicam latè in l.Iulian.verum debitorem.ϳ.eod.
2 †Et no.quòd ista l. non habet locum in sententia lata inter personas, inter quas est donatio prohibita, vt inter virum & vxo.quia si sit lata sententia pro vxore absolutoria viro non opponente, posset eam exceptionem repellere, tamen sententia valet, sed non impediet repetitionem soluti. casus est sing.in l.si sponsus.§.si vxor.2.ff. de dona. inter vir. & vxo.Bald.in l.cum allegas.C.de vsur.& Ludo.Roman.in sing. 218.tu scis, quòd donatio.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, & aliæ personæ hic enumeratæ, an solutum repetant.*
2 *Pecunia dicitur de rebus, quæ seruando seruari non possunt.*
3 *Quæ sint res, quæ seruando seruari possunt.*
4 *Restitutio in integrum cuius sit naturæ.*
5 *An pupillus sine tutore obligetur naturaliter.*
6 *Restitutio in integrum an requiratur in hac l.*

LEX XXIX.

INterdum. Ista lex, Secundum Bart.est multū subtilis, & bene glossata, & posset repeti. ¶Præmitto, quòd legitur duobus modis, vno modo secundum gloss. & Vltramont.quod hic requiratur restitutio in integrum. & tenendo istum intellectum succedunt 5. princ. opin. de quibus dicetur in gl. Prima est opi.quòd ista resti.in integ.competat ad ipsam conditionem indeb. Secundò secundum Iac. But. ꝙ restit. in integ.competat ad ipsam rem, & nullo modo ad cōdi.indebi. & sic intelligitur tex.condictio.i.restitutio in integ. Tertio modo intelligitur, secundum Iac.de Are.ꝙ tex.iste loquatur, quādo competat resti.in integ.ad obligationem naturalem. Quartò modo secundum ipsum Iac.de Aret.& Vltramont.ꝙ text. iste loquatur, quando solutum est debitum ciuiliter tantum. Quintò modo secundum Ray. & Salyc. ꝙ restitutio competat ad ipsam sol.iuncta consumptione, cum in his pupillus sit damnificatus. Intellectum Pla.tenet effectualiter Bar.declarādo, vt hic per eum, & prædicta habes hic relata per Bart. Item aduerte, ꝙ dum Bar.refert intellectum Iac.de Aret.tenentis, ꝙ in hac l.resti.in integ. competat ad naturalē obligationem, cū aliàs de iure communi non esset succursum minori aduersus naturalem obligationem, cùm ista naturalis impediret repetitionem, aliàs autem cōtra naturalem obligationem non restitueretur minor, vt hic latius per Bar.qui dicit, ꝙ iste intellectus Iac.de Are.est verus in se, sed nimis restringit hunc tex. Tu dic, ꝙ etiam non est verus in se, quia imò minori est succursum aduersus istam obligationem naturalem absq; resti.in integ.& sic de iure cōmuni, ergo restitutio non est necessaria, ꝙ sit succursum patet, quia non est verum, ꝙ ista naturalis impediat repetitionem, quia quamuis naturalis impediat repetitionem, quando agitur ad petendum, tamen secus est quando agitur ad repetendum, vt per ipsummet Bartol. & per gloss. & Bar.in l.cum is.§.1.ϳ.eo. An tamen istud vltimum sit verum, non pono nunc pro ɔ̄stanti, sed infra in loco suo videbimus.

¶Secundò modo legitur s̄m Pla. *& cōmuniter Citramontanos*, ꝙ in ista l.nulla requiritur resti.in integ. & sine dubio ista est propriè mens istius tex.& cum laude Dei Pla. dixit semel veritatē. Diuiditur ista lex in duas. In prima ponitur dictum in genere. In secunda declarat in specie. Secunda ibi, vt puta si pupillus. hoc dicit. Personæ hic enumeratæ repetunt indebitē solutum per cōdictionem indeb.in casibus, vbi alius nō repeteret. hoc dicit ista subtilis lex. ¶Gl.mag.in verbo, non ambigitur. ista gl. secundum omnes, & in specie Pau.de Cast.est multum difficilis, & intricata, & malè, & inordinatè procedit, & difficilis debuit videri iuuenib. Pro introductione istius gl.primò præmitte vnum, quòd ista gl.opponit cōtra text.arguendo à partibus sufficienter enumeratis, & Doct. dum referunt gl.referunt, qđ gl.respondeat vni parti tantum illius argumenti, & non aduertunt, quòd gl.respondet ad vtranque partem argumenti, sed non simul, & semel, sed vnam partem solutionis ponit in vno loco, aliam in alio loco, & ego eam declarādo simul iungam, ideo magistraliter diuiditur ista gl. in octo partes principales. In 1.gl.opp.contra tex.arguendo à partibus sufficiēter enumeratis, & respondet ad secundam partem argumenti. In 2.gl.cōtinuatiuè loquēdo (& istud est, quod decepit lectorem) opponit contra tex.& soluit, quod in hac l.requiratur resti. in integr. & gl.fatetur, quòd est verum. illa secunda est ibi, pupillus verò repetit. In tertia, in qua etiam gl.continuatiuè procedit, quę est ibi, & secundum hoc non obst.gl.reuertitur ad primum ɔ̄riū, & respōdet ad primam par. arg. ponendo ēt aliam sol. & ideo ista tertia pars debet simul iungi cū prima, & si simul iungeret, ista gl.esset in triplo clarior. In quarta, quæ est ibi, sed secūdum quod hanc legem modo intellexi.glo.tenendo illud, quod tenuit in 2.par.& in 2.opp.s.quòd in hac l.requiratur resti. in integ.contra opponit, quia secundum hoc nō esset differentia inter pupillum, & adultum, cùm adulto etiam debeatur resti. in integ.& gl.fatetur dicens, quòd illud qđ tex.dicit de pupillo, dicit gratia exempli. In quinta, quæ est ibi, sed opponitur. glo. ad idem opp.& soluit, quia si in hac l.requireretur resti, in integ.sicut minor restitueretur, ita restitueretur aduersarius ad obligationem naturalem primam, & illa naturalis solet impedire repetitionem, cōtra tex.nostrum, & respōdet gl.in effectu, quòd naturalis obligatio est potens ad restitutionem, est verū, quando non agitur de repetendo indebitè solutum. In sexta, quæ est ibi, patet ergo naturale debitum.gl.refert secundum principalem intellectum Placen.& verum, ꝙ in hac l. nulla requirit̄ resti.in integ.& illum intellectum reprehendit respondendo legibus alleg.per Pla. In septima ibi, si autem furiosus.gl. opp. ɔ̄ tex.æquiparantem furiosum, & ꝓdigum pupillo, cùm sit magna differentia, & respondet faciendo contrarium. In octaua, & vlt.ibi, & facit ad hanc l.gl.alleg.vnum tex.cum concord.ad
1 l.nostram. ¶†Nunc expedio primam, & tertiam partē simul, & opp.ꝙ pupillus, & aliæ personæ in tex.enumeratæ non possint plus repetere per condi. indeb. quā aliæ personæ maiores, cuius ɔ̄riū dicit tex.& arguo sic. Aut enim pupillus soluit debitum, aut indebitum, si soluit debitum, & sequatur consumptio

ptio pecuniæ,pupillus liberatur,& vendicare non poteſt,quia
conſumptio tantum operatur, quantum translatio dominij à
princ.text.eſt in l.ſi non omnis.§.ſi pupillus.ſupra ſi cer.pet.tex.
eſt in l.quòd ſi fortè.§.fin.ff.de ſol.& tamen tex. noſter dicit cõ
trarium,ergo malè.Aut vis intelligere tex.quòd pupillus, & ſi-
miles perſonæ ſoluerunt indebitum,& tamen quòd repetant,
non eſt ſpeciale in eis, quia etiam maiores repeterent , vt toto
iſto tit.Glo.reſpondet ad vtranque partem arg. iungendo pri-
mam,& 3.par.ꝙ iſte tex.habet locum in vtroque.Et primò ad
ſecundam partem argum. ſi in iſta l.pupillus, & alij ſoluerunt
indebitum,ꝙ repetant,perſona non facit hoc,etiam maior po
teſt repetere.gl.reſpondet,ꝙ in maiore diſtinguitur, an errore
iuris,vel facti.item ſunt multi caſus,in quibus maior non repe
tit:repetit tamen pupillus,& ſimiles perſonæ.Tu dic clarius,ꝙ
in iſto verſic.ſtat intellectus tex.& ideo reſpondeo, ꝙ quandó
maior ſoluit indebitum,an poſſit repetere per condict.indebi.
in maiore ſunt multæ diſtinctiones,aut ſoluit ignoranter,aut
ſcienter.Item diſtinguitur,aut ſoluit errore iuris , & non repe-
tit,aut errore facti,& repetit.Item diſtinguitur , an ſit omnino
indebitum,aut debitum naturaliter,& non ciuiliter, vel èცon-
tra. Item diſtinguitur,aut ſoluens habebat exceptionem per-
petuam,aut temporalem,ſi perpetuam,aut fauorabilem, aut
odioſam , in hoc ſeruit nobis iſta l. quòd pupillus , & alij hic
enumerati ſemper ſine aliqua ex iſtis diſtinctionibus repetant,
quia in eis non eſt dare ſcientiam , vel ignorantiam , etiam in
eis non creditur ſcientia iuris, ideo non diſtinguitur,an errore
iuris,vel facti ſoluerint.Ad primam par.arg. Doc. non aduer-
tunt.ſed gl.reſpondet infra in 3.parte,& reſpondet contra, quã
do pupillus ſine tutore ſoluit,donec pecunia extat,poteſt eam
vendicare,ſi ſit conſumpta,reconciliatur ſolutio,ac ſi à princi
pio eſſet translatum dominium,& pupillus liberaretur , iurib.
alleg.in gl.& tamen tex.dicit,ꝙ repetit.Reſpondet gl. in 3. par-
te,quando debitum pupilli fuiſſet efficax,& ſic debitum natu
raliter,& ciuiliter,& ſic verum debitum,& proprium,tũc pro
cedunt contraria,quia conſumptione liberatur , & non poteſt
condicere,quia intereſt ſua,ꝙ non poſſit repetere, & ꝙ opere-
tur translationem dominij,ex quo debitum erat efficax, & cõ
ſumptio pecuniæ operatur translationem dominij, vbi ſubeſt
æquitas,aliàs non.Nos verò loquimur, vbi debitum erat natu
raliter tantum,& ſic non erat efficax,ideo pupillus poteſt repe
tere,quia non intereſt ſua,ꝙ reconciliet ſolutionem conſum-
ptio,& operetur translationem dominij.iſto modo habetis de
claratam primam,& 3.par.glo.¶Sum in 2.par.gl. ibi,pupillus
verò,in qua gl.opponere vult contra tex.generaliter diſponen
tem,ꝙ perſona pupilli,& aliarum perſo.in text.poſitarum fa-
cit eſſe locum condictioni,quæ locum aliàs non haberet.Cõ-
tra,etiam ſi minor indebitum ſoluat,ita demum datur ſibi cõ
dictio ad repetendum,mediante tamen reſti.in integ. l.illud.in
princ.(quæ parum facit.)ff.de min.expreſſius in l.fi.C.ſi aduerſ.
ſol.& expreſſius adhuc in l.ſi eius.§.& ſi eius.ff.ad Treb.de quo
dicetur infra,vbi expreſſè cauetur,quòd opus eſt reſti.in integ.
ad hoc,vt minor poſſit indebitum ſolutum repetere, propter
hoc iſta glo.in hac ſecunda par.aggreditur primum intellectũ
huius l.qui eſt,quòd in caſibus, in quibus maior non habet cõ
dictionem indebi.ad repet.pupillus,& aliæ perſonæ in tex.enu
meratæ illam habent,ſed mediante reſti.in integ.& ſecundum
iſtum intellectum gl.fatetur contraria,& ꝙ per illa ſuppleatur
illa l.& ſic ꝙ in iſta l.requiritur reſti. in integ.iſte eſt intellectus,
quem gl.tenet.Contra iſtum intellectum duo obſtant,quæ gl.
ponit in 4.& 5.parte.Primum eſt,ſi in iſta l.requireretur reſti.in
integ.certè non ſolùm pupillus,ſed etiam maior pupillo , mi-
nor tamen 25.ann.per reſti.in integ.haberet condict.indebi.ad-
uerſus quodcunque indebitum.tex.in d.l.fi.C.ſi aduer. ſol.glo.
fatetur,quòd iſta. l. habeat locum non ſolùm in pupillo , ſed
etiam in adulto,& quòd illud.quod dixit tex.de pupillo , dixit
exempli gratia,quod pro certo eſt abſurdè dictum,quia iſta l.
quod dixit in pupillo & ſimilibus,dixit ad denotandum, ſecus
eſſe in maiore,dicit tamen glo. ꝙ differentia eſt inter pupillũ,
& adultum , quia ſi pupillus ſine tutore ſoluat pecuniam , &
extet,non transfert dominium,imò poteſt eam vendicare , vt
dicit tex.adultus autem ſi ſoluat pecuniam ſine eius curatore
transfert dominium,& nõ poteſt eam vendicare,ſed bene po-
2 teſt repetere mediante reſti.in integ.† Et ex iſta differentia colli
git ſubtiliter Bar.ꝙ pecunia dicitur de rebus,quæ ſeruando ſer
uari non poſſunt,probat ſic:nam ſi pecunia eſſet de rebus,quę
poſſunt ſeruando ſeruari,nos habemus regulam,ꝙ adultus ha
bens curatorem ſine eo non poteſt transferre dominium alicu
ius rei,quæ ſeruando ſeruari poſſit,vt infra dicam. & gl. noſtra
vult,ꝙ transferat dominium, pecunia ergo eſt de rebus , quæ
* ſeruando ſeruari non poſſunt,vt etiam plenè tenet glo.& ple-
3 nè *Bar.& omnes in* l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.†Et debetis ſci
re,quæ ſint res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. ſcitis enim,
ꝙ poſſunt intelligi dupliciter.Primò,illæ res, quæ non poſſunt
ſeruari vltra tres annos, quin corrumpãtur: illæ enim dicũtur,
quæ ſeruando ſeruari non poſſunt vno modo , vt eſt in quan-
titatibus,vino,oleo,frumento,& ſimilib.ita declarat glo. in l.1.
C.ſi aduer.vſuca.& iſto modo non intelligimus nos , quia pe-
cunia poteſt ſeruari in capſa per mille ann. ꝙ nunquam corrũ
peretur.Alio,& ſecundo modo illæ res dicuntur, quæ ſeruan-
do ſeruari non poſſunt,qñ conſeruãdo rem ad illum vſum,ad
quem eſt naturaliter deſtinata,nullum commodum ex illa re
potes reportare.Exemplum,ſi quis habeat poſſeſſionem,certè
ſ'm vſum naturalem poſſeſſionis poteſt omni anno percipere
emolumentum,ſed ſi quis vtatur pecunia ad vſum deſtinatũ,
nullum commodum ex ea percipere põt licitum,quia vſuræ
illicitæ ſunt.Et ꝓpea eſt de rebus,quæ ſeruando ſeruari nõ poſ-
ſunt,quia ſi expendis eam ad vſum deſtinatum, deſinis habere
eam,iſto modo intelligit gl.noſtra.Et ſi intelligis gl.de iure ffo-
rum,eſt de indubitabili,quia minor habens curatorem prohi-
bebatur tantum alienare prædia vrbana,& ruſtica.l.1.& per to
tum.ff.de reb.eor.Sed hodie de iure.C.per l.lex quæ tutores.C.
de admi.tut.generaliter reſtricta eſt poteſtas,vt non ſolùm prę
dia,ſed nec vllam rem minor poſſit alienare,quæ ſeruãdo ſer-
uari poſſit,& iſto modo gl.no.quia apparet,ꝙ pecunia non eſt
de illis rebus ideo bene eam poteſt alienare, & gl. verè non be-
ne ſatisfacit huic oppoſitioni,& ſic gl. in d.l.1.§.fuit quæſitum.
reputatur ad hoc eſſe ſing.per Bal.in l.ſi curatorem habens. C.
de in integ.reſti.minor.per Ang.in l.1.in 3. col.ff.ſolu.matr.ha-
bes hic gl.conſociam.idem tenet Barto.& Lud.in l. ſi ex legati
cauſa.ff.de verb.oblig.D.Abb.in c.nulli.in vlt.col.de reb. eccle.
non alienã. Adde etiam ad ſupra ſcriptam rationem pro eius
confirmatione Fran.de Are.in l.diuortio.§.interdum.in vltim.
a col ff. ſolu. matr.vbi dicit, quòd ideo pecunia [a] dicitur eſſe de
rebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,quoniam faciliter ex
penditur,& mixta cum alia pecunia conſumitur.l.ſi alieni nũ-
mi.ff.de ſolut.Adde etiam bene facere illud,qđ dicit Ariſto. 4.
Ethic.ꝙ vſus pecuniæ videtur eſſe conſumptio,& datio:acce-
ptio aũt,& cuſtodia,poſſeſſio magis eſt.*hæ enim ſolent,* (vt Baſil.
inquit)*alearum more ab vno in alium comutari* & ideo in iſto artic.
dic,vt per Doct.maximè Alex.de Imo.in d.§.fuit quęſitum,&
in d.l.ſi ex legati cauſa,qui tradunt duas limitationes , & adde,
ꝙ l.Iulianus ſcribit.ff.de peti.hæred.quam dicit Dom. Alex.al-
legari per nonnullos imperitos in d.§.fuit quæſitum.videt̃ pro
bare pecuniam regulariter eſſe de his,quę ſeruando ſeruari nõ
poſſunt,dum dicit,quid enim ſi pecuniam eligat actor,quę ſer
uari non poteſt?Cogitabitis.Secunda opi. gl. eſt ibi,ſed oppo-
nitur in 5.parte.nam ſi in iſta.l.requiritur reſti.in integr. aduer-
ſus ſolutionem pecuniæ factam à pupillo, nos habemus regu
4 lam,†ꝙ reſti.in integ.eſt iſtius naturæ , ꝙ reponit omnia in pri-
ſtinum ſtatum.l.quod ſi minor.§.reſti.ff.de min. ſicut ergo mi-
nor reſtituitur aduerſus ſolutionem,ita aduerſarius reſtituitur
aduerſus debitum naturale,quod erat ante ſol.Modo ſic,ſi mi
nor volet repetere,aduerſarius opponit exceptionem compẽ
ſationis , ad quod eſt potens naturale debitum. l. etiam quod
natura debet.ff.de compẽſ. ſi ergo in hac l.requireretur reſti.in
integ.certè obligatio naturalis reſtitueretur aduerſario , quo-
modo ergo poſſet repetere , quia ipſe opponeret exceptionẽ
debiti naturalis?reſpondet no.gl.noſtra,& ad hoc eam allega-
mus tota die , ꝙ naturalis obligatio eſt potens ad compenſan-
dum,quod tamen eſt verum,quando agitur ad petẽdum , ſed
quando agitur ad repetendum ,naturalis obligatio non eſt po
tens ad compenſandum.declaro,tu debes mihi naturaliter cẽ-
tum,ego debeo tibi naturaliter,& ciuiliter alia centum, tu pe-
tis à me iſta centum, quia agitur ad petendum,naturalis obli-
gatio eſt potens ad compenſandum,ita loquitur. d. l. ẽt quod.
Sed vbi agitur ad repetendum,tunc non poteſt opponi com-
penſatio,quia tũc leges,quæ diſponunt,ꝙ poſſet repeti, eſſent
fruſtratoriæ,ſi poſſet opponi compenſatio. Item,qñ agitur ad
repetendum,eſt quodammodo quædam ſpecies ſpoliationis,
vt

A D D I T I O.

a ¶Pecunia. Adde Bart.in l. 1.§.fuit quæſitum. vbi Rip.ff.ad Trebel. Syluest. in ſumma.verſ.immobilem.num.7.& quod pecunia ſit de rebus,quæ ſeruando ſeruari non poſſunt,& propterea poſſit ſine decreto alienari,not.gl.d.§.fuit quæſitum.Roman.ſingu. 104.vbi Doct.in apoſtil.ponunt limit.ex.l.3.§.quid ergo.ff.de contrar.iudi.tut.ſed vide Alexan.conſi.92.nu.2.lib.6.conſ. 97.lib. 3.Crem.ſing.60.Roman.conſi.188.vltimo dubio,& pro hac parte 14.Doct. alleg.Boer.q.209.In contrarium tamen communem eſſe dicit Socin. iun. conſi.120.col.3.lib.1,vbi pro hac opi.refert 25.Doc.vltra Areſta lata teſte Boer.vbi ſupra,de quo articulo videri poteſt Tiraq. de vtroque retractu. tit. 1.§.1.gl.7.nu.196.& ſeq.Syluan.conſi.64.Rolan.de dote.quæſt.91. nume.14 MASVER.

vt dicit Bar. in l. cum is. §. 1. ff. eo. quemadmodum ergo non potest spoliato obijci exceptio compensationis, ita nec repetentis.
* ita etiam dicit gl. in d. l. cum is. §. 1. ff. eo. *& ita omnes transeunt.* Ego puto, quòd opp. gl. ineptè sit formata, & sic non expedit dare solutionem gl. & quod ineptè hic loquatur de compensatione, & inuenio, quòd Bar. met. in l. procurator ad exhibendum. in vlti. col. §. 1. ff. rem ra. hab. sic declarat, & bene, quòd in istis legibus gl. & Doc. ineptè locuti sunt de compensatione, quia ad hoc, vt cadere possit compensatio, requiritur, quod sint duo credita diuersa hincinde, sed in proposito nostro non est dare nisi vnum creditum à pupillo, ex quo pupillus tenetur tantum naturaliter, ergo cum sit tantum vnum creditū, ineptè facimus mentionem de compens. Et si dicis, imò sunt duo credita, pone, quòd pupillus tenebatur mihi naturaliter tantū, ecce vnum creditum, pone, quòd ipse pupillus soluit mihi sine tutore, ego obligor sibi naturaliter, & ciuiliter, ecce secundum creditum, ergo cadit compensatio. Respondet ibi Bar. quod cadit tamen circa idem creditum, & ideo puto, quòd gl. melius dixisset, si dixisset, licèt obligatio naturalis non sit potens ad agendum, tamen est potens ad retinendum, non dico ad compensandum, tamen quia etiā ista solutio videtur aliqualem violentiam literæ facere, propterea Iac. de Aret. & Vltramontani, quos latè refert Bar. hic, intelligebant istam legē alio modo, quod ista lex loquatur non quando erat debitum naturaliter tantum, quia obstaret contrarium, quia obligatio naturalis est potens ad impediendum repetitionem, ideo intelligebant ipsi, quando debetur ciuiliter tantum, & non est potens ad exigendum, exemplum dicunt in eo, quod debetur ex testamento non solenni. Nam fuerunt in ista sententia, quod in eo, quod debetur ex testamento etiam solenni, nō oriatur obligatio naturalis, sed tantum ciuilis, quæ est potens ad agendum, sed ex testamento non solenni oritur ciuilis tantum, quæ non est potens ad agendum. probāt sic: nam naturalis obligatio est de iure gen. l. cùm amplis. §. is natura. ff. de reg. iu. tunc sic, si ex testamento oriatur naturalis obligatio, etiam deportati essent capaces testamentorum, contra reg. l. 1. C. de hære. insti. & in l. ei qui. ff. de testa. tamen deportati sunt incapaces tam actiuè, quàm passiuè eorum, quæ proueniunt ex testamēto, de quo latè per Alex. consi. 83. col. 1. 2. vol. per Fulgos. in l. ex hoc iure in 4. char. ff. de iust. & iur. & de ista ciuili, quæ non habet effectum, puta ex testamento non solenni, vel pro eo, quod posset defalcari per falcidiam, intelligunt istam l. Bar. tamen, & cæteri omnes reprobata ista sententia tenent, quod oritur ex testamento perfecto & naturalis, & ciuilis obligatio, & ex imperfecto tantum naturalis: patet, quia adeundo hæres quasi contrahit, ex quo quasi contractu orit naturalis, & ciuilis obligatio. Item testamenta inuentione sunt de iure gentium: patet, quia in veteri testamento ante disposi-
a tionem iuris ciuilis fiebant testamenta. Est bene verum, quod solennitates postea adinuentæ sunt de iure ciuili, de quo per gl. in l. 1. ff. de acq. rer. dom. & per Bal. in l. 1. ff. de acq. hær. & propterea vbi testamenta valent solùm de iure gentium, vt est in milite, ideo relictorum in testamento militis deportati sunt capaces. l. nec enim. §. si deportatus. ff. de testam. mili. sed quando fit
* cum solennitatibus iuris ciuilis, deportati sunt incapaces. ita loquitur. l. 1. C. de hære. insti. Et *ista est communis sententia,* quā tenēt Can. in rub. de test. & est melior tex. in l. testandi. C. de testa. vbi Lud. Rom. & Mod. latè examinant. solent disputare Moder. in rub. ff. de acq. hær. Relinquitur ergo, quòd ista. l. intelligitur, quādo pupillus soluit debitum naturaliter tantum. Vnum tamen volo vos scire, quia in terminis necessarijs tota die dicimus, quod pupillus contrahendo sine authoritate tutorum obligatur naturaliter. l. 1. ff. de noua. debuistis vidisse in l. 1. ff. de verb. obliga. vbi asseruntur certi casus speciales, vbi non obligatur etiā naturaliter. Ista conclusio indubitanter procedit, quādo esset pupillus carens tutore, tunc contrahendo, vel promittendo ob-
5 ligatur naturaliter tantum. †Quid autem si habeat tutorem talis pupillus, & tamen sine eo contrahit, vel promittit, an obligetur naturaliter? Iac. de Are. & Cy. & Ang. in l. si pupillus. in princ. ad l. Fal. & plenius Cy. in l. 1. C. de inutil. stip. tenuerunt, quod isto casu pupillus non obligetur etiam naturaliter, & probant ipsi per optimum tex. nam vos habetis tex. qui vult, quod pupillus habēs tutorem, si sine tutore aliquid faciat, æquiparatur prodigo. l. si curatorem habens. C. de in integ. resti. mino. sed planum est, quod prodigus, qui aliquid promittit sine curatore, non obligatur ēt naturaliter. l. is cui bonis. vbi Doc. ff. de verb. oblig. ergo eodem modo pupillus, qui æquiparatur in hoc prodigo, si habet tutorem, & promittat sine tutore, non obligatur etiam naturaliter.
* *Tamen communis sententia est* in oppositum, quod siue pupillus contrahat sine tutore, siue cum tutore, tamen obligatur naturaliter, etiā quādo habet tutorem, & contrahit, vel promittit sine tutore, pupillus obligatur naturaliter, ita tenet Bar. in d. l. 1. de nou. Pro ista communi sententia omissis multis, habetis tex. meliorem de iure; (& doleo, quod ibi non ponderauerim eum) in l. fi. ff. de iureiuran. vbi dicit, pone, creditor detulit iuramentum pupillo, an prosit fideiussori? dicit, quod debet distingui, aut iurauit se nihil vnquam debere, & prodest fideiussori, aut iurauit se non teneri, quia habebat tutorem, & tutor non intercessit, dicit tex. quod licèt ipse sine tutore non obligetur efficaciter, tamen tenetur fideiussor, ergo solùm erat obligatus pupillus naturaliter. Ad l. si curatorem habens. respondeo, quod illa æquiparatio non fit propriè in pupillo, sed in adulto. Quare respondeo, quod illa æquiparatio procedit quo ad ciuilem obligationem, non naturalem, patet, quia datio tutoris, vel curato. nunquam tollit alicui aliquid, quod fit de iure gentium, non impedit ergo naturalem obligationem. erit ergo communis conclusio, quod siue pupillus habeat tutorē, siue non, quod contrahendo, vel promittendo sine tutore semper obligatur naturaliter, & sic apparet, quod primus intellectus glos. est valde in ambiguo. ¶Sum nunc in alia parte gl. ibi, patet ergo.
* in qua gl. ponit secūdum intellectum Plac. *qui est verus, & com-*
6 *munis,* † quod in hac l. non requiratur resti. in integ. in casib. in quib. maior non potest repetere indebitum. adducebat Pla. l. si eius. §. & si eius. ff. ad Treb. vbi dicit text. quod si pupillus soluat debitū naturale tantum hæredi post restitutam hæreditatem, mero iure habet condict. indeb. ad repetendum, ergo sine restitutione. In adulto bene verum est, quod requiritur resti. in integr. verè Plac. malè allegauit illam. l. quia ineuitabiliter stringit contra eum. & ideo gl. nostra dicit, quòd illa lex retorquetur contra eum. difficilè est respondere. illa enim lex ponit tres casus. Plac. assum psit vnū, qui nihil facit, ibi est talis casus. Creditor mutuauit pecuniam pupillo sine tutore, instituit vnum hæredem vniuersalē, & grauauit eum restituere hæreditatem fideicom. pone, quod pupillus soluit hæredi, qui iam restituerat hæreditatem, certè quia omnia iura actiua, & passiua transierant in fideicommis. nimirum si repetit, quia erat indebitum quo ad istum hæredē: ponit postea duos casus, pone, quòd ipse pupillus soluit hæredi ante restitutam hæreditatem, vel fideicommis. restituta iam hæreditate, dicit ille fortissimus text. quod pupillus mero iure non repetit, si mero iure non repetit, ergo opus est restitutio. in integ. & sic contra Pla. & contra communem intellectum ita subtiliter inducitur ille tex. Quid tenendum? Teneo sine dubio, quod non requiratur restitutio: nam absurdum esset dicere, quod Vlp. omisisset ponere de restitutione, si requireretur. Secundò, quia ista lex cum magno mysterio loquitur in pupillo, prodigo, & furioso, & si requiratur restitutio, haberet etiam locū in adulto. l. fina. C. si aduer. solu. quod esset absurdum. Pro ista communi sententia stringit arg. Iaco. Butrig. quod Barto. in 1. colum. in fi. adducit ad illud propositum, cui non cadit responsio, quia quomodo si pupillus soluit sine tutore debitum naturale tantum, est opus restitu. in integ. ad hoc, vt possit repetere per condict. indeb. cum nos habeamus regulam, quòd restitutio in integ. prouidet in eo, in quo minor est læsus. l. quod si minor. §. restitutio. ff. de mino? Tunc sic, quando minor sine tutore soluit pecuniam indebitam, tunc si minor non est læsus in condictione indebiti, est læsus in ista pecunia indebitè soluta. si ergo esset opus restit. in integr. restitutio in integr. competeret aduersus pecuniam. modo autem ista restitutio in integr. faceret, quòd minori competeret condictio indebiti, & tamen tex. noster dicit, quòd habet condict. indebi. ergo apparet, quòd dicit mero iure, non per restitutionem in integr. Nisi tu subtilis responderes, quòd qui vult consequens, intelligitur velle omne necessarium antecedens ad illud: nam si datur ad pecuniā, ergo ad condictionem, per quam repetitur pecunia. Et tenendo illam communem sententiam Bart. respondet ad l. illud. ff. de mino. quod illa lex non loquitur de repeti. Non obst. tex. in l. fi. C. si aduer. solu. quia respondet etiam Bar. quod loquitur in maiore pupillo. Si vis intelligere in restitutione petita, omissa solutione Barto. hic. quia errat, punctus est respondere ad l. si eius. §. & si eius. ff. ad Trebel. quæ multum stringit, vbi mero iure non repetit: ergo opus est restitutio. in integrum. Bartol. mirabiliter respondet ad illum text. & verè non potest commodè responderi, dicit Bartol. verum est, quòd pupillus mero iure non repetit, sed est verum, quòd repetit beneficio istius. l. quæ concedit illud, quod deberet concedere iudex mediante resti. in integ. & per hoc mirabiliter infert, quod beneficio istius. l. minor non posset repetere, nisi intra quadriennium, intra quem terminum habet minor beneficium restitut. in integrum. in istis terminis potest intelligi. l. fina. C. si aduers. venditio. dum dicit, si

ADDITIO.

a ¶Faciebant testamenta. Adde Ias. in l. 1. col. 9. in 1. lectu. C. de summa trin.

PVRPV.

ſi tempora patiantur. pace Barto. licèt alij nihil dicant, iſta videntur mihi ſomnia. Fulgoſ. dat aliam vanam ſolu. quam non curo referre, quia nil eſt. Aliam mirabilem ſolu. tradit Pau. de Ca. hic, & dicit, quòd in d. l. ſi eius. §. & ſi eius. tex. dicit pupillus mero iure non repetit. intelligit ipſe mero iure, nec etiam per reſtitutio. in integrum, quia dicit ipſe, ibi pupillus erat efficaciter obligatus, quia ibi pecunia fuit mutuata ſine tutore, ex qua pecunia pupillus eſt factus locupletior, ideo ſi eam ſoluat cui debet, mero iure non repetit, nec etiam per reſtitutio. in integrum, quia tenetur efficaciter, ex quo eſt effectus locupletior. Et ſi dicis contra, quando pupillus eſt effectus locupleti or, tenetur efficaciter, adeo vt poſſit agi contra eum. reſpondet mirabiliter Pau. de Caſtr. quod quotieſcunque pupillus cõtrahit ſine tutore, & non efficitur locupletior, tamen obligatur naturaliter tantum, quæ non eſt potens ad agendum, quæ actio appellatur datiua, non natiua. text. eſt melior de iure ad hoc in l. 3. in princip. ff. commo. ſecundum iſtum intellectum confunduntur *multæ opin. communes*, quæ habent, quòd quando pupillus efficitur ex contractu locupletior, obligatur & naturaliter & ciuiliter, ſecundum quod declarabo in l. Iulianus verum debitorem. infra eodem. Ego puto, quòd ad illum text. debeat ſic reſponderi, & niſi ita reſpondeatur, credo, quòd im poſſibile ſit reſponderi, ſed credo, quòd iſta ſolutio ſatis poſſit tolerari. text. ibi dicit, *quòd ſi pupillus ſoluat naturale debitum ſine tutore, mero iure non repetit.* Ego intelligo iſta verba, hoc eſt mero iure non repetit, conſiderato rigore iuris, quotieſcunq; quis ſoluit naturaliter debitum, illud nullo modo repetit, vnde ſi eſſet ille maior, & ſoluiſſet naturale debitum mero iure, & de rigore iuris non repetet, ſed quia pupillus eſt, & ſoluit ſine tutore, repetit, non eo modo, quo indebita repetuntur, ſed repetit conſiderata tantum perſona pupilli. Nam in maiore, vt poſſit repetere, requiritur, quòd in libello narretur, quòd ſolueri errore facti indebitum, vel quòd erat tutus aliqua exceptione, & ignoranter ſoluit. In pupillo autem non eſt opus ita concludere, ſatis eſt dicere, quòd eſt pupillus. Vult ego dicere litera ibi, de rigore iuris repetit eo modo, quo maior, ſed ſpeciali beneficio pupillus repetit eo modo, ſ quo pupilli repetunt, non vt maiores repeterent, & ita reſpondeo ad illum tex. & ſic ſtabit communis intellectus, quòd in hac. l. non requiratur reſtitutio in integrum, & ſic in effectu vult dicere iſta lex, vt etiã ſuperius dixi, quòd licèt in maiore, quando ſoluit maior indebitum, fiant multæ diſtinctiones, ad hoc, vt maior poſſit repetere, dum dicimus, aut ſcienter ſoluit, & non repetit, aut ignoranter, & repetit. Item aut eſt indebitum omnino, & repetit, aut indebitum vno iure tantum. Item an tutus exceptione perpetua, & fauorabili, vel odioſa, aut temporali, & non repetit, & iſta oporteret narrare in libello, vbi eſt medium concludendi: iſtud non cadit in pupillo, qui eo ipſo, quòd dicitur in libello eſt pupillus, ſemper repetit non facta aliqua diſtinctione quomodo ſoluat. iſtud eſt, quod latè proſequitur Bar. per duas colum. & per plura verba ipſe expedit. Limita tamen iſtum communem intellectum, inquãtum dicitur, quòd minor ſoluens indebitum poteſt illud repetere abſque reſtitutione in integrũ. Limita quando talis ſolutio fieret per minorem animo diſſ luendæ obligationis, tunc verum eſt, quòd ſibi competit condictio indebiti abſque reſtitut. in integrum, ſed ſi pupillus ſolueret non animo diſſoluendæ obligationis, ſed animo implendi conditionem, & ex tali implemento reperiatur læſus, non poterit ſolutum repetere, niſi prius impetrata reſtitutio in integrum, glo. eſt in l. ſi pupillus. in princip. in glo. fina. ff. ad l. Falcid. quam Ange. & Imo. ibi ad hoc reputant ſing. tamen ſecundum Pau. de Caſtr. & Domin. Alexan. ibi, debet diſtingui, prout diſtinguitur hic, aut eſt pupillus, & ille poteſt repetere abſque reſtitutio. in integrum, aut eſt maior pupillo, minor tamen 25. ann. & tunc bene requiritur reſtitutio, ita etiam tenet expreſsè glo. in l. fina. & ibi Bald. C. ſi aduer. ſol. nec poſſet reddi bona ratio diuerſitatis inter iſtum, & illum caſum. ¶Sum in 7. parte glo. ibi, ſi autem furioſus. pro cuius expeditione opp. contra text. qui equiparat pupillum, furioſum, & prodigum. contra, ſi pupillus ſoluat pecuniam, per conſumptionem reconciliatur mutuum. l. ſi à furioſo. ſupra ſi certum petatur. ſed ſecus eſt in furioſo, & prodigo. glo. fatetur contrarium, ſ & dicit, quòd iſto caſu non competit condictio indebi, ſed condictio ob cauſam. ita dicit glo. & bene, & fuit tactum in illa. l. ſi à furioſo. ſupra ſi certum petat. ¶Sum modo in vlti. parte, quæ adducit concor. & bene. Et ex iſtis remanet expedita iſta lex notabilis.

SVMMARIVM.

1 *Qui eſt tutus exceptione, ſi ſoluit, non repetit.*

LEX XXX.

QVi inuicem. Soluens tutus exceptione, quòd ſibi tantũdem debeatur, ſolutum non repetit, ſed ſuum debitum petit. hoc dicit iſta lex. legitur duobus modis ſecũ-
1 dum Barto. vt hic per eum. ¶†Not. quòd ille, qui eſt tutus exceptione compenſationis, ſi ſoluit, repetere non poteſt, quia habet viam agendi ad ſuum debitum. Ex iſta ratione infertur ſe-
* cundum Barto. *& Docto. communiter*, quòd ſi eſſet debitum naturale tantum, quod non eſt ſufficiens ad agendum, ſed bene ad compenſandum. l. etiam. ff. de compen. tunc per errorẽ ſoluens repetit. l. qui exceptionem. §. ſi pactus. infra eod. quicquid hic dicat Raph. Fulg. Item iſtud eſt verum, niſi lex ipſo iure faciat compenſationem, vt in gl. contra opponit Bar. de l. qui exceptionem. in prin. ſ. eod. & reſpondet, ſed non bene. Tene aliã ſol. veriorem, quam ponunt in alio propoſito Bart. & Imo. in l. ſi pater ignorans. ff. ſol. matr. & ante eos Bar. in l. ſi cùm dos. in prin. & ibidem Alb. de Roſ. & Raph. Cum. ff. rer. amota. ꝙ illa lex habeat locum in except. quæ ſtatim ab initio nata eſt, vt eſt exceptio Velleiani: nam quando mulier fideiubet, ſtatim naſcitur exceptio Velleiani, quæ exceptio facit bene, ꝙ ſi ſoluatur, poſſit repeti. & ita loquitur. d. l. qui exceptionem. Sed ſi eſſet exceptio, quæ non naſceretur ſtatim, ſed ex poſt facto, ſi opponatur, tunc ſolutum non repetitur, & talis eſt exceptio cõpenſationis, & ita loquitur hæc lex, vt in ſimili dicit Barto. in l. lecta. in princip. ſupra ſi certum petat. & fortè idem voluit in effectu Barto. hic, ſi bene conſideretur.

SVMMARIVM.

1 *Qui per errorem promiſit pluſquam debeat, condicet liberationem.*

LEX XXXI.

1 SI, qui plus. †Qui per errorem promiſit pluſquam debeat, condicet liberationem. h. d. Intellige iſtam l. procedere quo ad principale, ſecus quo ad acceſſorium, vnde ſi debitum principale erat verum, ſed per errorem indebitè obligaui bona mea, credens me teneri ad ea hypothecanda, certè nõ poſſum condicere liberationem, vel petere, ꝙ obligatio hypothecaria reſcindatur, eo quia parum, vel nihil mea intereſt, vt no. in l. fin. C. quæ res pig. oblig. poſ. ſecundum Bal. in l. ſi veritas. in pen. q. C. de fideicommiſ.

SVMMARIVM.

1 *Debitor alternatiuus ſi vtrunque per errorem ſoluat, vno perempto, quod ſupereſt non repetit.*

LEX XXXII.

CVm is, qui. Vna ex duabus rebus alternatiuè debitis ſimul ſolutis, perempta, altera remanet in ſolutum, & ſic ceſſat condictio indeb. hoc dicit. ¶Gloſſ. in ver. nihil repetet. ibi. l. ſi non ſortem. melior eſt, ꝙ ideo ibi patronus tenebatur ad æſtimationem, quia erat locupletior factus in æſtimatione, hic autem perempta illa ſpecie in nullo reperitur factus
1 locupletior. ¶†Extra glo. fac regulam pro complemento huius l. quòd debitor alternatiuus, ſi vtrunque per errorem ſoluat, vno perempto, quòd ſupereſt non repetit, & ſic præſumitur periiſſe illa res, quæ erat indebitè ſoluta. Limita verum in debitore alternatiuo ſpecierum, ſed ſi eſſet debitor alternatiuus ſpeciei, & quantitatis, & vtrunque ſoluat, ſ ſpeciem ſemper poterit repetere. ita procedit glo. Ratio, quia quantitas perire non poteſt. l. in ratione, ſecunda. §. incertæ. ff. ad leg. Falcid. l. incendium. C. ſi certum petatur. Secundò limita verum, niſi creditor fuiſſet in mora recipiendi. l. Stichum aut Pamphilum. in princip. infra de ſolu. ſecundum Barto. & alios hic. Tertiò limita, quando vtraque ſpecies ſimul fuit ſoluta, vt hoc text. ibi, ſi ſimul vtrunque ſoluerit, ſi autem primò ſoluiſſet vnam ſpeciem, deinde aliam, & ſecunda eſſet indebitè ſoluta, ſemper poteſt repeti. l. cum duo. ſupra eod. ſecundum Barto. hic, intellige ſecundum Alber. & Pau. de Caſtr. quando ſpecies primò ſoluta eſſet mortua, ſecus ſi vlti. ſoluta. Quartò ſingul. limita, quando creditor bona fide vtrãque ſpeciem recepiſſet, quamuis altera tantum deberetur, ſecus ſi mala fide recepit, quia tunc vna perempta ſemper altera poteſt repeti. ita dicunt Gul. & Alber. hic, allegant tamen. l. Stichum, aut Pamphilum. §. 1.

§.1.ʒ.de sol. qui tamen text. secundum Ful. hic parum facit: quia loquitur in casu contrario ad legem nostram.

SVMMARIVM.

1 *Vna solutio non parit liberationem,& repetitionem.*
2 *Licèt naturale debitum si potens ad compensandum, secus est ad repetendum.*

§.Fideiussor. Solutio fideiussoris,quę sibi parit repetitionē p condi. indebiti, non parit reo liberetionem,nisi fideiussori succedat, quia tunc consequitur liberationem.h.d.vsque ad §.si in eadem.Dubium faciebat.l.repetitio. infra.eo. ex quo iste habuit creditum suum.
1 igitur,&c.¶† Not. quòd vna solutio non potest inducere liberationem, & repetitionem soluti. concordat text. in l. si non sortem. §. si centum. & in §. si decem.supra eod. & l. si hominem. alleg. in gloss. Ratio est,quia ista talis solutio pareret effectus contrarios. Ex quo not. secundum Bartol. quòd idem actus non potest operari contrarios effectus. de quo per Bart. in l.si socer.§.final.ff.sol.mat.& in l.si vnus.§.pactus ne peteret. in glo.magn. supra. de pact.& not. Bal. in l.pacta quæ contra. vbi declarat. C.de pact.& in l. 1. post Bartol.ibi. C. quod met. cau.¶ Gloss. diuiditur in tres partes,quæ patent de se. In ea.gl.
2 ibi,vt.C.commu.de leg.l.2.secundum Azo.† Not. hanc gloss. quam millies allegamus, quòd quamuis naturale debitum tantum sit potens ad compensandum. l.etiam.ff. de compen. fallit tamen,quando agitur ad repetendum, quia tunc non potest opponi compensatio, secus si principaliter peteretur, & istud inducitur,ne leges,quæ habent, quòd debitum naturaliter solutum errore potest repeti,sint impositæ verbis, & non reb.vt dicit gloss. quam gloss.omnes indistinctè approbant, & pro ea Bartol.adducit aliam rationem, vt per eum, qui facit
* tria membra, *& cum eo transeunt alij omnes.*idem tenuit gloss. in l.interdum.supra.eod.& Bartol.in l.si socer.§.fi.ff.solut. mat.& in l.pen. supra.titul.1.not.Bald. in l.cum quis.in 8.colum.C.de iur.& fac.ignoran. & in l.2.post. Bartol.ibi.C.si aduer.sol.Istud, quod gloss.& Docto.dicunt,non videtur bene dictum,per regulam.l.etiam.ʒ.de compen.alleg.per glo. & Bartol.habēt generaliter locum siue agatur ad petendum siue ad repetendū, semper naturalis obligatio est potens ad compensandum, quod probo per etymologiam vocabuli, de qua in l. 1. de compen.quæ dicit: compensatio est vnius debiti ad aliud retributio: vnde in hoc text. si essent duo debita, haberet locum compēsatio, sed in casu isto nunquam est nisi vnum debitum naturale, quo casu bene possum indebitè solutum repetere: nec vnquam est quærendum de compensatione, quia cùm sit vnicum tantum debitum, non potest cadere crediti, & debiti retributio,& sic non potest cadere compensatio, ita dicit Bartol. in l.procurator ad exibendum.§.1.in vlt.colum. ff.rem rat.hab.Et si dicas,quòd imò in isto tex.est hincinde debitum, cum ille,qui soluit,teneretur naturaliter: ille autem cui est solutum, teneatur naturaliter, & ciuiliter ex quasi contractu.§. item is cui. Insti. de obl.¦quæ ex quasi contractu. Responde secundum Bart.in d.l.procurator ad exibendum.§.1.quòd in effectu non est nisi vnum debitum, de quo exceptio opponitur.Item dum Bartol.in 2.membro dicit,quòd ideo in deposito nō opponitur cōpensatio, quia est expoliatus,&c.nimis generaliter,& loquitur secundū suā rationem sequeretur,quod idem esset in commodato, & tamen est falsum contra.l.fina. C.de compens.

SVMMARIVM.

1 *Causa dotis est pia,& an pro ea solutum repetatur.*

§.Si mulier. Quando error causatur à pietate,cessat indebiti soluti repetitio.h. d.secundum Bartol. & alios.Circa hunc. §. bene aduerte,quia si intelligimus hunc text. secundum, quod dicit Bartol. sequitur, quòd regula, quæ elicitur ex hoc text.non probatur hic. s.
3 quòd dos est pia causa. ¶† Not. *secundum intellectum communem,*
* quòd causa dotis de per se non dicitur causa pia.s.nisi promittatur à matre,vel sorrore,&c.¶ Secundò not. quòd solutum causa pietatis,quamuis aliàs sit indebitum, non tamen potest repeti, & ex hoc Bald. in l.ea quæ. C. eod. dat regulam generalem,ꝙ si soluatur relictum ad pias causas, nunquam pōt repeti tanquam indebitè solutum. An tamen sit verum, dicā].extra gloss.¶ Extra gloss.opponit Bartol.contra text.de l.qui se debere,& de l.si donaturus.ff.de condi.ob cau.& respondet vt hic per eum. Ex cuius doctr. vt dixi not. quòd causa dotis per se non dicitur causa pia. Et ad istud benè facit, quòd voluit in simili Bald.in l.diuus. ff. ad l. Falcid. vbi dicit, quòd legatum alimentorum non dicitur pia causa, seu legatum ad pias causas, & tamen bonum est arg. de dote ad alimenta, gloss.est singu. in l.ob æs.C.de predi.mi.quam alleg. Bartol.in Authen.res quæ.C.commun. de leg. idem tenet Bart.in l.final. in 2.colum.ff.de his quib. vt indig. & in l. Meuius.§.duob.in 3. q.& ibi Imol. ff.de legat. 2. & multum latè per Imol. in l. 1.ff. solu.mat.Contrarium,quòd imò dos dicatur pia causa, tenet Bartol.in repe.l.si constante.in 9.q.1.partis princip.ff.solu.mat. & sentit Bartol.in l.2.§.Titio.ff.de don.& in l.si ego.in princip. ff. de iure dot. & expresè Bald. in repe.l. 1.in 16. colum. C.de sacrosan.eccl.Bald.in l.sicut.ad fi.C.de act.& oblig.& in l.mandatum.in 4.colum.C.man.& expresè Imol.in l.1.in 1.colum. in fi.ff.solu.mat.Et pro ista opin.optimè facit, quia sicut de legatis ad pias causas non detrahitur Falc. Auth. res quę.C.ad l. Falc.ita etiam de legato dotis.gloss.est in l.in testamento. C.ad l.Falc. quamuis in contrarium teneat gloss. in l.tali.in princip. ff.de iur. do. Ego puto distinguendum, secundum, quod in simili distinguit Bart.in alimentis in l.alio. in prin.in 8.col. ff.de ali.& cib.leg.& Bart.in trac.alimentorum, & Ang.& Imo.in l. Stichum aut Pamphilum.§.stipulatio. ff.de ver. obl.an legatū alimentorum dicatur ad pias causas,& dicunt,quòd qn̄ relinquitur vni pauperi, tunc dicitur ad pias causas, secus si non pauperi, quia tunc non est ad pias causas, & licèt Bart.non dicat,est text.in l.Mela.in vers.pietatis intuitu.ff.de ali.& cib.leg. ita etiam dico in dote:aut relinquitur causa amicitiæ, vel affinitatis, & tunc non est ad pias causas. ita loquitur Bart.hic, aut quis relinquit pauperi dotem,& tunc causa pietatis,& sic tunc est ad pias cās,& ita ēt distinguit Lud.Ro.in repet.Auth. similiter.in 3.col. C.ad l.Falc. & sequit̄ d.Alex. in d.l.si ꝯstante. in princ.in pen.char.Et vide etiam Io.de Ana.in cons.57.incip. visis, & ponderatis. Alius tñ planior intellectus ad text. nostrū ponitur per Ful.& Pau.de Cast.qui est verus.nam debes scire, quòd si maritus recipiat mulierem absque promissione dotis expressa,mulier non tenetur dare dotem.gl.est in l.obligamur. §.lege.ff.de act.& obl. & dixi in l.qui se debere.ʒ.de condi. ob cau. ista ergo mulier traducta per maritum absque aliqua promissione dotis,errore ducta credebat se obligatam ad dandam dotem, & eam soluit, an possit repetere? videtur, quòd sic, quia erat solutum indebitum. Iurisconsl. tamen decidit contrarium, quia subest causa pietatis, quia suberant onera matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio generis,& alternatiua æquiparantur.*

1 §.Qui hominem. † Obligatio generis, & alternatiua æquiparant. Et in obligatione generis, qui certam speciem soluit, putans se ad eam teneri, potest illam tāquam indebitè solutam repetere,& aliam quam vis soluere.h.d.¶Glos.in vers.hominem, ibi, & nihil est contra.Istum primum intell.approbat Ful.hic, eo quia sequens intellectus, secundum eum,facit violentiam literæ.Ego puto,quòd iste intellectus nullo modo possit stare, & tunc essent similes casus,sed erunt ijdem casus, & esset quędam inculcatio, & frustratoria locutio.¶ In fin. gloss.teneo hunc intellectum, & vt vides fit similitudo inter obligationē in genere,& oligationem alternatiuam in duob.vt patet in gl. Dissimilitudo autem est, vt patet in fin.gloss.quia in obligatione generis solutum dicitur esse in obligatione: in alternatiua obligatione vtrunque dicitur esse in obligatione.l. cùm duo.ff. de verb.obl.Sed tunc opponitur, nonne si illud idem, quod soluitur,dicitur in obligatione,ergo impossibile est,quòd solutum possit repeti, ex quo illud censetur obligatum, quia in obligatione generis illud, quod soluitur, fingitur vsque retro fuisse in obligatione. l. cum incertus.ff.de leg.1.& tamen text. in fi.dicit.oppositum.Sol.dicit,quòd illud,quòd dicitur,quòd in obligatione generis ille, qui soluitur,fingitur vsque retro debitus,procedit qn̄ soluens non errat,sed hic erratur,prout ēt dicit Pau. de Cast. ideo pōt repeti æquitate suadente,quia ex qno errore soluit, non militat.d.regul.l.cū. incertus. de legat. 1. s.ꝙsolutū censeat̄ fuisse in obligatione:igitur bene pōt repetere. Ratio est,quia fictio non potest habere locum nisi quando subest æquitas. l. denique & l. nec vtilem. ff. ex quib. cau. ma.sed quando errat,non subest ęquitas.igitur,&c.sed in obligatione alternatiua nō potest cadere error,cùm vsque à principio vtrunque sit in obligatione.d.l. cum duo.ff.de verb. obl. nec hic cadit fictio.

SVMMARIVM.

1 *An pro expensis factis in re aliena habeam rententionem, vel aliam viam.*

2 *Quid ſi habeo plures res, an poſſim vnam retinere.*
3 *Si mulier dat nomina debitorum in dotem, an ſi vir faciat expenſas in exigendo, repetat.*

LEX XXXIII.

SI in area. Quando nullum negotium eſt geſtum inter partes, ceſſat condictio indeb. h. d. ſecundum Bald. vel ſic propius ad text. Pro impenſa quam quis facit ædificans in re aliena, ſiue poſſideatur per dominium, ſiue per ædificātem, ſolūm ius retinendi competit, ſi bona fide ædificauit; aliàs nullam actionem habet ad repetẽdum expenſam. h. d. Diuiditur in 2. partes princ. In 1. loquitur, quando quis ædificat in ſolo alieno à domino poſſeſſo. In 2. quando quis ædificat in ſolo alieno à ſe ædificāte poſſeſſo. Secunda ibi, ſed & ſi is. Rurſus 1. pars ſubdiuiditur in 3. par. dictum, ratio, & obiectionis remotio. Similiter ſecunda princ. ſubdiuiditur in tres particulas, dictū, ratio, & illatio, partes patent in litera. Not. 1. ibi, quia nullum negotium. quòd ad hoc vt competat condictio indebiti, requiritur, quòd negotium ſit geſtū inter partes. Ratio eſt, quia condictiones ſunt perſonales, quæ præſupponunt obligationē
1 inter partes. ¶† Secundo no. in fi. quòd ad expẽſas factas bona fide in re aliena nullum habeo remedium ad eas conſequen-
* das, niſi via retentionis, & eſt ponderandus text. ibi, *nullo alio modo.* Et propterea dicit Paul. de Caſtr. hic habuiſſe de facto q. vltra montes. Cùm Flo. quidam feciſſet magnum palatium in ſolo alieno bona fide, qui condemnatus reſtituit, nec ſciuit ſibi reſeruare retentionem propter expenſas, an poſſet huic alio modo conſuli. Et conabatur dicendo, quòd fortè poteſt agi actione in factum ex æquitate. l. ſi me, & Titium. §. ſi cert. pet. Adde, quòd iſtam q. latè examinat Cy. in l. ſi quis ſciens. C. de rei ven. & recitat opin. Antiquorū, qui dicebant, quòd poterat repetere: ipſe tenet contrariū. Ponit Spec. in tit. de excep. in §. 1. verſi. ſed pone, & c. vbi etiā quærit: ſi quis ſit condemnatus non facta mentione expenſarum, poſtea in executionem ſententiæ vult retinere rem, donec ſoluantur impẽſæ, an poſſit, &
2 iſtum caſum ponit etiam Alb. hic. † Quid ſi habeo plures res alienas, & feci impenſas in vna re, & eam reſtituo ſine retentione expenſarum, an poſſim retinere ex alijs reb. Alb. hic dicit, quod non. alleg. tex. in d. l. ſi ſeruos. ff. de pig. act. quę mihi nihil probat. & gl. in l. planè. la 2. ff. de pet. hær. Intellige etiam iſtum caſum non procedere, quando maritus fecit impenſas in res dotales, quia propter hoc non poteſt vti retentione. tex. eſt in l. vnica. §. ſed nec ob impenſas. C. de rei vxo. act. & l.
3 quòd dicitur. ff. de impen. in reb. do. fac. ¶† Not. quòd ſi mulier dat nomina debitorum in dotem, quòd ſi maritus facit impenſas in exigendo debitores, non poteſt illas repetere. glo. eſt ſing. in l. 1. ff. de impen. in reb. q̃ dicit ſing. Bar. ibi, de cuius veritatē dic, vt ibi latius per Bartol. & Bald. in l. 1. C. de bo. ma. & Bald. in l. 2. C. de act. & obl. & in l. per diuerſas. in 6. q. C. man. & in l. qui ſe debere. in vlt. q. ſ. de condi. ob cau. & not. in l. Mæuia, in prin. ff. ſol. mat. & ſin. Bald. in l. 3. C. de fal. cau. adiec. leg. vbi dixit ſing. non procedere in magnis impenſis; in impenſis ergo paruis tantum procedit. d. gloſſ. not. ¶ Gloſſ. in verſi. non habebit. ibi, vel ſolue vt ibi. vera eſt ſolutio, quòd contrarium loquitur, quando quis tranſtulit poſſ. in eum, qui non erat dominus: quo caſu bene poteſt ſolam poſſ. repetere, ſed hic tradidit ei, qui erat dominus: quo caſu non poteſt repetere poſſ. quia ipſe dominus poterat eum cogere ad transferendam poſſeſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator grauando hæredem de reſtituendo totam hæreditatem, intelligitur prohibere trebellianicam.*
2 *An hodie poſſit prohibere trebellianicam ſicut falcidiam.*
3 *Quomodo poſſit competere conditio indebiti ad repetendum decem data cauſa conditionis implendæ.*

LEX XXXIIII.

IS, cui. Quando diſpoſitio efficitur inualida, ſolutum cauſa conditionis implendæ repetitur. h. d. in textualib. nihil eſt. ¶ Propterea
1 capio gl. in verbo fundus, ad fi. ¶† Not. bene iſtam gl. quæ fin. vult, quòd teſtator grauando hæredem de reſtituendo totam hæreditatem, intelligitur prohibere quartam Trebel. idem in ſimili dicit gl. fin. in l. decem. in prin. ff. de fideicom. lib. quam reputat ſing. Bald. in Authentic. ſed cum teſtator. in in vltim. colum. C. ad l. Falcid. cum ſuis multis concor. quòd quando teſtator apponit verbum totam, intelligitur prohibere falcid. Ad terminos noſtros gloſſ. non bene dicit: quia teſtator de iure iſto non poterat expreſſè prohibere Trebel. nec falc. imò nec de iure Codicis, tex. eſt in l. ſi vt allegas. C. ad l. Falcid. & §. ſed quia. Inſti. de fideic. hær. ergo multò minus
2 tacitè. † An autem ita hodie teſtator poſſit prohibere Treb. ſicut falcidiam? ponunt Bart. & alij in l. Marcellus. in prin. ff. ad Trebel. & Bar. in l. pactum inter hæredem ff. de pact. & l. nemo poteſt. ff. de leg. j. & Bar. & alij in Auth. ſed cum teſtator. C. ad l. Falc. cum alijs ſuis concor. quæ traduntur in dictis locis. ¶ Gl. in verbo conditione. ibi, quod ſatis admitto. Barto. hic & ceteri
3 Mod. multū ſe inuoluūt circa ſol. in explicando, † quomodo in hac l. poſſit competere condictio indeb. ad repetendum decem, data cauſa condi. implendæ, cùm illa decem videantur data ex cauſa de præterito. l. damus. C. eod. Tu dic, quòd ſolutio eſt clara, & ſentit iſta gloſſ. in iſta 2. ſol. quæ eſt vera, quòd ꝯpetat condictio inde. Non nego etiam, q̃n poſſit competere cōdictio ob cauſam, per id, quod dixi in l. ſi procuratori falſo. ſ. tit. 1. & dico, quòd in iſto tex. ſolutum eſt ex cauſa de præterito, quia iam iſte adierat, & reſtituerat hæditatem, antequam iſta decem ſoluerentur, & iſte credebat ſe teneri ad ſoluendum dicta 10. vnde ſoluit ex cauſa de præterito, non autem ex cauſa de futuro, vt ſibi reſtitueretur hæreditas, cùm iam eſſet reſtituta, meritò datur cōdictio indeb. & iſto modo ceſſat difficultas. Iſta planè procedunt reſpectu hæreditatis, quia quòd iam eſſet reſtituta, clarè patet in text. ſed reſpectu fundi, tunc ſic. aut fundus erat etiam reſtitutus, & tunc eſt clarum, quòd 10. ſunt etiam tunc ſoluta ex cauſa de præterito. Si autē non erat reſtitutus, dico, quòd reſtituta hæreditate dominium ipſo iure tranſit in ipſum fideicommiſſarium, cùm eſſet fundus hæreditarius, prout etiam hic dicit Bart. & propter hoc credebat ſe teneri ad illa decem. Quantum ad aliam oppoſitionem gloſſ. teneas vltimam ſolutionem: quia aliud non poteſt dici.

SVMMARIVM.

1 *Facta executione non admittitur purgatio moræ, nu. 3.*
2 *Specie perempta, quando debitor liberetur.*

LEX XXXV.

QVi ob rem. Poteſtas purgandi moram non facit, vt videatur ſolu-
1 tum indebitum. h. d. ¶† Not. quòd quemadmodū facta executione à lege, non admittitur purgatio moræ l. ſi is cui. ff. de leg. 2. & l. traiectitiæ. §. de illo. ff. de act. & ob. ita etiam quando eſt facta executio ab homine, vt hic, de quo per Bar. in l. ſi inſulam. in 4. q. ff. de verb. obli. vbi per Mod.
2 ¶† Vlt. dicit Bartol. iſtum text. facere pro not. q. Nam debitor ſpeciei, ante moram mortua ſpecie liberatur: poſt moram periculum ſpectat ad debitorem. l. ſi ex legati cauſa, & l. nemo. §. 1. ff. de verb. obl. & l. quod te, cum glo. ff. ſi cer. pe. Pone modo, quòd ſpecies moritur poſt moram, intra tamen tempora purgandi moram: dicit Bartol. quòd etiam tunc periculum interitus ſpectat ad debitorem, per l. ſancimus. in fi. C. de fideiuſ. de qua per Bartol. in l. ſi inſulam. in 7. q. ff. de verb. obl. vbi limitat. & ille tex. in d. l. ſancimus. in fi. ſecundum Bartol. ibi eſt ad hoc not. & eſt text. ad hoc vnicus in iure, ſecundum Bald. in c. capi-
3 tulum ſanctæ crucis. in pen. col. de reſcr. ¶† Vltimò pro iuuenib. eſt aduertendum, quia Bart. in hac l. prima fronte videtur eſſe ſibi contrarius: nam in ſummario dicit poteſtas purgandi moram, & ſic præſupponit, quòd in hoc tex. poſſet mora purgari. Et poſtea in 1. not. dicit contrarium, dum not. ex hoc text. quòd poſt factam executionem ab homine, nō eſt locus purgation moræ. Sed ſanè intelligendo Bartol. non eſt ſibi contrarius, nam eius ſummarium debet intelligi, quòd poteſtas purgandi moram, &c. ſ. quæ fuerat à principio ante factam ſolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis accipiendo rem alienam in pignore committat furtum.*

LEX XXXVI.

SEruus. Pecunia accepta pro reſtituenda re aliena, quam ſcienter pignori acci-
1 piendo committit furtum, turpiter accipitur. & ideo repetitur: ſecus ſi ignoranter. h. d. ¶† Not. caſū ſingularem ſecundum Pau. de Caſt. hic, & bene, q̃ accipiēdo
a quis rem alienā [a] pignori ſcienter dicatur committere furtū: ſecus ſi ignoranter, & dicit Paul. de Caſtr. ſe allegaſſe pro caſu Florentię. Quidam famulus ſurripuit veſtes domini, & portauit ad fœneratorem: ab eo accepit aliquas pecunias: dñs iuit ad fęneratorem, & petebat veſtimenta ſua: ille nolebat reddere

ADDITIO.

a ¶Alienam pignori. Ampliat Arg. conſi. 70. & refert Fel. in c. cauſam quæ. verinterpretatio priuilegij. de reſc. PVRPV.

reddere, nisi præstaret pecuniam, & ipse soluit, & habuit vestimenta, postea volebat repetere pecunias solutas, an possit? dicit Pau. de Cast. quòd in ista. l. est cassus, quòd si fœnerator ignoranter recepit, quòd non teneatur restituere, & dicit, ꝙ plures Doct. fuerunt de hoc admirati, & etiam aliqui turbati. Adde, ꝙ ante Pau. de Cast. ad hoc not. istum text. Bald. hic, qui dicit istam. l. esse tenendam menti pro famulis scholarium pignorantib. libros dominorum iudæis fœnerantib. & scientib. nam si tunc iudæus non vult aliter restituere librum ei scienti pignoratum, nisi scholaris ei prius soluat pecuniam, certè si scholaris eam soluat, pōt repetere per condi. ob turp. cau. secus est in fœneratore ignorante. quod est not. ſm eum. Idem per istam. l. dicit Bald. in l. eos qui. C. de furt. an autem in dubio præsumatur talis fœnerator sciuisse, vel ignorasse, habes gloss. ord. in l. in ciuile. C. de fur. & ibi no. ꝑ Bar. & alios, Bal. & Imo. in l. fi. ff. de hære. Insti. Item addo, ꝙ istam. l. dicit esse auream, & singularem contra iudæos, & eorum statutum, propter quod non possunt conueniri, nec cogi ad restituendum pignus, ꝙ dicitur esse furto subtractum. Io. de Ana. in consi. 70. inc. visis & ponderatis his, quæ in facto proponuntur. Item adde, quòd per hanc. l. dicit Bal. in rub. C. de condi. ob turp. cau. quòd vincens in ludo scienter pecuniam à seruo, quę erat sui domini, vel à filiofa. quę erat patris, vel ab institore, quę erat patroni, committit furtum, & tenetur furti. & ideo talem pecuniam non lucratur.

SVMMARIVM.

Pretium solutum ex causa venditionis inualidę, repetitur.

LEX XXXVII.

1 SEruum meum. † Pretium solutum ex causa venditionis inualidæ, per condictionem indebiti repetitur. h. d.

SVMMARIVM.

1 *Inter patrem, & filium, vel duos fratres in potestate non oritur nisi naturalis obligatio. & nu. 10.*
2 *Fratre contrahente cū alio fratre acquiritur naturalis obligatio patri.*
3 *Quando creditor succedit debitori, extinguitur obligatio. & nu. 9.*
4 *Quod dicatur peculium, & quid sit.*
5 *Filius mutuando pecuniam patris fratri, an transferat dominium.*
6 *Dominium, quod retro transfertur incontinenti, non est in consideratione. nu. 7. & 8.*
11 *An frater, vel pater possit donare filio, vel fratri existenti in potestate.*
12 *Debitum contractum per filiumfa. debet solui de peculio.*
13 *Ad quem transit peculium, transit onus.*
14 *Differentia inter obligationes, quæ transeunt obuentu peculij, & quæ obuentu hæreditatis.*
15 *Si pater legat filio totum peculium, habet omne onus soluendi totum debitum peculiare.*
16 *Si hæres coactus soluit, non repetit.*
17 *Si sunt plures hæredes vnius debitoris, an vnus possit pro parte sua soluere.*
18 *Extraneus contrahens cum filiofa. habente peculium, obligat sibi filium insolidum.*
19 *Cui datur actio, datur exceptio.*
20 *Hæres potest petere sibi caueri per alios hæredes de indemnitate.*
21 *Si sunt plures socij, & vnus soluat, an possit ante diuisionem retinere solutum.*
22 *Mortuo patre peculium diuiditur inter fratres.*
23 *Qui tenetur aliquem conseruare indemnem ab extraneis, multò magis à seipso.*
24 *An quis teneatur non seruare promissionem contra seipsum.*
25 *An filius obligetur naturaliter ex mutuo patris.*
26 *An per emancipationem filij obligatio reconualidetur.*
27 *Pater post emancipationem filij adhuc tenetur de peculio.*
28 *An pater obligetur filio ex mutuo naturaliter.*
29 *Propter exhæredationem non tollitur ius quæsitum filio.*
30 *Pater obligatur filio ex mutuo naturaliter.*
31 *An ista lex habeat locum in duobus filijs in potestate.*
32 *Quid in monachis.*
33 *An inter patrem, & filium oriri possit ciuilis obligatio.*
34 *Obligationes sunt inuentæ propter iudicia.*
35 *Casus, in quibus inter fratres in potestate cadit ciuilis, & naturalis obligatio.*
36 *Si filiusfamilias mutuauit pecuniam aduentitiam, & numerauit nomine patris, an acquiratur patri.*
37 *An hodie in aduentitijs cadat inter fratres in ptāte ciuilis obligatio.*
38 *An pater obligetur ex mutuo recepto per filium habentem peculium.*
39 *An dominus obligetur ex delicto seruorum.*
40 *An inter patrem, & filium de iure cano. oriatur obligatio efficax inter ueniente iuramento.*
41 *An per solam existentiam suitatis obligatio naturalis dicatur confusa.*
42 *Si filius soluit fratri ante immixtionem, an sequuta mixtione repetat tanquam indebitum.*
43 *Quando extraneus possit agere contra filium.*
44 *An donatio inter patrem, & filium in potestate valeat.*

LEX XXXVIII.

FRrater à fratre. Istam. l. aliàs publicè repetij, & repetitionem. ĩ. proxi. subijciam. & quia in ea plenius quædam, & diffusius explicaui, Ideo hic in illis sub compendio procedam, sed vtar stylo subtiliori. & acutiori, & pulchriori, & multas pulchras subtilitates subtiliter attigam.
1 ¶ † Præmitte ad euidentiam, ſm Bartol. & Ang. quòd inter patrem, & filium, vel inter duos fratres in potestate eiusdem patris non oritur nisi naturalis obligatio, & regulariter filiusfa. obligat̄ naturaliter, & ciuiliter, pręterquā in voto, & Senatusc.
2 Maced. declarat Bart. ĩ. in gl. vbi dicemus. ¶ † Secundò habes præmittere ſm Bart. & Ang. quòd si frater contrahit cum alio fratre in potestate, puta in mutuo, oritur sola naturalis, & acquiritur patri, per regulam quicquid acquirit filius, acquirit patri, & vix momento apud eum remanet. l. placet. ff. de ac-
3 quir. hære. ¶ † Tertio habent præmittere iuuenes ad euidentiā ſm Bar. & Ang. ꝙ regula est, q̄n debitor crditori succedit, tunc extinguitur illa obligatio: q̄a aliàs succederet vnū absurdū, ꝙ vnus esset creditor, & debitor simul, & eodem instāti. tex. est in l. vranius. ff. de fideiuſ. in l. 1. §. si debitori. ff. ad l. Falc. & in l. de-
4 bitori, vbi plenè traditur. C. de pact. ¶ † Quartò habes aliud ad euidentiam pręmittere, (in quo consistit difficulas tota istius legis,) ꝙ peculiū dicitur esse quoddā ius vniuersale, vt est hæreditas, vel dos, recipiens augmentū, & diminutionem quotidie, vt dicimus de hęreditate, quæ ad quemcunque transeat, transit cum onerib. & ꝯmodis suis: ita & peculiū, quia ad quēcunque transit, etiam trāsit cum lucro, & onerib. ac obligatione actiuè, & passiuè, & sequuntur peculium onera, & lucra sicut lepra leprosum. & ibi stat difficultas legis. & in hoc insistit Africanus, & hoc est, quod voluit decidere Africanus, & circa hoc frequenter insistit Bart. Hinc est, ꝙ si filiusfa. habens peculium, faciat contractum occasione peculij, illa obligatio ex contractu tali censetur esse peculio affixa, ita quod ad quē vadit peculium, vadit etiam obligatio. ¶ Istis sic breuiter ad euidentiam præmissis diuide istam l. in tres partes princ. In 1. loquitur de mutuo celebrato inter duos filios in potestate. In 2. quando pater mutuauit filio in potestate. In 3. quando filius mutuauit patri. Secunda ibi, in versicul. quæsitum. Tertia ibi, contra si pater. ¶ Rursus prima in 6. part. In 1. ponitur breue thema. In 2. breuis quæstio. In 3. responsio bimembris. In 4. assignatur ratio bimembris, & vnum vult expræsè, & aliud tacitè. In 5. aliud tacitum reprobat per tria. In 6. & vlt. ꝯprobatur. h. d. in effectu. Ex mutuo inter duos fratres in potestate oritur naturalis obligatio, & acquiritur patri, & vna pars ad fratrem perueniens extinguitur confusione: alia verò etiam extinguitur, quatenus ad fratrem peruenit de peculio, & illam q̄n ocunque soluerit, semper repetit. Ex mutuo inter patrem, & filium oritur naturalis obligatio, &c. vide Bart. hic. & alios. Bald. in l. fi. in 3. col. C. quod cum eo. reassumit totam materiā huius. l. & casum breuiter figurat. In primis pondera text. dum dicit, frater à fratre, & consequenter pondera, quòd ista lex loquitur in duob. fratrib. operæpretium est videre, nunquid ista lex procederet in trib. quatuor, vel quinque fratrib. & sic vltra in plurib. Bart. in 15. col. in versi. quæro, quid si iste frater. sol. tenet, quòd ista lex solùm procedit in duob. fratrib. & quòd non procederet in plurib. & sic loquitur cū mysterio in duob. prout etiam visus est tenere Ange. in antep. col. licèt ex toto non loquat̄ sicut Bar. Mouetur subtiliter Bar. & vtit̄ ista rōne: ꝙ quis peculium transeat cū onerib. suis eatenus, quatenus est in peculio, & nō vltra, tñ oblō peculiaris nō transit nisi quatenus est in hr̄ditate, vel pro quota est hæres. Istum passum, & eius veritatem latius explicaui infr. in rep. ad ibi dicta te remitto.
5 ¶ Scdō pondero text. ibi pecuniam mutuatus. † ꝙ filius mutuādo pecuniā patris, vel peculij profectitij, cuius dominium est patris, illud dn̄ium trāsfertur in fratrē: istud probat̄ ex isto tex. in d. verbo mutuatus. Item probat̄, q̄a nisi sic transtulisset dn̄ium in fratrē, nō esset mutuū, iuxta l. 2. §. appellata. s. si cert. pet. si mutuum, ergo est translatum dn̄ium, & nisi sic esset, ꝯtractus esset nullus, & sic non posset agi. Itē non oriretur naturalis oblō, & tñ est hic mutuum, & oritur naturalis obligatio, vt hoc text. Difficultas ergo parua non est videre, quomodo fra-

ter potuit mutuare, & quo potuit transferre dñium.Bart. hic in multis locis,& maximè in 2.& 6.col.planè fatet,ꝙ iste text. dẽt intelligi accedente voluntate pr̃is,qui habuit ratum, vel qa concessit in administratione peculij, & si ita nõ esset, opus est intelligere sequuta consumptione pecuniæ.Contra fortissimè vrget, dato ꝙ dñium sit translatum in fratrem mediante ratificatione patris, habeo, ꝙ illud dñium non remanet penes illum fratrem etiam momento,quia acquiritur patri.l.placet.ff. de acq.hære.adeo ꝙ ẽt momento non remanet penes filium, & habeo,ꝙ non est in consideratione translatio dñij,quę non durat momento, quia est perinde , ac si non esset translatum. tex.est in l.qui sic.ff.de sol.& habes in simili optimum tex. in l. fi in fi.C.de bon.quæ lib. declarat Bar.in l.fi.ff.de cond.inst.Istã difficultatem tangit Pau.de Cast.hic,in 7 col.& dicit,ꝙ nullus cogitauit preter eum, & verum dicit, deinde ipse dicit,quod illa l.nõ potest procedere, nisi qñ est sequuta cõsumptio illius pecuniæ, & sic causatur mutuum , & ex eo oritur naturalis obligatio , vt in l. non omnis.§. si pupillus. supra si cert. peta. sed ista sol.& iste intellectus Pau.nullo modo mihi placet,qa ita intelligere esset multũ diuinare, & nimium restringere istã l.nec credo,ꝙ ista fuerit intentio Africa. sed secũdo, & fortius, quòd ista so.non procedat,ostenditur: quia quamprimum est traslatum dñium,statim transfertur in p̃rem,ergo est momentaneum dñium, & ex dominio momentaneo non acquiritur, vt s. dixi per d. l. qui sic. Quid dicendum ? Ego puto , ꝙ huic difficultati põt responderi altero de 5.modis,vel 6.¶ In primis ꝯsidera si possit r̃nderi,prout Bar.intelligit vers.ꝯ si p̃r.Bar.dicit in 1. concl. extra gl.in qua tractat de mutuo, ꝙ possumus ita intelligere principium huius.l.sicut ipse intelligit dictum vers. ꝯ si pater.Intelligit.n.Bar.ꝙ frater mutuauit pecuniam, quam acquisierat ex peculio pr̃is,quo casu considerato iure gen.ꝯhitur mutuum: quia illo iure gen.est pecunia propria ipsius fratris,qui eam acquisiuit,sed ista est nimia restrictio ad istũ text. Considera scdò , quia tota difficultas stat in regula l. qui sic. ff. de sol.an possit r̃nderi ad illã l. & dixi, ꝙ illa lex loquit̃ qñ ex-
6 presse actũ est inter partes, † ꝙ dñium retrãsferat̃ incõtinenti, tunc illud dñium non est in consideratione , sed in casu nr̃o dñium,qđ ex voluntate patris transfertur in filium , transferat̃ postea in p̃rem , non est hoc actum inter partes, sed procedit ex dispositione legis,citra ꝯsensum partiũ,ergo non procedit regula.l.qui sic.& do tibi Bart.in terminis , qui illum text.d.l.q.
7 sic.ita intelligit,in l.singularia.in vlt.col.in prin.s.si cer.pe.† Tertio,& no.responde ad illam l.qui sic. vt ibi declarat Bar.qñ dominium debet retro transferri,statim illud dñium momentaneum non est in consideratione : est verum qñ nulla vtilitas procederet , vel esset remansura vltra dñium , sed in casu nr̃o remanet vtilitas vltra dominium,quia remanet saluum com-
8 modum administrationis. † Quartò potes al̃r respondere, & est alia limitatio , quã reperio dari ad d.l.qui sic.in c.debitores. per illũ tex. de iureiur.ꝙ qñ agitur expresse,vt transferat̃ dominium tunc illud dñium bene habetur incõsideratione, sed in l.qui sic. non agebam transferre dñium. Istæ sol.vt per te vides non tollunt difficultatem. Considera 5.& vlt.aliam difficultatẽ,& alium intellectũ,& in hoc resideo,si dici põt,ꝙ quemadmodum obligatio naturalis de patre ad filiũ, qa ista obligatio descendit à patre , ista non acquiritur per filium patri. Pone, filius patri mutuauit,pater filio obligatur,nunquid ista obligatio acquiratur patri? non, quia casus est hic, & ita firmat gl. 1. hic.& Bart.in plerisque locis , presertim in 10.vel.11.col. & ita limitatur reg.d. l. placet. vt procedat,quoties filius acquirit ab alio,quam à patre,bene tunc acquiritur patri, sed qñ obligatio descendit ab ipso patre, non reacquiritur tunc patri.In proposito,qñ pater consentit,& ratificat, ꝙ dñium pecuniæ suæ mutuatæ per filiũ alteri filio , qđ in ipsum filium transeat dñium, & sic dñium descendit ab ipso patre,& sic non ab alio filio,& sic non acquirit patri, per reg.d.l.placet.quæ intelligit̃,qñ filius ab alio acquirit quàm à patre, & sic dñium remanet penes filium. Ex quo.n. dñium descedit ab ipso p̃re, certè isto casu non debet reacquiri ipsi patri , quia qua ratione naturalis obligatio, quæ est de iure gen. quæ descendit à patre in filium,non acquiritur p̃ri,eadem rõne dñium,ꝙ similiter est de iure gen. vt est gl. in l.1.ff.de acq. re.do. Bar.in l.ex hoc iure. ff. de iusti.& iur.cùm descendat ab ipso patre, non debet reacquiri ipsi p̃ri. Potes ẽt sextò dicere, ꝙ qñ mutuum fuit reconciliatum consumptione pecuniæ,vt dicit Bart.sic qñ pecunia est cõsumpta vtiliter,& inutiliter,& sic amplius non extat,certè pecunia nõ extante penes filiũ,sed ea consumpta,non potuit tunc talis pecuniæ per filiũ acquiri dñiũ patri.argu.l.fi.§.fi. C.de bo.quę lib. & l.si pater.§.1.ff.ad Mace. & istã 6.responsio posui.ĩ. in 5.not.
9 vbi vide.& sic finitũ est 2.not.text.¶† Tertio not.text. in versi. vtique,ꝙ qñ debitor succedit creditori, tale debitũ extinguitur confusione,ne idem inueniatur debitor,& creditor,prout declaraui in euiden. Intellige istam reg. esse veram pro ea rata , pro qua est hæres creditoris ; vnde si est hæres in totum, extinguit in totũ. si in 5.parte extinguit in 5.parte. Ratio est,qa hr̃s repræsentat defunctum pro ea rata,& parte,pro qua est hæres & nõ plus.l.cum à matre. C.de rei ven. vbi gl.ord. & l.2.§.fi.ff. de præto.stipu.Secundò intellige not.istam reg.ꝙ confusione extinguitur debitum, verum est quatenus durat confusio , & non plus, & ideo si creditor esset hæres debitoris , extinguitur debitum confusione quatenus durat confusio , & ideo si venderet hereditatem,actio sua reuisceret.text.habes in l.2.§.cum quis debitor.ff.de hær.vel act.ven. & ibi gl.no.casum sp̃alem, in quo actio semel extincta , tñ resuscitatur , & ita limitatur.l.
10 qui res.§.area.ff.de solu.¶† Quartò no.ꝙ inter fratres existẽtes in eadem pr̃is ptãte,si mutuãt vel ꝯhunt, orit̃ naturalis oblõ. Ex quo infertur, ꝙ non oritur ciuilis.Ratio, quia quod de vna ponitur,de alia negari videtur.l.maritus.C.de procu.& l.cum prætor. ff. de iud. c. nonne bene dicimus. extra de præsum. Et est ratio ſm Bart. & Docto. quia cùm ex mutuo ꝯcto inter patrem , & filium non oriatur nisi obligatio naturalis , per rationes.1.glo. & Bar.ergo inter fratres non põt oriri nisi naturalis,& illa immediatè acquiritur patri per reg.l.placet.ff.de acq.
11 hær.† Ex isto dicto infertur 2.alia no.illatio, ꝙ quemadmodũ p̃r non põt donare filio in ptãte. l. donationes quas parentes. C.de do.inter vi.& vx.l.2.vbi gl.& Doct.C. de inof.do.Ita vnus frater in ptãte pr̃is non posset donare alteri fratri, qñ ambo sunt in eiusdem pr̃is potestate, & ratio , quia non posset donare nisi sint res patris , vel nisi bona profectitia,quorum habet administrationem,& in generali concessione administrationis nunquam intelligitur concessum ,ꝙ posit donari. l. filiusfa.in prin.ff.de do.l.contra iuris ciui.§.fi.ff.de pact. Inuenio , ꝙ istud vlt.limitat sing.Ioan. And.& sæpe relatum est in addi.Spec.in tit.de instru.edi.§.porrò.vers. quid si filiaf.in 2.col. Referens ita obtinuisse dominum suum , quod frater posset donare alteri existenti in potestate eiusdem patris,quando donaret de consensu ipsius patris,talis donatio valeret,mouetur duplici consideratione. Primò , quia talis consensus patris idem videtur operari, quod emancipatio.alleg.ad hoc tex.in l.permittente. C.ad Maced.& in l.sed si damnum.§.1.ff.de pec.Secundò mouetur, qa talis donatio nõ immediatè prouenit à volũtate patris permittẽtis,sed primò procedit à voluntate filij.alleg.§.fi. Insti. quod cum eo.Et si ista limitatio est vera , est maxima limitatio ad omnia iura , quæ de hoc loquuntur, & volunt, quòd frater in potestate non possit alteri fratri in eadem potestate donare,non recolo me legisse, quòd scribentes in aliquo loco faciant mẽtionem de tam mirabili decis.Ioan.And.saluo quòd eã refert Are.in l.placet.ff.de acq.hære.Ego credo, quòd non sit vera,& moueor, quia regulariter qui nõ potest actum facere,nõ põt facienti ꝯsentire.istã reg.tradit gl.in l.fi.in ver.ac cõmodauerit.& ibi Bar.no. C.de pact.no.Bal. in l.2.C.si aduer. don. & not. Bartol. in l.si fundus.§.1. ff. de pig. Item, quia aliàs fieret fraus de persona ad personam ,contra.l.non dubium.C. de leg.& fundamenta Ioan.And. non bene videntur stringere, quia per emancipationem bene confirmatur donatio. l. siue emancipatus. C. de do. sed quòd consensus patris operetur effectum emancipationis, vt dicit Ioan.And.absit à seculo, &
12 de hoc etiam tetigi.ĩ.in 6.q.Bart.extra gl.¶† Quintò principaliter not.ex text.in versicul.naturalem,quòd debitum contractum per filium famil. qui habebat peculium , tale debitum debet solui de peculio , & dicitur onus peculij , & comitatur quæcunque, ad quem peculium vadit, sicut lepra leprosum. Intellige tamen istam regu. quando peculium transit ad aliquem titulo vniuersali, puta titul. hæreditario : tunc transit cum onere obligationis. Si autem transiret titulo singulari, puta donationis , vel venditio. simul cum ipso seruo transit cum oneribus suis : aliàs secus. text. in l. 1. § item hæres, & ibi gloss. ff. quando actio de pecul. est anna. Antequam procedam vlterius circa difficultatem motam ad hunc text. supra in 3. notab. quando frater fratri mutuat, quomodo potest hoc fieri, quòd transfertur dominium , & sic , quòd sit mutuum, iuxta. l. 2. §. appelata.supra si certum petatur, & si dicatur, quòd istud mutuum fuit factum voluntate patris , vel reconciliatur sequuta consumptione , tunc obstat difficultas , ex quo enim illud dominium transfertur in patrem, non curamus de tali momentaneo dominio, per l. qui sic. ff. de solutio. Posset 6. modo responderi huic difficultati vltra 5. solu. quas dedi.s.in 3.not. prout intelligit istam. l. Paul. de Castr. quòd mutuum contrahitur in isto princip. l. & versicul. quęsitum, consumpta pecunia. Dicebatur ꝯ,posito,ꝙ dominiũ transferatur sequuta consumptione, adhuc durat obiectum, quia illud dominium retro trans-

fertur,&

fertur, & consequenter, q̄ sit dñium momentaneum, non est
considerabile, ergo non est efficax ad causandum ipsum mu-
tuum. Considera, q̄ dñium, q̄ acquiritur mediante consum-
ptione pec. non acquiritur per filium pr̄i, dr̄. n. acquiri s̄m, q̄
dicit Bart. in l. 2. §. appellata. ff. si cert. pet. q̄n pecunia esset ɔsum-
pta, & ɔn̄r dñium acquiritur ɔsump. q̄n pecunia non extat.
Considera ergo prouecte, q̄ ɔsumpta pec. illud dñium cadit
super non ente, & dominium, q̄ non habet ens, non est possi-
bile, quòd acquiratur patri. Et per hoc not. limi. ad reg. l. placet.
ff. de acquir. hæred. quòd quando dominium acquiritur filio
mediante consumptione pecuniæ, tunc non acquiratur pr̄i.
Qđ ista limitatio sit vera, q̄n dñium cadit super non ente, q̄
tunc pr̄i non acquiratur, probatur dupliciter. Primò, quia
quotiescunque dominium acquisitum filio non habet dura-
tionem entis, illud dñium non acquiritur pr̄i. tex. est in l. si pa-
ter. in ver. protinus. ff. ad Maced. facit tex. in l. fi. §. fin. C. de bo.
quæ lib. Considera ergo tu prouecte, q̄ illud dñiū, q̄ acquiri-
tur mediante consumptione, non habet esse: ergo, &c. Confir-
matur sc̄dò, quia q̄n dominium non habet esse, & sic duratio-
nem entis, tale dñium vr̄, q̄ sit inseparabile à filio, & nos habe-
mus regulam, q̄ q̄n filio acquiritur tale qđ, q̄ habet separatio-
nem à filio, illud non potest acquiri per filium pr̄i. declarat gl.
13 in l. fin. C. de vsufr. text. in l. 3. §. si quid minori. ff. de mino. ¶† Se-
xtò prin. no. ex tex. ibi, *si non minus ex peculio suo ad fratrē puenisset.*
q̄ pro illa quantitate pro qua peculium peruenit ad aliquem,
pro illa quantitate transit onus debitorum, & non plus, &
ex hoc infertur correlariè, q̄ obligationes q̄ transeūt in aliquē
per obuentionē peculij, non sunt pro quota hæreditatis, & sic
nō trāseunt nisi s̄m quantitatē peculij, hoc est eatenus, qua-
tenus est peculium & non plus, secus est in obligationibus,
quę trāseunt per obuentionē hr̄ditatis, quia sunt pro quota, &
14 nō ꝓ quātitate hr̄ditatis. † Et sic habes notare dr̄ia inter obliga
tiones, quę transeunt obuētu peculij, & quę trāseunt obuētu
hr̄ditatis. Rō diuersitatis assignat per Bart. hic in 12. col. in vers.
venio ad gl. super vers. nō minus. q̄a in hr̄ditate q̄s repræsentat
defunctū, & pro illa quota, qua est hr̄s, cēset̄ eadē persona cū
defuncto. l. 2. §. fi. ff. de preto. stip. l. cū à matre. cū gl. ibi. C. de rei
ven. sed in obuentione peculij nō est sic, q̄a ibi nō repræsentat
peculiū personā filij, vel serui, sed solū est quedā vniuersitas iu
riū, vel rerū. ideo nō tollit̄ oblō nisi respectu eius, qđ puenit,
quia persona remanet adhuc in se obligata, & sic nō trāsiuit
oblō pro quota. & istud vult dicere iste tex. ibi, si nō minus. Ex
ista declaratione infertur ad istū text. declaratio, & not. intel-
lectus, quia iste tex. in effectu vult, q̄ dimidia naturalis obliga-
tionis extinguatur ɔfusione: alia dimidia extinguat̄ obuentio
ne peculij. Cōsidera, qđ imò 1. pars obligationis naturalis extin
guit dupliciter. Primò, quia debitor successit creditori, & sic
obuentu hr̄ditatis, & ɔn̄r cōfusione. Scđò, q̄a obuenit pecu-
liū & licèt peculiū esset minus, extingueret̄ t̄n tota dimidia pri
mo respectu, sed alia nō extinguit̄ nisi per obuētionē, peculij,
& ideo solū extinguitur pro rata quātitatis peculij & nō vltra.
15 † Septimò no. in vers. adeo, q̄ si pater prelegaret filio debito-
tori totū peculiū, talis filius habebit totū onus peculiare, & iō
alter frater, q̄ mutuauit, deducet illud, q̄ sibi naturaliter debet
ex parte peculij, quę ad ipsū peruenisset, si non fuisset prelega-
tū. & ex hoc pōdera hic esse tex. mirabilē s̄m Ang. in 3. col. in
duob. locis, q̄ licèt oblig. naturalis sola nō sit potēs ad agēdū. l.
iurisgen. §. sed cum nulla. ff. de pact. tamen hic est text. singula.
quòd in diuisione hæreditatis fratrū, frater possit agere contra
fratrem de eo, quod naturaliter tantum debetur, & potest per
arbitrum electum ad diuidendum deduci illud, quòd natura-
liter tantum debetur, & sic in effectu potest cogi naturaliter
obligatus alteri fratri, vt soluat: ergo de naturali obligatione
in diuisione hæreditatis habetur mentio. Ex hoc collige not.
limitat. ad regulam, quòd naturalis obligatio non est potens
ad agendum. Fallit in diuisione fratrum, vbi naturaliter tan-
tum debitum cogitur quis soluere: sed hoc ita generale esset
falsum, quia debet intelligi, quando debitum naturale est an-
nexum cum peculio, & peculium deuenit ad vnum fratrem,
tunc in diuisione hr̄ditatis bene fit mentio de debito naturali,
secus si non fieret mentio peculij, nec etiam obligationis, text.
est formalis in l. si quid possessori. in versicul. sed ipsi. ff. de
petitio. hæred. in l. Meuius, in princip. & ibi gloss. ff. famil.
ercisc. & ita declarat Bartol. istum text. in 1. questio. de
mutuo hic. Aduerte etiam, quòd de isto debito naturali
annexo peculio, adeo habetur consideratio, quòd si frater
creditor solueret sine deductione peculij, poterit totaliter
soluens condicere, cùm sit plus debito facta per condi. incer-
ti. l. sed & si me putem. in principio. supra eodem. l. si quis cum
à fideicommiss. & l. qui exceptionem. §. si pars. infra eodem, vel
per condict. indebit. ita expresè declarat Bartol. hic in 13. co-
lum. versic. venio ad gloss. in versicul. non minus. ad fin. illius
16 versi. ¶† Octauo not. in versicul. idque maximè, quòd quan-
do hæres soluit necessitate compulsus id, quod spectabat etiā
ad cohæredes, repetit iudicio famil. erciscund. Hinc infertur
secus esset, si solueret voluntariè, quia tunc datur actio negot.
gest. tex. est in l. si pro fratre. C. de negotijs gestis, & l. hæredes. §.
sed si vnus. & l. qui erat. ff. famil. erciscun. ita not. declarat istum
17 text. Bartol. infra in 15. colum. ¶† Nonò not. ex eo text. iun-
cta gloss. quòd licèt habeamus regulam, quòd si sunt plures
hæredes vnius debitoris, quòd quilibet hæredum volens sol-
uere pro parte sua, est audiendus, dato, quòd ipse debitor si
viueret non posset. text. est in l. 2. §. 1. ff. de verborum obliga-
tionib. illa regula limitatur singular. per istum text. nisi talis
hæres contraxerit debitum, vt est hic in filio. Filius si contra-
xit cum extraneo, debet soluere totum, nec auditur volens
soluere partem. Intellige istum text. procedere, quando ta-
lis filius conuenitur actione ex tali contractu celebrato cum
extraneo tunc vrgetur soluere insodlium, secus si conuenire-
tur ab extraneo vt hæres. bene facit text. in l. si quis cum filio,
& l. quæsitum. §. si cùm hærede. ff. de pecul. quod valde nota.
18 ¶† Decimò not. ex text. ibi, si extraneo quid debuisset. quòd
extraneus contrahens cum filio habente peculium, obligat
sibi filium ex contractu insolidum, patrem verò obligat de
peculio tantum, ita dicit ad literam text. in l. si quis cum filio.
ff. de pecul. Et ex hoc sequitur, quòd mortuo patre talis filius
durat ex contractu obligatus insolidum, & ab eo potest soli-
dum exigi, & ista est ratio, quare debet seruari indemnis à
cohærede. & sic diligenter considera, quòd ex contractu filij
habentis peculium oriuntur duæ obligationes, vna perpetua,
qua tenetur filius insolidum, & alia quatenus pater tenetur,
sed ista non est insolidum, sed quatenus habet ex peculio.
Considera tamen, quòd licèt sint diuersæ qualitates, tamen
vna, & eadem est actio numero, quæ datur contra filium, &
patrem. text. est in l. 3. §. si filius. & §. nec interesse. ff. de pecul. &
pondera, quòd quatenus datur contra patrem, talis actio est
semper stricti iuris, quando verò datur contra filium, durat
in natura sua. ita expresè declarat Bartol. in l. 1. in principio. in
5. colum. ff. de pecul. post Guliem. de Cun. in l. 3. §. Iulianus. eo.
titul. & reperio idem tenere Nic. de Neap. in §. in personam. in
apostil. text. Instit. de actio. Et ex hoc pondera tu subtiliter ex
text. quòd vna actio numero est bonæ fidei, & stricti iuris re-
spectu diuersarum personarum: nam si filius vendidit pecu-
lium, oritur actio ex vendito contra filium, quæ est bonę fidei,
& contra patrem, quæ est stricti iuris. Item sequitur alia not.
conclusio, quòd actio bonæ fidei, quæ datur ex contractu filij
habentis peculium, quando datur cōtra patrem cum illa qua-
litate de peculio semper est stricti iuris, & istud bene not. ad li-
mit. §. actionum. Institu. de actio. Reperio tamen Ioan. Fabr. &
Angel. in §. actiones autem de pecul. Institu. de actio. tenere
19 contrarium, & fortè verius. ¶† Vndecimò not. ex text. in ver-
sicul. igitur. regulam, quòd cui datur actio ad repetendum id,
quod est solutum, fortius dat̄ remedium, vt re integra serue-
tur indemnis, sicut cui damus actionem, damus fortius reten-
tionem. l. 1. §. quod autem. ff. de superfic. & in regul. cui damus.
20 ff. de reg. iur. ¶† Duodecimò not. ex eo. versic. quòd quando
sunt plures hæredes, & vnus eorum reperitur tantum obliga-
tus ad aliquid soluendum de corpore hæreditatis, nō per hoc
potest tempore diuisionis deducere illud, quòd alteri soluere
debet, sed bene potest petere sibi caueri de indemnitate ad-
uersus illam actionem, text. est hic not. & ex isto not. text. infe-
runt ad practicam Bald. Angel. & cæteri Modern. hic esse text.
21 not. † quòd si sunt plures mercatores socij, & vnus exercuit
solus, & remansit obligatus in mille, tamen in diuisione non
potest sibi retinere tantū de bonis societatis, sed bene pōt pe-
tere sibi caueri de indemnitate, text. est hic not. adde text. ex-
pressum in l. certum. & ibi gloss. C. famil. erciscun. vbi Cyn.
Bald. & alij. Alibi tamen habes text. expressum, quòd si sunt
plures socij diuidentes, si debitum est purum, debet statim sol
ui de communi. si autem non sit purum, debet præstari cau-
tio. text. est in l. socij sumus, & in l. omne. ff. pro socio, & in l.
cùm socij. ff. commun. diuidun. Intellige etiam prædictam re-
gulam, nisi ille socius mercator esset condemnatus per sentē-
tiam, vel per instrumentum habens executionem paratam
esset obligatus, tunc cogitur, vel soluere, vel remittere tan-
tum de mercibus, ita limitant Angel. & Modern. hic. Cyn. &
Bald. in dicta l. certum. infra famil. erciscund. Confirmatur
per id, quod vult Bartol. in l. fideiussor pro venditore. ff. de fi-
deiussorib. sequitur Bald. in l. si pro ea. in 4. colum. C. mandat.
22 quamuis Angel. teneat contra eum ibi, & alij Moder. ¶† Ter-
tiodecimò not. ex text. ibi, ita peculium diuidi. quòd mor-
tuo patre peculium diuiditur inter fratres, sicut aliæ res hære-

ditariæ pr̃is,ſicut ẽt dicit text.in l.filiæ licèt.C. de coll.& in l.cer
23 tum.C.fam.erc.¶† Quartodecimò not.in ver. porrò.bonã re-
gulam ex iſto text. ꝙ qui tenetur conſeruare aliquem indem-
nem ab extraneo,multò magis tenetur conſeruare à ſeipſo,&
ſic illud, quod quis debet facere aduerſus extraneum, debet
obſeruare aduerſus ſeipſum, concordat text. in l. ſi negotia.ff.
man. & ibi glo. alleg. plures concordantes, & text.in l.cum in
eo.ff.de pact.& text.in l. antepe. ff. de admin.tut. Alibi dicitur,
ꝙ qui tenetur aliquem defendere,fortius non offendere tene-
tur.l.altius.in fin. ff. ſi ſer. vend. Vltra ſcribentes ad iſtam regu-
lam adde vnum text. ſingu.in l. ſi fundum.ff. mand.& ibi dicit
Bart.ꝙ neſcit alibi,& aliqñ habuit illũ caſum de facto,& idem
24 tenet Bal.ꝙ non ſit alibi in l.1.in 6.q.C.ſi ſer.exte.† Inducit iſte
tex.p̃ Alb.hic,ad q.ſi quis hẽt turrim, & p̃miſit illam tenere ad
uerſus,& ↄ̃ oẽs hoĩes de mundo,nũquid iſtud teneatur obſer-
uare ↄ̃ ſeipſum? p̃ iſtam reg.vr̃, ꝙ ſic, ſed breuiter in g̃nali ſer-
mone non intelligit̃ pſona loquẽtis,niſi clarè exprimat̃.l.ſi pe-
culium.§.ſicut.ff.de pecul.leg.not.glo.& Bart.in l.Paulus. ff. de
pig. l. inquiſitio veritatis. C.de ſol. Adde Bar.no. in l.1.ff.de ſe-
na.Bald.in l.cum acutiſſimi.C. de fideic. Item adde, ꝙ de hoc
eſt tex.in c.petitio.vbi glo.& Bald.de iureiur.Bald.in cap. cum
in iure peritus.in 1.colũ.de offic. deleg. Adde optimam deciſ.
Bald.in l.1.in 14.q.ff.de rer.diuiſ. vbi quærit Bald. Quidam va-
ſallus promiſit ſuo domino dare vnum militem in omni guer
ra,nunquid teneatur ↄ̃ ſe, ſi oriatur guerra inter ipſum, & va-
ſallum? vt ibi per eum.Sed vltra alios reperio,quòd Spec.pon-
derat iſtum tex.ad aliud,in titul.de obligatio.& ſol.§.1.in fin.ꝙ
quemadmodum ille, qui agit contra tertios poſſeſſores, vel
contra fideiuſſores, tenetur cedere iura, quæ habet contra
alios.l. mulier. ff. qui potio. pigno.hab. Eodem modo tenetur
cedere iura, quæ habet contra ſeipſum. ita decidit Specul. per
iſtum tex.ſed tu pondera, ꝙ ↄ̃ Spe.eſt text.apertus. in l.2.C de
fideiuſ.tenendo primum intell.glo.ibi,& ibidem no.Sal.eſt ve-
rum,ꝙ tenendo alium intellectum glo.ille text. non vr̃ facere.
25 ¶† Quintodecimò not. in verſ. quæſitum. ꝙ ſi pater mutuat
pecuniam filiofa.non habenti peculia caſtrenſia, vel quaſi, ſed
ſolùm profectitia, filius obligatur naturaliter, & quamuis in
ipſum filium tranſeat adminiſtratio peculij, tamen requiritur
conſumptio ad hoc, vt contrahatur mutuum. Et iſto caſu,
quia obſtat ius ciuile, quo iure eſt introducta patria poteſtas,
quæ eſt de iure ciuili.l.nam & ciuium.ff.de his,qui ſunt ſui,vel
alie. iur.& propter hoc non oriatur ciuilis obligatio: tñ conſi-
derato iure gen. ſm̃ quod non curatur patria poteſtas, bene
oritur naturalis obligatio. ita in effectu concludit Bart. in 1.q.
* de mutuo,extra glo.ad fin.1.q. *& ita omnes tranſeunt* cum Bart.
26 ¶† Sextodecimò not. diligenter ex iſto text. ꝙ per emancipa-
tionem filij obligatio naturalis contracta durante patria po-
teſtate, tamen per emancipationem non redditur efficacior.
alibi tamen habemus, ꝙ ſi pater donat filio in poteſtate,do-
natio talis non valet. l. donationes, quas parentes. C.de do-
nat. inter vir. & vxor. & tamen per emancipationem filij talis
donatio reconualidatur. per l. ſine emancipatione.C. de don.
l.donationes.§.pe.ff.eo.Et ex hoc habes,ꝙ licèt ↄ̃ctus,qui non
valebat inter patrem & filium, confirmetur emancipatione
filij,tamen ↄ̃ctus, qui valet, vt eſt mutuum, non confirmatur
27 in plus per emancipationem filij ſicut prius erat.¶† Decimo-
* ſeptimò.no.ex tex. ibi *argumentoq; eße*, ꝙ pater poſt emancipa
tionẽ filij tenet̃ adhuc de peculio intra annũ: & hoc ex ęquita
te prætoria. vt ff. quando actio de pec. eſt anna.licèt ↄ̃ ipſum
filium actio ex contractu ſit perpetua.Adde ſimiliter, ꝙ pater
qui occupat bona caſtrenſia filij, vel quaſi iure peculij, non te-
netur de peculio,niſi intra annum.Hodie autem in caſtrenſib.
vel quaſi filiusfam. habet hæredem, & ſic pater non occupat
amplius iure peculij, & idem eſt in aduentitijs.§.1.in Auth.de
hære. quæ ab inteſt. defe. & ideo pater tenetur actione ciuili
perpetua,ſicut tenebat̃ filius.ita declarat gl.no.& magiſtra.in l.
pater,qui caſtrenſe.ff.de caſt.pecul.Barto. in l.1.in princip.ff.de
28 pecul.¶† Decimoctauò not.in verſi.contra ſi pater,ꝙ ſi filiuſ-
famil. mutuat patri, pater obligatur filio naturaliter. & pon-
dera, quòd iſta obligatio naturalis, eo quia deſcendit à patre
in filium,non acquiritur à filio patri, quia regula,quæ habet,ꝙ
quicquid acquirit filius, acquirit patri, procedit,quando filius
acquirit à tertiò.l.placet.ff.de acquir.hæred.ſed quando acqui-
rit à patre,non reacquiritur immediatè ipſi patri. ita Bart. hic,
29 & in l.ſi quis pro eo.§.1. reprobata glo.ibi.ff.de fideiuſ.¶† De-
cimononò not.in verſ.final.ibi, eademque erunt, quòd ſi pa-
ter exhæredet filium,propter talem exhæredationem non tol-
litur ius quæſitum filio ex contractu,& ratio eſt, quia per exhę
redationem filius priuatur bonis patris, ergo non priuatur iu-
ribus ſuis, ergo non priuatur propria obligatione naturali,
qua tenebatur ſibi pater, & ideo ſubdit litera, quòd ſi hæres

patris ſoluat, non repetit.¶Vltim. pro complemento iſtius
text. circa verſic. ↄ̃ ſi pater,obſtant duæ difficultates. Primam
30 paucis abſoluo.† In 2.inſiſtam diligenter. Dicit text.ꝙ ſi filiuſ-
fa.mutuet patri, pater obligatur filio naturaliter. In ↄ̃rium vr̃
eſſe regula Iuliani tradita in l. ſed & ſi quis. §. & regulariter.ff.
de vſufr.& in l. liber homo.2.in prin.ff.de verb.oblig.vbi eſt re
gula, ꝙ quis ſtipulando ab altero acquirit patri: ergo ſtipulan-
do à patre,nihil debet agere,ſi nihil agit, ergo etiam nõ oritur
naturalis obligatio.Ad iſtam regulam reſpondet Bartol. hic in
duobus locis. in 6.col.& 13. ꝙ illa regula procedit quo ad ac-
quiſitionem ciuilis obligationis, quia nihil agit reſpectu ciuilis
obligationis, ſed non reſpectu naturalis obligationis: caſus eſt
* eſt hic. Ita rñdet Bar. *& omnes ita tranſeunt*. Iſta rñſio non tranſit
ſine difficultate, & duo in ↄ̃rium obſtant. nam regula Iuliani
loquitur vniuerſaliter, & negatiuè,nihil agit: ergo apparet, ꝙ
nec naturalis obligatio, nec ciuilis acquiritur, quia ſi acquire-
retur naturalis, text.non diceret nihil agit; imò aliquid agit, vt
l.is qui ducenta.§.vtrum.ff.de re.dub.Secundò, & fortius cùm
illa regula dicat,nihil agit,& dicat prohibitiuè, videtur annul-
lare actum, & per ↄ̃ñs impedit ortum naturalis obligationis:
ita traditur in l.1.& 2. ff. de lib. & poſthum.ergo impedit ortũ
naturalis obligationis.l.ſi non ſortem.in prin.ff. de condi. ind.l.
cum lege.ff.de fideiuſ. l. non dubium. C.de leg. Potes not. re-
ſpondere, ꝙ per illa verba,nihil agit,per hoc lex non dicitur re
ſiſtere actui,ita quòd impediatur naturalis obligatio, ſed dici-
tur non aſſiſtere.iſtud probo per text.in §.ſi quis alij. Inſtitu.de
inutil. ſtipul. ibi,nihil agit, vbi text.dicit, ꝙ ſi quis alteri ſtipu-
latur,nihil agit,& tamen ex ſtipulatione alteri facta oritur na-
turalis obligatio.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.& ibi glo.& Doct.ff.de
verb.obli. ergo per iſta verba, nihil agit, non impeditur ortus
naturalis obligationis: & ita etiam declaraui in l. certi ↄdictio.
§.ſi nummos.ſ.ſi cert.pet.& ita in ſimili declarat Bart.in l.cum
lege.in pe.col.ff.de fideiuſ.ad intellectum l. ſtipulatio iſta. §. al-
teri.ff. de verb.oblig.iſto modo eſt neceſſe defendere iſtam reg.
& ꝙ iſta ſolutio ſit veriſſima,ꝙ per illa verba, nihil agit, lex nõ
dicatur reſiſtere, nec impedire ortum naturalis obligationis,
etiam probatur ex regula Iuliani in d.l.ſed ſi quis. §. & genera-
liter. iuncto iſto text. Secundò ↄ̃ iſtum verb. ↄ̃ ſi pater. obſtat
alia difficultas, quam oportet bene reuoluere, ſi volumus ha-
bere intellectum literæ.dicit iſte text.quòd ſi filiusfamil. in po-
teſtate mutuat pecuniam patri, quòd ex tali mutuo pater
obligatur naturaliter. Arguo contra text. quòd nullo modo
poſſit procedere, & probo, quòd non ſit mutuum, nec vlla
obligatio naturalis, quòd non poſſit conſiſtere mutuum,ap-
paret, & oſtenditur à partibus enumeratis. Aut vis intelligere
text.quòd filius mutuauit pecuniam caſtrẽſis peculij, vel qua-
ſi,& tunc text. non procedit per l. 2. ff. ad Maced.quia pater in
tali mutuo obligaretur non ſolùm naturaliter, ſed etiam ci-
uiliter, quia filius in tali caſu habetur loco patrisfamil. in ad-
uentitijs non poteſt loqui iſta lex, quia de iure ſtorum aduen-
titia non erant in conſideratione, & ſic non opus eſt tractare
de eis. Aut vis intelligere,ꝙ filius mutuauit pecuniam patris,
aut profectitiam,quæ eſt patris.l.certum. C. famil. erciſcun. &
l.filiæ licèt.C. de collat.& ſi ſic intelligatur tex. ego p̃bo tripli-
ci ratione ineuitabili, quod non poteſt eſſe mutuum in pro-
pria pecunia patris, vel in profectitia,quæ eſt idem, & conſe-
quenter non poteſt oriri naturalis obligatio: apparet, quia
in propria pecunia non poteſt cadere mutuum. text. eſt in l.
nam & ſi fur. & in l. ſi ſocius. ff. ſi certũ petatur. Et ſi dicas,
loquitur conſumptione pecunię ſequuta; nam certè non po-
teſt hic tractari de conſumptione pecuniæ, quia conſum-
ptio operatur fictum dominium, ſed iſta pecunia eſt de pro-
prio meo dominio: ergo cùm ſim dominus,conſumptio pe-
cuniæ non poteſt operari iſtam fictionem, ſed de ſubſtantia
mutui eſt, quòd transferatur dominium.l. 2. §. appellata. ff.ſi
certum petatur, ſed hic non poteſt transferri dominium, quia
res mea amplius mea effici non poteſt. l. ſequitur. §. lana. ff.
de vſucapion. l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquirend. poſſeſſio. er-
go hic non eſt mutuum, & ex contractu nullo non oritur na-
turalis obligatio. Tertiò, quòd ſi filiusfamil. mutuet patri,
quòd non ſit mutuum, eſt text. not. & multum fortis in l. ſi
venditor.§. ſed ſi pupillus, in verſicul.aliter atque.ff.de in diem
addic.quem text.originaliter alleg.Bart.hic in 1.quæſt.vbi tra-
ctat de mutuo,vbi probatur,quòd ſi filiusfamil. faciat contra-
ctum cum patre, ille contractus nihil valet. In iſta difficultate
varij varia dixerunt, & maximè Bar.qui eſt lumen iuris in 1.q.
dum tractat de mutuo multũ altè loquutus eſt, & multũ ele-
uauit ingenium, & reſtat, vt iſta lex poſſit intelligi, qñ filiusfa.
mutuauit pecuniam patris, vel profectitiã patri. Bar.ſic reſol-
uit hoc modo,quia de iure gen.filius acquiſiuit de pecunia pa
tris, & illa pecunia acquiſita de iure gen. eſt filij, & filius illam

mutua-

mutuat patri, & sic de iure gen. illum patrem obligat, quia de iure gen. nõ respicitur, quòd sit in potestate. Videamus, an ista consideratio Bart. sit bona in ista difficultate. In primis istud est diuinare, & restringere istum text. Secundò istam differentiam reprehẽdit subtiliter Ang. hic, quia dicit non videre rationem diuersitatis inter pecuniam profectitiam, & acquisitam ex peculio profectitio, & aduentitiam. d. Mart. Laud. in repe. istius. l. reprehendit Bart. & dicit, quòd nimia est diuinatio restringere text. vt Bartol. Secundò, & subtilius iste text. arguit ab extraneo ad patrẽ, sed respectu extranei creditoris nõ est differentia, de qua pecunia mutuetur: ergo etiam non debet fieri differentia respectu patris. Et propterea iste Mart. Laud. alio, & secundo modo subtiliter respondet ad argum. quòd filiusfa. mutuet pecuniam patris: ergo non est mutuum. Respondet, quòd quando quis habet dominium rei, sed reuocabile, potest & denuo acquirere dominium, vt est text. in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de captiu. Bart. & clarius Bald. in l. 3. C. quod met. cau. cùm ergo filiusfa. possit alienare negotiando, per l. eius, qui in prouincia. s̃. si cert. pet. ergo pater non habet dominium irreuocabile, ergo nimirum si potest illud denuo acquirere. Confirmo per regulam, quam not. tradunt Io. And. Ioan. Mona. & alij Cano. in cap. cum personale. de priuilleg. in 6. ꝙ qñ quis habet dominium minus plenum, potest denuo aliud dominium plenius, & pinguius acquirere, & sequitur simpliciter Aret. in l. existimo. in princip. ff. de verb. oblig. do. Abb. in consil. 110. inc. nitar in præsenti causa. in 1. col. Quod ista opin. d. Mart. non sit bona, probo. quando quis habet dominium, ꝙ est reuocabile, filius tunc non potest alienare, quia pater quandocunque vult, potest reuocare istam talem administrationem, quam habet filius. Aliam considerationem tradidit do. Io. Bap. de S. Seueri. in repe. huius legis. in 5. char. & dicit, ꝙ si istud mutuum capiatur abstractum ab omni iure ciuili, consideretur q; secundum merum ius gentium abstractum ab omnibus regulis iuris ciuilis, isto modo poterit consistere mutuum, sed istud etiam non placet, quia non tollit difficultatẽ, quòd sit necesse, quòd transferat dominium. Reperio vltimo loco quosdam alios Moder. Perusinos, & Senenses dicentes, quòd filifamilias, & serui possunt habere proprium patrimonium separatum à patrimonio patris, vel domini, eo ipso, qđ pater concedit administrationem, ita dicit text. in l. peculium ex eo. ff. de pecu. text. in l. non solùm. ff. de noxali. isto modo tanquam liber homo potest contrahere, & poterit consistere mutuum. d. l. non solùm. Et sic dicatur, si est pecunia patris, quomodo est mutuum? Respondet Iuriscon. in l. nec seruus. ff. de pecul. quia obligatur ad factum, & sic habito respectu ad factum dicitur esse mutuum. Quid tenendum? Ego puto, ꝙ alius sit intellectus ad istum text. & dico in primis, quòd ista lex non loquitur de pecunia castrensi, vel quasi, nec de aduentitia, prout etiam Bart. & omnes fatentur, per rationem superius deductam. Item dico contra Doctor. ꝙ etiam ista lex non est intelligenda in pecunia propria ipsius patris, vel profectitia, quia non est verisimile, nec debet cadere in sensum hominis sensati, ꝙ filius mutuet patri pecuniam propriam ipsius patris, de quo ergo mutuo loquitur ista lex? Intelligo eam planè, quòd loquitur, quando filius mutuauit pecuniam, quæ nõ erat sua, neque patris, sed erat alterius tertij, & tunc obligat naturaliter patrem, quia dicere, quòd filius mutuaret pecuniam propriam patris ipsi patri, hoc esset ridiculum, sed intelligo, quòd filiusfam. mutuauit patri pecuniam alterius, & pater illam consumpsit, quo casu sequuta consumptione transfertur dominium. iuxta l. nam, & si fur. & l. si à furioso. & l. non omnis. s̃. si cert. pet. vbi comsumptio operatur idem, ꝙ traslatio dominij, & sic intelligo istum versicul. huius l. etiam sequuta comsumptione, vt faciunt omnes Docto. in superiore parte legis, ad hoc, vt sit tota in vno sensu. Et hoc modo inter patrem, & filium oritur naturalis obligatio, vt dicit text. & iste est clarus, & nitidus intellectus ad hunc text. & sic remanet completa ista ardua difficultas. ¶Vltimò pro comple-
31 mento huius text. vt nihil omittatur, posset dubitari.† Nunquid illud, quod deciditur in ista. l. in duobus filijsfam. habeat locum in duobus seruis existentibus in potestate vnius domini? Prima facie videtur dicendum, quòd habet locum in duobus seruis propter æquiparationem, quæ fit inter eos, in tantum, quòd etiam in materia pœnali illud, quod est statutũ in filijs, habeat locum in seruis. l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. & habes gloss. in l. quod verò contra. ff. de leg. & in l. apud Antiquos. C. de furt. & istam opin. quòd habeat locum in seruis, tenet Bald. in l. final. in vltimis verbis. C. quod cum eo. vbi tractat totam materiam. Ego teneo contrarium. Primo per text. in l. 1. in fin. C. an seruus ex suo facto, & vbi ex contractu suo proprio dum est seruus, si tunc contraxit, cùm est liber homo, non tenetur: quia postea effectus liber censetur alius nouus homo. l. qui res. §. aream. ff. de sol. & ideo non debet teneri ex contractu prius facto, dum esset seruus. Secundò pon-
32 dera, quòd istud etiam voluit clarè Bart. hic in 1. q. † Sed nũquid ista lex haberet locũ in monachis? Hostien. in summa sua in titul. de fideius. in §. & quid. tenet, quòd monachi nullo modo possint obligari, quia censentur mortui. capitul. cum ad monasterium. de statu. reg. & multum latè domin. Abb. in consil. 88. incipien. facti contingentia. libr. 1. colum. 1. & 2. Expeditis textualib. venio ad gl. ¶Gl. 1. magna diuidit̃ in tres part. prin. In prima declarat, qualiter in hac l. obłõ ista naturalis cõtrahatur, & super qua pecunia. In secunda declarat, cui acquiratur ista obligatio, an p̃ri, an filio. In tertia declarat, an quẽadmodum ex parte filij mutuantis acquirit̃ p̃ri obligatio naturalis actiua, ita similiter eꝯ ex parte filij mutuo accipientis acquirautr p̃ri naturalis obligatio passiua. Secunda ibi, nam tunc dico. Tertia ibi, item quæro. ¶ Capio ergo hanc primam partẽ gl. q̃ tu subiuide in 5. partic. In prima ponit diuisionẽ. In scđa declarat quotuplicis speciei possit filiusfa. hr̃e pecuniã. In tertia declarat, an in oı̃b. istis specieb. possit ꝓcedere ista lex. In quarta ponit intellectũ. In quinta ponit ex prædictis ꝯclusionẽ. Secunda ibi, item no. Tertia ibi, & in his oı̃bus. Quarta ibi, si aũt ponas. Quinta ibi, dic ergo pecuniam mutuatus. ¶In ead. glo. ibi, vel etiam aduentitio ſm tp̃a huius. l. Ex tota ista principali parte gl. habes elicere 4. concl. & vnamquamq; de per se examinabimus. Prima est, ꝙ filiusfa. põt hr̃e pecuniã qnq; modis. Scđa est, ꝙ si ista lex loquatur in pecunia mutuata noı̃e p̃ris, procedit ista lex sine scrupulo in quacunq; pecunia ex quinque. s̃. enumeratis. Tertia ꝯclusio est, ꝙ ista lex dẽt intelligi in pecunia mutuata noı̃e fratris, & non p̃ris, & tunc solùm procedit in pecunia profectitia, aut in pecunia ꝓpria p̃ris, interueniente voluntate patris, aut ꝯsumptione. Quarta ꝯclusio, ꝙ in aduentitijs hodie idem est, ꝙ in castrensib. & sicut inter p̃rem, & filium in p̃tãte ꝯhitũr ciuilis obligatio, ita similiter inter f̃res existentes eiusdem p̃tãtis. Examinatis istis 4. concl. erit examinata tota prima pars gl. Ante tñ, quam veniã ad istas concl. ſm ordinem Bart. videamus, quæ sit ratio, quare inter patrem, & filiũ in p̃tãte, & similiter in duos fratres existẽtes in p̃tãte eiusdẽ p̃ris, nõ oriat̃ nisi naturalis obligatio, sed non ciuilis. Reperio assignari 4. rationes, quarum tres hic Bart. refert, ego verò
33 quartam referam. ¶† Capio itaque primam rõnem Bar. *quæ*
* *est communis doct.* [a] ꝙ ciuilis obligatio non cadit inter p̃rem, &
a filium in p̃tãte, rõne patriæ p̃tãtis, quæ est de iure ciuili inuenta. & de iure ciuili p̃r, & filius censentur vna, & eadem persona, & sic idem nõ põt esse sibi obligatus. Pondera, ꝙ ex ista rõne sequit̃ no. & vera ꝯclusio, ꝙ in partib. in quib. nõ seruat̃ ius Romanorum, hoc est ius ciuile, in eis non cadit patria potestas, & ꝙ ita sit de Gallicis, & Britonicis, firmat glo. fin. Insti. de pa. pot. in §. 1. q̃ gl. sing. no. Bal. in c. 1. an mari. suc. vxor. in benefi. & in c. si duo fratres. in fin. de fra. de nou. benefi. inue. Lud. Ro. in l. pe. C. qui test. fac. pos. ergo in eis non cadit patria potestas. Sequitur ista conclusio, ꝙ inter Francigenas cadat inter patrẽ, & filium naturalis obligatio, & ciuilis. Licèt omnes teneant istam rationem, tamen contra istam communem rationem arguitur subtiliter sic. Nam si verum est, quòd pater, & filius de iure gen. censeantur vt diuersæ personæ, & ꝓpter hoc inter eos cadat naturalis obligatio, ergo sequitur, quòd pater stipulando aliquid fiiio, non debeat sibi acquirere naturalem, ex quo naturalis obligatio est de iure gentium, quo iure pater censetur diuersa p̃sona à filio, & tamen hoc est falsum, quia pater stipulando filio, acquirit sibi patri naturaliter, & ciuiliter, quia censentur eadem persona. §. ei qui. in ratione sui. Institu. de inutil. stipul. & vox filij, vox patris, vt ibi. Responde, quòd in ei qui. pater stipulando filio acquirit sibi principaliter ciuilem obligationẽ, & in consequentiam naturalem, vnde cùm difficilius acquiratur ciuilis, quàm naturalis, & cùm pater acquirat ciuilem, quæ est difficilioris acquisitionis, ergo in conse-
34 quentiam acquiritur naturalis. ¶† Capio secundam rationẽ, quæ est ratio glo. Insti. de obli. circa fin. mag. glo. quia obligationes sunt inuentæ prpoter iudicia, sed inter p̃rem, & filium non cadit iudicium. l. lis nulla. ff. de iudic. ergo non cadit obligatio ciuilis. cum ista ratione tenent Bar. & indifferenter cæteri. sed ꝯ istam rationem duo videntur obstare. Primò, quia at- [illegible] tenta

ADDITIO.

a ¶Communis doct. De qua Alexand consil. 8. col. 2. in princip. lib. 2. vbi concludit, ꝙ sic, virtute iuramenti. Sed quid in aduentitijs seu ex causa aduentitia? dic, ꝙ inter p̃rem, & filium potest esse obligatio. not. Bar. in Auth. de nup. §. si verò sit. nu. 3. & ibi apostil. alleg. consi. Soc. cui adde Rip. in l. si constante. col. fin. in fi. ff. sol. mat. D. Osasc. Decis. 44. num. 17. MASVER.

tenta iſta rōne, ſi iſta rō eſſet vera, ſequeretur, ꝙ in caſib. ſpecialib. enumeratis per gl. in d.l. lis nulla. ff. de iud. in quib. pōt eſſe iudicium inter patrem, & filium in ptāte, ꝙ in illis caderet ēt ciuilis obligatio, quod tñ eſt falſum. Scđo ꝯ iſtam rōnem fortiter ſtringit, quia iſta non eſt bona ꝯña, quam faciunt gloſſ. & Bart. lex denegat iudicium, ergo non oritur obligatio, & actio. Iſta conſequentia eſt falſa, imò eſt totũ ècontra. vbicunq; .n. impeditur iudicium dari, bene impedit litis ingreſſum, ſed nō impedit obligationem ciuilem, & naturalem. tex. eſt in l. 1. §. fi. ff. ad Maced. in ver. petitio. & in l. 2. ff. ad Velleia. declarat. Bart. in l. nam & poſtea. ſ. de iureiur. & etiam iſtud arg. habet fallaciam: tenendo tamen iſtam ſecundam rationem, quam poſt
* glo. *Bartol. & alij communiter tenent.* Ex iſta ſolu. inſignis Doctor d. Mart. Laud. in repe. huius. l. attentauit nouam concluſi. à nemine tactam, ꝙ cùm de iure canonico inter patrem, & filium in poteſtate poſſit eſſe iudicium. c. ſi annus. de iud. lib. 6. vbi gl. & Doct. c. non eſt. de ſponſa. 2. q. 7. cap. quæritur. not. Ang. in l. 2. ff. de iudi. per conſequens ſequitur, ꝙ ex quo ceſſat ratio ciuilis obligationis impeditiua, ergo ſequitur, ꝙ de iure canonico inter patrem, & filium in poteſtate, vel inter duos fratres in poteſtare patris conſtitutos cadit ciuilis obligatio: ergo ſequitur, quòd iſta lex non habeat locum de iure canonico. Confirmatur iſta concluſio vltra eum, quia ius canonicum magis ſequitur ius gentium, quàm ius ciuile, vt eſt text. in c. cũ eſſes. de teſtib. Item vltra eum facit. quia naturalis obligatio de iure cano. habet eundem effectum, prout habet naturalis, & ciuilis de iure ciuili. c. 1. de pact. libr. 6. ergo naturalis obligatio habet effectum eundem de iure canon. prout de iure ciuili naturalis, & ciuilis. Non reperio ab alio tactum, nec cogitatum, niſi à domin. Martin. Lauden. quia durum eſſet credere, quòd iſta lex non procederet de iure canonico, & ſic in effectu eſſet correcta de iure canonico. Item, quia non debet induci diſcordia inter ius ciuile, & canonicum. capitul. cum expediat. de elect. in 6. Item non debet induci correctio per ſubauditos intellectus, vt dicit gloſſ. in capitul. cupientes. §. quod ſi per vinginti. de elec. in 6. præterea cùm iſta ſola non ſit ratio, quare impediatur ciuilis obligatio inter patrem, & filium in poteſtate, ergo ſuccedit regula, ꝙ quando plures rationes aſſignantur, ſi vna ceſſat, & altera militat, non ceſſat diſpoſitio. gl. in §. affinitatis. Inſtit. de nupt. cum ſimil. Bene verum, quòd de iure canonico inter patrē, & filium in poteſtate oritur efficax obligatio interueniente iuramento. capitul. cum iuramento, & ibi ad hoc not. Ioan. de Anan. poſt alios. de homic. ¶Capio tertiam rationem Bartol. quæ eſt ſubtilior, & firmior, quæ fundatur in l. ſerui, & filij. in prin. ff. de furt. Adde, quod iſtam rationem ſequuntur Bald. Angel. Salic. & Fulgoſ. hic. & Bald. in l. final. in 3. colum. C. quod cum eo. Iſtam rationem Bartol. impugnat dom. Mart. Laud. in repe. huius. l. & ſicut ratio fuit ſubtilis, ita ſubtiliter impugnat, & mouetur triplici ratione contra Bartol. Primò, quia Bartol. præſupponit, quòd ante proditas actiones poſſet quis ſibi ius dicere propria auctoritate, ſicut adhuc hodie poteſt pater in filium. d. l. ſerui, & filij. ſed iſtud eſt falſum: quia bene manu regia, & ſic à ſuperiore: ergo ratio Bartol. eſt falſa. Sed defendendo Bartol. conſidera, quod Bartol. iſtud nec dicit, nec vult. Imò dicit contrarium, & bene loquitur. dicit, olim expediebatur manu regia, non dicit, propria manu, & auctoritate, ſed regia. Eſt bene verum, quòd manus regia conceditur hodie in patre erga filium, quæ olim expediebatur non propria auctoritate, ſed à ſuperiore, ita eſt clarus ſenſus Bartol. Secundò contra rationem Bartol. arguit. nam Bartol. preſupponit, quòd poteſtas ſtatuendi in filium, & coercendi cœperit ante proditas actiones, & conſequenter ante ius ciuile, quia pondera verbum, quod dicit, remanſit, vult, quòd illud ius eſſet ante ius ciuile, ſed iſtud aſſumptum eſt falſum: quia poteſtas coercendi filium procedit à patria poteſtate, & ſic à iure ciuili, per text. in l. ſi filius. C. de pa. pot. Suſtinendo Bartol. debes de neceſſitate dicere, quòd Bartol. iſtud non præſupponit, ſed Bar. bene dicit, quod ex quo patri in filium conceditur regia poteſtas, non dico ante ius ciuile, ideo non datur ſibi actio, nec obligatio ciuilis, vt dicit text. ibi in d. l. ſerui. Tertiò arguit ſubtiliter: iſta non eſt bona conſequentia Bartol. nam poſſum mihi propria authoritate ius dicere contra aliquem: ergo non competit ciuilis obligatio, quia in contrarium datur inſtantia. Pone, ex pacto poſſum propria auctoritate mihi dicere ius contra debitorem meum, tamen adhuc competit mihi ciuilis obligatio. l. 3. C. de pign. vbi Barto. Sed ad iſtud vltimum clarè rñdeo, ꝙ d. l. 3. C. de pig. ꝓcedit, qñ quis ex cōuentione partiũ pōt ſibi aliquod ius dicere, vnde prouiſio hoīs non facit tunc ceſſare ꝓuiſionem ordinariā. l. fi. cũ ſim. C. de pac. conuen. ſed Bar. loquit̃ qñ lex gñaliter ꝯcedit, ꝙ qs poſſit exercere regiā ptātem, tunc nō eſt opus actione. ita ad literē dicit text. in d. l. ſerui, in princ. & ita habes defenſatam rationem Bartol. à trib. motiuis. d. Mart. Laud. Non omitto etiam, quòd iſtam rationem Bartol. impugnat d. Io. Bap. de S. Seue. in repe. huius l. poſt do. Io. Pe. præceptorē ſuum. Et mouetur contra Bartol. vna ratione, quia ſi ratio Bartol. eſſet generaliter vera, ſequeretur, ꝙ ſi ſubditus contraheret cum principe, quòd inter principem, & ſubditum non oriretur ciuilis obligatio, nec actio, ex quo princeps poteſt regiam poteſtatem in re ſua exercere: dicit tex. in l. 2. C. ſi propter pub. penſi. & tamen iſtud ſte falſum, quia poteſt ibi eſſe iudiciũ, vt toto tit. C. vbi cauſæ fiſca. ſi eſt iudiciũ, ergo eſt ciuilis obligatio. iſtud probat̃ in l. benè à Zenone. C. de quadri. præſcri. & in l. 1. ff. de offic. proc. Cęſ. Defendendo Bartol. reſpondetur, quòd imò aſſumptum Bartol. eſt veriſſimum, quia poteſt exercere regiam poteſtatem, ergo non competit ciuilis actio: non obſt. quia poteſt exercere regiam poteſtatem princeps, iſtud eſt verum ſi velit eſſe ſolutus legibus, & vti ſoluta poteſtate, tunc poteſt, ſecus ſi vult vti legibus, & ſic ſi vult vti ordinaria poteſtate, ſed cùm velit viuere legib. l. digna vox. C. de legib. l. & hoc Tiberius. ff. de hæred. inſtit. de ordinaria ergo poteſtate non poteſt, & Imperator, & Princeps habent ſuos iudices. & ſic habes defenſantam iſtam tertiam rationem Bartol. ab omnibus obiectis. Tu conſidera, quòd ex ratione Bartol. habes inferre magnam concluſionem ſi eſt vera, quòd in quacunque cauſa filius obligetur naturaliter tantum patri, quòd poſſit pater ſibi ius dicere propria authoritate, & ſic exercere regiam poteſtatem. Et pondera fortius, quòd dicere, poſſe facere manu regia, tantum eſt dicere, quantum poſſe facere de facto omiſſis ordinibus iuris. ita declarat Bar. in extraua. ad reprimen. in verſ. videbitur. in vlt. col. ſequitur ergo, quòd ſi filius pacto nudo promitteret patri, pater poſſet ſibi ius dicere, & regiam poteſtatem exercere, quod non credo verum, niſi Bar. intelligat, ꝙ eius intentio fuerit, ꝙ in caſib. in q̃bus alius haberet actionē ex naturali, & ciuili, licèt in patre non cadat ciuilis, tñ in illis caſib. poteſt pater ex naturali ſola exercere illam regiam poteſtatē contra filium. Item conſidera, ꝙ rō Bar. fundatur in vno ſolo text. in d. l. ſerui, & filij. vbi Iuriſcon. propriè vtitur iſta ratione, ſed vr̃, ꝙ ille text. non faciat, eo quia illa. l. loquitur in criminalib. ſed in cauſis ciuilib. quæ eſt materia noſtra, & quæ expediuntur per actiones ciuiles, nullibi reperitur, ꝙ pater in eo habeat regiam poteſtatem. Imò reperies ꝯrium. l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. omn. iud. In criminalibus ergo lex bene permittit, ꝙ pater filium, dominus ſeruum corrigat. l. congruentius. C. de pat. pot. Secundò, & fortius illa l. ſerui & filij. quę permittit patri, & domino regiam poteſtatem, procedit in paruo furto, ſed in magno furto non habet locum ille text. quia tunc iudex vtetur officio ſuo, & filiusfam. deberet tunc publicè puniri. tex. eſt in l. reſpiciendum. §. furta domeſtica, & ibi Bart. not. ff. de pœn. & not. Bald. in l. 1. apud Antiquos. in fin. C. de furt. Bartol. in l. ſi quis vxori. §. 1. in eod. titul. de furt. ergo cùm non ſit verum, quòd etiam in criminalibus pater habeat regiam poteſtatem in filios, ergo ratio Bartol. retorquetur contra eũ, ꝙ cùm pater regulariter non habeat illam regiam poteſtatem in filium, niſi in paruis furtis. dr̃et oriri ciuilis obligatio. Aliã, & quartam rationem vltra Bar. & Doct. aſſignauit domin. Chriſtoph. de Caſtil. hic, quam ſibi aſcribit Fulgoſ. hic. Dicebat ergo dom. Chriſtoph. quod ciuilis obligatio non cadebat inter patrem, & filium in poteſtate, quia habet pater adeo ampliſſimũ ius in filium, quòd filius dicitur eſſe patris. l. in ſuis. ff. de liber. & poſth. ſed in re ſua non cadit ciuilis obligatio. l. neque pignus. ff. de regul. iur. Iſta ratio non eſt mihi viſa digna relatu, quia ſi eſſet vera, non caderet etiam naturalis obligatio, quia res mea non poteſt mihi deberi naturaliter. d. l. neque pignus, & l. ſuæ rei. in verſ. nulla obligatio. ff. de contrahen. emp. probo etiam: nam licèt pater habeat poteſtatem in filium, tamen non dicitur adeo ſuus, quòd poſſet illum alienare, bene poteſt eum vēdicare, non quia ſit ſuus, & habeat in eo dominium, ſed adiecto iure Quiritum, quia illum habet in poteſtate. l. 1. §. 1. ff. de rei vend. Et ſic ex præmiſſis remanet excuſſum, quia inter patrem, & filium, & fratres in poteſtate non oriatur ciuilis obligatio. Adde tu pro ampliatone, quòd ea, quæ dicũtur in hac. l. in filijs, licèt loquantur in filijs legitimis, & naturalibus, tamen habēt locum in filijs adoptiuis, ſecundum iſta iura florũ, quia inter patrem, & filium adoptiuum non cadit ciuilis obligatio, naturalis ſic. ita dicit text. in l. verum. ff. de verbor. obligation. ſecundum, quòd ibi domin. Franciſc. de Aret. not. in 2. not. ¶† No. ēt pro complemento iſtius materiæ vnũ caſũ
3 ſing. in quo cadit naturalis, & ciuilis obligatio inter duos fratres in poteſtate, & ſic limitatur iſta lex, qñ pater habet duos filios in poteſtate, & iſti malè viuunt in pace, pater tamen non vult emancipare eos, vnde pater aſſignat illis in vita legitimã, certè

certè in ista legitima cadit inter ipsos fratres obligatio ciuilis & naturalis.ita dicit Bal.in l.cũ oportet. §. nõ aũt.circa fi.C.de bon.quæ lib. per l.cum quo de peculio.in fi.ad l.Fal. Mouetur ratione: bonum est argumentum de dote ad legitimam, & èccntra.ita dicit Barto.in Auth.res quæ.C.cõmunia de leg.sed ita est, quòd in dote filia habet plenam administrationem, & obligat naturaliter, & ciuiliter. l. Pomponius Philadelphus.ff. famil.erciscon.Confirmatur ista decisio Bal. per id,quod dicit Angel. in l. si non mortis. in princip. ff. de inofficio. tastamen. vbi tenet, quod donatio facta filio in potestate pro sua legitima valet, & tenet, quod vltimum nunc aliter non examino, quia latè examinabo. ĩ. in vltim. questio. Bartol. extra gloss. ¶ Reduendo ad id, quod dixi supra circa primam conclusionem gloss. inquantum gloss. concludit, quòd filiusfa. potest habere pecuniã quinque modis, & inter alios modos inquantum dicit, quòd potest habere pecuniam patris, & peculium profectitium:aduerte ne æquiuoces,quòd differentia est inter pecuniam propriam patris, & profectitiam, quia profectitia est illa,in qua permissu patris quis habet administrationem, & contrahendo in illa obligat patrem, quatenus est in peculio: sed in illa propria patris non obligat illum, ex quo non consentit, quòd in illa contrahat.& ita intelligas gloss.Secunda conclusio.gloss. est,quòd si ista lex intelligitur, quando pecunia fuit mutuata patri, potest intelligi in illis quinque speciebus supra nominatis.Bartol. dicit, quòd si filius mutuaret alteri nomine patris, requireretur, quod pater ratificaret, per text. in l.si absentis. C.si cert.pet.ita dicit Bartol.hic. Adde, quòd in hoc videtur Bartol. errasse, & eum reprehendunt Raphael.Fulgos.& Paul.de Castr.hic:quia non solùm in patre sed in quocunque extraneo, quia si numeratur pecunia extranei, illi extraneo acquiritur etiam absenti:etiam si mutuauit pecuniam patris, non opus est, quòd ratificet: quia sibi absenti,& ignoranti acquiritur:ergo fortius extraneo si patri.l. certi condictio.§.si nummos.supra si cer.pet.l.ea quę ciuiliter. ff.de acqui.re.do. ergo videtur hic Bartol.errasse. Tu aduerte, quòd Bartol. si benè intelligatur benè loquitur, nec meretur reprehendi.Nam dictum Barto.& cuiuscunque Docto.debet intelligi secundũ l.quam alle.vt vt dicit Barto.in l.cum quidã. ff.de his quib.vt indig.& in l.non solùm.§.si liberationis verba. ff.de liber.leg.Sal.in l.si ex cautione. C.de non nu.pecun. Ioan. And.in c.cũ nuncius.de test.vnde Bar.alleg.l.si absentis.ff.si cer. pet.debet ergo dictũ Bart. intelligi ſm illã.l.si absentis, ad hoc vt ei irreuocabiliter acquiratur.Circa tertiam conclu.gl.quod ista l. intelligatur in mutuo celebrato nomine filij, & sic qñ pecunia fuit mutuata,nã filij. &c.Bart.hic mouet difficultatẽ, & soluit,& cum eo transit Bald.aliter,& melius Saly.vt dixi in
36 repet. ideo hic non repeto. ¶† Successiuè inquantum gloss. vult, ꝙ si filius mutuauit pecuniã aduentitiam, & numerauit nomine patris,patri acquiritur,dicit Bart. debet intelligi interueniente voluntate patris,&c. vide Bart. Subdit etiam Bart. ꝙ etiam illud,quod dicit gl.in bonis castrensibus,vel quasi,quod patri acquiritur obligatio,&c. Not. diligenter hæc verba Bart. cum quib. cæteri transeunt. Nam ex hac doctri. Bartol. habes inferre duas conclusiones. Prima, quòd si numero pecuniam nomine alicuius, non per hoc ego dicor illi donare, quãuis illi quæratur actio ex tali numeratione, & ita not. Paul.de Castr.& etiam Saly.in dict.l.si absentis.Tu autem notabilius pondera ex ista doctri. Bartol. quòd etiam inter personas ita cõiunctas sãguine si filius numeret,tamen adhuc non censeatur donare:licèt per coniunctionem sanguinis censeatur donare,tamen isto casu ex tali casu* numerationis non
* præsumitur donatio, quod tu not. ad limitationem traditam per Bartol. in l.dotis.ff.solut.matrimon. Circa conclusio.gloss. quæ habet,ꝙ quãdo pecunia fuit mutuata nomine patris,&c. contra istud, quod dicit gloss. quòd si frater haberet castrensia, vel quasi, & illa mutuaret fratri in potestate, quòd obligaretur ciuiliter, & naturaliter, & non haberet locum ista lex, opponit Bartol. quia huic mutuo obstat exceptio Macedoniani: nec aliquid facit.l.2. ff. ad Maced. Tu aduerte, quia Bartol.ita supinè intellectus, videretur pessimè loqui, & deficere in fundamentis.Ista gloss. dicit, quòd si frater habens castrense peculium mutuet alteri fratri, obligatur naturaliter, & ciuiliter, & ideo non posset repetere si solueret. Nam quamuis filiusfam. recipiens habeat excep. Mecedoniani, propter hoc non licèt quin obligetur. ita declarat Bartol. in l. nam, & postea.ſ. de iureiurand. & dicit text. in l. 1.ad Maced. Sed considera, quòd licèt Bartol.non bene se declaret, tamen habuit bonum intellectum,nec meretur reprehendi in hoc. Nam pondera,quòd gloss.dicit,si filius suo nomine pecuniam castrensem, vel quasi mutuauit alteri fratri,non procedit ista lex.Quare? quia frater obligatur ciuiliter, & naturaliter, & cũ effectu.Bartol.respondit,quòd non:ex quo obstat Macedonianum.Non ergo Bartol. fuit ita supinus, quòd ignoraret,quòd obligatur ciuiliter, & naturaliter cum effectu. non naturaliter & ciuiliter sic, & ita debet intelligi Bartol. non cum effectu. verùm,quia Bartol.dicit,quòd ista gloss.debet seruari in duob. casib.dic melius ex mente Saly.hic, quòd ista gloss.sine aliqua subauditione verũ dicit.& est ista gl. valde sin.nec habes similẽ in iure. Nam vult, quòd ex duob. fratribus existentibus in potestate patris, si vnus mutuet alteri fratri pecuniam suam, puta castrensem,vel quasi,tunc non habet locum Macedonianum: patet, quia gl.vult, quòd alter frater obligetur naturaliter,& ciuiliter,& cũ effectu:ergo non vult,quòd habeat locũ senatusconsultum Macedonianum.Et secundum istam gloss. datur singularis limitatio ad tit.ff.& C.ad Maced.Illi tituli non procedunt, quando frater filiusfa. recipit pecuniam ab alio fratre in potestate.Et si dicatur, quare in casu isto non habeat locum senatusconsultum Maced? Ratio est in promptu:quia Macedonianum fuit inuẽtum propter machinationes, quæ à creditorib. per filios ab eis solicitatos fiebant in parentes: sed isto casu ista ratio desiderij,vel machinationis mortis in parentem communem cessat.& ita ista glo. secundum Sal.sing.est, & eam solus Saly.hic ad hoc ponderat: ita etiam istam gloss. ponderat Bald.in l.final.in 3.colum.circa fin.C.quod cum eo. & ista glo. est vera, & non habet contradicentem. Successiuè inquantum gloss. in bonis aduentitijs constituit differentiam inter iura hodierna. C.& iura florũ. Bart. subtilius inuestigãdo dixit & benè, quod si loquamur in vsufructu, ista differentia
37 non est vera.vide Bart. per te.† Capio quartam, & vltimam conclusionem glo. quòd hodie in aduentitijs cadit ciuilis obligatio inter fratres in potestate, & patrẽ, & filium in potestate. Idem tenent vbique glo. in l.si quis pro eo.in prn.ff.de fideius. glo.in Auth.vnde si parens.C.de inoffi.testa.gloss in l.pactum, vbi bonus text. C. de pact. conuen.Bart. Bald.& alij hic.Iac.de Bel.in disputatione, quam ponit in l.2.C.de inoff.don.Pro ista
* *communi conclusione* allego text. in d.l. iubemus,§. in suscriptis. & ibi Bart in §.fin.Bald.& alij ad hoc not.& est bonus text. vt dixi in d.l. pactum. Idem tenent Bart. & alij communiter in l. iubemus.§.1.C.ad Treb.Bart. in l.actiones.ff. de act.& obl.Bal.
* in l.cũ oportet.§.nõ autem.in fin.C.de bon. quæ lib. *& ista est communis conclusio omnium*. ¶ Ex dictis Bart post gl.facias duas ꝯclusiones. Prima est,quòd in aduentitijs hodie pater obligatur filio ciuiliter.Secunda conclusio,quòd in aduentitijs ècontra,ita denũ patri ciuiliter filiusf.obligatur,qñ patri nõ quæritur vsusfructus. Et sic pondera, ꝙ non sit differentia primo casu,an acquirat vsusfructus,vel nõ,& obligatꝰ ciuiliter vtroq; casu pater filio in ptãte: in scd'o casu fit ista dña. Circa primã ꝯclusionẽ licèt omnes trãseant cũ gl.& Bar.tñ Io.de Imo.in l. à filio.ff.de leg.1.põderat,ꝙ Bal.ibi teneat ꝯtriũ, ꝙ in aduẽtitijs pater nõ obligetur filio ciuiliter.& dicit Imo.ponderãdũ esse, ꝙ ꝯclusio gl.& Bar.nõ probatur nisi in l.iubemus.§.1. & aliud nõ dicit.Tu vlterius dicas,ꝙ posset ad.d.l.iubemus. respõderi, ꝙ loquatur eo casu,quo pater vult transire ad secundas nup. quia illũ casum lex ciuilis habet multũ odio, per totum tit.de secun.nup.& sic subtiliter posset retorqueri ille tex.ꝯ Bart. Nã ideo ibi in aduentitijs pater obligatur filio,eo quia volebat trãsire ad secundas nupt. ergo si non esset talis trãsitus, videtur,ꝙ ista ciuilis obligatio non caderet inter eos.Circa secundã conclusionem,in qua Bar.constituit dñiam,an in aduentitijs pater habeat vsumfructũ,an non,puto,ꝙ ista differentia Bar.non sit bona.& consequenter dico,ꝙ sicut in primo casu pater obligatur filio indistinctè in aduentitijs,sic dico ècontra, siue pater habeat vsumfructũ,vel nõ. Et pro ista opin.ꝯ Bar. induco tibi tex.in l.si quis vxori.§.j.ff.de fur.iuncta.l.serui & filij. in prin.eo. ti.Nam dicit text.in d.l.serui & filij, ꝙ si filiusf. facit furtũ patri suo,nõ datur actio furti ipsi patri ꝯ filiũ,sed in d.l.si quis vxori. §. 1.dicit tex.ꝙ filiusfa.habens peculium castrẽse tenetur actione furti patri,si ei faciat futurum.Et rationem assignat ibi.tex. quia habet vnde satisfaciat patri, vnde ex ratione illius text. arguitur,quòd etiam filiusfa. habens bona aduentitia semper obligetur ciuiliter patri, etiam quando patri acquiritur vsusfructus,quia habet vnde satisfaciat patri.s.proprietatẽ dictorũ bonorum, Pondera ergo, quòd quando filius habet vnde satisfaciat patri, tunc ipsi patri potest ciuiliter obligari, & sic per rationẽ d.l.si quis vxori.§.1.videtur ꝯfundi prædicta differẽtia Bart.¶ Capio nunc secundam partem glo.quæ est valde difficilis,& intricata,& malè ordinata secũdũ ꝙ dicit Pau.de Cas. hic, sed sine dubio Bart.non potuisset illam melius ordinare pro iuuenibus, & postea subtilius inuestigando. Pro cuius secundæ partis declaratione subdiuide illam totam ex medulla Bartol.

* actu.

Bartol. (quem quantum poſſumus debemus imitari) in 7. particulas. In prima gloſſ. remouet vnam oppoſitionem, quã poſtea format infra in 6. particula. quę habet duo capita, ꝙ ex mutuo contracto inter fratres oriantur duæ obligationes, vna patri, alia filio, & quòd media extinguatur per hoc, quòd frater ſucceſſerit patri. In 2. glo. per verba obſcura aſſignat vnam rationem ad vtrunque membrum. In tertia gloſſ. tacitè opponit, & reſpondet. In quarta gloſſ. format aliam oppoſitionem, quam ſecundum Docto. videtur fateri veram, & ei aliter non reſpondet. In 5. gloſſ. aſſignat aliam rationem ad ſuam concluſionẽ bimembrem. In 6. aſſignat aliam rationẽ. In 7. & vltima opponit. & ſing. ſoluit. Secunda ibi, cùm. n. peculium fratris. Tertia ibi, & potentior videatur pater. Quarta ibi, ſed ſi patri eſſet ſoluta. Quinta ibi, eſt & alia ratio. Sexta ibi, item, quòd filio ſit acquiſita. Septima ibi eſt, videtur tamen contra, quod dicitur. ſ. de acqui. hære. In effectu tota iſta ſecunda pars glo. verſatur circa duo. Primò, an ex contractu celebrato per filiũ in poteſtate penes ipſum filium remaneat aliqua obligatio naturalis, & ad hoc tendunt prima, & duæ vltimæ particulæ glo. Secundum eſt, quando extinguatur pars debiti per ſucceſſionem fratris debitoris ſuccedentis patri in parte per confuſionem, & ad iſtud tendunt quatuor alię particulæ gloſſ. Incipe ergo à ſecunda particula glo. opponendo, quòd pater, & filius ſunt tanquam duo rei credendi, vt per Bartol. & clarius Paul. de Caſtr. ¶ Ex tota iſta ſecunda particula gl. prin. habes colligere ſex concluſiones, quas Bartol. ordinatim proſequitur. Prima, quòd per filiumfa. acquiritur patri naturalis obligatio. Secunda concluſio, quòd illa naturalis non acquiritur directò patri, & immediatè, ſed mediante perſona filij. Tertia concluſio, quòd ex tali contractu oriuntur duæ naturales obligationes, vna quæ acquirit patri, alia quæ remanet penes filium. Quarta concluſio eſt, quòd pater, & filius in peculio cenſentur duo correi. Quinta concluſio eſt, quod illud, quod exigit vnus correus credendi, tenetur communicare alteri per actionem neg. geſt. In 6. & vltima habes ſingularem limita. ad regulam. l. placet. ff. de acqui. hære. vt illa intelligatur in ciuili acquiſitione: ſecus in naturali. Circa quintam concluſi. gloſſ. limitatur iſta quinta concluſio duob. mod. not. Primò quando illud, quod eſt exactum, pertinet principaliter, & communiter ad vtrunque correum, quia ſunt æqualis potentiæ, quia tunc tenetur communicare alteri, ſecus quando ad vnum re vera ſpectat peculium, & ad alium vano nomine, quia tunc non tenetur communicaſſe. Secundò limita, quando eſſent duo correi ex cauſa oneroſa, ſi autẽ eſſent ex cauſa lucratiua, iſto caſu illud, quod vnus exigit, non tenetur alteri communicare. text. eſt in l. in lege Falcid. hoc eſſe obſeruandum. ff. ad l. Falcid. declarat Bart. in l. qui hominem. §. 1. ff. de ſol. & in l. ſi Titio. ff. de leg. 2. Circa ſextam ſingularem concluſionem gloſſ. Bartol. hic ſubtiliter reprehendit, quia ex quo ſunt iuris ciui. durius ſeparantur à nobis, quàm ea, quæ ſunt iuris naturalis. vt l. ſi eius quod. ff. ad Treb. cum Bar. alij trãſeunt, & vide latius, & clarius Ange. hic in 7. colum. Reperio, quod ſolus d. Fran. de Aret. in d. l. placet. ff. de acq. hære. reſpondet ſubtiliter, & bene fundamento, quod facit hic Bart. nam dicit ipſe, data æqualitate terminorum, fateor, quòd facilius tranſit naturalis in fideicommiſſatium, quàm ciuilis, vt dict. l. ſi eius. ad Treb. Sed in caſu noſtro non eſt æqualitas terminorum inter filium, & patrem, quia in iſta materia eſt longè diſpar ratio, quia de iure ciuili eſt patria poteſtas, quæ impedit ciuilem obligationem tranſire in filium, ergo tranſit in patrem, ſecus è contra ex naturali. Nam conſenſus, qui eſt de iure gentium, facilius influit ad tolendam obligationem naturalem per pactum quam ciuilem. l. ſi vnus. in princip. ff. de pact. Tu autem vltra eum conſidera, & ſubtilius, quòd Bartol. in alio videtur æquiuocaſſe circa gloſſ. quia dicit Bartol. quòd obligatio naturalis facilius traſfertur quàm obligatio ciuilis, quia ſi benè conſideres gloſſ. non loquitur de obligatione, ſed de actu, & de modo acquirendi, & non habet reſpectum ad obligationem, ſed ad actum, & modum acquirendi, dicit gloſſ. facilius per actum ciuilem quàm per naturalem acquiritur. Nam per aditionem hæreditatis, qui eſt actus ciuilis, facilius acquiritur patri quàm per naturalem. Et quod iſtud ſit verum, Bald. qui bene iſtam gloſſ. conſiderauit, dicit in l. final. in penultim. colum. C. quod cum eo. quòd quædam eſt ciuilis acquiſitio, quæ ciuiliter fit, quædam eſt acquiſitio naturalis, quæ naturaliter fit. de ciuili loquitur. l. placet. ff. de acquirend. hæred. & ex illa totum acquiritur patri. adeo quòd nihil remanet penes filium, quemadmodum acquiſitio, quæ naturaliter fit, vt ſupra dixi. Exemplum, filiusf. mutuat pecuniam patris nomine patris, iſto caſu acquiſitio eſt naturalis, & per actum naturalem, videlicet per numerationem, iſto caſu acquiritur totum patri. quædam & tertio eſt acquiſitio naturalis, quæ fit ciuiliter mediante diſpoſitione iuris, & ex iſta non acquiritur totum patri, ſed aliquid remanet penes filium. Exemplum, puta quando filius mutuat pecuniam nomine ſuo. Conſidera etiam, quòd conſiderando actũ & modum, per quem acquiritur, & ſic erit directo arguere contra gloſſ. facilius acquiritur per actum naturalem, quàm per ciuilem, & probatur ſic: nam per actum naturalem alteri per alterum directò acquiritur, puta per numerationem, vel per ſimilem actum, ſed non per ciuilem actum, text. eſt in l. final. C. per quas perſon. nobis acq. in l. certi condictio. §. ſi nummos. vbi oportunè tetigi. ſupra ſi cert. pet. l. ea quæ ciuiliter. ff. de acquirend. rer. domi. ergo apparet, quòd gloſſ. malè dicit, ſiue conſideramus obligationem, ſiue modum acquirendi. ¶ Venio nunc ex ordine ad tertiam partem gloſſ. ibi. item quæro, quæ magis conſiſtit in declarando verba gloſſ. & illam paucis abſoluam poſt declarationem. Diuidam iſtam partem gloſſ. in 4. partes principales. In 1. per viam quæſtionis format dubitationem. In 2. ponit primam opi. quorundam. In 3. opin. Hug. In 4. opi. Azo. quæ eſt vera. Secunda ibi, ſi dicas. Tertia ibi, quid ergo dices. Quarta ibi, ſed Azo dicit. Rurſus quarta principalis ſubdiuiditur in 7. particulas, vt per te videre potes.

38 ¶ † Ex tota iſta tertia parte principali habes colligere quinque principales conclu. Prima conclu. eſt, circa quam verſatur iſta gloſſ. quòd ex mutuo recepto per filiumfa. habentem peculium, pater non obligatur naturaliter nomine filij recipientis. Secunda eſt, quod in actione de peculio ſolùm cadit ciuilis obligatio, non autem naturalis, & ex hoc correlariè ſequitur, quòd actio de peculio oritur ex ſola ciuili obligatione. Tertia concluſio eſt, quòd ex contractu celebrato inter duos ſeruos, qui ſunt in poteſtate vnius domini, dominus non obligatur naturaliter ex perſona recipientis. Quarta concluſio eſt, quòd dominus nullo modo obligatur ex delictis ſeruorum. Quinta concluſio eſt multum not. & approbata per omnes, quod quando obligatio naturalis deſcendit directò à patre in filium, illa non reacquiritur patri, ſecus ſi per obliquum. Concluditur ſecũdum Bartol. quod actio de peculio oritur ex ſola ciuili obligatione, & cum eo ferè omnes tranſeunt. Tu autem aduerte, quòd Bartol. met in inferiorib. in 1. q. quam ponit de mutuo, ſeipſum emendauit, & perpendit, quòd argumentum ſuum non erat bonum, vbi dicit, quòd imò obligatio naturalis oritur ex æquitate, quamuis non adſit cõſenſus. Tu autem conſidera, & dic melius, quòd imò in actione de peculio adeſt non ſolùm ciuilis obligatio, ſed etiam naturalis. Et ad fundamentum Bartol. & Docto. ꝙ obligatio naturalis eſt, aut ex conſenſu, aut iure gentum per l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. fateor dum ſubdit Bartol. quòd non adeſt conſenſus in obligatione de peculio, ex quo pater obligatur inuitus, dico, quòd quando pater conceſſit peculium, conceſſit voluntariè: ergo ille conſenſus à principio in genere præſtitus eſt ſufficiens ad cauſandum obligationem naturalem. Ita dicit ipſemet Bartol. in l. 1. in princip. ff. de pecul. vbi melius conſiderauit quàm hic. Conclude ergo contra gloſſ. & Bartol. quòd ex actione de peculio oritur ciuilis obligatio, & naturalis, & ſic non valebit opin. Azo. pro qua gloſſ. facit. 5. rationes: quatuor nihil valent. Quid tenendum? Teneas opin. Azo. *et communem*, quæ non ſolùm eſt vera, imò etiam neceſſaria. Et ſic concluditur, quòd ex propria perſona fratris mutuantis fratri acquiratur obligatio naturalis. Sed quòd pater non obligetur naturaliter ex perſona filij recipientis, probatur ſecundum Paul. de Caſtr. quia oporteret, quòd eſſet obligatus alicui perſonæ, quia non poſſet ſtare in aere, & ſi tu ſubtilis diceres, in

39 peculio nos conſideramus perſonas, ſed non peculiũ. † Circa quartam concluſi. in qua gloſſ. concludit, quòd dominus non

a obligetur [a] ex delictis ſeruorum ſuorum, facit vna bona ratio, quòd titulus de peculio non habet locum in delictis. l. 3. §. ex furtiua cauſa. ff. de pecu. item facit, quia pater non videtur conceſſiſſe licentiam filio, vt delinquat: quia licèt concedendo peculiũ intelligatur concedi adminiſtratio, quo ad contractus: tñ nunquam intelligitur cõcedi vt delinquat. l. ſi pater. ff. de his quæ in frau. cred. Sed nunquid dominus teneatur pro delictis famuli, vel ſerui ſui, vel poteſtas teneatur pro delictis familiæ ſuæ? ponit Bartol. in l. ne quid. ff. de incend. ruin. naufr. l. Titius. ff. de teſtib. & in l. 1. §. familiæ. & melius in §. final. ff. de publ. Bald. in l. apud Antiquos. in fin. C. de furt. Can. in capitul. 1. de reſtitu. ſpol. Ludouic. Roman. in conſil. 11. quòd incip. in propoſita quæſtione, breuiter videtur ſtatutum. & in conſil. 15. quòd incip. plura ſunt, quæ quæruntur, & in iſtis

ADDITIO.

a ¶ Obligetur. Adde Bart. in l. hoc iure. in §. Labeo. ff. de don. Bartol. in l. 2. C. de euic. Bar. in l. ſi. pater. C. de aſſeſ.

a istis locis tangit etiam Bart. nunquid Potestas a teneatur ex delicto familiæ suæ, & de hoc ponit Bal. in rubr. C. de pęn. iud.
40 † Circa quintam, & vlt. conclusionem gloss. not. eam. Antequam veniam ad sequentes gloss. vt nihil omittatur, aduerte, quòd de iure Can. inter patrem, & filium in potestate oritur efficax obligatio interueniente iuramento. ita tenet Ioan. de Ana. in capitul. cum iuramento. de hom. Nam si de iure canonico inter patrem, & filium cadit iudicium, ergo cadit ciuilis obligatio. Pondera multum facere istam regulam inter patrem, & filium in potestate si de iure canonico oritur efficax obligatio, quando interuenit iuramentum, ergo apparet quòd non interueniente iuramento, non oritur efficax obligatio. Sed tu aduerte, quòd text. in c. cum iuramento. non loquitur de patre, & filio in potestate, quia illa filia, de qua ibi loquitur, non erat filia hæredis, & sic non in potestate sua, quia erat filia fratris sui. Et sic licèt cum iuramento promiserit, bene verum est, quòd quilibet obligatur efficaciter, sed non loquitur de filio in potestate. ¶ Capiò gloss. seq. in versicul. post mortem. ex qua habes notare, nunquid illud, quod deciditur in hac l. habeat procedere, si patre mortuo filij nondum se immiscuissent hæreditati patris. glos. refert duas opin. contrarias, vnam Ioan. & Hug. quòd non, aliam Azo. in contrarium. vide
41 gl. ¶ † No. ex ista glo. duas conclu. Prima conclusio est, quam valde. no. Pau. de Cast. hic in vna lect. hic esse gl. no. quòd per solam existentiam suitatis obligatio naturalis, qua ipse filius tenebatur patri, vel ècontra pater filio, non dicitur confusa, nisi sequatur actualis immixtio, & istud tenet gloss. secundum vtranque opin. Et licèt Docto. nihil dicant, ista conclu. gloss. firmatur duplici ratione. Prima, quia licèt filius in potestate censeat. suus. §. sui. Insti. de hære. quali. & diff. l. in suis. ff. de lib. & posthu. tamen propter beneficium abstinendi dicitur redactus ad instar extranei. l. nam nec emancipatus. ff. de lega. 1. & l. necessarijs, & ibi probat Bart. ꝭ. de acq. hære. §. sed his permittit prætor. Insti. de hære. qual. & dif. ergo sola suitas non potest operari aditionem, & sic confusionem obligationis, sicut si se immiscuisset. Secundò dato, quòd filius non haberet beneficium abstinendi, & sic non esset redactus ad instar extraneorum, non confunderetur obligatio, & probatur sic, quia q̄n aditio est coacta: puta, quia adiuit quis coactus à senatuscōs. illa coacta aditio non extinguit naturalem, text. habes no. in l. debitor. in princip. in verbo remanet. ff. ad Treb. qui text. non est alibi in iure ad hoc, secundum Ioan. de Imo. ibi, & d. Alex. in l. debitor. C. de pact. vnde cùm existentia sui hęredis sit necessaria, ergo non confundit obligationem natualem, nisi dixeris, quòd illa non censeatur necessitas propter beneficium abstinendi. Sed considera tu prouectè, quòd in contrarium posset fortiter argui hoc modo, quòd imò obligatio filij confundatur ex sola potentia suitatis, & arguitur sic. Filius habet potestatem abstinendi quo ad ea, quæ sunt damnosa, quo ad ea, quæ non sunt damnosa, non habet istud beneficiū, quia adhuc durat dispositio legis 12. tab. quæ facit ipsum ignorantem ipso iure hæredem, ita dicit text. in l. si filius, qui patri. ff. de vulga. & pupilla. declarat Bart. in l. si infanti. C. de iur. delib. in pen. col. in l. ex militari. §. 1. ff. de testa. mil. sed quod obligatio extinguatur, istud est filij beneficium, ergo idem debet operari existentia sui hæredis, quod operatur si immisceat se extraneus, ita dicit tex. in d. l. si filius, qui patri. Tn̄ sustinēdo cō clu. gl. & cōem, quæ est vera, pōdera reg. d. l. si filius qui patri. illa regula proced it respectu totalitatis, non autē respectu par-
42 ticularis effectus Secūda cōcl. ꝙ † si filius debitor soluit alteri fratri, antequā se immisceat hæreditati, sequuta immixtione fingitur retro fuisse indebitum, in hoc cōcludit Bar. quē sequuntur Ang. & Sal. qđ ante aditā hæreditatē sēper ꝯpetit ꝯdict. indeb. quia eo tp̄e est omnino indebitū, cū patri sit q̄sita naturalis cū effectu, & apud fratrē creditorē remansit nudū nomē creditoris, ꝙ sonat in factū. l. nec seruus. ff. de pec. ideo si soluit illi fratri nō existenti hæredi, soluitur oīno indebitū, ideo ab eo repetit. l. si eius. ff. ad Treb. subdit Bart. vnū verbū, ꝙ reputo maximi effectus, & momēti, ꝙ filius recipiendo huiusmodi debitū à fratre, dr̄ adire hr̄ditatē. Ratio, q̄a s̄m Bar. recipere debitū nō pōt fieri citra ius, & nomen hr̄dis, nō intelligit Bar. de receptione nudi facti, sed de receptione, quę hēt artificiū iuris. alleg. ad hoc Bar. l. pro hr̄de. §. Papinianus. ff. de acq. her. Sed dices, ꝙ ille tex. parū facit, nam ibi dicitur, qđ si sit relicta libertas seruo, si decē dederit heredi, ꝙ recipiendo illa decem à statulibero, dicitur adire hæreditatem, quia erat debitum hæreditarium, cùm illa decem ibi essent soluenda hæredi gratia conditionis implendæ, non sic est in casu nostro, vbi ista decem mutuata non erant soluenda hæredi, sed fratri mutuanti, not. hic Bartol. sing. velle, & Bartol. in l. [illegible]erit. ff. de acquirend. hære. non fuit recordatus de isto, (& non reperies alibi in iure in specie tactum,) ꝙ filius recipiendo debitū, ꝙ p̄ri debeatur ēt naturaliter, dr̄ adire hr̄ditatē, eo q̄a cēsetur actus, q̄ nō pōt fieri citra ius, & nomē hæredis. Adde, ꝙ idē est ècōtra, quia si filius, vel alius hæres patris soluit aliquid de debitis patris. Et eo ipso quòd soluit, dicitur adiuisse hæreditatē. tex. est in l. 2. C. de iure delib. vbi Bart. & alij faciunt magnum festum de illo text. quia ergo Bart. nō videtur sufficienti ratione probare hoc, ꝙ dicit: cōsidera tu prouectè, si posset subtiliter induci illa l. 2. C. de iur. delibe. pro Bart. hic isto modo: nam si filius, vel alius extraneus hæres soluendo videtur adire hæreditatem, vt est tex. formalis in d. l. 2. ergo à fortiori si recipit debitum. Quòd autē istud sit à fortiori, probatur sic: quilibet potest liberare debitorē etiam inuitum soluendo pro eo. l. soluendo. ff. de neg. gest. vbi beneficium confertur in inuitū. & l. solutionem. ff. de solu. sed receptio no est sic, quia requiritur mandatū. Et si tu dicas, ex quo quis pōt pro alio inuito soluere, & sic solutio debiti pōt fieri à quocunque etiam extraneo, ergo etiam citra ius, & nomen hæredis, quomodo ergo ibi per sol. debiti hæreditarij inducitur aditio hæreditatis? Dicunnt Pau. de Cast. & dom. Alex. & ibi Bal. in l. potuit. in 10. q. C. de iur. deli. quòd ratio est, quia in dubio quis censetur potius soluere nomine proprio, quàm nomine alieno. l. magis. ff. de solu. ergo vbi filius soluendo debitum patris, cùm censeatur soluisse nomine proprio, ergo tanquam hæres: ergo si soluendo censetur adire, & facit vt se liberet, ergo fortius in casu nostro recipiendo debitum patris dicitur adire hæreditatem, & licèt quis possit accipere debitum citra ius, & nomen hæredis, cùm quis non possit exigere pecuniam alterius sine speciali mandato. l. hoc iure. & l. verò procuratori. §. de sol. ergo debet præsumi aditio potius ex receptione debiti, quàm soluendo, sed recipere tanquam debitū patris filius non potest, nisi sit hæres patris, ergo dicitur potius adire q̄ soluendo: ꝓbatur, q̄a si reciperet, & nollet esse hæres recipiendo, habet præsumptionē delicti: ergo sicut in casu l. 2. C. de iu. delib. dicitur adiuisse, q̄a aliàs diceretur inductiua delicti aditio, ita ēt in ꝓposito, & hoc pront recipere habet effectū iuris, & non nudum factum, & hoc voluit Bart. dum dicit, qđ talis receptio nō potest fieri citra ius, & nomen hæredis. Facio ergo istas duas conclusiones, vna indubitata, quòd filius soluēdo id, quòd defunctus debebat, dicitur adiuisse. tex. est in l. 2. C. de iur. deli. Secunda conclusio est, & fin. quam vult Bart. hic, quòd filius, vel hæres recipiendo id, quod debeatur patri, à for
43 tiori dicitur adire. ¶ † Capio nunc gl. in versicul. consequutus. Diuide istam glo. in 3. partes princip. In prima timore vnius ꝯrij, ꝙ formabo nunc, gl. ponit vnam opi. q̄ reprobat. In 2. reprobando illam opi. ponit sc̄dam opi. quæ est Io. & vera. In 3. & vlt. propè fin. format vnam q̄ōn. Sc̄da ibi, ꝙ Io. omnino inficiatur. Tertia ibi, item nunquid adempto peculio. Rursus secunda prin. vbi est opi. Io. subdiuiditur in 5. In prima pro opin. Io. assignat vnā rōnem. In secunda format aliā. In tertia r̄ndet tacitæ obiectioni. In quarta similiter r̄ndet. In quinta addit aliā rōnem pro Io. Secunda ibi, & hoc ostendo apertius. Tertia ibi, item nec dicat quis. Quarta ibi, itē nec intelligas. Quinta, & vlt. ibi, & probatur hoc hic. ¶ Ex hac gl. colligo. 4. conclusiones. Prima conclusio est, ꝙ tex. qui dicit peculij partē ꝯsequutus, debet intelligi de parte ipsiusmet creditoris. Et in hoc bene dicit. Sc̄da conclu. est, ꝙ si extraneus sit creditor peculij in 10. & p̄r donet de illo peculio quinque illi extraneo, intelligitur donare animo compensandi cum illo debito. Tertia cōclusio est, quòd si filius habens peculium contrahat cum extraneo, licèt extraneus possit agere contra filium, qui contraxit, tamen etiam potest agere contra illum, ad quem peruenit peculium. Quarta, & vlt. conclusio gloss. est, quòd si filius habens peculium contrahat cum extraneo, & conuentus ab extraneo ei soluat, pōt ipse repetere ab illis, ad quos peculiū peruenerit, & de isto vltimo est tex. in ista l. in ver. adeo, & in ver. igit. Secunda ergo ꝯclu. gl. est, ꝙ q̄n extraneus est creditor peculij in 10. si pater donet illi de peculio filij sui, intelligitur donare animo compensandi. &c. Not. diligenter verba Bart. in 2. conclus. gloss. quia sanè intelligendo sunt singul. & ex his habes colligere singul. doct. quod quando alicui debet fieri solutio de certo corpore pecuniæ: puta de peculio, vel certo frumēto nascituro ex aliquo fundo, si iste, qui debet soluere, donaret sibi patrem illius pecuniæ vel frumenti, non esset donatio, sed esset compensatio, & censetur dedisse animo extinguendi partem debiti, licet vtatur termino dono, & ita pulchrè not. Paul. de Castr. hic in penultim. colum. ad fin. ex verbis Bartol. hic, & istud est pulchrum ad id, quod dicitur in Authen. præterea.

ADDITIO.

a ¶ Potestas. Adde Iason. diffusè in l. familia. ff. de iur. om. iud. vbi multa alleg.

terea. C. vnde vir & vxo. Adde etiam pro iſta theorica facere
benè text.in ratione decidendi in l. Titia.§.qui in vita,& in l.cũ
pater.§. qui dotale. ff.de leg. 2. Intellige tñ ſanè iſtam theoricã
Bartol. quando talis donatio fieret ſub nomine quotæ, tunc
propriè loquitur text. hic, & benefacit l. hæreditatem. ff. de
don.ſecus ſi donaret ſub nomine quantitatis ſimpliciter, text.
eſt in l.ſi debitor.C.de ſen.paſ.in l.ſi legatus.§.multum intereſt.
ff.ad Treb.ita etiam limitat Raph.Fulg.hic in penu. colum.in
prin.Circa tertiam concl.gloſſ.quòd ſi filius habens peculium
contraxit cum extraneo, licèt filius, qui contraxit ex perſona
ſua,poſſit inſolidũ conueniri, tamen eo omiſſo põt extraneus
agere contra illum,ad quem peculium peruenit, vt in iſta.l.
Limita ſecundm Bart. & bene cum duab.limi. primò vt poſ-
ſit agi ꝯ eum, ad quem peruenit peculium iuxta vires hæredi
tatis, & non plus. i. quantum eſt hæres, & non vltra:ſecundò
quatenus patitur peculium. ¶ Extra gl.Bar.per 6.q.examinat,
qui ꝯctus poſſint celebrari inter patrẽ, & filium in poteſtate.
44 ¶ † Aſſume.6.& vlt.q.Bart. & quia quotidiana eſt, circa eam
a inſiſto;nunquid donatio inter patrem, & filium [a] in poteſtate
valeat.Ex dictis Bart.facias cõcluſionẽ,& quinque fal.Regula,
& concluſio ſit, quòd regulariter donatio facta per patrem
filio in poteſtate nõ valeat.Iſta regula limitatur primò, quòd
nõ valeat quo ad ciuilem obligationem,valeat tamen quo ad
naturalem. Secundò fallit, quãdo pater donaret filio propter
benemerita,declarando vt hic per Bart.Tertiò fallit,quia licèt
talis donatio non valeat à principio, tñ confirmatur morte
patris.Quartò ſecundum Bart.fallit in dote. Quintò & vlt.fal-
lit in vſufr.Circa regulã, & conclu.Bart. quòd regulariter do-
b natio inter patrem, & filium in poteſtate non valet, [b] adde,
quòd de hoc eſt text. in l.donationes quas parentes. C.de don.
inter vi.& vxo.& in l.1.§.ſi pater filiæ.ff.de vſucap.pro donato.
operæpretium eſt videre, quæ ſit ratio iſtius conclu. ſi pater
donet filio in poteſtate,quare talis donatio non valeat.Si bene
aduertiſti,Bart.hic aſſignat rationem,quia quãdo pater donat
filio,iſtud eſt profectitium,per cõſequens acquiritur ipſi patri,
ergo talis donatio nihil valet, quia ſic ſibi videretur dare.ꝯ.l.ſi
quis pro eo.§.1.ff. de fideiuſ.facit.l. qui ſic, in ratione ſui. ff.de
ſol.Iſtam rationem etiam ponit Bald.in l.2.C.de inof.don. Iſta
ratio mihi nullo modo placet,quia non eſt verum,ꝙ quando
pater donat ipſi filio,quòd reacquiratur patri, & quòd hoc ſit
verum, aſſumo doctrinam approbatam ab omnib. in gloſſ.1.
magna.ad fi.& in d.l.ſi quis pro eo. §.1. quòd qñ obligatio de-
ſcendit immediatè à patre in filiũ,nõ reacquiritur per refluxũ
ipſi patri:tũc arguitur ſic:Qua ratione obligatio naturalis, quæ
eſt de iure gentium, qñ deſcendit de patre in filiũ non reacqui-
ritur patri: eadem ratione idem dicendum in dominio,quòd
ſimiliter eſt de iure gentium.l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur.quia
qñ dominium procedit immediatè à patre, non reacquiritur
patri,hoc eſt,quando donat.Tutior videretur eſſe ratio,quia ſi
extraneus donaret aliquid filio, illud acquireretur patri, ergo
ſuccedit regula Iuliani, quando aliquid donaretur filio per pa
trem,nihil agit quo ad ciuilem obligationem. l. ſed & ſi quis.
§.ſed regulariter.ff.de vſuf.& in l. liber homo.ff.de verb.oblig.
& cùm illa regula Iuliani ſit de iure ciuili, non habet locum
in naturali obligatione. Succeſſiuè circa primam fall. Bart. in
in qua multum aduerte,quando pater donat filio in poteſtate,
verum eſt,quòd donatio non valet quo ad ciuilem obligatio
c nem,valet tamen quo ad naturalem. [c] Bar. ergo not. tenet ex
donatione patris in filiũ oriri obligationẽ naturalem. Et iſtud
probat per text.quẽ voluit inducere hoc modo. Qua ratione
ex mutuo celebrato inter patrem, & filium in poteſtate ori-
tur naturalis obligatio,vt hic eſt text.ita eadem ratione ex do-
natione, & ſic ex alio contractu oriretur naturalis per iſtum
text.Adde,quòd idem, quod Bart.tenet Io.And.in addi.Spec.
in tit.de teſta.§.1.verſ. pone filius. Confirmatur iſta concluſio
per fundamentum proximè inductum in regula Iuliani, quæ
habet locum quo ad ciuilem oblig.non quo ad naturalẽ. Itẽ
confirmatur & alia ratione, quia ſolum ius ciuile eſt impe-
dimento propter patriam poteſtatem. l. nam & ciuium.ff. de
his qui ſunt ſui vel alie.iur.ergo non impeditur naturalis obli-
gatio, quæ eſt de iure gentium, quo iure non curatur patria
poteſtas.Adde, ꝙ ꝯrũ tenuit Bal.in l.2.per illũ tex.in diſcurſu.
C.de inof. don. vbi dicit Bal. licèt Bart.teneat, ꝙ ex donatione
inter patrem & filiũ oriatur naturalis, quòd iſtud nõ eſſe verũ
per iſtam l.& nihil aliter dicit,neque inducit.Ego puto, ꝙ Bal.
voluit ſic ſubtiliter inducere. nam qñ pater fecit immenſam
donationem filio, non habet neceſſe querelare alter filius, ſed
ſua legitima ſeruatur filio illæſa:ergo apparet, ꝙ nõ valet talis
donatio,nec habet locum querela, quia ſi ex tali donatione eſ
ſet orta naturalis obligatio, certè videretur, ꝙ eſſet neceſſaria
querela, quæ datur ad reſcindendum illud, quod eſt aliquid:
ergo cùm ibi filius ipſo iure ſeruetur illæſus abſque querela,
ergo talis donatio eſt funditus nulla,ergo non producit etiam
naturalem obligationem. Tamen ad illum text. poteſt dupli-
citer rñderi. primò,quando pater donat filio in poteſtate,ori-
tur naturalis obligatio, vt dicit Bart.hic, eſt verum, niſi ex tali
donatione fieret præiudicium legitimæ alterius filij, quia tunc
non oritur etiam naturalis obligatio. probatur,nam legitima
debetur filio omni iure, ſcilicet, ciuili, naturali,& diuino.l.cũ
ratio.ff.de bon.dam.aliàs eſt.l.vnica.ff.de port.quæ libe.damna.
conce.ergo cùm legitima ſit debita filio iure naturali, non eſt
tunc æquum, & ſic non obligatur naturaliter, quando in præ-
iudicium legitimæ alterius filij. & iſte eſt propriè caſus prædi-
ctæ.l.2. Reſpon. ſecundò, quòd quamuis dict.l.2.dicat, quòd
quando pater fecit immenſam donationem, quòd alteri filio
non competit querela, ſed ſeruabitur illęſa legitima alteri fi-
lio,per hoc non ſequitur,ergo non eſt orta naturalis: probatur
in §.1.& §.tandiu.Inſtitu.de inoffic.teſtamen. cùm ergo quere-
la ſit remedium iuris ciuilis, ergo non valet, niſi ad reſcinden-
dum actum iuris ciuilis, & iſta eſt vera, & ſic illa l.2. non facit
contra Bartol. Sed contra iſtam concluſio. Bart. obſtant qua-
tuor difficultates altæ. Prima difficultas eſt, circa quam val-
de dubito, quia ſi pater donando filio in poteſtate obligaretur
naturaliter, vt dicit Bar. ſequeretur, quòd non liceat patri pœ-
nitere, neque ex pœnitentia reuocare talem donationem. Iſta
conſequentia probatur, quia naturaliter obligato non conce-
ditur pœnitentia, nec reuocatio. l. 1.per totum.ff. de pact.de-
claraui in l.ſi pecuniam, in principio. ff.de condi.ob cauſã.&
tamen ego habeo,quòd ſi pater donauit filio in poteſtate, po-
teſt pœnitere, & ex pœnitentia in totum infringere donatio-
nem: ergo apparet, quòd non eſt naturaliter obligatus, & de
hoc eſt text.in l.donationes quas parentes. C. de don. inter vir.
& vxor. & l.1.§.ſi pater.ff.de vſucap.pro donato. & iſtud argu.
facit me multum titubare contra Bartol. huic difficultati re-
ſpondet domin.Ioan.Bapt. de S. Seueri. nunc aduocatus Ro-
mæ conſiſtorialis in repe.huius l.in 15.quæſt.& dicit, quòd po-
teſt dupliciter reſponderi. Pimò, quòd pater donando filio in
poteſtate naturaliter obligatur, ſed illa obligatio eſt debilis:
ideo propter debilitatem admittitur pœnitentia, & reuoca-
tur. Et iſtam ſolut. probat not. contractus innnominati fiunt
nudo conſenſu,ergo in eis adeſt naturalis obligatio, & tamen
in eis eſt locus pœnitentiæ.d.l.ſi pecuniam.in princip.ſ.de cõd.
ob.cauſã.ergo ſimiliter dicemus in caſu noſtro, quia eſt debi-
lis iſta obligatio naturalis, ideo non impedit reuocationem.
Iſta ſolutio licèt videatur colorata, tamen non eſt bona, quia
naturalis obligatio, quæ oritur inter patrem & filium,non eſt
debilis prout in contractibus innominatis, probatur, quia ex
tali naturali obligatione impedit repetitio ſoluti.tex.eſt in iſta
l.1.in §. quæſitum. ergo apparet, ꝙ non eſt debilis ſicut illa in
innominatis contractibus, quæ non impedit repetitionem ſo-
luti.d. l. ſi pecuniam.in princip.Secundò, & fortius,quòd non
ſit bona reſponſio, nec ſimilitudo oſtenditur. nam ideo in
contractibus innominatis obligatio naturalis cenſetur debilis,
eo quia in tali obligatione non eſt conſenſus purus, ſed reſpe-
ctiuus, quia ergo obligatio in contractibus innominatis eſt re-
ſpectiua ad aliud, quod eſt implendum per aliam partem, &
ideo donec illud conſequatur, locus eſt pœnitentiæ. Sed in ca-
ſu noſtro obligatio naturalis patris eſt pura, & non reſpicit
aliud futurum, & quando eſt pura, in ea non eſt locus pœni-
tentiæ: iſtud patet, quia pactum ſimplex eſt efficacius,quàm
reſpectiuum: nam ex primo oritur actio de iure canon. non
ex ſecundò, & ſic ex obligatione naturali, qñ eſt pura de iu-
re canon. oritur actio per capitul. 1. & 2. extra de pact. ſecun-
dum Bald. in l. cum quis. in 9. colum. C. de iure & fact. igno-
ran.& in l.ſiue apud acta.in 2.culom.C.de tranſactio. Angel.de
Are.

ADDITIONES.

a ¶Patrem,& filium. Adde l.2.C.de inof.do.glo.& Doct.in l. ſi donatione.C.de
collat.Bar.in l.frater.ff. de condi.indeb. * Et dic, ꝙ iurata valet, ſecundum
communem per Rip. rñſ. 147. col.2.num.4.Rol.conſ.77.nume.1.& 25.lib.1.
Alexan.conſi.8.col.2.lib.2.conſi.6.nu.8.lib.6.Aym.conſ.19.nu.1. Guid. Pap.
conſil.23.nu.9.& q.146.Catel.verb.donatio. col. 2. licèt contrarium dixerit
Guid.conſ.173.Rol.conſ.90.nu.4.lib.2.Quid de donatione facta filio in po
teſtate contemplatione mrimonij? & dic valere,vt per eũdem Guid. q.145.
& conſil.113. quo autem ad principalem articulũ dic valere donationẽ fa-
ctam filio in ptãte cum iurõ, & èċontra ſi filius in ptãte donet patri ſecun-
dum communem per Catel.d.verb.donatio facta.col.2. MASVER.
b ¶In poteſtate non valet. Amplia primo idem ſi fiat filio legitimato, qui eſt
in poteſtate.§.generaliter.in Auth.quibus mod.nat.effi.legi. & ita ſingulari-
ter Alex.lib.2.conſil.8.incip.viſis.& in conſil.1. PVRPV.
c ¶Quo ad naturalem.Bartol. Alexand. ſequitur lib.2.conſil.8.lib.3.conſil.20.
colum.2. PVRPV.

ſimilia. In ſexta, & vltima ponitur concluſio. Secunda ibi, quæſitum. Tertia ibi, reſpondi vtique. Quarta ibi, naturalem enim. Quinta ibi, adeo. Sexta ibi, porrò. Eodem modo ſecunda principalis ſubdiuiditur in duas. In prima loquitur, quando pater mutuauit pecuniam filio. In ſecunda loquitur ècontra, quando filius patri mutuauit. Secunda ibi, cõtra. hoc dicit in effectu. Ex mutuo celebrato inter fratres exiſtentes in poteſtate patris oritur ſolùm naturalis obligatio, quæ incontinenti acquiritur patri, & eo mortuo pars iſtius naturalis obligationis extinguitur propter partem hæreditatis obuenientem fratri debitori iure confuſionis, alia pars naturalis obligationis extinguitur ſi tantum de peculio obuenerit fratri mutuanti, quãtum eſt illa alia pars obligationis naturalis, quia tali obligationi contractæ per habentem peculium debet ſolui de ipſo peculio, cùm ſit onus peculij, & tranſeant ad quemcunque, ad quem tranſit peculium, vt patet in tribus exemplis poſitis in tex. hoc dicit tota prima pars principalis. Et ex contractu mutui celebrati inter patrem & filium in poteſtate, vel èцontra oritur naturalis obligatio, quæ impedit repetitionem ſolu. factæ per filium, poſtquam fuit emancipatus patri, vel èсontra. Caſum in terminis in hac l. figurant Mart. Sil. Albe. de Roſ. in 3. & 4. colum. Angel. in apoſtillando tex. Paulus per tres col. item Bald. in paucis verbis, ſed bonis in l. fin. in 3. colum. C. quod cum eo. vbi reaſſumit totam materiam huius. l. ſed ex figuratione caſus, quam iſti Docto. ponunt, non videtur mihi, quòd ſufficienter, & ſatis clarè declaretur iſta. l. ideo caſum figuro ſub hac forma. Pater habebat duos filios in poteſtate, quorum vnus vocabatur Meuius, alius Titius, & quia Meuius erat grandior natu, & induſtrioſus, pater permittebat ſibi adminiſtrationem omnium rerum paternarum, nomine tamen patris, & non tanquam peculium. Alius frater Titius minor natu parum erat induſtrioſus, & ſe non impediebat de adminiſtratione domus, aut rerum paternarum, pater tamen conceſſerat ſibi 10. in peculium, de quibus poſſet mercari, contrahere, & negotiari ad libitum ſuum. Contigit, quòd dum iſte Titius pecunia indigeret, accepit à Meuio fratre maiore 10. mutuo, quæ decem erant de pecunia patris, patre conſentiente, vel etiam de peculio ipſiuſmet fratris, quia in hoc non eſt vis, nec gloſſ. aut Docto. diſcutiunt. In hoc clarum eſt, quòd ex iſto contractu mutui celebrato inter iſtos duos fratres exiſtentes in poteſtate patris oritur ſolùm naturalis obligatio, vt dixi in primo euidentiali, & iſta naturalis obligatio fuit ſtatim quæſita per filium patri, & penes filium nihil remanſit, quicquid dicat gloſſ. 1. & ſic Titius frater minor nunc eſt obligatus patri ſuo naturaliter ad 10. ex pſona alterius fratris. Contigit ſucceſſiuè, quod mortuus eſt pater ab inteſtato, vel etiam ſi vis condito teſtamento, propter illud quod infra dicit de prælegato, tamen illud potuiſſet fieri in codicillis: mortuo patre, iſti duo fratres ſucceſſerunt in vniuerſa hæreditate patris, quilibet eorum pro dimidia, & ſic illa obligatio naturalis de decẽ, quæ in totum erat queſita patri, nunc eo mortuo diuiditur inter iſtos duos fratres hæredes, & vna dimidia, ſcilicet de quinq; ſpectat fratri Meuio mutuanti, alia media de quinque ſpectat fratri Titio, qui recepit. Iſti fratres diuiſerũt inter ſe vniuerſum patrimonium patris, & conſequenter diuiſerunt etiam illa 10. quæ erant conceſſa in peculium ipſi Titio, cùm illa eſſent patris, & mortuo patre deſinat eſſe peculium, & ſic illa 10. ſunt ſicut reſidua pecunia patris, & ita inter eos æqualiter fuit diuiſa. Iſtis ſic iam ſubſequutis, Titius frater minor de ſuo proprio, & ſic de ſua parte ſoluit Meuio tota 10. quæ ab ipſo Meuio mutuo acceperat patre viuente, ſiue per errorem iuris, ſiue per errorem facti, quia nõ facio vim, vt infra dicetur, iſtud fuit quòd dedit materiam dubitandi. Quæſitum ergo fuit ab Africano Iuriſconſ. nunquid Titius, qui illa 10. ſoluit poſt mortem patris, poſſit ea repetere per condi. indeb. à fratre Meuio tãquam indebitè ſoluta. Dubium faciebat, ꝙ non poteſt repetere, quia erant naturaliter debita, & naturalis obligatio impedit repetitionem ſolu. Breuiter Africanus Iuriſconſ. in effectu vult oſtendere, quòd tota iſta 10. ſunt omnino indebita, quia naturalis obligatio ante ſolutionem erat in totum ipſo iure ſublata, & per conſequens vult in effectu decidere, quòd tota 10. repetantur per condi. indeb. quocunque errore ſint ſoluta, ſiue iuris, ſiue facti: nam quotieſcunque aliquid eſt omnino indebitum, quia non debetur nec naturaliter, nec ciuiliter, indiſtinctè poteſt illud repeti quocunque errore ſoluatur, vt declarant glo. & Docto. in l. 1. ſupra eodem. reſtat ergo ſolùm probare, quòd naturalis obligatio fuerit in totum ipſo iure ſublata, quia ſic apparebit, quòd erat totaliter indebitum. ad iſtud probandum tendit totum illud, quòd ſequitur in verſ. reſpondi. vſque ad verſicu. quæſitum. Clarum eſt, quòd obligatio naturalis cauſata ex contractu mutui in totum fuit quæſita per filium patri, & nihil remanſit penes filium mortuo patre. Iſta obligatio naturalis fuit diuiſa inter filios æqualiter, dimidia quæ eſt de quinque ſpectat Meuio fratri mutuanti, alia dimidia de quinque ſpectat Titio debitori: cùm ergo Titius debitor ſucceſſerit patri creditori in quinque, ſequitur quòd iure confuſionis, vt idẽ non ſit debitor, & creditor, extinguitur obligatio de quinque, & ſic pro media parte, iſtud vult dicere text. ibi, *reſpondi vtique pro illa parte, pro qua ipſi patri hæres extitiſſet repetiturum.* nam cùm pro illa parte iure confuſionis debiti, & crediti ſit ipſo iure extincta naturalis obligatio, indubitatum eſt, quòd quantum ad alia quinque datur repetitio. Reſtant alia quinque, in quibus frater Meuius creditor ſucceſſit, quæ non ſunt extincta iure confuſionis, quia quantum ad illa debitor non ſucceſſit creditori, & iſta ſunt, ſuper quibus pendet difficultas. Iuriſconſ. in verſic. pro ea verò, vult probare, & probat, quòd etiam quo ad illa quinque obuenta in partem fratri Meuio, qui mutuauit, ſit ipſo iure extincta obligatio naturalis, eo quia ſibi tantum obuenit de peculio Titij, quantum ſunt illa quinque: nam præſupponitur, ꝙ frater Titius habebat 10. in peculio tempore quo accepit 10. mutuo à Meuio, & regula eſt, quòd quando habens peculium facit cõtractum, & ſe obligat, ꝙ illa obligatio debet ſolui de peculio, quia eſt onus peculij reale, & ad quemcũque tranſit peculium, eatenus quatenus tranſit peculium, eatenus ſequitur, & concomitatur illa obligatio tanquam lepra leproſum, nec talis obligatio poteſt à peculio ſeparari. ergo cùm de mutuo ſolum reſtẽt quinque, & peculium Titij fuiſſet decem, & fuit diuiſum inter fratres ſicut alia bona patris, ergo Meuius frater habet quinque de peculio, ergo illa habet cum ſua obligatione, ergo per obuentionem peculij de quinque extinguitur obligatio naturalis mutui, quæ erat de quinque iure ſolutis, ſicut ei fratri mutuanti quinque fuiſſent ſoluta, & ideo ſi obuentio peculij fuiſſet in minus, quàm quinque, non eſſet in totum extincta obligatio de quinque, ſed pro rata. Iſtud eſt quòd vult dicere ibi, pro ea verò, qua frater Meuius, qui mutuauit, extitit hæres, non extinguitur obligatio per obuentionem hereditatis, & ſic iure confuſionis, ſed extinguitur per obuẽtionem peculij, ſi non ſit minus quàm debitum, quia regula eſt, ꝙ naturalis obligatio cauſata per habentem peculiũ, cùm ſit irradicata in peculio, tranſit ad eũ, ad quem tranſit peculiũ; ſed cùm peculiũ de quinq; & ſic mediæ partis tranſiuerit ad fratrem Meuiũ, qui mutuauit, & ſic penes eũ ſit obligatio paſſiua, apparet, ꝙ naturalis obligatio eſt extincta, & iſta etiam extinguitur iure confuſionis, quia cũ obligatio paſſiua, quę eſt in peculio, trãſeat ad fratrem, q mutuauit, penes quem reſtabat debitũ naturale de alijs quinq; ergo ne idem ſit debitor & creditor, extinguitur per obuentionem peculij, iure etiam confuſionis, ne idem ſit debitor & creditor, aliter tñ quàm in caſu præced. Ex iſtis omnibus concludit, ꝙ cũ obligatio naturalis de 10. mutuatis Titio ſit ipſo iure ſublata quo ad quinq; quæ in diuiſione peruenerũt ad Titiũ fratrem debitorem iure confuſionis, item in alijs, quinque, q̃ reſtant, & debenť Meuio, qui mutuauit, obligatio de illis quinq; extinguať, quia tñ obuenit ſibi de peculio, in quo peculio erat obligatio paſſiua, cũ ſit onus peculij, ergo relinquit, ꝙ cùm obligatio naturalis eſſet ipſo iure ſublata quo ad omnia 10. ꝙ illa 10. poſteà ſoluta per Titium fuerunt in totũ indebitè ſoluta, ergo repeti poſſunt per condi. indeb. hic eſt caſus vſque ad ver. adeo. Inſtat quærens. in ver. adeo. Domine Iuriſconſ. vos dediſtis mihi vnam rñſionem ſubtilẽ, ꝙ obligatio naturalis ipſo iure extinguiť, hoc ipſo, ꝙ tantum obuenit de peculio illi, in cuius perſona durabat debitũ actiuè, & ſic ex hoc dať mihi tacitè intelligi, ꝙ ſi filius habens peculiũ contrahit, ꝙ obligatio q̃ oriť ex contractu, efficaciter reſidet in peculio, & eſt onus peculij, & debet ſolui de peculio, & non aliter. Ego vellem, ꝙ probaret mihi iſtud, qđ obligatio ſit onus peculij affixum peculio, & ſequať peculium, & ſic, vt lepra leproſum ad quemcunq; vadat, & iſto modo intelligam, ꝙ illud, qđ dixiſtis in ver. naturale, erit verum. Reſpondet Africanus in verſ. adeo. ego probabo iſtud per tria exempla. Primum exemplum eſt, pone in terminis. l. noſtræ, ꝙ pater ante partem prælegauit totum illud peculiũ, quòd erat de 10. Titio, iſto caſu peculiũ obuenit Titio, qui mutuo acceperat decem in vita patris, in iſto peculio eſt obligatio ex illo contractu, & onus, iſto caſu frater Meuius tempore diuiſionis hæreditatis poteſt petere, ꝙ deducantur quinque ſibi debita, & Titius frater, qui habet peculiũ, teneť ſibi ſoluere, ex quo ſibi nũc vltra obligationem obuenit totum peculium, ergo apparet, ꝙ ille, ad quem deuenit peculium, eſt ille, qui in effectu obligatur, & qui debet de peculio ſoluere. Et ex hoc dicit Angel. in 3. col. in duobus locis hoc ſingu. probari per vnum in text. quod eſt, mirabile ſecundum eum, & bene, ꝙ licèt ſola obligatio naturalis non ſit potẽs ad agendum, & multominus ad exigendum, eſt tamen potens, vt tpe diuiſionis hæreditatis poſſit frater creditor petere, ꝙ deducatur ante omnia iſtud, qđ natura-

naturaliter tm̄ debetur, & istud potest consequi, & petere ab arbitro deputato ad diuidendum, sed illud ideo est (licèt ipse nō dicat) pp peculiū, cui est annexa obligatio naturalis, aliàs istud non procederet, vt infra dicam in 2.no. Secundum exemplum ponitur in versi.idque maximè, ꝙ obligatio sit onus peculij, & non onus illius, qui contraxit. Et ꝙ transeat ad quemcunq;, ad quem peculium transit, & non trāsit obligatio penes illum, qui ꝯxit, donec aliquid superest de peculio. probat sic. Pone ꝙ iste frater idemque filius habens peculium ꝯxisset cum vno extraneo, ex quo ꝯtū sequuta fuisset obligatio, certè iste extraneus potest conuenire non solùm illum, cum quo ꝯxit, qui obligatur sibi ciuiliter, & naturaliter ex persona sua.l.tam ex ꝯtibus. ff.de iudi.l.filiusfam.ff.de act.& obli. sed etiam potest conuenire pro rata vnumquemque, ad quē peruenit aliquid de isto peculio. Pone nunc, ꝙ mortuo patre iste extraneus cōuenit solū illum, cum quo contraxit, & ille coactus in iudicio sibi totum soluit, certè licèt ipse fuerit ille, qui fecit contractum, & qui soluerit totum, tm̄ poterit repetere à cohæredibus in iudicio fam. ercisc.tm̄, quantum ad vnumquemque de illo peculio obuenerit. Et per hoc datur plusquam clarè intelligi, ꝙ obligatio ꝯcta per habentem peculium, licèt obliget ꝯhentem naturaliter, & ciuiliter, quia filiusfam. ciuiliter, & naturaliter obligatur ex omni ꝯtu præterquā in mutuo, & voto, vt in iuribus præalleg. tm̄ illa obligatio effectualiter est onus peculij, & debet solui de peculio. Et si filius, qui ꝯxit post mortē patris, soluat de suo proprio extraneo, potest recipere à fratribus tm̄, inquātum ad eos peculium obuenerit. Ex hoc sequitur tertium exemplum positum in ver.igitur, ꝙ si talis filius habēs peculium ꝯxit cum extraneo, ipsi sibi, vt dixi, naturaliter, & ciuiliter obligatur, tm̄ debet solui de peculio, si post mortem patris nihil adhuc soluit extraneo, & sic si adhuc res est integra in diuisione hæreditatis, in qua simul diuidetur peculium, potest iste frater, qui ꝯxit, cogere alios fratres, vt ei caueant de conseruādo eum indemnem aduersus illum extraneum creditorem, cum quo cōtraxit pro rata peculij vnicuique obuenientis. Et pro hoc concludit Iuris. in ver. porrò, ꝙ si iste frater debet conseruari indemnis quo ad extraneum, cum quo ꝯxit, multò fortius debet indemnis conseruari à fratre suo, à quo mutuum accepit, vt frater sibi compenset peculium, quod accepit, & aliam pecu. fratris indebitè receptam restituat per condi.indeb. iste est casus clarus, & nitidus, vsque ad ver.quæsitum. Pro faciliori memoria, & breui declaratione huius.l. & aliquali facti narratione Albe.hic in 1.colum.ponit primos nouē versus, quos ego emendaui, vbi opus est, deinde quosdam alios addidi, vt perficerem totam.l.vsque ad ver.quæsitum. Et quia obligatio non posset cadere in versu, eius loco ponitur actio impropriè gratia metri.

Sex facit hic frater præsenti lege notanda.
Factum proponit, quærit, respondet, & addit.
Causam responsi trina ratione probando.
Denique concludit ex his, quæ dixerat ante.
Nam duo sunt fratres in patris iure manentes,
Titius & Meuius: contraxit Titius iste
Cum Meuio fratre, nummos patris accipiendo.
Pone decem mutuo numeratos nomine patris.
Ex hoc contractu naturæ iure tenetur
Titius hic patri, ciuili iure remoto.
Quo patre defuncto, successit vterque parenti,
Quilibet in partem, fuit & quæsita duobus,
Quæ naturalis patri fuit actio parta.
Titius extinguit propria, cùm sit patris hæres.
Sic fit quando debens succedit debere debenti.
Ad reliquam partem Meuio manet actio salua.
Sed perit obuentu secti cum fratre peculi.
Nanque profectitio sic sunt affixa peculio
Iura, quod id semper velut ægrum lepra sequuntur.
Hoc in versu adeo trina ratione probatur.

10 ¶ † Nunc ex vers.quæsitum, Iurisconsul. probat, quòd ex mutuo contracto inter patrem & filium in potestate oriatur obligatio naturalis, quæ impedit repe. solu. si filius posteà emancipatus patri soluat, & quòd inter patrem, & filium in potestate oriatur naturalis obligatio, probatur, quia filio emancipato desinit esse peculium, & pater de rigore iuris non tenetur, tamen ex æquitate pater potest conueniri intra annum, sed pater deduceret illud, quòd filius debebat naturaliter, ergo patet, quòd inter patrem, & filium in potestate potest contrahi debitum naturale, & si filius emancipatus patri soluat, non potest repetere. Fallit nisi filius tempore quo contrahit cum patre, habuisset peculium, & illud ad patrem peruenisset, quia per obuentionem peculij filius liberatur à patre, sicut sibi soluisset, cùm obligatio sit onus peculij, prout dictum fuit in prima parte l. In tex.ibi, pro ea parte, qua ipse patri hæres extitisset. Ratio est, quia pro ea parte filius debitor succedit patri creditori, & sic iure confusionis extinguitur ipso iure pro ea parte obligatio naturalis, vt declaraui supra in 2.euidentiali. In tex.ibi, *quod peculij partem frater sit consequutus*, subaudi, & ratio est, quia cùm ista obligatio naturalis contracta per habentem peculium sit onus peculij, & debeat de peculio solui, ergo apparet, quòd extinguitur inquātum peculium peruenit ad fratrem, qui mutuauit, & ad istam rationem subintellectam vadunt tria exempla text. quæ sequuntur. In text. ibi, adeo, subaudi adeo, scilicet ipsa obligatio est onus peculij, & peculij successorem comitatur. quod sequitur, vt infra in tex. In tex.ibi, *si extraneo quid debuisset*, intellige ex alia causa, & ex alio contractu quàm mutui. Vel si vis intelligere de mutuo, intellige in casibus, in quibus filiusfam. accepit pecuniam mutuo cessat Macedonianum propter verbū exactum, quod infra sequitur. nam in mutuo non potuisset à filiofam. inuito exigi, cùm sit tutus exceptione Macedoniani, etiam postquam fuerit sui iuris. l. fin. ff. ad Macedo. vltra notabilia, quæ literaliter colligi possunt in text. & patent ex supradi-
11 ctis, nota in ver. † naturalem, debitum contractum per filiumfam. vel seruum, quando habent peculium, dicitur onus peculij, & debet exolui de peculio, & comitatur quemcunque, ad quem transit peculium, sicut lepra leprosum. vt declaraui supra in 3.euidentiali. Intellige tamen, quando peculium transit ad aliquem titu. vniuersali, vt in hoc text. titu. hæreditario. si autem transiret titu. singu. puta donationis, vel emptionis, tunc si transit, simul cum seruo transit etiam onus peculij, & sic est idem, quod in casu præced.l.& ancillarum.§.si seruus. ff. de pecu. aliàs secus.l.1.§.item hæres. vbi gloss. ff. quando act. de pecu. est anna. & declarat latius Bartol. hic in 14. colum. in versicu. ve-
12 nio ad secundam gloss. mag. † Secundò not. in versicu. adeo. esse hic text. fin. & etiam mirabilem secundum Angel. in 3. colum. in duobus locis, quòd licèt sola obligatio naturalis non sit potens ad agendum, multominus ad exigendum, tamen est potens, vt in diuisione hæreditatis, quæ fit inter fratres possit deduci illud, quod naturaliter tantum debetur, sicut si deberetur naturaliter, & ciuiliter, & huius debiti naturalis debet haberi ratio per arbitrium assumptum ad diuidendum hæreditatem. Tu intellige sanè, quando tale debitum naturale est connexum peculio, & in istis terminis propriè loquitur iste text. Sed quando esset debitum naturale de per se sine peculio, non est verum, quòd in diuisione hæreditatis fieret eius deductio. l. si quid possessor. §. sed & si ipse. ff. de pe. hæred. l. Meuius, in princip. cum gloss. ff. famil. ercisciund. & declarat in specie Barto. hic
13 in fin. 1. questio. quam ponit in 18. colum. † Tertiò princip. not. in ver. igitur, quòd si filius habens peculium contraxit, ex quo contractu remaneat obligatus, tamen cùm ista obligatio sit proprij peculij, debet in diuisione hæreditatis, & peculij conseruari indemnis per fratres suos. Ex gloss. parua in verbo indemnis, subaudi scilicet per cautionem, & sic fratres debent sibi cauere, quòd cum indemnem seruabunt à quocunque credito-
14 re peculij. † Et ex hoc infert Angel. hic in 3. colum. esse hic casum not. & quotidianum in argum. quòd si sunt plures mercatores socij, & veniunt ad diuisionem mercantiæ, vel fundici, si ille, qui exercuit fundicum, debeat puta mille ducatos alijs, non potest ante omnia deducere istam pecuniā vel tm̄ retinere de mercibus, vt satisfaciat creditori fundici, sed sufficit, quòd mercatores promittant, & caueant eum seruare indemnem. Adde de hoc in terminis glo. not. in l. certum, in glo. super verbo condemnatus. C. famil. ercisciund. caue tamen, quia habemus duos text. expressos not. qui volunt, quòd si debitum sit purum, debet statim solui, sed si esset debitum in diem, vel sub conditione, tunc bene sufficit præstare cautionem de seruando socium indemnem. l. si socij sumus. & l. præcedenti. quæ incipit omne, & ibi Albe. ff. pro soc. Tenendo tamen illud, quod tenet Angel. limita verum nisi talis socius iam esset per sententiam cōdemnatus, tunc enim posset retinere tantas merces in diuisione, quę sufficiant ad satisfacien. text. est in d. l. certum. C. famil. erciscun. imò singularius, si socius non per sententiam esset condemnatus, imò esset obligatus per instrumentum, quòd haberet execu. paratam ex forma statuti, etiam per schedulam priuatam mercatoris, quæ haberet execu. ex forma statuti, tunc esset perinde, ac si esset condemnatus, & posset retinere tot merces, & istud vltimum tenet Cyn. & Bald. in d. l. certum. ad hoc bene facit illud, quòd singu. multum tenet Bartol. in l. fideiussor pro venditore. ff. de fideiu. Scitis enim, quòd qui fideiubet pro aliquo, nihil potest petere à principali debitore, donec ipse soluat. l. Lucius. ff. mand. & vide ibi gloss. ponentem quasdam fall. Ad hoc dicit sing. Bar. in d. l. fideiussor, ꝙ si fideiussor esset obligatus per publicum instrm, & ex forma statuti haberet execu.

paratam, certè iſte fideiuſſor poteſt repetere à principali debi-
tore,ſicut ſi ſoluiſſet,& tenet etiam Bald.in l.ſi pro ea. in 4. col.
C.mand.iſtud vltimum tamen non firmo, & ſemper tenui, ꝙ
non ſit verum,& contrarium tenēt Imol. Lud.& Paul.in d.l.ſi fi-
15 deiuſſor pro venditore. † Quartò not.in ver.porrò, ꝙ qui tene
tur aliquem ſeruare indemnem ab extraneo, multò magis de-
bet ſeruare indemnem à ſeipſo, & ſic illud,quod quis debet ad
uerſus extraneum facere, multò magis debet facere aduerſus
ſeipſum,& ſecundum Paul. de Caſtr.eſt pulchrum, & morale
documentum.concor.l.ſi negotia. & ibi gl. allegat plures con-
cor.ff.mādati.Adde bene facere text.not.in l.antepe.ff.de admi.
tut.& ſimilem tex.in l. cum in eo. & ibi gl.alleg.multas concor.
ff.de pac.ad idem ego addo bene facere text.illū ſing.in l.ſi fun-
dum.ff.mand.& dicit Bar.ibi, ꝙ illum tex.neſcit alibi,& ꝙ iam
de facto habuit in palatio ſyndicatus.& ꝙ ille tex. non reperia-
16 tur alibi,dicit etiam Bald. in l.1.in 6. q. C. ſi ſeruus extero. † In-
ducitur tex.iſte ſic declaratus per Albe.de Roſ. & Bal.ad illam
quæſtionem de eo,qui promiſit accommodare turrim, vel ar-
cem contra omnem hominem de mundo cuidam principi,
nunquid teneatur etiam accommodare contra ſeipſum?Omiſ
* ſo multiloquio,*communis ſententia eſt*, ꝙ non tenetur,per regulā
ꝙ in generali ſermone non continetur perſona loquentis.l.Pau
lus.§.fin.vbi Bar.ff.de pign.& ibi gl.alleg.multas concor. & in l.
inquiſitio.C.de ſol.Non obſt.tex.noſter,quia procedit, quoties
obligatio inſurgit tacitè ex diſpoſitione legis, vel ex natura rei,
tunc ſicut quis debet aduerſus alium, multo magis aduerſus
ſeipſum,ſecus ſi obligatio venit ex partiū conuentione. ſi enim
illa conuentio ſit generalis, nunquā includitur perſona loquen
tis,ita Docto.hic,& Bar.in l.conſulari.ff.de ſena.Cyn. & Bal.in l.
cùm acutiſſimi.C.de fidei.Imol.& alij omnes Can.in cle. 1. de
re iudi.& eſt bonus tex,in c.petitio.cum glo.de iureiu.& glo.in
c.de forma.22.q.vlt.& gl.in c.1.§.fin. in tit. hic finitur lex Con-
radi.& gl.in cap.imperialem.§.fin.& ibi Bald.& alij Feudiſtæ. de
prohib.feud.alie.per Fed.& in iſtis vltimis, maximè in illo.c.im
perialem. tangit Bald. & alij, quid etiam ſi expreſsè promiſiſſet
accommodare contra ſeipſum,& determinat, ꝙ non tenetur,
imò fortius dicit glo. in d. c. de forma. ꝙ qui promiſit accom-
modare turrim contra omnem perſonam de mundo,non te-
netur accommodare contra Papam, & conſequenter nec con
tra Imperatorem, quia in generali ſermone ſemper iſtæ perſo-
næ ſunt exceptuatæ.glo.etiam in d.cap.de forma,& bonus tex.
in cap.veniens.de iureiu.& quod not.glo.in cap.conſtitutus. de
reſcrip.imò nec tenetur contra Regem,cujus eſt ſubditus,ſi nō
recognoſcat ſuperiorem,ſecundum Specu.in titu.de feu.§.2.in
verſ.15.Bald.in d.cap.imperialem.§.fin. Ego puto,ꝙ idem eſſet
in quocunque principe non recognoſcente ſuperiorem de iu-
re,vel de facto,cùm habeatur loco Imperatoris quo ad ſubdi-
tos ſuos,vt pluries dicit Barto.maximè in l.hoſtes. ff. de cap. &
in l.relegati.ff.de pœn. Ex iſtis remanet expeditus apparatus tex.
Antequam veniā ad apparatum gloſſarum, reſtat videre, nū-
17 quid † iſta l.quæ loquitur de duobus fratribus, poſſit habere lo
cum in tribus fratribus vel in quatuor.ponit Bart. hic in 16.vel
20.col.in verſi. quæro,qd ſi iſte frater debitor ſoluit &c. & ſub-
tiliter decidit,ꝙ non, ſcilicet ꝙ iſta.l. non poſſet habere locum
in tribus aut quatuor fratribus, & ad hoc probādum facit vnū
fundamētum,quod eſt in hac materia neceſſarium, & verum.
Et ſecundum hoc limitantur, quæ dicta ſunt in euidentalibus,
ꝙ quamuis peculium trāſeat cum oneribus ſuis, quatenus eſt
peculium, & non vltra,vt hoc tex.tamen non tranſit niſi pro il
la quota,pro qua quis eſt hæres,dato ꝙ etiam peculium ſit ma
ius.iſtud fundamentum pulchrè declarat Bar.in 16.col.in verſ.
quæro,vtrum creditor peculiaris,per text.in l. quæſitum.§.1.ff.
de pecu.Hoc præmiſſo,pone,ꝙ fuiſſent tres fratres, & pone, ꝙ
Titius haberet in peculio 100.& accepiſſet 15.mutuo à Meuio,
non haberet locum iſta.l.quia mortuo patre,clarum eſt ꝙ obli
gatio pro vna tertia parte,pro qua Titius eſt hæres patri, extin-
guitur ſine dubio. ſuperſunt aliæ duæ partes, & certè Meuius
creditor quamuis habeat tantum de peculio, quod ſit. ſ. alias
duas partes, & ſic peruenerit ad Meuium plus de peculio,quā
ſint illæ duæ partes, tamen quia Meuius non eſt hæres niſi pro
vna tertia parte,pro illa tertia parte debet tranſire obligatio cū
peculio, quamuis peculium ſit plus, reſtat ergo alia tertia pars
obligationis,ergo ſi Titius ſolueret,non poſſet repetere,cùm il
la tertia pars reſtans non extinguatur, & tanto fortius dicit Bar.
iſtud procedere,ſi teneremus opin glo. 1. ꝙ ex mutuo duæ na-
turales obligationes naſcantur, vna quæ patri acquiritur, alia
quæ penes filium remanet.& Angel.in antepe. col. viſus eſt idē
velle, ꝙ iſta.l.non haberet locum in tribus, aut quatuor fratri-
bus,ſed in duobus tantum.Ego puto, ꝙ iſta.l.habeat locum &
in tribus,& in quatuor,& in pluribus fratribus,& credo ꝙ Bart.
multum æquiuocauerit, & in terminis.q.ſuæ oſtendēdo,quòd
iſta.l.locum habeat, nā Titius habens 100.in peculio,accepit à
Meuio 15.mutuo.Scitis quòd ex iſto mutuo tota obligatio na
turalis quæſita patri in omnibus 15. penes filium mutuantē ni-
hil remanet.Moritur pater relictis tribus filijs,iſta obligatio na-
turalis diuiditur inter iſtos fratres, & vnicuiq; obuenit pars de
quinque, tunc quo ad partem,quæ Titio obuenit, non eſt du-
bium,quòd illa obligatio extinguitur confuſione.Reſtant duæ
partes, in quibus præſupponit Bart. quòd obligationes natura-
les actiuæ ſint penes Meuium, & non eſt verum,ſed ſolùm eſt
pro tertia parte.Modo ſic, Meuius ſucceſſit patri pro tertia, &
obuenit ſibi peculium vltra tertiam partem, ergo ipſo iure eſt
extincta obligatio pro tertia parte per obuentionem peculij,
alia tertia pars quæ reſtat,nō eſt penes Meuium,ſed penes aliū
tertium fratrem,& cùm ad illum alium tertium fratrem obue
nerit tantum,& plus de peculio,quàm ſit tertia pars obligatio-
nis,& obligatio ſit in ipſo peculio,ergo illa tertia eſt etiam ipſo
iure extincta,ac ſi ſoluiſſet,& ſic omnes tertiæ partes ſunt extin
ctæ,& ſi ſoluit,repetere poteſt, etiam tenendo,ꝙ penes Meuiū
remaneat vna naturalis obligatio vltra illam, quæ patri quæri-
* tur,vt tenet glo.1.*quam omnes reprobant*.nam illa naturalis, quæ
eſt penes filium,nullius eſt effectus,& ſublata illa,quę eſt penes
patrem,tollitur etiā illa,quę eſt penes filium,ſi qua eſt, ſic Bart.
errauit æquiuocando, quia non computauit tertiam partem,
quaſi duæ partes obligationis naturalis tranſirent ad fratrē mu-
tuantem, & cùm frater mutuans non fuerit hæres niſi pro vna
tertia, certè per obuentionem peculij non potuit extingui niſi
vna tertia pars.In hoc æquiuocauit;quia vna tertia obligationis
tranſit ad tertium fratrem, cui cùm tantum obuenerit de pecu
lio,extinguitur illa tertia, quæ ad eum tranſit, & de hoc errore
Bar.ꝓpendit Fulg.hic in antepe.col.ad fi.nec Ang.quando quæ-
rit de tribus vel quatuor fratribus, loquitur vtrum iſta. l. ha-
beat locum, ſed quærit quomodo peculium debeat inter eos
18 diuidi. † Nunquid autem iſta.l.loquens in filijs haberet locum
in ſeruis?Si præſupponeremus duos ſeruos vnius dñi habentes
peculium,vnum cum altero contraxiſſe,& poſteà à dño hære-
des inſtitutos, & dico ꝙ ſic, quia regulariter dicta in filijs in po-
teſtate habent locum in ſeruis, & in ſpecie ita dicit Bald. in l.fi.
C.quod cum eo.Eſt verum,ꝙ Barto.hic in 17.col.in ver.ſumus
expediti.de hac gl.mag. tenet ꝙ iſta.l.non poſſet habere locum
in ſeruis quantum ad illum ver.ſi extraneo quid debuiſſet,dum
loquitur de iudicio famil.ercisc. cùm iſtud non poſſit adaptari
19 ſeruis,vt hic per eum. † Nunquid autem iſta. l. haberet locum
in duobus monachis exiſtētibus ſub poteſtate vnius Abbatis,
qui etiam quodāmodo poſſunt habere peculium? Videretur
ꝙ ſic,quia regulariter dicta in filijs extenduntur ad monachos,
eſt regula Inno.in c.cum olim.de priui.quam regulam pluries
aſſumit Bar.in l.1.in fi.principij.& in §.ſi fructuarius.ff. de ſtipu.
ſer.& alibi pluries, & magis in ſpecie ꝙ iſta.l.poſſit habere locū
in monachis,viſus eſt ſentire Bald.in l fi.ad fi. C. quod cum eo.
dum dicit prædicta omnia,quæ dixi in filijs,extende ad mona-
chos,vt ibi per eum.Ego non bene poſſum conſiderare, qūo in
practica poſſet deueniri ad monachos in caſu iſtius legis, &
qūo in eis poſſet tractari de repe.per cōdi.indeb. de quo tñ pun
cto vide etiā Io.Fab.& alios in §. actiones aūt de peculio. Inſtit.
de act.¶Venio ad apparatum gloſſarum.Prima gl.poſſet aliter
diuidi,quàm faciat Bar.ſequor tñ diuiſionem Bar. quam etiam
ſequuntur Ang.& Fulg.& Paul.de Caſt.loquar tñ clarius,& ple
nius, ¶Diuido ergo iſtam glo.in tres partes ꝑinc.In 1.declarat,
qualiter potuit ꝯhi mutuum inter fratres exiſtētes in patria po
teſtate.& ſic de qua pecunia potuit fieri mutuum. & iſta j.pars
ſm Bart.durat vſque ibi.nam & tunc dico naturalem, ſed ſm
Paul.durat vſque ibi, & ſic duæ naturales ab initio. In 2. decla-
rat glo.cùm ex iſto mutuo oriatur naturalis obligatio tm̄,q̄ in-
continenti patri quæritur, nunquid in totum acquiratur, ita ꝙ
nihil penes filium remaneat, an verò penes filium vna natura-
lis acquiratur,alia patri,& tenet ꝙ ſic. In 3. & vlt.quæ eſt ibi, itē
quæro,quærit gl.an quemadmodum per fratrem mutuantem
quæritur patri obligatio naturalis actiuè,ita èontra per filium
recipiētem mutuo pater obligetur naturaliter paſſiuè,& refert
tres opi.tandem tenet opi.Azo.ꝙ non. & illam cōprobat qua-
tuor medijs. Expediam vnamquamq; partem de per ſe. Aſſu-
mo primam partem prin. quam ſubdiuido in quinque particu
las.In j.ponit diuiſionem huius.l. vſque ad ver. quæſitum.In 2.
gl. timore vnius ꝯrij declarat quotuplicis ſpecici filiusfa. poſſit
habere pecuniam. In 3. ponit primum intellect. ad hanc l. ꝙ ſi
iſta l.intelligat in pecunia mutuata in noīe patris, tūc procedit
ſine ſcrupulo in quacunque pecunia. In 4.ponit ſm intellect.ad
hāc l.ꝙ ſi iſta.l.loquatur in pecunia mutuata noīe ipſius filij &
non patris, tunc ſolùm procedit hodiè in peculio profectitio,
& in pecunia patris.In 5.& vlt.gl. ex prædictis concludit declar.
& cōſtr.tex.Secūda ibi,itē no. ꝙ quinq; modis. Tertia ibi,& in
his

his omnibus potest intelligi hæc.l. Quarta ibi, si autem ponas, quod est melius. Quinta ibi,dic ergo pecun. mutuatam. Et est aduer.ꝙ Bar.in tota ista gl.hoc ordine procedit. Primo recitat literaliter glo. in vnaquaque parte ex tribus prin. posteà denuò reassumit vnamquamq; partem disputando,& quæren. verita tem.Ego autem,vt breuitati inseruiam quantũ potero , semel tantum ponam.Item aduerten.est,ꝙ tota ista prima pars gloss. quæ ponit duos primos intellectus princ.ad text.facta est timo re huius contrarij.nã vr̃,ꝙ ista.l.nõ possit procedere. Aut enim iste Meuius filiusfam.mutuauit pecuniam castren. peculij, vel quasi,aut pecun.profectitiam,vel pecuniam patris, de aduenti tia non curo , quia de iure ffõrum non erat dña inter aduenti-tiã,& profectitiam.primo casu in pecunia castr.vel quasi ista.l. non posset procedere,quia in illa recipiens obligaretur,& natu raliter,& ciuiliter,& ipsi filio tñ obligatio acquireretur, quia fi lius in castr.vel quasi hr̃ pro patrefa.l.2.ff.ad Maced. Eodẽ mo-do non potest procedere ista. l.in profectitia , aut pecunia propria patris,quia in ea non potuit transferri dominium per filiũ mutuantem, cùm dñium non sit suum,sed patris,ergo mutuũ non potuit ꝯhi , in quo requiritur translatio dominij.l.2.§.appellata.s̃.si cer.pet.¶Ex tota ista prima par.princ. glo.habes elicere quatuor prin.conclusiones,quas particulariter examinabi mus.Prima est, ꝙ filiusfa. potest hr̃e pecuniam quinq; modis, & ista est clara, quid autem differat pecunia profectitia à pecu nia propria patris , cùm vtriusq; dominium sit penes patrem , posui.s̃.in euidentalibus.Secunda cõclusio est, ꝙ si ista l.loqua tur in pecun. mutuata per filium nomine patris , procedit sine scrupulo in quacunque pecunia. Tertia conclusio est, ꝙ si ista l.intelligatur in mutuo celebrato nomine filij mutuantis,& nõ patris,tunc solùm potest habere locum hodiè in pecunia profectitia,vel in pecun.propria patris,accedente tñ voluntate patris,quia aliàs dñium transferri non potuisset , & sic non fuisset mutuum. Vel intellige (quod est melius) sequta consumptione.Quarta conclusio est, ꝙ hodiè in aduentitijs inter fratres existentes in potestate patris ꝯhitur non solùm naturalis, sed etiã ciuilis obligatio,nec dico prout dicit Bar.ꝙ ista gl.loquatur inter patrem,& filium, sed loquitur inter ipsos fratres. Istis tribus vltim.ex ordine expeditis, intelligetis fi. esse huic primæ partic.

20 † Ante tñ quàm veniam ad has conclu.sequendo ordi.Bar.videndum est,quæ sit ratio,quare inter patrem,& filium in potestate,vel inter duos fratres in potestate patris existentes,nõ pos sit ꝯhi ciuilis obligatio,sed naturalis tantũ.Bart.hic in 5. col.refert duas rationes,quæ sunt cões,posteà ipse addit tertiam valde subtilem, quæ fuit de propria bursa Bar.prima est ratio,quã dixi s̃.in primo euidentiali. *Secunda ratio communis est*, quia obligationes ciuiles inuentæ sunt ꝑꝑ iudicia, vt inquit glo. Instit.de ob.in gl.mag.post prin.sed inter patrem,& filium nõ potest esse iudicium. l. lis nulla.s̃.de iud. ergo frustratoriè esset inter eos obligatio ciuilis,tamen ista ratio est periculosa , quia sequeret, ꝙ in multis casibus , in quibus potest esse lis inter patrem , & filium,quos enumerat gl.in d.l.lis nulla.qđ inter eos orirentur ob ligatio ciuilis,qđ tñ est falsum.Bart.addit suam tertiam rationẽ nouam,& valde subtilem,& dicit,ꝙ qñ ante inuentas actiones, & obligationes omnia regia manu expediebantur.l.2. in princ. ff. de ori.iur. quæ regia potestas est de iure gen. posteà ius ciuile introduxit obligationes ciuiles,& actiones,quibus mediãtibus, quis consequitur ius suum. Considerauit quoque ius ciuile, ꝙ illa potestas regia adhuc hodiè durat in patre erga filios,quia si filij in potestate aliquid habeant,qđ sit patris, conceditur patri illud propria authoritate filio auferre , ergo frustratoriè ciuilis obligatio inter patrem,& filium orirertur.istam rationem addit Iurisc.ad literam in l.serui,& filij. in princ.ff.de fur. facit l.1.§.2. ff.si quis test.lib.esse ius.& tex.in l.congruẽtius.C.de pa.pot.Et si dicatur , ista bene potest esse ratio,quare filius ciuiliter patri nõ obligetur, quia pater potest exercere regiam potestatem in filium, sed ista non esset bona ratio èconira,quare pater filio ci uiliter non obligatur , cùm filius non habeat istam potestatem

21 in patrem.respondet Bar.fatendo prædicta. † Et si quæras,quare pater contrahendo cum filio nõ obligatur ciuiliter filio. Respõdet subtiliter Bar.ꝙ ratio colligitur ex duabus regulis simul iunctis. Vna est,ꝙ quicquid acquirit filius in potestate,illud statim acquiritur patri.l.1. in prin.ff.si quis à pa.fue.ma.l.placet.ff. de acq.hæred.Secunda regula Iul.est,ꝙ ex qua persona stipulãdo ab alio quis non sibi,sed alij acquirit,certè si contrahat cum illo alio,iste non obligatur.ista est regula Iul.in l.sed & si quis.§. regulariter.ff.de vsufr.leg.l.liber homo.la 2.in prin. de verb.obl. sed sic est , ꝙ filius in potestate contrahendo cum alio totum acquirit patri,vt in prima regula, ergo contrahẽdo cum patre, patrem in nihilo sibi obligat.Et si dicis istæ rationes probant,ꝙ filiusfa. non potest ciuiliter obligari patri, nec èconra pater filio,sed quæ est ratio, quare inter ipsos fratres nõ potest cõtrahi ciuilis obligatio?Rñdet,quòd est verum,sed ꝙ tertia ratio colligitur ex prædictis,nam si inter fratres posset contrahi ciuilis ob ligatio,habemus,ꝙ quicquid filius acquirit, patri acquirit, sed obligatio ciuilis inter patrem , & filium non potest cadere, ergo &c.Inuenio,ꝙ Angel.hic refert, & simpliciter sequitur istas omnes rationes præsertim istam vlt.Bar. & ita etiam facit Fulgos.hic,alij non tangunt.Bal. etiam alibi in effectu tenuit istam rationem Bar.tamen mutuauit aliqua verba , sed non seorsum in l.fi.in 2.col.versi.3.præmittendum.C.quod cum eo.Ego aũt puto aduertendum,inquantum Bar.in primo membro suæ ra-

22 tionis præsupponit, † ꝙ actiones sint solùm adinuentæ de iure ciuili,& non de iure gen.istud nõ est expeditum,imò est passus disputabilis,qui tangitur per Bar.& omnes in l.ex hoc iure.ff.de iusti.& iu.vbi soleo ponere,& Insti.de act.in prin.vbi etiam aliquando posui post alios omnes Secundò,& fortius inquãtum Bartol.in secundo membro rationis suæ vult, ꝙ pater non obligetur filio ciuiliter per regulam Iul.de qua s̃.si ista ratio esset vera,sequeretur ꝙ etiam pater non obligaretur naturaliter, quia omnis obligatio acquireretur ipsi patri per filium , istam difficultatem mouet Bar.in l.si quis pro eo.§.1.ff.de fideius.vbi Bar. dicit, quòd illa regula Iul. non habet locum in obligatione naturali, sed tantum quo ad obligationes ciuiles , & quantum ad actiones , & assignat rationem , quia cùm illa regula Iuliani sit de iure ciuili , nos habemus ꝙ ius ciuile nõ potest impedire ea, quæ sunt iuris naturalis.§. sed naturalia. Insti.de iure na. gen. & ciuili, per consequens illa regula Iuliani non potest impedire, quin inter patrem,& filium oriatur naturalis.istud idem,ꝙ illa regula Iuliani non habeat locum in obligatione naturali,sed ci uili tantum,dicit ẽt Bar.in hac.l. in duobus locis.in 8.col.ad fin. & etiam in 13.col.nec aliter potest responderi , & sic stant veræ rationes,quare inter patrem,& filiũ in potestate, vel inter duos fratres in potestate existentes non potest contrahi ciuilis obligatio,sed naturalis tantum. Not. tamen diligẽter vnum casum specialem, in quo inter duos fratres in potestate potest contrahi ciuilis,& naturalis obligatio , quando pater haberet duos filios in potestate,& vnicuique eorum in vita sua assignaret legitimam suam , licèt pater inuitus non possit cogi ad assignandũ legitimam filijs , dum viuit pater , quia nullum habet ius filius

23 viuo patre in legitima l.1.§.si impubere.ff.de col.bon. † Et ideo est qõ,si filius committat delictum , an pater teneatur pro filio quatenus est legitima.Est qõ,quam ponit Bart.in l.Sticho.ff. de pen. leg. pone ꝙ pater in vita sua sponte , & propria voluntate assignauit legitimam vnicuique filiorum , certè si isti adinuicẽ contraherent,obligarentur ciuiliter,& naturaliter , quia in tali legitima habent plenum ius,sicut si essent sui iuris, ita sing. determinat Bal.in l.cum oportet.§.nõ autem,ad fi.C.de bon.quæ libe.& signa multum istam sing.decis.pro limitatione legis nostræ.Istud probat optima ratione.sicut enim quando pater filię in potestate assignat dotem, filia in tali dote habet plenum ius. l.Pompo.Philadelphus.ff.famil.ercis. ergo eodem modo si pater assignat legitimam filijs, filij in ea debẽt habere plenum ius. alleg.bonum tex.in l.eum qui in peculio.§.fina.ff.ad l.falc.secus esset, quando pater concederet simpliciter in peculium pecuniam,quia tunc habet locum ista.l.poterat istud dictum confir mare,quia bonum est arg.de dote ad legitimam filij. ita arguit Bar.in l.Titio centum.§.Titio genero.ff.de condi.& demon. & in l. fi. ff. de his quib. vt indi. sed filia in potestate habet in dote plenum ius,ergo eodem modo filij in legitima. Confirmo per illud,quod valde singu. inquit Ang.in d.l. si non mortis.in prin. ff.de inoffic.testam. (& not. quia quotidianũ est) vbi dicit Ang. se consuluisse. Pone,pater habet filium in potestate, quem non vult emancipare,pater enim inuitus nõ cogitur ad emancipandum.§.fi.Insti.quib.mod.ius pat.pot.sol. nisi in certis casibus,de quibus per gl.ibidem in eo. §. fi. & cum non posset pacificè viuere cum filio,esset contentus assignare certum prædium filio taliter,ꝙ nunquam posset reuocare,& filius perciperet fructus ex fundo,qui essent sui,& ꝙ posset laborare,dicit ibi Ang.ꝙ potest pater illum fundum filio pro legitima assignare, & valebit, & in eo habebit plenum ius,nec dicetur donatio. ¶Nũc venio ad conclusiones gl.& omissa prima, quia clara est,assumo secũ dam conclu.in qua gl.cõcludit ꝙ si ista l.intelligatur in mutuo celebrato nomine patris,& nõ filij,ista.l.sine scrupulo põt procedere , & exẽplificari in quacũque pecunia ex qnq; speciebus traditis in gl.& ꝑ Bar.in 6.col.& seq.vbi dicit, ꝙ ad hoc vt ista l. locum habeat in pecunia castren.vel quasi mutuata per filium nomine patris,requiritur ratihabitio patris.l.si absentis.C.si cer. pet. ergo non procedit sine scrupulo. Item & fortius eo casu, quo pater ratificaret,obligaretur pater filio naturaliter & ciuiliter,& tenetur sibi actione neg gest. quia in pecunia castren. vel quasi efficaciter obligaret pater,ergo eo mortuo vna pars trãsi ret ad filiũ mutuãtem hæredẽ, & ista extingueretur , & alia ad

filium recipientem,quæ non extinguitur,& ideo ſi poſt mortē patris ſolueret,non haberet locum iſta l. quia frater opponeret ei compenſationem de illa parte debiti, ad quam pater teneba tur naturaliter,& ciuiliter,& ſic impediret repet. Dicit etiā Bar. ꝙ in pecunia profectitia, aut pecunia propria patris mutuata nomine patris,ad hoc vt habeat locum iſta l.requireretur,ꝙ interueniſſet voluntas patris, aliàs non potuiſſet transferri dominium,vel ſaltem,ꝙ ſit ſequuta conſumptio pecuniæ,& ita etiā
24 fatetur glo.noſtra. in primis † inquantum vult Bar. ꝙ ſi filiusfa. mutuauit fratri pecuniā ſuam caſtr. vel quaſi nomine patris, ad hoc vt patri acquiratur,requiritur ratihabitio patris. per l. ſi abſentis.C.ſi cer.pet.in hoc deficit ingenium Bart. quia per numerationem pecuniæ factam non ſolùm nomine patris, imò etiam nomine cuiuſcunque abſentis, & ignorantis acquiritur obligatio cuilibet extraneo etiam ignorāti,quia per actum naturalem. ſ. per numerationem pecuniæ acquiritur cuicunque abſenti,& ignoranti.l.condictio.§.ſi nummos. vbi opportunè di xi.ſ.ſi cer.pet,ergo ſi filius numerauit nomine patris pecuniam propriam,acquiſita eſt patri obligatio etiam ignoranti. Niſi ſaluando Bar.dixeris, ꝙ licèt acquiratur patri obligatio etiā ignoranti,tamen ſi non vult ratificare,non acquiritur ſibi, ſed reuertetur ad fratrem , & ad hoc propriè alleg. d. l.ſi abſentis, & dictum Doct. debet intelligi ſecundum legem quam allegat, vt inquit ipſemet Bar.in l.non ſolùm.2.§ ſi liberationis verba.ff.de
25 libe.leg. † Item inquantum Bart.dicit ꝙ ſi filiusfam. mutuaret pecuniā caſtr. vel quaſi nomine patris,& pater ratificaret,fortè dicit ipſe,non haberet locum iſta l.quia tunc pater teneretur ipſi filio,& per conſequens eo mortuo poſſet opponi compenſatio.Bar.vult hoc vnum ſing.ꝙ bene ſigna,quod ſi ego numero pecuniā meā noīe abſentis, ꝙ illi abſenti licèt quæratur actio, tamen non dicor per hoc donare pecuniam illi,etiam ſi ſit pater meus.Et de duobus vnum, aut ille non ratificabit numerationem, & actio, & obligatio reuertetur ad me numerantem. d.l.ſi abſentis. C.ſi cert. pet. aut ſi ratificabit,tenebitur mihi act. neg.geſt.ad tantundem pecuniæ, etiam ſi ſit pater. In extraneo crederem,ꝙ iſtud eſſet expeditum, nec intelligeretur in eo donatio,niſi concurrerent aliqua, ex quibus præſumeretur donatio, ita firmat Sal.in d.l.ſi abſentis.Fulg.Paul.Lud.& do.Alex.in d.§. ſi nummos.in fi. ſed in patre, in quo concurrit tanta cōiunctio ſanguinis inter aſcendentem,& deſcendentem videretur,quod in dubio præſumatur numeratio animo donandi. eſt doctr. Bart.in l.quæ dotis.ff.ſolu.matr.dum alleg l.ſi ſeruus.ff.de dona. inter vi.& vxo.vbi eſt text.ꝙ ex coniunctione perſonarum præſumitur donatio in actu,in quo aliàs non præſumeretur, ergo hic ꝯ Bar.præſumeretur donatio, ita etiam pungit Paul.hic in 6.col.& iſtud quod dicit Bar.de compenſatione,ꝙ ideo non haberet tunc locum iſta.l.quia ſi frater repeteret,alius frater opponeret compēſationem iſtius debiti effica.iſtud videtur malè dictū, quamuis nullus aduertat,quia vbi agitur de repet.indebitè ſoluti, ille contra quem agitur non poteſt opponere exceptionem compen. quia repetitio eſt quædam ſpoliatio, debet ergo prius reſtitui, antequam aliqua exceptio opponatur, ergo &c.
26 gl.eſt ordi.in l.cum quis.§.1.& ibi Barto.& alij.ſ. eo. † Item in-
* quantum glo.Bart.*& alij communiter tenent*,ꝙ ſi propria pecunia patris,aut profectitia fuiſſet mutuata nomine patris,requiritur voluntas patris,aut ꝙ ſequatur conſumptio,aliàs non habet locum iſta.l.Ratio eſt, quia ex quo pecunia eſt propria patris, quo ad dñium , non potuit transferri dñium ſine voluntate patris, ergo mutuum nō potuit contrahi, neceſſe eſt ergo intelligere, quā interceſſit voluntas patris,& ſic potuit dñium transferri, & contrahi mutuum, vel ꝙ ſaltem ſit ſequuta conſumptio pecuniæ,quæ operatur dñij translationem, puto aduertendum,nam iſtud,quòd dicunt gl.& Doct.procederet, quā iſte filius mutuaſſet propriā pecun. patris vni extraneo, tūc enim ſi intercederet voluntas patris, ꝯtraheretur mutuū, ſed cùm iſte filius mutuauerit alteri filio in poteſtate,certè iſta voluntas patris nihil operatur quantum ad hoc , vt poſſit dici ꝯtractum mutuum. nam demus, quòd pater conſentiat filio mutuanti alteri filio, & quòd ex iſto conſenſu transferatur dominium in illum filium , iſtud tamen nihil operatur, quia in inſtāti dñium reuerteretur ad patrem per regulam,quæ habet, ꝙ quicquid filius acquirit, acquirit patri,ſed leges non curant de dominio quod transfertur, ita quòd ſtatim retro transferatur in dominum.l. qui ſic.ff.de ſolu. ergo volūtas patris parum operatetur, ſm Paul.de Caſt. hic in 7.col. qui dicit, qđ nullus tangit iſtum paſſum præter eū,tutius
27 ergo eſt tenere,qđ iſta.l.intelligat ſequuta cōſumptione. † Tertia cōcluſio gl.eſt,qđ ſi iſta.l.intelligatur de pecun.mutuata per ipſum filium nomine ipſiuſmet filij,tunc ſm gl.iſta l. nō poſſet procedere in pecunia caſtr. vel quaſi , nec etiam in aduentitia hodiè. Ratio eſt,quia ſi vnus filius mutuaret alteri filio pecuniā aduentitiam vel caſtr. ille obligaretur ſibi naturaliter, & ciuiliter, quia in caſtr. vel quaſi habetur pro patrefa.l.2.ff.ad Maced. & ſic eſſet perinde ac ſi mutuaſſet vni extraneo. Ex iſtis caſibus tu prouecte not. quia ceſſaret ratio aſſignata per Bart. quæ eſt, quòd ideo inter duos fratres in poteſtate exiſtentes non ꝯtrahitur ciuilis obligatio,quia talis ciuilis acquireretur patri, & inter patrem,& filium non poteſt eſſe ciuilis obligatio, iſta ratio ceſſat hoc caſu,quia in caſtr. vel quaſi,& hodiè in aduentitijs per filiū non quæritur patri, imò remanet penes filium . ¶Circa iſtam concluſ.glo.Bar.hic mouet vnam difficultatem,& dicit qđ glo. malè loquitur, dicit tñ gl. ꝙ ſi frater nomine ſuo proprio mutuaſſet pecuniam caſtr. vel quaſi alteri fratri,ꝙ iſta l.non procederet,quia alius frater obligaretur naturaliter , & ciuiliter. dicit Bar.quòd malè dicit gl.quia obſtat ſenatuſconſ.Mace.quo diſponitur,qđ quotieſcunque filiusfa.accepit pecuniam mutuo, nō obligatur filius, nec releuat aliquid.l.2.ad Mace.quia illa loquitur in caſu à ꝯtrario,quā ille, qui recipiebat tm̄ in cauſa caſtr. vel quaſi,tunc obligatur cum effectu, quia ceſſat Maced. ſed gl. noſtra loquitur , quā mutuans dedit pecuniam caſtr. non autem recipiens.Saluo niſi dixeris,ſm Barto.qđ in vtroque eſſet peculium caſtr. vel niſi intelligeres gl.loqui in caſibus,in quibus in mutuo ceſſat Maced.qui caſus enumerantur per gl.in l.Zenodorus.C. ad Maced.tñ iſtud eſſet reſtringere gl.& inuenio, qđ Bald.cum ea tenet,alij nihil tangunt.puto qđ glo.bene dicat,nec debuerit reprehendi. nam dico cum gl. qđ ſi filius mutuaſſet alteri filio, eidemque fratri pecuniam caſtr. qđ alius frater recipiens obligaretur natutaliter, & ciuiliter,& qđ tunc ſi ſolueret, non repeteret.Nec obſt.fundamentum Barto.qđ in iſto mutuo obſtaret Maced.quia dico cum reuerentia Bar. & Bal. qđ iſtud de ſenatuſconſ.Maced.nihil ad propoſitum: nam filiusfam.in mutuo naturaliter,& ciuiliter obligatur,& cōtra eum oritur actio,ſed verum eſt,qđ ipſe eſt tutus excep. Maced.ita gl.in l.1.§.1.in verſicu.petitio.& ibi Bar.ff.ad Maced.declarat Bart.vbi dixi in l.nā, & poſteà in prin.ſ.de iureiu.tunc ſic,ego fateor , ꝙ ſi iſte frater, qui pecuniam mutuauit,ageret contra eum,qui recepit,poſſet eum repellere agentem excep.Maced. ſed iſte non eſt caſus noſter,ſed caſus noſter eſt,ꝙ iſte frater qui recepit,ſoluit per errorem,an poſſet repetere,iſta lex dicit ꝙ ſic.Ego autem dico,ꝙ ſi pecunia fuiſſet caſtr. vel quaſi , ꝙ non repeteret ille ſoluens,quia frater ſi ſoluiſſet,non indebitum ſoluiſſet, & illud non patri,ſed filio erat acquiſitum,& nos habemus regulam,quòd tutus exceptione Maced.ſoluendo non repetit,quia eſt exceptio odioſa.l.qui excep.in princip.infra eod.l.ſed,& ſi pater.§.fin.ff.ad Maced.ergo excep.Maced.ſuper qua ſe fundant Bartol. & Bald.nihil facit ad propoſitum,vbi agitur de repetendo ſolutum, nec video quòd poſſint ſaluari ab iſto errore, & propterea Bartol. met paulò poſt,quàm oppoſuit de iſta excep.fatetur,quòd iſta nihil facit. Item inquantum vult iſta gloſſ. quòd iſta.l. non habeat locum in aduentitijs , Bartol. reprehendit, quia licèt vſuſfruct.in aduentitijs ſit patris,& dominium filij, tamen in pecunia , & alijs mobilibus non poteſt eſſe vſusfructus ſine dominio.l tribus,& alijs legibus hic per Bartol. allegatis.& bene dicit
ff. ſi cer. pet. tenent Cy. Gul. & Alberi. in d. l. ſi donatione. qđ ve-
rum intelligo, niſi eſſet ſpecifica enũciatio meritorum cum iu-
ramento, tunc bene valeret. Tertiò limitat ſingulariter Sal. (ſub
dubio tamen) in l. filiæ. C. fam. erciſ. ꝙ non ſtaretur aſſertioni pa
tris, dicit verum eſſe quo ad alios, ſed quo ad ipſum patrem di-
cit Sal. ꝙ ſtaretur, quia non debet poſſe venire contra factum
ſuum, per d. l. Aquilius. cum glo. quæ nihil facit. Iſtud etiam re-
prehendit do. Alex. in d. l. ſi donatione. in 6. col. quia qñ actus fit
contra. l. & ſic, qui non valet, licitum eſt venire contra factũ pro
prium, & contra ſuam confeſſionem. l. quemadmodum. C. de
agri. & cenſi. lib. 11. l. iubemus. vbi not. Doct. C. de ſacroſan. eccl.
ſed ſic eſt in propoſito, ergo, &c. Iſtud confirmatur ex eo, qđ in
ſpecie decidit Imo. in d. l. Aquilius. vbi quærit, ſi donatio ſit fa-
cta vltra quingẽtos aureos ſine inſinuatione ſub aſſertione me-
ritorum, dicit Imo. ꝙ licitũ eſt venire contra etiam ipſimet do-
nanti, quia donatio talis ſine inſinuatione nõ valet. l. ſancimus.
C. de dona. Ego tunc teneo indubitanter cum Sal. ꝙ non liceret
patri conuenire, & retorqueo fundamentum do. Alex. contra
eum, qñ actus eſt nullus, quia fit contra l. licitum eſt venire cõ-
tra factum proprium, iſtud eſt veriſſimum, ſed iſtud eſt, quãdo
actus non eſt contra. l. & tunc non licèt contra factum propriũ
venire, ita Bar. in terminis in l. poſt mortem. ff. de adoptio. mo-
do ſic, qñ pater donat filio in poteſtate etiam ſine benemeritis,
dico, ꝙ donatio non eſt contra. l. ſed pręter. l. ergo non licèt cõ-
trauenire etiam ipſi patri, ꝙ autem non ſit contra legem, ſed
præter legem, probo viua ratione. nam ſi donatio inter patrẽ,
& filium in poteſtate eſſet contra. l. non oriretur nec naturalis,
nec ciuilis obligatio. l. ſi non ſortem. in prin. vbi not. Bart. & alij
ſ. eo. l. non dubium. vbi etiam Bar. C. de leg. & Bar. in l. cùm lex.
ff. de fideiuſ. ſed ego habeo, ꝙ ex donatione facta inter patrem,
filium in poteſtate oritur naturalis obligatio, & expreſsè tenet
Bar. hic, & probat tex. in verſic. quæſitum. probant etiam ratio-
nes Bart. ſi ergo oritur naturalis obligatio, non eſt contra. l. ſed
præter. l. ergo non licèt patri venire contra factum proprium.
¶ In ſecunda fallentia Bar. inquantum dicit, ꝙ licèt donatio in-
a ter patrem, & filium nõ valeat, tñ confirmatur morte [a] patris,
adeo, ꝙ eo modo confirmatur per emancipa. filij. not. text. in l.
ſiue emancipatis. C. de don. intellige tñ vtrunq;, quando dona
tio facta fuit interueniente traditione, tunc enim confirmatur
per mortem, vel emancipationem, ſed vbi interueniſſet ſola
* donatio ſine traditione, ſecus eſt, gl. eſt ordi. & *communiter appro-
bata* in l. Papinia. ff. de don. inter vir. & vxo. Bal. in l. 2. C. de inoff.
dona. Ang. in l. 2. ff. de vſucap. pro dona. Ego tamẽ pondero ibi
vnam gl. quæ vlt expreſsè, ꝙ donatio facta per ſolam promiſ-
ſionem, confirmatur per emancipationem, gl. eſt in l. cum de in
rem verſo. in gl. ſuper verbo Athenagoræ. ff. de vſur. Item circa
tertiam

ADDITIO.

a ¶ Confirmatur morte. Adde glo. in l. filiæ. C. fam. erciſ.

tertiam fallentiam Barto. dum vult, ꝙ donatio valeat in cauſa
a dotis.ᵃ adde, ꝙ æquiparando cauſam ſtudiorum, & cauſam do
tis, vt æquiparant Bar. & Doct. in l. 1. ff. ſol. mat. videretur, quod
quemadmodum in cauſa dotis donatio facta per patrem filio
valet, ita videretur, ſi pater donaret filio cauſa ſtudiorum, ita
in indiuiduo tenet Ange. in l. 1. ff. ſol. mat. licèt Imo. ibi iſtud re-
prehendat, aſſignando differentiam inter cauſam dotis, & cau-
ſam ſtudiorum, ibi videas. ¶Circa quartam fallentiam Bart. in
aduentitijs, in quib. regulariter pater habet vſumfru. valet do-
natio vſusfru. d. l. cum oportet. §. ſinautem. dic, qđ tex. ille eſt ad
hoc ſin. ſm Bal. ibi, & tenet gl. in d. l. 2. C. de inoffi. donat. Bald. in
Auth. ex teſtamento. in 6. col. in 8. char. C. de colla. dic tu, & in-
tellige, vt per Bart. in d. l. cum oportet. §. ſinautem. ¶Vltra Bart.
fallit regula in Rege, quia Rex poteſt donare filio in poteſtate,
& valet. Bal. in c. 1. §. item ſacramenta. de pace iu. fir. in vſib. feu.
& pro hoc optimus text. in l. pen. C. de dona. inter vir. & vx. qui
licèt loquatur in Regina, tñ habet etiam locum in filio. nam ſi-
cut, donatio inter patrem, & filium confirmatur morte, &
ſimiliter donatio inter vir. & vxo. tñ ſi Imperator donat vxo-
ri, valet donatio ſtatim. d. l. pen. C. de don. inter vir. & vxo. Sextò
fallit regula prædicta, qñ donaret filio in poteſtate pro ſua le-
gitima, quia ſtatim valet talis donatio irreuocabiliter. ita Ang.
in l. ſi non mortis. in prin. ff. de inoff. teſt. Bal. in d. l. cum oportet.
§. non autem. in fin. & feci. s̄. mentionem. ¶Septimò limita ſin-
b gulariter, qñ interuenit iuramentumᵇ in donatione, quia tunc
ſtatim valet, ita expreſsè Bal. in l. fi. in vlt. col. C. de vſuc. pro do-
nato, & in rep. l. 2. in 18. char. s̄. de iureiur. & in d. l. 2. in vna addi.
quam pauci libri habent, C. de inoffi. dona. & tangit dom. Abb.
Pan. in c. cum contingat. in pen. col. de iureiur. referens Bald. vbi
ſupra, tñ nihil firmat. iſtud tenet d. Alex. in conſi. 150. incip. viſis
& conſideratis his, quæ in themate continentur, &c. & in d. l. ſi
donatur. in 5. col. licèt contrarium, & malè conſuluerit Pau. in
præalleg. conſi. 103. inci. do. Vbertus. & pro iſta communi facit,
quia cùm ex dona. inter patrem, & filium oriatur naturalis ob-
ligatio, ergo firmatur iuramento, vt declarat Bart. in d. l. ſi quis
pro eo. in ſexto membro. de fideiuſſ. & Can. in d. c. cum contin
c gat. item iuramentumᶜ eſt de iure diuino. c. & ſi Chriſtus. de
iureiur. in quo iure diuino patria poteſtas non curatur. ¶Vlti-
mò fallit regula, qñ eſſet filius naturalis tantum; quia cùm non
ſit in poteſtate, valeret donatio, & valet etiam donatio omniũ
bonorum patris. tex. eſt in l. omnes. §. Lucius. & ibi Bart. ad hoc
not. ſupra de his, quæ in frau. cred. Lud. in conſi. 44. qđ incip. ad
primum quæſitum breuiter dicendum eſt. Franc. & c. in 2. dub.
45 † Quid autem ècontra, nunquid filius poſſit donare patri? dic
vt per Bar. hic in vlt. col. per Ange. in l. quoties. per illum text. ff.
ſol. mat. Raph. Cu. in d. l. ſi quis ꝓ eo. §. 1. & an talis donatio filij
in patrem firmetur iuramento, dic, ꝙ ſic ſecundum Io. And. in
addi. Spe. in tit. de teſta. §. 1. ſuper verſi. pone filius. ad quẽ ſe re-
46 mittit do. Abb. Pan. in d. c. cum contingat. in pen. col. † Quid
autem ſit, ſi mater donat filio exiſten. in poteſtate patris, habes
tex. cum gl. no. in l. ſi conſtante. & ibi Bal. C. de dona. inter vir. &
vxo. Bal. in l. filium quem habentem. C. fam. ercif. & per hoc ſit
impoſitus finis huic legi.

ADDITIONES.

a ¶Donatio valeat in cauſa dotis. Adde l. Pomponius Philadephus. ff. fam. ercif. glo. in l. 2. C. de inoffi. dona. tex. in l. ſi cum dotem. in prin. ſecundum primam lectũ. ff. ſol. mat.

b ¶Quando interuenit iuramentum. Adde Bal. conſi. 430. inci. præmittendum eſt ad euidentiam. in 1. no. Alex. de Imo. conſi. 20. incip. ponderatis his, quæ in themate narran. in 3. vol.

c ¶Iuramentum. Adde Iaſ. in l. maximum. in 3. not. ff. de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſori ſoluenti indebitum competit repetitio.*

1 §. Legati. † Fideiuſſori ſoluenti indebitum competit repetitio. h. d. Intellige verum, quando ſol-
uit ſuo nomine. l. indebitam. ꝩ. eo. hic allegata in glo.

SVMMARIVM.

1 *Soluens non recepta debita cautione, repetit.*

LEX XXXIX.

1 SI quis cum à fideicom. † Soluens non recepta debita cautione, repetit. hoc dicit. ¶In glo. 1. ad fi. Bar. opponit contra iſtam glo. quod imò poſſet repeti ipſa res, non autem cautio. ſed ab iſto
obiecto poteſt facilè gl. defendi, quia legatarius præſtando cau-
tionem, repellit hæredem.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio aliqua an ſit fauorabilis, vel odioſa quomodo cognoſcatur.*
2 *Quando tutus exceptione fauorabili repetit.*

LEX XL.

QVi exceptionem. Tutus exce-
ptione per-
petua, & fauorabili quocunq; errore ſoluens repe-
tit. ſecus ſi ſit exceptio odioſa. h. d. Iſta diſtin. eſt ſin-
gularis ſm Bar. & alios hic, & iſta. l. tanquam magiſtra frequen
ter allegatur ad hoc, & ad diſtinctionem huius. l. adde glo. in c.
ſciant cuncti. & ibi not. Gemi. de elect. in ſexto. per Abb. in c. 1.
1 de loca. ¶† No. 1. ex iſta ſingulari. l. qualiter cognoſcatur, an ali-
qua diſpoſitio ſit fauorabilis, an odioſa. vtilitas eſt magna, quia
primo caſu, qñ fauorabilis eſt extenditur, ſi odioſa nõ extendit,
& cognoſcimus, an ſit fauorabilis an odioſa, inſpiciendo, quod
principaliter agitur. l. ſi quis nec cauſam. s̄. ſi cer. pet. ſm Bart. &
alios hic. tñ per hoc non clarè percipitur declaratio ad diſtin-
ctionem huius. l. vnde tu ad iſtam. l. ad cognoſcendum, an ali-
quid ſit inductum propter fauorem, vel propter odium, con-
ſidera, ꝙ aut eſt inductum propter imbecillitatem, & tunc prę
ſumitur principaliter inductum in fauorem, vt in Velleiano:
aut eſt inductum propter dolum, & tũc præſumitur odioſum,
vt in Macedoniano. & ita declarat Bal. in l. pen. C. de pact. Sub-
dit Bar. ꝙ diſtinctio huius. l. eſt multum vtilis ad ſtatuta, vt hic
per eum, & propterea Pau. de Caſt. in ſpecie inducit ad quæſtio
nem, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ extantibus maſculis fœminæ non ſuc-
cedant, an tale ſtatutum ſit fauorabile, an verò odioſum. ſi fa-
uorabile, extenderetur etiam ad nepotes, & concludit, ꝙ fauo-
rabile eſt, quia principaliter inductum eſt in fauorem filiorum,
& ſic agnationis & familiæ, iuxta. l. 1. pen. ff. de ventre inſpi. con-
trarium, ꝙ imò tale ſtatutum cenſeatur odioſum, per l. maxi-
mum vitium. C. de libe. præt. tenet Bart. in l. 1. in 6. q. C. de ſum.
Trin. Bal. in l. certum. in 1. not. C. vnde legi. & in l. 2. qui ad libe.
perue. non poſ. & in l. inter filios. C. famil. ercif. vbi dicit, ꝙ iſtud
ſtatutum eſt contra ius commune, & contra naturalem æqui-
tatem. Alibi tñ idem Bald. in l. ſancimus. C. de nup. dicit, ꝙ licèt
iſtud ſtatutum inſpecto iure naturali cẽſeatur odioſum, per d.
l. maximum vitium, tñ inſpecto iure ciuili ipſius ciuitatis eſt fa-
uorabile, quia eſt inductum in fauorem familiarum cõſeruan-
darum, & ita etiam tenet Bal. in l. 1. in fi. C. de ſecun. nup. Breui-
* ter *iſta eſt magis communis concluſio*, ꝙ in capite filiorum eſt fa-
uorabile, & propterea extenditur ad nepotes, non ſic in capite
excluſionis fœminarum, & ideo in eo non extendetur, iſta eſt
doctr. Bal. magis communiter approbata in l. 1. per gl. ibi. C. de
in ius vocan. & ibi ſoleo dicere: ideo hic non repetam. ¶Gl. in
verb. pecuniam. diuido in ſex partes. In prima gl. alleg. concor.
In ſecunda extendit. In tertia opp. & remittit. In quarta remo-
uet vnum contrarium. In quinta aliud. In ſexta aliud. Secunda
ibi, idem in ſtipulatione. Tertia ibi, ſed contra ſupra de condi.
ob cau. Quarta ibi, idem. Quinta ibi, & hoc in perpetuis. Sexta
ibi, ſed nonne. In eadem gl. ibi. l. Iulianus de iſto contrario nihil
dicam, quia dicetur in d. l. Iulianus. eſt verum, ꝙ Bart. reprehen-
dit, vt hic per eum, & propterea extendit ad exceptionem litis
pend. ¶Extra glo. in hac. l. habetis no. duas regulas, ad quas alle-
gamus tota die iſtam l. Prima eſt, ꝙ quamuis quis ſit obligatus
naturaliter, & ciuiliter, & ſit tutus exceptione fauorabili, puta
pacti de non petendo, ſemper poteſt repetere. Secunda eſt, ꝙ
tutus exceptione odioſa ſi ſoluat, non repetit. Limita regulam
negatiuam procedere, qñ ſoluit errore iuris: ſecus ſi errore fa-
cti, ita limitant Bart. & Docto. hic, & in l. cum quis. C. de iur. &
fact. ign. Secundò limita iſtam regulam procedere in exceptio
ne odioſa inducta ex priuilegio contra naturalem rationem, vt
eſt exceptio Maced. Iſtis omnibus concurrentibus ſoluens nõ
repetit. ita propriè debet intelligi hæc. l. ſecus autẽ in exceptio-
ne odioſa inducta à iure communi, & ſm naturalem rationẽ,
vt exceptio doli, vel metus, quæ eſt iuſta ſm naturalem æqui-
tatem, quia ſoluens tunc repetit, ita dicunt Cyn. Bar. & omnes
in l. 2. C. ꝙ met. cau. Pau. de Caſt. hic, quicquid teneat glo. cum
qua ſimpliciter tranſit Bar. vide per Are. in l. ſi quis cum aliter.
in 5. col. ff. de ver. obli. Item adde, ꝙ alibi ſingulariter dicit Imo,
in c. quia plerique. circa fi. extra de immu. eccle. ꝙ ſi filiusfa. ac-
cipit mutuo pecuniam, quam conſumpſit in bonos vſus, vel cre
ditor reuera mutuauit in neceſſitatem filijfa. ꝙ licèt habeat ex-
ceptionem Macedoniani, tñ ſi eam opponit, peccat mortali-
ter. Tertiò limitatur ſingulariter, vt dicit Pau. de Caſt. hic ſecun
dum

dum Cyn.in l.exceptionem.in 3.q. C. de proba.nisi filiusfa.habuisset sententiam pro se absolutoriam, eo quia opposuit exceptionem Macedoniani, tunc non haberet locum hæc.l.quia si postea errore solueret, bene poterit repetere, quia tunc est tutus duplici exceptione. Vltimò aliam regulam affirmatiuam
2 huius.l. ꝙ tutus exceptione † fauorabili si soluit, repetit, limita procedere in exceptione fauorabili, & perpetua, quæ nascitur simul cum ipso contractu, vt exceptio Velleiani: secus in exceptione, quæ non aliter competit, nisi ab homine expresse opponatur: puta in exceptione compensationis, quia tunc non posset repetere, tex. est in l.qui inuicem.§.eo. Ita limitat Bald.& Imo.in l.si pater ignorans.ff.sol.mat. & est de mente Bart.in d.l. qui inuicem.& ibi dixi, per Bart.in l.si cum dos.in princip.& ibi Albe. & Raph.Cu.ff.rerum amota.

SVMMARIVM.

1 *Pro impensis non retentis competit condictio indebiti, & operæ pacto remissæ, si soluantur, repetuntur.*

1 §.Si pars domus. Pro impensis † nō retentis competit cōdictio indebiti, vt res retradatur, & operæ pacto remissæ si soluantur, possunt repeti.h.d.cum §.seq.vsque ad fi.l. ¶Glo.in ver. asserit, duo facit, quia duo remouet contraria. Secunda ibi, item bene dicit. In fi.gl. Istam glo. *reprehendunt omnes*, & dicunt Bar.& omnes, ꝙ ista gl.est malè scripta vitio scriptorum, dum dicit, refecta per hæredem, debet dicere per testatorem, prout loquuntur leges, quas allegat, & est ratio, quia quando testator fecit ædificare in vita sua, nō debetur area, quia ambulatoria est voluntas testatoris vsque ad mortem.l.4.ff.de adimen. leg. & sic testator vī reuocasse, ex quo ædificauit, sed quando hæres ædificauit, iam area est facta legatarij, & postea ædificium etiam cedit solo; nimirum si hæres potest retinere impensas in eo factas. ¶Glo.in ver.condici.diuido in duas partes principales. In prima format quæstionem. In secunda oppo. Secunda ibi, sed contra. In ea.gl.ad fi.pro clara intelligentia istius contrarij punctus stat in hoc tex.hic, dicit ꝙ hæres, qui refici fecit domum legatam, potest retinere aream donec soluat, & si soluet, potest contradicere, sed in l.si in area. dicitur non posse deducere impensam, nisi per retentionem ipsius areæ. Bart.dat plures solutiones, & in tertia solutione inclinat Bar. & videtur tenere Bal. in l.si quis sciens.C.de rei vend.tamen in contrarium facit text. in l.in hoc iudicio.ff.com.diuid.quem alleg. Imo.in l. domus. ff.de leg.1.& cum istis solutionibus transeunt cæteri Docto.tamen, quia istæ solutiones vel diuinant, vel restringunt, mihi videtur ista not. solutio. ꝙ ideo in d. l.si in area. §. sed si is non potest repetere, quia non fuit translatum aliquod dominium, ex quo dicatur gestum negotium inter partes, ex quo negotio oritur condictio indebiti. Sed in casu nostro secus est, quia in ista.l. fuit negotium gestum inter hæredem, & fideicommissarium, tenendo, ꝙ domus per fideicommissum relicta esset testatoris, & non hæredis, prout in dubio videtur potius præsumendum, quia adueniente die fideicommissi hæres per traditionem transtulit dominium in legatarium. Et si dicis nonne adueniente die fideicom. ipso iure transfertur dominium in fideicommissarium.l.à Titio, in fi.cum simi.ff.de furt. quia dico, ꝙ ipso iure transfertur vnum dominium ciuile, & impropriū: sed per traditionem transfertur proprium, & verum dominiū de iure gentium mediante actuali traditione, quæ est actus iurisgentium, prout declarat Bart. & alij in l.1.ff.de leg.1.& Cy.& alij in l.1. C.commu.de leg. & ex ista translatione veri, & proprij dominij geritur inter partes negotium, ex quo oritur condictio indebiti, & ista est veritas, quam etiam pungit, licèt non exprimat, Raph.Fulg.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, vel tutor solutum repetunt.*

LEX XLI.

1 Vod pupillus. † Pupillus infans, vel tutor pmittens, etiam naturaliter non obligatur, ideo indistinctè solutum repetit.h.d. simul cum glo.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ solutæ à pupillo non repetuntur.*

LEX XLII.

1 Oenæ. † Pœnæ solutæ non repetuntur.hoc dicit ista.l.quam exemplifica per legem, qui ob rem.§.eod.

SVMMARIVM.

1 *Tutus exceptione iurisiurandi soluens repetit.h.d.*

LEX XLIII.

1 SI quis iurasset. † Tutus exceptionē iurisiurandi, per errorem soluens repetit.hoc dicit.

SVMMARIVM.

1 *Solutum ab eo, qui non erat debitor, non repetitur.*

LEX XLIIII.

1 REpetitio. † Solutum nomine veri debitoris licèt ab eo, qui non erat debitor, non repetitur. hoc dicit ista lex vsque ad l.si is qui. & de materia istarum legum vidistis supra in præcedentibus legibus, scilicet in l.interdum. in l.qui ob rem. & in l. seruus cuiusdam. supra eodem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, qui non deducit, quod sibi à defuncto debetur, potest condicere hæreditate vendita.*

LEX XLV.

1 QVis, qui. † Hæres, qui ex hæreditate vendita non deducit illud, ꝙ sibi à defuncto debebatur, potest condicere.hoc dicit. ¶No.primo, ꝙ quamuis creditor institutus sit à debitore, & sic confusione sit extinctum debitum, tamen funditus non est extinctum, de quo dixi in l.frater a fratre.§.eo. ¶Secundò not. ꝙ si venditor hæreditatis non retinuit debitum suum, illud potest repetere, quod intelligit Bar.esse verum, etiam si esset debitum naturale tantum, per l.Stichum.§.aliquando. ff.de solu.vt hic per eum, cum quo cæteri tenent.

SVMMARIVM.

1 *Soluens indebitum nomine alieno non repetit, sed nummi vendicantur ab eo, cuius erant.*

LEX XLVI.

1 QVi hæredis. † Soluens indebitum nomine alieno non repetit: sed is, cuius nomine soluti sunt nummi, eos vendicat, si sui sunt.hoc dicit. Amplia istum tex.vt procedat etiam si soluens habuisset liberam administrationem. l. si procurator.in prin. vbi fuit dictum.§.eo.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussor intelligitur habere mandatum à principali de soluendo.*
2 *Ratihabitio non desideratur, vbi fit, quod mandatum est.*

LEX XLVII.

INdebitam. Si fideiussor indebitū per errorem nomine debitoris soluerit, debitori competit repetitio, vel fideiussori, si suo proprio nomine soluerit. Et ꝙ à recipiente consequi nō poterit, repeti potest à mandante.hoc dicit ista
1 pulchra, & magistra.lex. ¶†Not.primo ex tex.ibi, quoniam potest videri id ipsum mandasse, vt tuo nomine solueretur, & c.illud, ad quod semper allegatur ista.l.quòd fideiussor intelligitur habere mandatum à principali debitore de soluen. Et sic nota, ꝙ ille, cui est mandatum, vt se obliget, intelligitur etiam habere mandatum, ꝙ soluat. quia obligatio ordinatur ad solutionē tanquam ad suum finem. Hinc est, ꝙ hæres grauatus à testatore, vt pro aliquo fideiubeat, intelligitur etiam grauatus, vt pro eo soluat, & isto casu singulari, qđ soluit, non repetit.tex.est mirabilis, & singularis in l.tribus.ff.de vsufruct.earum rerum, quæ vsu consu.secundum Bal.& Ang.hic, limitando, vt not.per Bal. in l.vnica.§.ne autem.in 2.q.C.de cad.tol. Intellige tamen istud notabile tex. verum quantum ad hoc, vt si soluat, possit repetere id, quod soluit actione mandati: ita loquitur hic text.non autem intelligitur mandatum, vt cogatur soluere, adeo quòd si non soluat, teneatur pro pignorib.amissis, vel pœna incursa. Et propterea si debitor debeat sub pignorib. de quibus timetur perditio, an fideiussor teneatur eodem modo sub certa pœna? certè

certè non tenetur fideiuſſor.l.1.C.de dolo.iuncta ibi glo.& ita declarant bene Cy.& Pet.in l.ſi pro ea.in 2.oppo.C.man.& Bar. in l.ſi quis mandato.in prin.ff.de neg.geſt.& Fulg.hic, licèt prædicta non alleget. ¶Secundo not.ex eodem text.ꝙ fideiuſſor ſoluens indebitum nomine principalis, poteſt à principali repetere. Pro intelligentia oppo.de l.ſi procurator.ſ.eo.vbi in generali mandato non venit, qđ ſoluat, vel ei ſoluatur indebitũ. Ad hoc notabiliter reſpondet Bar.vt hic per eum, niſi mandetur alicui, ꝙ fideiubeat, tunc intelligitur ei in conſequentiam mandatum, ꝙ illud ſoluat, quamuis ſit indebitum, licèt in ſpecie non exprimatur, tex.eſt no.hic, ex quo habes limitationem ad caſus, in quib.requiritur ſpeciale mandatum, qui enumerantur per gl.in l.Pomp.in prin.ff.de neg.geſt.& gl.in c.qui ad agendum.de procu.in ſexto.& in cle.1.de procu.& licèt Bar.non dicat de reſtitutione in integ.eſt caſus in l.fi.C.vbi & apud quos. Secundò limita iſtam regulam, niſi eſſet generalis procurator cum libera, quia tunc procurator generalis cum libera poteſt expedire omnes caſus, in quib.ſpeciale mandatum requiritur, ita ſingulariter Bal.in l.illud.ff.de mino.ad fi.ad de tex.in l.iuſiurandum, quod ex cõuentione.§.procurator.& ibi Bal.& Mod. ad hoc not.vbi dixi.ſ.de iureiur.

a ¶†Tertiò no.ex tex.ibi, nec expectandum erit, vt ratum habeas, ꝙ vbi illud, qđ expreſsè, vel tacitè fuit mãdatum, eſt geſtum, ibi nunquam deſideratur ratihabitio, vt hic, & l.ſi procurator.ſ.eod.& ideo fruſtratoria eſt illa clauſula, quæ communiter apponitur in inſtrumentis procuratorum, ꝙ dominus promittat habere ratum & firmum, quicquid per eum geſtũ fuerit, ita dicit gl.ſingularis in l.ſi procurator.in gl.parua.ff.de procu. ꝗ Ang.ibi ad hoc reputat ſingularem, & in d.l.ſi procurator.ſ.eo.& eſt gl.parua in verbo, ratum. ¶Gl.in verbo, vt ratum habeas ad fi.gl.non ſoluit.ſolutio eſt clara, ꝙ ideo ibi requiritur ratihabitio, quia primum mandatum eſt reuocatum per ſuperuenientiam furoris, & benè.

SVMMARIVM.

1 *Inter ſi, & cum, an ſit differentia.*

LEX XLVIII.

QVi promiſit. Inter ſi, & cum, non eſt differentia in effectu.h.d.vel ſic, & proprius ad tex. Promiſſum ſub conditione, ea pendẽte per errorem ſolutum, poteſt repeti.hoc dicit, ſic ſupra eodem.l.ſub conditione. Ratio eſt, quia pendente conditione ſoluit omnino indebitum, cùm interim nulla ſit nata obligatio, nec actio.l.cedere diem.ff.de verbo.ſig. & in propoſito bene facit tex.in l.ſtipulatio iſta.§.inter certam. ff.de verb.oblig.

1 a ¶†No.primo, ꝙ inter ſi, & cum,[a] non eſt differentia, quia vtraque dictio facit conditionem, contra vr̃ text. in l.centeſimis.§.fi.ff.de verb.obl. Reſpondet gl.& clarius Doct. ꝙ ibi eſt appoſita circa voluntatem, & ſic circa intrinſeca, de quo tñ debuiſtis vidiſſe ibi, vbi ordinariè tangitur etiam per Bart.in l.quicunque.§.non ſolum.ff.de verb.oblig.tangitur in l. 1.ff.de leg.2. ¶Glo.in ver.dederit, ad fi.habes hic limitationem ad l.noſtram.vt procedat, qñ ſolutum eſt ignoranter, ſi autem ſcienter ſoluit, tunc non poteſt repetere, quia videtur donare, iuribus vulgarib. Et ſi iſtud eſt verum, ſequitur, ꝙ etiam ſi conditio deficeret, ſolutum non poſſet repeti, & cum iſta glo.tranſeunt omnes hic.iſtam tamen gl.inuenio reprobatam per Pet. Ray.Ang.& Pau.de Caſt.& Lud.Rom.in l.ſtipulatio iſta.§.inter certam.ſuper gl.fi.ff.de verb.oblig.& bene, & contra iſtam gl.eſt tex.in l.ſub conditio.ĩ.de ſolu. Secundò, & fortius ſtringit ratio.nam regula, quæ habet, ꝙ ſoluens ſcienter debitum præſumitur donare, procedit, quando non poteſt capi alia præſumptio, quàm donationis.l.ſi cùm aurum.ĩ.de ſolu.l.eleganter.§. qui reprobos.ff.de pig.act.& dixi in l.ſi non ſortem.§.qui falſo. vbi bonus tex.ſ.eod.ſed in caſu noſtro non eſt ſic.nam ſi ſoluo pendente conditione, poteſt capi præſumptio, quòd ſoluerim, vt liberarer eueniente conditione, eſt verum, ꝙ Imo.ibi conatur ſaluare glo.vt ibi per eum, & cùm eius fundamentis in examine oportet defendere iſtam glo.

ADDITIO.

a ¶Inter ſi, & cum. Adde in l.centeſimis.& in l.quodcunque.ff.de verb.obli.

SVMMARIVM.

1 *Condictio indebiti eſt perſonalis.*
2 *Si mutuaui pecuniam pauperi, vt ipſe alat filios, an à filijs repetam.*

LEX XLIX.

1 IS ſolis. †Condictio indebiti eſt perſonalis, ideo datur cõtra illum, cui indebitè ſolutum eſt. Et non eſt in rem ſcripta, ideo non datur contra eum, cui ſolutio proficit.h.d. Ratio eſt, quia condictio indebiti oritur ex quaſi contractu, qui reſultat ex ſolutione erroneè facta.l.ex maleficijs.§.is quoque.ff.de act. & oblig.§.item is cui.Inſti.de obl. quæ ex quaſi contractu.ideo non datur contra ſingularem ſucceſſorem pecuniæ, cum quo ille quaſi contractus non eſt celebratus.l.fi.§.fi.ff.de contrahen. emptio.l.1.§.ſi hæres.ff.ad Trebel. ¶Glo.in ver.proficiat, ad fin. No.iſtam glo.per quam declaratur iſta regula, ꝙ actiones perſonales ſi non ſunt in rem ſcriptæ, non dantur contra eum, ad quem res peruenit, quia non procedit, quando ille cauſam lucratiuam habuit.de hoc dixi in l.cum fundus.§.1.ſi cert.peta.

2 a † Et ex hoc Bar.inducit ad quæſtionem, ꝙ ſi mutuaui pecuniã pauperi [a] exiſtenti non ſoluendo, qui ex illa pecunia alimentauit filios, qđ poſſim contra ipſos filios habentes res maternas agere. Relinquit tñ Bart.ſuper hoc cogitandum, ſed qđ filij teneantur, vr̃ tenere Ang.hic per l.fi.in prin.ff.de eo per quẽ fact. erit.& l.2.§.1.ff.ad l.rho.de iac.& pro iſta opi.facit tex.in l.ei qui. ad fi.C.qđ cùm eo.qui text.eſt multum ſin.vbi actio de in rem verſo habet locum in quocunq; contrahente etiam cùm negotiorum geſt.& competit ꝯ dominum in cuius vtilitatem eſt verſum, & illud no.Bar.in l.ſi pupilli.§.1.ff.de neg.geſt.ex quib. omnibus colligitur deciſio.q.Bar.quam reliquit indeciſam.

ADDITIO.

a ¶Si mutuaui pecuniam pauperi. Adde Bal.in l.fi.C.ad Maced.

SVMMARIVM.

1 *Intentio in mente retenta non operatur repetitionem.*

LEX L.

1 QVod quis. † Soluens ſcienter indebitũ non repetit, etiam ſi habuit animum repetendi in mente retentum.h.d. ¶Not. ꝙ intentio intrinſeca in corde retẽta, repetitionem non parit.facit.l.ſi repetendi.C.de condi.ob cauſam.& cap.1.in verb.licèt voluntatem habuerit.& ibi gl.& Abb.de eo, qui mit. in poſ. Nam voluntas tacita clauſa in mente hominis eſt ſicut poſthumus, qui ſi non naſcitur, & producitur in lucem, nihil eſt, ſecundum Bal.in l.1.in 2.q.C.qui admitti.

SVMMARIVM.

1 *Qui habet retentionem, non repetit.*

LEX LI.

1 EX quibus cauſis. †Qui habet ſolùm retentionem, ſoluens non repetit.h.d. Pone caſum per l. ſi in area.ſ.eod.& ſic no.ꝙ habens merum ius excipiendi, non habet ius agendi, nec repetendi: ſecus eſt ècontra, quia cui damus actionem, fortius damus exceptionem, vt in regula cui damus.& l.1.§.qđ autem.ff.de ſuperfi.

SVMMARIVM.

1 *Datum ob cauſam non repetitur.*

LEX LII.

1 DAmus. †Datum ob cauſam de præterito non obligatoriam, ſed falſam non repetitur. ſi autem ob cauſam de futuro, quæ non ſequatur, poteſt repeti.hoc dicit in effectu. ¶No.primo ex iſto tex.illud, ad qđ tota die allegatur iſte tex.qđ differentia eſt inter cauſam, & rem, quia cauſa reſpicit præteritum, vel præſens, ob rem, reſpicit futurum. Et ſi vis bene intelligere iſtã differentiam, vide plenè Bar.in l.demonſtratio falſa.in princ.ff. de condi.& demonſtr. ¶Secundò not.qđ condictio indebiti, & cõdictio ob cauſam non poſſunt ſimul conuenire, quia condictio indebiti datur ob cauſam de præterito, illa autem ob rem de futuro, de hoc dixi in l.ſi procuratori falſo.ĩ.de cõdi.ob cau. poſt alios ibi, & Ang.& Imo.& latius Lud.in l.2.§.& harum.ff. de verb.oblig. ¶Gl.in ver.pecuniæ, dum opponit de l.cum tale. §.falſam.bene dicit: ſed differentia eſt inter contractus, & vltimas voluntates, quia in vltima voluntate quomodocunque appareat voluntas teſtatoris, ſufficit, qđ non eſt ſic in cõtractib. Ratio diuerſitatis eſt in promptu, quia vltima voluntas conſiſtit in ſola voluntate teſtantis, vnde ſi appareat teſtatorẽ aliter legaturum non fuiſſe, vitiatur legatum, vt in ꝯrio: ſed in contractib.vel quaſi non eſt ſpectandum, quid dans ſenſerit, niſi illud idẽ fuerit actum ab accipiente.l.3.§.ſi quis quaſi.ad fin.ſ.de condi.ob cau.l.ſi repetendi.C.eo.& l.qđ quis ſciens.ſ.eod.vide etiam ad iſtud cõtrarium latè per Bart.in l.ſi cum te.ff.de pac.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dominus non condicit rem suam.*
2 *Testamentum inualidum non operatur tacitam permissionem.*
3 *Circuitus euitatur propter æquitatem.*

LEX LIII.

DOminus. Solutum indebitè si non est translatum dominium, vendicatur à domino, sed si est translatum, condicitur immediatè ab eo, ad quem in veritate spectat negotiū, vt euitetur circuitus. h.d. secundum Bar. & alios, vel sic, & proprius ad tex. Nummos peculiares à seruo datos pro implenda conditione libertatis sibi in testamento inualido relictæ, hæres potest vendicare: sed si extraneus nummos suos dederit pro tali seruo, dominus serui de stricto iure repetit, de æquitate verò ille, qui dedit. h.d. Diuiditur ista. l. in tres partes principa. In prima ponitur thema, & quæstio. In secunda ponitur responsio, qñ seruus soluit. In tertia quando extraneus soluit pro seruo.
1 Secunda ibi, Proculus. Tertia ibi, si autem alius. ¶†Not. primò, ꝙ dñs non condicit rem suam, sed ipsam vendicat, ita probat iste tex. in prima sui parte. facit. l. fi. ff. vsu. quēad. caue. §. si itaq;. Insti. de act. ¶Secundò no. ꝙ quando relictum libertatis nō valet, neq; tenet, tunc seruus ratione conditionis adimplendæ nō potest soluere de pecunia peculiari: secus si testm̄ valuisset, q̃a tunc potest soluere de pecunia peculiari. vt l. 3. § fi. s̃. de condi.
2 ob cau. & de hoc dicetur in gl. in ver. à domino. ¶†Tertiò not. ex isto tex. in ver. permissum non esset, sm Bal. ꝙ testamentum inualidum non operatur tacitam permissionem. Tu dic rationem esse, quia testator in illo testamento inualido nihil disposuit de tali permissione, aliàs ex testamento inualido bene probatur voluntas testatoris in eo, qđ ibi disposuit. l. fi. ff. de reb. eorum. l. 2. C. de confir. tut. Bart. in l. in testamento. ff. de fideic. lib.
3 ¶†Quartò no. ex isto text. in fin. ꝙ propter æquitatem euitatur circuitus. glo. ad hoc alleg. multos tex. concor. vltra quos adde tex. in l. si ita fuerit, parua. ff. de statulib. Item adde, ꝙ per hanc. l. & cle. auditor. de rescri. dixit singulariter Io. And. in addi. Spec. in titu. de oblig. & sol. super rub. in 1. col. ꝙ ille, qui promisit se obligaturum ad decem, potest statim ad decē conueniri absq; alia obligatione, causa circuitus euitādi. Et refert fuisse dictum Alberti Galeoti, qđ valde no. quia multi contrarium dicerent. Refert & sequitur do. Alex. in l. fundus. §. seruum tuum imprudens. in 1. not. per illum tex. s̃. si cer. pet. In hac materia ex mēte Bart. fac regulam, ꝙ potest euitari circuitus trib. concurrentib. Primò, qñ ille penes quem est res, contra quem agitur, factus est locupletior ex re mea. l. si me & Titium. & l. si eum seruum. ff. si cer. pet. l. Iulianus. §. fi. ff. de act. emp. l. cùm in plures. §. messe. ff. loca. Secundò, ꝙ ille alius, contra quem habes actionem, posset etiam ipse recta via agere, ita ꝙ cedendo talem actionē, quam habet, liberaretur, vt hoc text. & l. si vrbana. ĩ. eod. & d. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. Tertiò, qđ agens agat ad suum, vt per Bar. in d. §. seruum tuum imprudens. in prin. in 3. col. adde vel ad promissionem puram se obligandi, vt supra proximè dixi. ¶Gl. mag. in ver. repetere potest. diuiditur in tres partes princ. In prima timore contrarij ponit duos intellectus ad tex. In secunda quærit, & soluit. In tertia colligit ex tex. notabile. & alleg. plures concordantes, deinde opponit, & non soluit. Secunda ibi, si quæras quare. Tertia ibi, item not. hic secundum Azo. Redeo ad primam partem gl. & pro eius expeditione oppon. fortiter contra istum tex. in vlt. parte. Aut enim iste amicus, qui soluit ista decem ea soluit animo donandi, & tunc ipse dominus debet posse repetere tam de rigore, quã de æquitate, sicut ipse seruus repeteret, si fuisset liber homo, & ille voluisset sibi donare. l. qui se debere. §. sed si cùm sciret. & l. si donaturus, in prin. s̃. de condi. ob cau. Aut non soluit animo donandi, & tunc ipsi soli soluenti videtur concedenda repetitio, tam de rigore, quàm de æquitate, postquam causa non est sequuta. d. l. si donaturus. in secundo respon. ergo cōtra vtrunq; dictum huius tex. timore huius contrarij glo. ponit duos intellectus ad istum tex. quos recita, vt hic per Bar. Et pro secundo intellectu gl. ꝙ iste amicus soluit de mandato serui, facit iste text. in versi. rogatu serui, iuncta. l. 1. ff. manda. Alium tertium intellectum posuit hic Bar. vt hic per eum. In vlti. parte. gl. dum opponit de l. 2. in princip. ff. ad l. rho. de iact. & non soluit, Bart. respondet, quòd etiam ibi euitatur circuitus, vt ibidem no. in gl. sed ibi loquitur glo. in casu singulari secundum Raph. Fulg. vel dic, ꝙ regula huius tex. quòd de æquitate euitandus sit circuitus, procedit tribus concurrentibus, de quibus dixi supra in tex. in vlt. not. aliquo verò eorum deficiente, tunc procedit contrarium, vt l. 1. ff. de instito.

SVMMARIVM.

1 *Solutum ex causa inutili, vel inefficaci repetitur per condictionem indebiti.*

LEX LIIII.

EX his. Ista l. non potest breuius summari, cū breuiter ponat summariū ad totum
1 istum titulū, si tamen vis, potes sic summare. † Solutum ex causa inutili, vel inefficaci repetitur per condictionem indebiti. h.d. Not. ex isto text. qđ paria sunt esse nullum de iure, vel esse inefficax. Adde, ꝙ vult gl. notabilis in l. 2. in glo. fin. supra de condi. ob tur. cau. qđ sicut pignus non potest accedere obligationi, quæ nulla est, ita nec ei, quæ est inefficax. Ad istam regulam plura cumulaui in l. fi. ff. de offi. eius, cui man. est iurisd. quæ hic posses repetere.

SVMMARIVM.

1 *Solutum prædoni quando liberet soluentem.*
2 *Soluens procuratori, vel negotiorum gestori an liberetur.*
3 *Etiam prædo locator agit contra conductorem.*
4 *Soluens locatori rei alienæ an liberetur.*
5 *Hæredes soluentes possessori hæreditatis liberantur.*
6 *Differentia inter fructus, & obuentiones.*
7 *An soluentes iniustè Abbati liberentur.*
8 *Indulgentiæ concessæ à falso prælato, an valeant.*
9 *An valeant infeudationes factæ à prælato deponendo.*
10 *An conductor teneatur soluere illi, cui mouetur quæstio super beneficio.*
11 *An si Papa scribit alicui tanquam prælato, qui non est, astringatur ad mandatum.*
12 *Iuramentum prælati intrusi, vel putatiui an transeant ad veros prælatos.*
13 *An ex prælati intrusi locatione cōpetat actio Abbati vero sine cessione.*

LEX LV.

SI vrbana. Ista est solennis lex, secundum Bar. & secundum Pau. de Cast. ista lex est singularis, & melior in sua materia, quã sit forte alia in corpore iuris. Diuide istam. l. in tres partes prin. secundum ꝙ diuidit glo. 1. vel breuius sm Albe. de Ros. in prima contraxit prædo. In secunda contraxit seruus. In tertia contraxit dñs. Secunda ibi, nam si seruus. Tertia ibi, sed & si vecturas. Rursus prima pars prin. subdiuiditur in tres particulas. In prima ponitur decisio. In secunda vna extēsio. In tertia alia. Secunda ibi, idemq; iuris. Tertia ibi, item in mercedib. Rursus tertia pars prin. subdiuiditur in duas particulas. In prima ponitur decisio. In secunda r̃ndetur tacitæ obiectioni. Secūda ibi, qđ ergo dici solet. h.d. in effectu. Solutum prædoni ex cōtractu cum eo celebrato, non repetit soluens tanquam indebitum, sed verus dñs. Solutum autem prædoni ex contractu celebrato cum seruo, vel cùm eius dño soluens potest repetere, nō autem verus dominus, nisi fuerint solutæ res pertinentes ad do
1 minum iure dñij. h.d. in summa. ¶†Not. ex ista. l. mirabiliter sm Bal. ꝙ solutum prædoni ex suo contractu liberat soluentem, si autem soluitur non ex suo contractu, sed ex cōtractu veri dñi, vel eius serui, & tunc non liberat soluentē. facit. l. filiæ. ff. de solu. Ratio est, quia ex quo cōtractus fuit celebratus cum prædone, licèt super re veri dñi, certè contrahens tenebatur soluere ipsi prædoni, & non vero domino. d. l. filiæ. & sic prædo ex contractib. celebratis per eum super reb. alienis potest efficaciter experiri, & sibi solutum nō repetitur tanquam indebitum, vt hic, & l. commodare, cum l. seq. ff. commo. l. si pignore §. si prædo. ff. de pig. act. l. 1. §. si rem à seruo depositā. ff. deposi. Limita tamen istud notabile, & istum tex. procedere, qñ contrahens soluit bona fide ignorans talem recipientem esse prædonem, & credens eum esse verum dñm, vel esse hæredem veri domini, si autem sciebat eum esse prædonem, non liberatur, vt est tex. not. in d. l. filiæ. in fi. facit. l. si pro patre. §. versum. & ibi. not. Pau. de Cast. ff.
2 de in rem verso. & dicam. ĩ. in 1. q. extra gl. ¶†Secundò diligēter nota istum tex. ad ea, quæ tradit Bart. in d. l. filiæ. ff. de sol. vbi dicit Bar. ꝙ licèt habeamus multas leges disponētes, ꝙ qui habet mandatum ad solutionem recipiendam, & soluendo sibi debitor liberatur. l. qđ seruus. ff. depo. tamen qñ quis non habet mandatum ad contrahendum, vt est negotiorū gestor, & contrahit super re aliena, an soluens illi negotiorū gestori liberetur à vero domino, dicit Bar. ꝙ in nulla parte iuris habes tex. expressum sicut ibi, qui dicit, ꝙ si soluens ignorabat talem rem ad dominū pertinere, indistinctè liberatur: si autem sciebat, & tunc in subsidium non liberatur, aliàs secus, & subdit Bart. se nescire alibi doctr. illius tex. ita bene, sicut ibi. Sed vt etiam dicit Pau. de Cast. qui

qui miratur multum de Bart.caſus eſt etiã notabilis, & expreſ-
ſus in hac.l.quæ eſt multum vulgata,& quæ etiam vult plus,ꝙ
etiam ſi prædo contraxerit ſuo proprio nomine, tanquam ve-
rus dñs poſſit ſolutionem recipere,& liberetur ſoluens,quam-
3 uis recipiens ſit in mala fide,qđ bene nota.¶† Tertiò no.ex hoc
tex. ſ̃m Ange.in l.ſi filio.§.ſi vir in quinquennium.ff.ſol.mat.ꝙ
hic eſt tex. ꝙ etiam iniquiſſimus prædo locando fundum alie-
num,poteſt ex fundo per eum locato agere contra conducto-
rem , & mercedem ſeu penſionem exigere. adde multas leges
concor.quas dixi.s̃.in 1.not.¶ Quarto per not.in iſta.l.not.Bald.
in l.2.in 1.col.C.de fruc.& lit.expen.ꝙ prædo , & ſic malæ fidei
4 poſſeſſor percipiendo fructus,cõmittit furtum. ¶† Quintò per
iſtam l.dicit not.Inn.in c.in literis.in 2.col.de reſti.ſpol.ꝙ ſoluẽs
locatori rei alienæ liberatur, cũ dicto locatori teneatur ratione
contractus: nec poteſt conueniri per verum dñm rei,quia cum
eo nullum contractum geſſit,& ita refert, & ſimpliciter ſequi-
tur do.Abb.in conſi.16.inci.ad claram deciſionẽ præſentis du-
bij.in 2.col.lib.1.¶ Sextò per iſtum tex.no. Bal.in c.ego.in 2.col.
de iureiu.ꝙ iuramentum præſtitum prælato intruſo,non trãſit
5 ad intrantes canonicè. ¶† Vltimò nota ex vltima parte huius.l.
ꝙ debitores hæreditarij bona fide ſoluentes poſſeſſori hæredi-
tatis,non tñ liberantur à vero hærede,qđ qualiter procedat,pa
tebit ex infra dicendis.¶ Capio gl.in verſi.ſoluendo,quam diui-
de in tres partes. In prima per viam fallentiæ remouet vnum
contrarium.In ſecunda opponit,& ſoluit. In tertia ſimiliter op
ponit,& dupliciter ſoluit. Secunda ibi,ſed certè imò vr̃. Tertia
ibi,item argumen.contra. In fin.glo.reſponde melius ſecundũ
Doc.ꝙ tex.in d.l.1.§.ſi rem à ſeruo. loquitur in depoſitario,qui
de ſolo dolo, & lata culpa tenetur , & ideo ſubuenitur ei ſi ſol-
uit,cui non debuit,ſi non fuit in dolo,vel in lata culpa.Et iſtud
eſt not.ſecundum Ange.ad depoſitarium pecuniarum præla-
torum , quia ſi tales pecunias poſtea ſoluit falſo prælato,dum-
modo non fuerit in dolo, vel lata culpa liberatur à vero præla-
to,qđ no.ad ea quæ infra dicentur in 1.q.extra gl. ¶ Capio gl.in
verſi.ſolet.quam diuide in duas partes. In prima remouendo
vnum contrarium declarat tex.In ſecunda format quæſtionẽ.
6 Secunda ibi,ſed qua conditione.¶ † In ea.gl.ibi,obuentionum
nomine non fructuum. ex iſta gl.Bal.ſimpliciter no.differentiã
inter fructus,& obuentiones,& aliter non declarat gl.Bar. autẽ
declarando gl.dicit credere,ꝙ gl.velit dicere,ꝙ non condicun
tur nomine fructuum,qui percipiuntur ex re,ſed nomine ob-
uentionum ciuilium.Pau.de Caſt.hic in fi.dicit,ꝙ iſtud,qđ glo.
dicit,nihil eſt. Tu declara gl.apertius ſecundum Albe.de Roſ.
hic circa princ.ꝙ differentia eſt inter fructus , & obuentiones:
nam fructus proueniunt ex re , ſed obuentiones propter rem,
vt eſt penſio domus.vnde diſtinctio iſtius.l.non procedit in fru
ctib.ſed in obuentionib.& ita etiam vult dicere Bart. Alibi etiã
Bal.in l.ſi traditio.ad fi.in vlt.q. C.de act.emp.not. ex iſta glo.ꝙ
penſiones domorum non poſſunt peti tanquam fructus, cùm
nõ ſint naturales,nec induſtriales,nec ſint ex re,licèt largo mo-
7 do dicantur fructus,cùm ſint quaſi ex re,vt ibi per eum. ¶† Ex-
tra gl.Bart.inducit iſtam.l.ad not.q. Quidam. L. Abb.non iure
electus, ſed intruſus in monaſterium fructus recollegit,& mer
cedes recepit à colonis,& inquilinis,an ſoluentes ei penſionem
liberentur à vero Abbate , & à monaſterio ? Et diſtinguit per
hunc tex.ꝙ ſi talis falſus prelatus intruſus locauit ipſe bona prę
laturæ,& tunc penſionarij,qui ab eo conduxerunt,ei ſoluentes
liberantur,vt hac.l.in prin.& ita per hanc.l.dicit Inno.in c.nihil
eſt.de elect.& in c.in literis.& ibidem Io.And.de reſti.ſpo.Si au-
tem illi penſionarij, vel emphyteutæ conduxerunt à vero Ab-
bate,vel ab vno alio monacho illius monaſterij,& tunc ſoluẽ-
do Abbati intruſo, & ſic falſo prælato nõ liberantur,vt hac.l.in
ſecundo, & tertio caſu , qđ vltimum intelligit Bar.eſſe verum,
niſi habuiſſent iuſtam cauſam credendi eum eſſe verum abba-
tem,eo quia obtinuerat confirmationem à ſuperiore,quæ for-
te de iure ex aliqua cauſa non valebat.l.cum fundus.§.ſeruum
tuum imprudens ff.ſi cer.pet.Et ita etiam tenet Inn.in d.c.nihil.
& in c.querelam.de elec.& ita etiam tranſeunt Bal.Ang.& Pau.
de Caſt.hic,licèt Pau.de Caſt.referat prædictam limitationem
ad primum caſum. Limitat etiam idem Pau.de Caſt. ſecundũ
caſum non procedere , qñ ille prælatus intruſus diu ſtetiſſet in
prælatura,& ſic haberetur, & reputaretur ab omnibus pro ve-
ro prælato,tunc enim æquitas dictat, ꝙ ſoluentes ei debent li-
berari propter communem errorem.arg.l. Barbarius.ff.de offi.
præto.& l.2.C.de ſent.& interlo.om.iud.Raph.Fulg.dicit,quòd
ſupra dicta limitatio Bar.& Doct.q̃ habet, qđ quando emphy-
teutæ , vel penſionarij conduxerunt à vero prælato , & poſtea
ſoluerunt prælato intruſo , qđ liberentur , quando habuerunt
iuſtam cauſam credendi propter confirmationem ſuperioris,
non eſt vſquequaque bene expedita in debitore quantitatis,
quem etiam caſus fortuitus non excuſat.l.incendium. C.ſi cer.
pet.quamuis aliàs, quæ ex iure publico ſunt , bene poſſent va-
lere d.l. Barbarius. Adde, qđ iſtud idem, qđ Raph.Fulg.contra
Bar.tenet etiam do.Fran.de Are.licèt de Fulg.non faciat men-
tionem in conſi.25.incip.viſo themate,& puncto ad me tranſ-
miſſo,&c. circa princ.vbi dicit , qđ licèt in hac.l.teneat per d.§.
ſeruum tuum imprudens, qđ cõductor ſoluens ex iuſto erro-
re non vero domino,nec vero creditori liberetur,certè iſta do
ctrin. Bar.in ſoluente penſionem in pecunia , & ſic in debitore
quantitatis non videtur eſſe vera, quia licèt debitor ſpeciei ſol
uendo alteri ex iuſta cauſa, & ſic ſine culpa liberetur à debito,
ſecus tamen eſt in debitore quantitatis,gl.eſt ſing.quam ibi ap-
probant Dy.& Bart.not.in l.ſi quis vxori.§. apud Labeonem.ff.
de fur.cuius glo.opi.clarius videtur approbari in l. Imperator.
§.fi.ff.de tranſ.vbi patet,ſecundum vnum intellectum,qđ ſolu-
tio facta hæredi putatiuo bonæ fidei poſſeſſori non liberat de-
bitorem , niſi pecunia illi ſoluta ad verũ hæredem poſtea per-
uenerit,vt dicit tex.in l.ſi quid poſſeſſor.§.fi. & in l.ſi bonæ fidei.
in prin.ff.de pet.hæred.in quib.iuribus primum dictum à con-
trario ſenſu ſatis probatur, ita ibi reſidet Aret. Adde, qđ voluit
Bald.in c.in literis.in vlt.col.de reſt.ſpol. quem infra referam.de
veritate huius dixi in d.§.ſeruum tuum imprudẽs. Redeundo
ad no.deciſionem Bart.& Doct.adde bonum tex. quem gl.hic
alleg.in d.l.1.§.ſi rem à ſeruo.ĩ.depoſiti. Bar. in tract.de tyranni-
de.in 6.q.do.Abb.in c.qualiter.de elect.in d.c.nihil.in 8.col.eo.
tit.do.Alex.in conſi.255.viſis ſcriptis mihi tranſmiſſis, in 8.col.
lib.2.Limita iſtam doctri. *Bar.& communem* in primo membro,
qđ debitores eccleſiæ, qui contraxerunt cùm prælato intruſo,
liberantur.nam iſtud procedit,niſi doloſè ſoluiſſent prelato in-
truſo,ſciẽtes ipſum intruſum breui remouen. & fraudaturum
eccleſiam tali pecunia, ita limitat Pau.de Caſt. in l.ſi pro patre.
§.verſum. in fin. per illum text. ff. de in rem verſic. facit. l. filiæ.
in fi.ff.de ſol.& dixi.s̃.in text.in 1.not. ita etiam tenent Ange.&
Pau.de Caſtr.hic. Item prædicta videntur debere not. limitari,
vt non procedant quo ad ſpiritualia reſpectu fori pœnitentia-
lis,vbi geſta à prælato non vero,vel non canonico valent in ſpi
ritualib.quo ad forum pœnitentiale propter ſolam fidem cre-
dentium.gl.eſt ſin.in c.dudum.el 2.in ver.deceptæ.de ele.quam
* Abb.ibi.in 7.col.multum notat pro ſing. & dicit , ꝙ *communiter*
Docto.ibi ſequuntur.de quo etiam habetur in cap.de multa.de
præb.per Inn.in c.ſicut.de iureiur. Faciunt,quæ no.tradit Bal.in
l.2.C.de ſer.& aqua.in vlti.col.vbi dicit, ꝙ ſpirituales pœniten-
tiæ debent inniti veritati potius quàm opin. & ideo ſecundum
eum, qui ſcit aliquem non eſſe prælatum,incurrit irregularita-
tem,ſi excommunicatus ab eo celebrat,quia licèt iudex proce
dat ſ̃m probata , tamen pars poteſt procedere ſecundum con-
ſcientiam,vt no.in d.c.in literis.de reſti.ſpo. Item in intruſo ni-
hil valet in his,quæ facit temporaliter,vel ſpiritualiter,ſed cõfir
matus ꝑꝑ occultum vitiũ omnia temporalia poteſt,ſpiritualia
verò non poteſt,vt dicit no.Inn.in d.c.nihil.de ele.Et idẽ,ꝙ ſpi-
ritualia debeãt potius inniti veritati quàm opi. dicit etiam Bal.
in l.Barbarius.in 2.col.in fi.ff.de offi.præto.Alibi tñ tenet Pet.de
Anch.in cle.abuſionib.de pœ. & remiſ.& in c. qđ autem.in 3.q.
8 eo.tit. † ꝙ indulgentiæ conceſſæ à falſo prælato, qui putabatur
verus,non tñ valent, nec eas conſequuntur, qui bona fide ma-
nus adiutrices porrexerunt. Et per hoc infert ad quoſquã quæ-
ſtuarios,qui Venetijs multa extorſerunt cum falſis bullis,vt ibi-
dem latius per eum, & ibidem latè per Io.de Imo. ſed pro prę-
cedenti opin.adde facere , ꝙ cautio vſurarum reſtituendarum
præſtita ſacerdoti putatiuo, reddit vſurariũ manifeſtum teſta-
bilem,ſecundum Bal.referentem q.fuiſſe de facto in c.dudum.
9 el.2.in 2.col.in fi.de elect.† Item ad iſtam not.& quotidiã doctr.
Bar.& Docto.adde,quæ deciduntur per Bal.in varijs , & diuerſis
locis.Adde in primis Bald.in c.1.in vlt.col. hic poteſt eſſe tit.qui
ſucceſſores teneantur,in vſib.feu. vbi quærit de prælato, qui eſt
omnino deponendus , non tamen eſt adhuc accuſatus, vel in-
quiſitus, nunquid valeant infeudationes per eum factæ de feu-
dis apertis eccleſiæ ? & reſpondet,quòd ſic, & ita dicit no.Ioan.
And.in c.quia propter.in 7.col.de ele.in nouel. Item adde Bald.
in l.certum.poſt medium.C.de rei ven. vbi indiſtinctè tenet, ꝙ
debitores ſoluentes prælato non iuſto , quia tamen eſt in poſ-
ſeſſione,liberantur ſecundum Inno. qui ita not. in c.querelam.
de elect.& in c.cum eccleſia Sutrina.de cau.poſ.& proprieta.&
& latius in c.in literis. de reſtit. ſpo. in c. conſultationib. de iure
10 patrona. † Item adde Bald.in l.emptorem. in 3.col. C. loc.vbi
quęrit,pone quidam tanquam prælatus locauit mihi prędium
eccleſiæ, poſtea mouetur ei quæſtio de prælatura , an penden-
tę illa quæſtio.præiudiciali teneãr ei ſoluere ? Et reſpondet not.
quòd ſic, niſi ſit ſibi interdicta adminiſtratio, vel niſi ſit interdi-
ctum ne ſoluam, vt ibi per eum , quod bene no.ad extenſionẽ
doctrin.Bart.& Docto.hic. Item adde Bald.in l.2.in vlti.char.in
pluribus verſi.C.de ſer.& aqua.in verſi.nunc de quinto puncto.
vbi

vbi distinguit. Quandoq; ille, qui est in possessione est funditus falsus prælatus, & talis possessio non patrocinatur, vt not. in l. 2. C. de eo, qui pro tu. Quandoq; non est funditus falsus, quia habet confirmationem superioris, & tunc si confirmatio sit ipso iure nulla, & vitium sit patens, repellitur, aliàs secus. Si autem confirmatio valeat, sed confirmatus sit indignus, & tunc non repellit quandiù est in possessione auctoritate superioris, nam ex quo superior eum habet pro tali, ergo à quolibet debet talis haberi. l. 1. §. item Pompo. ff. ꝙ fal. tuto. auct. prædicta vera, quando agit nomine dignitatis, sed si nomine suo ex suo contractu indistinctè auditur per hanc. l. secundum Innocen. in d. c. in literis. istud est verum si nomine proprio contraxerit, sed si cõtraxerit nomine ecclesiæ, vel dignitatis, cùm ius sit iam quęsitum ecclesiæ, non potest præiudicare ecclesiæ, arg. l. si tutor. C. in quib. cau. in integrum restitut. non est neces. & l. filiæ. ff. de solu. Ibidem Bal. in vers. sed quid de sexto puncto, quærit si debitores sponte soluant falso prælato, qui tamen est in possessione, an liberentur ab ecclesia, decidit, ꝙ non, per l. si procuratori falso. ff. de condi. ob cau. l. falsus, & l. si quis vxori. §. apud Labeonem. ff. de fur. nisi sit in possessione auctoritate superioris, nam licèt talis auctoritas non valeret, tamen excusati sunt soluentes, ne circumueniatur auctoritate superioris. argum. l. 1. in fin. C. de his, qui ven. ætate. imp. e. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. l. si stipulatus. §. si lancem. de solu. & ita sentit Innoc. in c. in literis. de rescrip. Si autem prælatus iste iam fuisset verus prælatus, sed non erat amotus, debitores ignoranter soluendo saltem exceptionis æquitate liberantur. l. cum quis. §. 1. & l. dispensatorem. ff. de solu. & l. eius qui in prouincia. ff. si cert. peta. nisi fortè iuuetur ecclesia per resti. in integ. Et hæc procedunt, quando contractus fuit celebratus cum vero prælato, si autem fuisset celebratus cum isto, qui erat in possessione adulterina, sibi posset solui ab ignorante ratione contractus. l. ꝙ seruus. ff. deposi. l. filiæ. ff. de solu. licèt Innocen. ad hoc alleg. istam. l. quæ loquitur in eo, qui suo nomine contraxit, sed falsus prælatus gerit imaginem ecclesiæ. argu. l. peto. §. mater. ff. de leg. 2. ideo aliæ leges præalleg. melius faciunt secundum Bald. Item adde Bal. in l. Barbarius in 3. col. per totum. ff. de offi. præto. vbi inter cætera dicit, ꝙ debitores soluentes prælato intruso liberantur propter iustum errorem, & fauorem liberationis. argu. l. cum quis §. 1. ff. de solu. & l. si non sortem. §. qui filio. s. eod. & l. eius, qui in prouincia. s. si cert. pet. præsertim si soluatur sibi ex contractu celebrato cum ipso, per hunc tex. sed alienationes factæ ab eo non valent, nec iudicium secum agitatum. Item debitores soluẽtes ei, qui nullum habuit canonicum ingressum, nec erat confirmatus, non liberantur, secus si fuit confirmatus, licèt propter vitium latens confirmatio esset nulla. arg. l. qui hominem. §. si nullo. ff. de solu. vt not. Innocen. in d. c. nihil est, vt ibi plenius per eum. Item adde Bald. in c. in literis. in vlt. colum. de restit. spol. vbi tenet, ꝙ debitores soluentes putatiuo prælato nõ liberant, quia non habet ius administrãdi. l. qui aliena. §. quamquam. ff. de neg. gest. l. filiæ. ff. de solu. nisi essent debitores speciei: quia non tenentur de casu improuiso vel fortuito. l. si stipulatus. §. si lancem ff. de sol. vel nisi soluerent ex proprio contractu ipsius putatiui prælati, vt dicit ista no. lex, quicquid dicat Inno.
11 ibi, qui confundit seipsum s'm Bald.† Item adde, quod in materia dicit Bal. in l. pater §. mater filio, & ibidem Io. de Imol. ff. de leg. 2. vbi arg. illius elegantis tex. dicit, ꝙ si Papa scribit alicui tanquam prælato, & ille non est verus prelatus, ꝙ nihilominus istud præceptum seu mandatum astringit, & obligat verum
12 prælatum, licet secus sit iudicijs, vt ibi per eum.† Item adde, ꝙ iuramentum præstitum à prælato intruso, vel putatiuo non transit ad veros prælatos intrantes canonicè; ita per hunc text. dicit Bal. in c. ego. in 2. colu. de iureiur. quem etiam retuli. s. in textualib. Item adde, quod no. Ang. Pau. de Cast. & d. Ale. in l. si tibi. §. cum possessor. per illum tex. ff. de pact. ꝙ pactum factum cum prælato putatiuo non prodest, neq; nocet vero prælato, quando ille putatiuus erat in mala fide, secus, si erat in bona fide, vt quia probabiliter putabat se esse prælatum. Idem tenet d. Alex. in l. iusiurandum, quod ex conuentione. §. pupillus. in fi. per glo. ibi. ff. de iureiur. & quicquid ibid. teneat Pau. de Cast. sibi in hoc vltimo contrarius. Alibi etiam not. Ange. in l. 3. per illum tex. ff. de transa. ꝙ pactum prælati putatiui non habet nocere vero prælato, præterquam in his, quæ ipsemet contraxisset, vt hac. l. Ista pro nunc sufficiant quantum ad præsentem mate
13 riam.¶† Secundò quærit Bar. an locatione facta per Abba. intrusum competat actio Abbati vero sine cessione, & determinat, quòd sic, licèt in priuatis personis secus esset, quia si prædo locasset rem priuati, requireretur cessio. l. Iulianus. ff. de pet. hæred. & istud procedit fauore ecclesiæ. idem esset in pupillo, & milite, vt l. si vt proponis. C. de rei vendi. & l. 2. C. quando ex fac. tu. & cum Barto. simpliciter transit Raph. Fulgo. alij nihil tangunt. Adde gloss. in ca. nihil, in gl. fi. ad fi. & ibi Doct. presertim dom. Abb. ad fi. de elect. glo. in c. 1, in fi. de schism. Bal. in l. eam quam. in 2. colum. in versic. extra quæritur, legatum fuit Titio relictum. C. de fideicommiss. & per ista remanet ista. l. solenniter expedita.

SVMMARIVM.

1 *In re dubia fauen. est repetitioni.*
2 *Dubia, & incerta præsumuntur esse perpetua.*
3 *Quæ conueniunt secundum effectum, & finalem causam, intelliguntur simpliciter conuenire.*
4 *In contractibus, & vltimis voluntatibus dies incertus habetur pro conditione.*
5 *Dictio donec, & similes an stent suspensiuè.*
6 *Solutum pendente dubietate repetitur.*

LEX LVI.

Sufficit. Tutus exceptione dubia, & dubietate pendẽte per errorem soluens, repetit vt indebitum, secus si sit tutus exceptione temporali dilatoria. hoc dicit. vel sic. Tutus exceptione temporali incerta, vel perpetua interim solutum per errorem repetit, tanquam ab initio sub conditione debuerit,
1 secus si sit debitum ad diem certam. hoc dicit. ¶† Not. 1. secundum Bart. ꝙ in dubio interpretamur in casum non impedientem repetitionem, & sic in ambiguo, & in re dubia magis fauẽdum est repetioni, quàm aduentitio lucro illius, qui recipit. cõ
2 cordat. l. non debet. §. in re obscura. ff. de regul. iur. ¶† Secundò no. ex hoc tex. illud, quod tota die allegatur, ꝙ dubia, & incerta præsumuntur esse peremptoria, & perpetua, & sic dispositio dubia interpretatur perpetua. Adde glo. in clem. 2. in verbo, electionem. de rescrip. & glo. in c. fi. in verbo, perpetuas. de rescrip. in 6. facit tex. in c. si gratiosè. de rescrip. in 6. & tex. in c. si delegatus. de offi. deleg. in 6. & in l. iurisperitos. in prin. ff. de excu. tuto. Facit, ꝙ officialis positus ad beneplacitum, æquiparatur perpetuo propter dubium, secundum Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. in 3. q. ff. de oper. nou. nunc. Cyn. & Bal. in l. quisquis. C. si cert. peta. Bal. in l. solent. §. fi. in 4. q. ff. de offic. proconsul, &
3 lega. ¶† Tertiò not. ex isto tex. cum glo. ꝙ quæ conueniunt secundum effectum, & finalem causam, intelliguntur simpliciter conuenire. facit. l. si non sortem. §. indebitum. s. eo. l. 3. §. conditio. ff. de adimen. lega. l. 3. C. de insti. & substi. sicut etiam quę conueniunt secundum formam dicuntur simpliciter conueniunt re, & quæ differunt secundum formã dicuntur simpliciter differre. l. Iulianus. §. sed & si quis. ff. ad exhibend. l. 1. §. igitur in re
4 dubia. ff. de excercito. l. non aliter. ff. de leg. 3. ¶† Quartò not. prout etiam not. glo. fi. ꝙ etiam in contractibus dies incertus habetur pro conditione, sicut in vltimis voluntatibus. l. dies incertus. ff. de condi. & demon. Ratio est, quia conditio propriè dicitur illa, quæ habet se ad esse, & non esse. l. cum ad præsens. cum l. seq & seq. s. si cer. pet. sed, dies incertus an, & quando est
5 huiusmodi, nimirum si habetur pro conditione. ¶† Quintò pondera tex. in verbo donec, per quem not. Bart. in l. 1. in prin. in 6. colum. ff. de condi. & demonst. ꝙ quando ista dictio, do-
a nec, a & similes, quę sunt suspensiuæ, apponuntur ad suspensionem alicuius dispositionis preambulæ; & tunc aut suspensio fit in aliquem euentum incertum; & tunc faciunt conditionem, ita dicit esse tex. multum not. in hac. l. & sic dictio donec, & similes inducunt conditionem extinctiuam, facit. l. siue manifestus. §. tandiu. ff. de condi. fur. l. 1. in fi. ff. de ven. in pos. mit. & tex. no. in l. pen. in prin. & ibi Nico. de Neapo. in lecturis Bar. ff. de excu. tut. de quo etiam per Barto. in l. ambiguitatem. C. de vsufr. in l. centesimis. §. fi. ff. de verb. oblig. Bald. in l. 1. circa princ. C. de leg. & in l. fi. in 6. q. C. de contrahen. emp. accedant, quæ traduntur per Bar. in l. fi. §. 1. ff. ad Tertul. de statuto disponente, ꝙ filia fœmina non succedat donec, vel quousq; masculus exi-
6 stat, de quo etiam aliquid per Pau. de Cast. ¶† Sextò principaliter not. ex ista. l. ꝙ solutum pendente dubietate per errorem repe-

ADDITIO.

a ¶Dictio donec. Adde Doct. in l. 1. ff. de sena. gl. in ver. donec. in cle. vt ij, qui. de ætate, & qua lit. Raph. Fulg. consi. 98. inci. visis petitionibus. idem Fulg. consi. 13. inc. ad id, de quo quæritur.

* Et quod importet conditionem, tex. est in l. pater seneuerinam. §. fi. vbi Bart. de condi. & demonst. in l. 1. eo. tit. Dec. consi. 537. nu. 5. Quid de dictionibus quamdiu, dum, quousque, & similibus, vide Nat. consi. 459. col. 6. Dec. consi. 85. colu. 3. in prin. Alex. consi. 66. post nu. 3. lib. 3. vbi Doct. in apostil. declarant illa verba, donec vitam vidualem seruauerit, de quib. plenè habetur per Pract. Pap. For. lib. ad vsumfruct. versi. Donec. vbi dixi. MASVER.

repetitur.limita istum tex. procedere,qñ præsens status rei ten-
dit ad exclusionem,sed an illa exclusio sit perpetua,vel tẽpora-
lis dubitatur,tunc habet vim exclusionis perpetuæ , ita loqui-
tur ista lex,vbi factum fuit pactum de non petendo,donec Ti-
tius fiat consul,certè istud pactum de præsenti tendit ad exclu
sionem,& statim inducit exceptionem, quia si velles cõtra me
agere,possem statim te repellere: sed est dubium quantum de-
beat durare ista exceptio,quia si Titius nunquam fieret consul,
semper durabit.Si autem fieret consul, ex tunc quamprimum
finiretur:interim ergo quousq; pendet dubium,habet vim ex-
clusionis perpetuę,& sic facit,ꝙ interim per errorem solutum
possit repeti.secus esset,qñ præsens status rei non tendit ad ex-
clusionem,sed est dubium an in futurum inducatur exclusio,
tunc non habet vim exclusionis perpetuæ. l. sub conditione.ff.
de assigna.lib.l.4.§.sed Marcellus.ff.de in diẽ addict.ita no. limi
tat Bar.in l.Iulianus verum debitorem.ad fi. ĩ.eod. vbi per hoc
decidit notab.quæst.de qua ibi per eum , & ibidem dicam , &
declarat not.Pau.de Cast. hic. adde etiam ad istam. l. quæ tra-
dunt Bar.& Docto.in cap.ex diuerso.§.fi.ff.solu. matrimonio.
¶In glo.in verbo , ita prorsus. nihil occurrit addendum præ-
ter declarationẽ,& suppletionem Doctorum, præsertim Bart.
& Pau.de Cast.quos per te videas.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum solutum à tutore nomine pupilli repetitur.*

LEX LVII.

1 CVm indebitum. † Indebitum so-
lutum à tutore
nomine impuberis, condicitur ab ipso impubere.
hoc dicit. ¶Gl.in vers. condictio est. diuiditur in 5.
partes.In prima declarat tex.In secunda extendit.In tertia limi
tat. In quarta rationem assignat. In quinta opponit. Secunda
ibi,idem credo, Tertia ibi , si tamen iusta.Quarta tibi, quia fa-
ctum.Quinta ibi,itemècontra.¶In ea.glo. ibi,quia factum tu
toris lex interpretatur impuberis,ista ratio ſm Raph. Fulg. non
multum vrget , quia tunc factum tutoris reputatur esse factũ
impuberis , cùm rem impuberis vtiliter gerit , non cùm rem
eius iactat.l.qui fundum. §. si tutor. ff. de vsucap. pro emp. sed
soluendo indebitum dicitur iactare.l.cum de indebito. in prin.
ff.de proba. Tu saluando glo.dicas,ꝙ hoc faciat iusta ignoran
tia tutoris,ne aliàs tutor iusto errore ductus ad soluendum in-
debitum remaneat in damno,& officium suum sit sibi dam-
nosum sine culpa sua.contra. l. sed & si quis. ff. quem admod.
test.aper.& c.cum non deceat.in prin.de elect.in 6.

SVMMARIVM.

1 *Solutum indebitum procuratori non habenti mandatum repetitur.*
2 *Agens contra personam,contra quam agere non potest, excluditur iure suo.*
3 *Non nocet mala electio personarum conueniendarum.*

§.Creditor. Diuiditur in tres partes,prout tria po-
nuntur dicta. Secunda ibi , ꝙ si nomi-
natim.Tertia ibi,quæ non vr̃ adempta. h. d. Indebitum solutũ
procuratori repetitur à procurat.& non à dño , nisi dominus
nominatim id mandauerit, quo casu procuratore frustra con-
uento non liberatur dñs.h.d.Vel sic & breuius. mãdatum gene
rale non continet solutionem vltra debitum , nisi nominatim
contineat.Item inutilis electio vtilem non excludit.h.d.in effe
1 ctu.materiam huius tex.vidisti in l.si procurator.s̃.eo.¶† Not.
indebitum solutum procuratori non habenti ad hoc manda-
tum,repetitur ab ipso procuratore , & non à domino , & ſm
Pau.de Cast.istud melius declarat in specie ista lex,q̃ d.l.si pro-
curator.s̃.eo.& l.si procuratori falso.ff.de condi.ob cau.vel alia
2 lex huius tit.¶† Secundò no.ex fi.legis,ꝙ qui agit ꝯ personam,
contra quam agere non potest, non per hoc perdit actionem
contra eum,contra quem potest agere , & sic eligens viam in-
competentem,non per hoc perdit viam competentem,& ad
hoc gl.alleg.multas concor.licèt alibi dicat tex.in l. si mulier,§.
fi.§.quod met.cau. via quam elegisti,hæc tibi pateat.Similiter,
qui proposuit actionem ineptam,sibi nõ preiudicat,quin pos-
sit ad aptam redire.c.examinata,& c.dilecti.de iud.l.1. in princ.
ff.si mensor falsum mod.dixerit.no.in l.1.in prin. ff.de eden. &
3 l.edicto.C.eo.¶† Vltimò no.ex eo.tex.in fi.ꝙ in elect. persona-
rum conueniendarum non nocet mala electio,secus est in ele-
ctione remediorum,vel actionum.l.quod in hr̃dem.§.eligere.
ff.de trib.de qua gl.opponit,& non soluit,& l. cum filius. §.va-
rijs.ff.de leg.2.l.cum qui.& l. ꝯ maiores. C. de inof.test. nisi per
ignorantiam eligeret remedium sibi non competens,tunc sibi
non præiudicaret saltem in effectu. l.mater decedens. in princ.
ff.de inoff.test.l.habebat,in prin.ff.de insti.plenè not.in l. fi.C.de
codicil.¶Capio gl.fi.in ver.instituta,quã diuide in 2.par.In pri-
ma colligit ex tex.not.& ad illud alleg.concor.In secunda op-
ponit,& non solu.Secunda ibi,sed argu.contra infra de tribu-
to.Tu responde,vt supra proximè dixi.

SVMMARIVM.

1 *Conditio impossibilis , quam testator putabat possibilem , non habetur pro impossibili,sed pro possibili.*
2 *Verba testamenti debent intelligi secundum opinionem testatoris , & debet haberi pro vero,quod testator putabat verum.*
3 *An institutus in re certa habeat totum per ius accrescendi mortuo instituto hærede,quem testator putabat viuere.*

LEX LVIII.

SEruo manumisso. Ista lex est
notabilis ,
& singularis,ſm Bar.Ang.& Pau.de Cast. hic. Eam
etiam dicit esse singularem , & non reperiri alibi
Ang.in l.cùm in secundo. ff.de iniust.rup. Conditio impossibi-
lis,quam testõr putabat esse possibilem,vitiat legatum. h.d.ſm
1 verum intellectum.¶† No. 1.ex hoc tex ꝙ conditio impossibi
lis,quam testõr putabat esse possibilẽ , & habebat iustam cãm
putandi,non hr̃ pro impossibili,sed ꝑ possibili, ideo si deficiat,
facit deficere legatum,& sic vitiat dispositionem,& non vitia-
tur,secus est qñ testator sciebat conditionem esse impossibilẽ,
quia tunc vitiatur condõ,& non ipsum legatum. l. obtinuit.ff.
de condi.& demonst.§.fi.Insti.de hære.insti. plenè traditur per
gl.& Bar.in l. 1.ff.de condi.insti. Et sic per istam.l.sing.limitantur
prædictæ leges,& aliæ similes de hac materia loquentes , & ad
hoc frequenter allegatur ista.l.pro singulari.¶ Limita istud no.
& sic istum tex.nisi talis impossibilis conditio,quam testõr pu-
tauit possibilem , possit per æquipollens adimpleri , quia tunc
dispositio non vitiatur,ita eleganter probat tex. in l. hmõi. §. si
ita cui.in fi.in ver.cum tunc testm̃ fiebat,& ibi do. Alex. in vlti.
col.ad hoc no.ff.de leg.1.idem tenet Bar.in l. 1. in 3. col. & ibi-
dem Io.de Imo.ff.de condi.instit. Scdo limita,qñ testator , qui
adiecit conditionem impossibilem,putans eam esse possibilẽ ,
adiecit ob aliquem finẽ licitum,& honestum , tunc dẽt adim-
pleri ille honestus finis eo modo , quo possibile est , & sic tunc
non vitiatur dispositio.l.legatum ciuitati,& ibi Bar.ad hoc no.
ff.de vsufr.leg.idem Bar.in d.l.1.in vlt.col. & ibi latè Imol. ff.de
condi.insti.Tertiò limita, ꝙ licet conditio impossibilis apposi-
ta à testatore credente eam esse possibilem vitiet dispositionẽ,
vt hic,hoc est verum,nisi postea testõr sciat esse impossibilẽ,&
confirmet testm̃ generaliter per codicillos suos,ita singulariter
limitat Ang.in consi. 75. quem refert , & simpliciter sequitur
Fran.de Are.in l.impossibilis.in vlt.col.ff.de verb. obl. Quartò
limita,qñ testator est incertus, vtrum conditio sit impossibilis,
vel possibilis,tunc non vitiatur dispositio , casus est singularis.
ſm Bar.ibi ad fi.in l.ab oĩb.§.in testõ ff.de leg. 1. & licèt Raph.
Cuma.ibi reprobet illum intellectum Bar.tãquam diuinatiuũ
ad illum text. tamen ſm Aret.in d.l.impossibilis, in vlt. col.ille
intellectus Bar.est verus ad illum tex.qui in fi.dicit, ꝙ illa con-
ditio habetur pro non scripta , ergo datur intelligi , ꝙ ibi non
debeatur legatum , eo quia talis conditio dicatur impleta per
æquipollens,sicut ad illum text. dicebat idem Bar. in d.l. 1.in 3.
co'. l.de condi. insti. sed eo quia reijcitur conditio, & habetur
pro non scripta.Quintò limita fauore libertatis,in qua speciale
est,vt licèt testator credat conditionem esse possibilem,nihilo-
minus non vitiatur dispositio libertatis.l.cum tale.§.falsum.iun
cta gloss. sua , quæ hoc sentit. ff. de condi. & demonstra.
& l.cùm Stichus.ff.de statulibe.Ita limitat Ludo. Roma.in d.l.
impossibilis,& ibidem refert,& sequitur Aret.in vltim.colum.
Tu ex hoc collige sextam singularem limitationem,arguendo
de libertate ad piam causam , vt not. Barto.in l.proximè §.1.ff.
de his,quæ in testamento delen.facit tex.in l.1.ad fi.in versic.ad
hanc rationem pietatis,& ibi Bald.not. C. de communi seruo
manum.ꝙ conditio impossibilis , quam testator putabat esse
possibilem,non vitiat relictum ad pias causas, quod valdè no.
2 ¶ † Secundò principaliter not. ex isto text. quòd verba testa-
menti debent intelligi, & interpretari secundum opin.testato-
ris,& debet haberi pro vero illud , quod testator putabat esse
verum.facit bene tex.in l.quo loco.§.1.ff.de hæred. instit. alleg.
in gloss. Alibi tamen dicitur totum ècontra, quòd plus valet,
quod in veritate est,quàm quod est in opin.testa. ita dicit text.
in §. si quis rem suam , & ibi gloss. alleg. concordan. Institu.de
leg. Item dicit text. not. in cap. nuper. de biga. quòd opinioni

veritas est præferenda. Sed quãtum ad Deum,qui respicit animum,& cor hominis,& non factum,certè iurans licitũ,quod credat esse illicitum,peccat,&ècontra iurans verum,quod credit esse falsum,est periturus.sm Abb.post Io.Calde. in c. quanto.in 2.col.de iureiur.¶Tertiò per istum tex. dicit.do.Anto.de But.in c.cum tu.in pen.col. in fi. de testi. ꝙ ꝯrietas testium põt saluari vno intellectu sm veritatem,& altero sm opi. ¶Capio gl.in ver.in testõ.quam diuide in duas partes principales. In prima declarat tex.In secunda opponit, & quadrupliciter soluit, tene scdam solutionem,prout dixi.s.in tex.& dum gl. in fi.opponit ad l.gñaliter.§.si libero homini.ff.de fideicom.lib. ꝙ non debeat spectari aduersa fortuna, per l. inter stipulantem. §.sacram.ff.de verb.obl.& gl.non rñdet. Rñde, ꝙ casus, & aduersa fortuna bene spectantur ad commodum,& ad puisionem il-
3 lius,cuius casus spectat.¶† Extra gl. Bart.post Gul.de Cun.inducit istam l.cum sua gl.ad no.q.testator instituit aliquem hæredem in re certa,dato sibi coherede instituto in vniuerso,quẽ testõr putabat viuere,& in veritate prædecesserat, nunquid institutus in re certa habebit vniuersum per ius accrescendi? Et certè vr, ꝙ non, si consideretur opinio testatoris, qui credidit hrditatem peruenturam ad alium institutum in vniuerso, & non ad istum institutum in re certa,& sic non sumus in casu l.1.§.si ex fundo.ff.de hæred. insti. & in l.quoties.C.eod.Contrariũ determinat Bar. post Gul.de Cun.eo quia in quæstione ista non est inspicienda opinio testõris;quia resultaret repugnantia iuris.Vnde tunc potius est spectanda potestas iuris, quæ hẽt ꝙ testõr non potest decedere pro parte intestatus. in regula ius nostrum.ff.de reg.iur. Ista deci.sm eos probatur in l.miles vnũ ex fundo,& in l.ex militari.§.fi.cum l.seq.ff.de test. mil. & cum ista opi.transeunt Alb.de Rosa.& Ange. hic. Raph.Fulg.(sub dubio tñ fortè) tenet ꝯrium,eo quia ll.præalleg. in diuerso casu loquuntur,aliter tñ in specie non declaro.Item ratio Barto. & Docto.s.proximè relata de iuris necessitate non vr concludens,quia in quæstione præsenti non vr militare talis necessitas iuris.Nam cùm in casu præsenti institutus in re certa loco legatarij habeatur.d.l. quoties. consequens erit non valeret legatum,& sic in totum defunctus intestatus decedet,vt l.vnica.
* §.1.C.de cad.tol.tene *deci.Bar.quæ est communis*.Et adde, ꝙ idem tenent Bar.& alij in l.quoties.§.si duo.ff.de hæred. insti. Ang.in d.l.1.§.si ex fundo,& ibidem simpliciter Io.de Imol. in repet.in fi.Sal.in d.l.quoties.C.de hær.insti.eo quia si attendatur opi.testatoris,certè resultabit repugnantia ad dispositionem iuris, qa sm opi.testatoris iste institutus in re certa habebitur pro legatario, & sic voluntas testõris est, ꝙ iste habeat tale legatum illius rei particularis, & tñ istud esse non potest,quando nullus alius est vniuersalis hæres ex testamento. l. eam quam.C.de fi-
* deicom.l.si nemo. ff.de testa. tut. Item si * non haberet legatũ, prout testator volebat,& opinabatur,sequeretur, ꝙ decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod esse non põt. d.l.ius nostrum.ff de reg.iur.& propterea totam hereditatem consequi debet,non attenta opi.testatoris,quæ repugnat dispositioni iuris.Item adde prædictis, ꝙ si filia dotata sit instituta p patrem in dote,& iussa plus non petere de hæreditate paterna, masculus autem sit institutus ex vniuerso;tunc eo repudiante filia habebit totum sm Ang.qui dicit se iam ita consuluisse in l.pen.ff.de iniust.rup.alleg.Gul.de Cun.hic.Bene facit,quia talis filia instituta in legitima, habetur loco hæredis quo ad ius accrescendi,non autem loco legatarij,sm Bar. & alios in d.l.quoties,& in l.ex facto, magna.ff.de hære. insti. & in Auth. nouissima.C.de inoffi.test.

* Item si haberet, legendum videtur ex proposita facti specie per Ias. nam si iste institutus in re certa relictum sibi non haberet defuncto iam vniuersaliter hærede instituto,in totum defunctus intestatus decederet nõ pro parte.

S V M M A R I V M.

1 *Eadem solutio non parit liberationem,& repetitionem.*
2 *Solutio an tollat liberationem fideiussoris.*
3 *Ex stipulatione oritur naturalis obligatio.*

L E X L I X.

SI fideiussor. Si fideiussor solus est liberatus,ipse soluens repetit, secus si reus principalis soluerit.h.d. sm Bar.vel sic. Solutio fideiussoris,quæ sibi parit repetitionem,nõ parit reo liberationem.h.d.vel sic.Solutio, quæ repetitur, liberationem non inducit,& ècontra solutio, quæ non repetitur,
1 liberationem inducit.h.d.in effectu.¶† No. ex isto tex.duo sm Bar.Primò, ꝙ eadem solutio non parit liberationem,& repetitionem,eo quia pareret contrarios effectus,vt hic,& l. cum is. §.1.& l.si non sortem.§.si decem.s. eo. Bene verum est, ꝙ vna solutio potest parere diuersos effectus,sed non contrarios.l.in
2 numerationibus.ff.de solu.¶† Secundò not. ꝙ solutio,quæ parit liberationem respectu solius fideiussoris, non tollit obligationem ciuilem,ac naturalem respectu debitoris principalis facit,quod no.in l.Neratius.j.eod.¶† Tertiò not.ex isto text.circa fi.in ver.naturale vinculum.hic videri tex. expressum, ꝙ ex stipulatione etiam oriatur naturalis obligatio,licèt prima fronte videretur dicendum contrarium, ex quo stipulatio est contractus iuris ciuilis.§.de constituta.Institu. de act. vnde videbatur, ꝙ ex ea non deberet oriri nisi ciuilis obligatio, & dicit Pau. de Cast. ꝙ audiuit à Bald. in voce ponderari istum tex.pro expresso, ad id, quod dixi, ꝙ ex stipulatione oriatur etiam naturalis obligatio,sed certè Bald.istud not.in lectu. Idem no.Albe.de Rosa.& Ang.& Raph.Fulg.hic,& dicit Alb. de Rosa. ꝙ non recolit alibi ita expressum tex.sicut est iste, ita etiam ad hoc not.istum tex.Gul.de Cun.Bald.& Raph.Fulg.in l.1.in ver. adeo.de pact.Tamen iste text.istud non probat concludenter, prout etiam dicit Pau.de Cast.hic,quia non loquitur de naturali obligatione,qua tenebatur fideiussor,qui non obligatur nisi mediante stipulatione.l.blanditus.C.de fideiuss. sed loquitur de naturali obligatione rei principalis, qui poterat esse obligatus ex alio contractu quàm ex stipulatione. Item in contrarium fortiter videtur facere tex.in l. indebitam. in vers. *indebitam iure gentium*. s.eo. vbi præsupponere videtur tex.pecuniam à fideiussore promissam,& sic per stipulationem.d.l.blanditus. esse indebitam iure gentium,& sic quo ad obligationem naturalem.l.cum amplius. §. is natura debet. ff. de regul.iur.sed responde,prout etiam ibi respondet Pau.de Cast. ꝙ exponitur ibi tex.in versi.indebitã iure gentium, scilicet per excep. doli,quæ est inducta ex æquitate iurisgentium.l. qui æquitate. ff. de excep. doli. not.in l.2.C.quod met.cau. & dixi in l. qui exceptionem.in prin.s.eo. Breuiter supradicta conclu.proculdubio est vera, ꝙ ex stipulatione oritur etiam naturalis obligatio, quia licet stipulatio sit contractus iuris ciuilis.d. §. de constituta. tamen non potest contrahi sine consensu partium, prout dicit tex.in d.l.1.§.adeo.ff.de pact.ergo cùm in stipulatione necessariò interueniat consensus,qui est de iure naturali, ideo parit naturalem obligationem.d.l.cum amplius.§. is natura debet, & ita tenet glo.ord.& ibi Docto.in d.l.1.in versi. adeo. ff.de pact. & gl.in l.post diuisionem.C.de iur. & fac.ign.& in d.§.de constituta.Alb.de Rosa.in l.fideicommissum. per illum tex. j.eo.

S V M M A R I V M.

1 *Non plus operatur dubietas,quàm actus sequutus.*
2 *Sententia iudicis absolutoria non facit,quin ille, qui in veritate est verus debitor,adhuc sit debitor.*
3 *Sententia,& eius effectus sunt de iure ciuili,non de iure gentium.*
4 *Promissum sub duab.conditionibus contrarijs,habetur pro purè debito.*
5 *An purè debitum sub conditione solutum repetatur.*
6 *Litis contestatio an fiat per negationem.*
7 *Per litis contestationem an fiat nouatio.*
8 *An solutum pendente conditione repetatur.*
9 *Sententia an tollat ciuilem obligationem.*
10 *Lite contest.pendente iudicio debitori acquiritur excep.pendentiæ litis.*
11 *Opponens excep.solutionis,videtur tacitè fateri debitum.*
12 *Debitor,qui semel soluit,& iterum condemnatus soluit, repetit.nu.16.*
13 *Opponens de solutione,& negans debitum,non intelligitur fateri debitũ.*
14 *Cautela pro debitore,vt non videatur fateri debitum,& nu.15.*
17 *Quando debitor liberatus solu.repetat.*
18 *Si solui debitum verè,& quia probare non potui,iterũ solui, an repetã.*
19 *Sante statuto, quòd non possit probari solutio nisi per instrumentum, an probetur per testes.*
20 *Quid in testatore ita disponente.*
21 *An si debitor sit absolutus per sententiam, quæ in rem transiuit iudicatam,creditor iterum agere possit.*
22 *An laudo confirmato per sententiam reuisoris, in quo petitur pœna, pars possit iterum probare.*
23 *An sententia condemnatoria producat obligationem naturalem,vel ciuilem,& nu.24.*
25 *An sententia absolutoria tollat obligationem naturalem, vel ciuilem, & nu.26.*
27 *Quando in contractib. vel vltimis voluntatib. aliquid promittitur sub duab.conditionib.contrariis,an talis dicatur dispositio conditionalis.*
28 *An de tali debito possit iteratò opponi compensatio.*

L E X L X.

IVlianus verum debitorem. Ista lex,& eius materia est multum subtilis,secundum Alb.Bar.& Pau.de Cast. & dicit Pau.de Cast. ꝙ ista l.est sing.in iure. ¶Ad euidentiam pro

introductione habent præmittere iuuenes, ꝙ poſtquam debitor verè,& actualiter ſoluit creditori(quia ſolutione eius,quod debetur,tollitur omnis obligatio.Inſtit. quib. mod. tol. obl. in prin.)iſte talis debitor non poſſit amplius abſolui diffinitiuè.ita videtur tex.in §.fi.Inſti.de perpe.& temp. act.& ibi gl.expreſsè, Et ratio eſt, quia abſolutoria diffinitiua tollit ciuilem obligationem:hic non poteſt tollere, quia iam eſt ſublata per veram ſolu. poteſt ergo debitor per iudicem abſolui ab inſtantia cauſæ,& ſic ab obſeruatione iudicij, non diffinitiuè. Verùm quia lex noſtra in prin. videtur velle contrarium, ꝙ imò poſtquam debitor verè ſoluit, adhuc poſſit ſequi ſententia abſolutoria, vel condemnatoria,propter hanc difficultatem in glo.traduntur tres varij intellectus,& ſic tres ſolu. Mihi tamen videtur, ꝙ 3.opi.Pilei ibi relata in fi.non tendat ad hoc.cogitabis,quia iſta difficultas procedit tenendo communem opi.ſed ſi teneremus illam opin.ꝙ etiam quando debitor ſoluit,poteſt abſolui diffinitiuè,quæ opin.eſt multum probabilis, & eam tenet acutiſſimi ingenij Ioan.Fab.in §.fi.Inſti.de perpe. & temp. act. & Fulg. in l. iuſiuran. & ad pecu. §.fi.ſ.de iureiur. tenendo illam opin. iſta difficultas ceſſaret, & illi intellectus glo. eſſent inanes. dicetur ſuper glo. 1. ¶Secundò habent præmittere iuuenes, quod verſi.vbi autem.legitur in glo.antepen.& duabus ſeq.altero de duobus modis. Vno modo,ꝙ illud, quod iſti,plerique putant, & eſt verum,& hunc intellectum tenent Azo.Hugo. Io. & gl. noſtra, & tunc ſupple ad tex.plerique putant,& benè.¶Secundò modo legitur ſecundum omnes Docto. ꝙ iſta opin. corrigatur in fi.huius. l. ibi, *& ideo ſi pendente.* tamen dicunt Docto. ꝙ glo.non habuit iſta verba in text.ſuo.Item habes perpendere ad illud,quod in princ.dicit tex.in verſi.poſt litem conteſt.an iſtud importet myſterium iuris. Ange. plana fronte fatetur, ꝙ non,ſed quòd denotat contingentiam facti. dic melius, quòd imò importat myſterium iuris, vt dicam in 1. not. aſſignando rationem dubitandi ad hunc text. poſt Docto. Item habes aduertere ad ver.vbi autem, cum ſequen. nam ſecundum quod colligitur ex verbis Barto.& Pau.de Caſt.illud, quod deciditur ibi,facit ad propoſitum Iuliani in prin. l.& iſtud videtur rationabile, aliàs ſecundum Albe. nihil facit ad propoſitum,ſed eſt diuerſa deciſio,videbitis in not. Iſta lex diuiditur varijs modis ſecundum Barto.& Docto.quorum diuiſionibus omiſſis,ego diuido in 2. partes princ.In prima ponitur deci.Iuliani.In ſecunda ponitur alia deciſ.Secunda ibi, vbi autem quis. Rurſus prima pars prin.ſubdiuiditur in 5.particulas.In prima facit,quod dictum eſt, quia ponitur deciſio Iuliani negatiua. In ſecunda ponitur ratio.In tertia ponitur ratio rationis. In quarta comprobatur per ſimile.In quinta aſſignatur ratio illius ſimilis. Secunda eſt ibi,quia nec abſolutus. Tertia ibi,licèt enim abſolutus ſit.Quarta ibi,ſimilemque ei eſſe. Quinta, & vltim. eſt ibi, quia ex vna cauſa. Rurſus ſecunda pars princ. in qua ponitur alia deciſio,ſubdiuiditur in 4. particulas. In prima facit,quod dictum eſt, quia ponitur alia deciſio cum ratione deciden. In ſecunda adducitur vnum, quando videbatur ſimile. In tertia oſtenditur diſſimilitudo. In quarta, & vltim. reprobatur illa 2. princip.deciſio ſecundum communem intellectum.Secunda ibi,idemque eſſe.Tertia ibi,ſed hoc diſſimile eſt. Quarta ibi, & ideo ſi pendente.hoc dicit in ſumma. Solutum dubietate pendente non repetitur,quando ipſemet ſoluens in omnem euentum erat debiturus, ſecus ſi poterat per diuerſam perſonam deberi.hoc eſt,quod in effectu vult tota iſta l. Et figura caſum in hac.l.vt facit Albe. de Roſa. poſt Iaco. de Rau. hic. Et in 1. parte caſus eſt clarus.In ſecunda parte, quæ eſt in verſ. vbi autem,figura caſum ſic vno verbo. Debitor debebat Titio centum purè:pone,creditor fortè motus amicitia debitoris, vt ei faceret gratiam,& daret dilationem ad ſoluendum, ſtipulatus eſt iſta. 100. animo nouandi ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit, hoc eſt, eo animo, ꝙ ſi nauis ex Aſia veniret, quòd debitum primum, quod erat fortè ex contractu bonæ fidei ſit nouatum, & debeatur nunc ex ſtipulatione, & ſic ex contractu ſtricti iuris.effectus huius.ſtipu.eſt,ꝙ ſi cōditio deficiat, debitum primum remaneat purum in ſuo ſtatu, pendente iſto dubio euentu,debitor ſoluit Titio iſta 100.an poſſit ea repetere pendente condi?quidam putabant, ꝙ ſic, quia adhuc eſt incertum,ex qua obligatione debeantur, ſicut ſi creditor cui debentur centum purè, eſſet ſtipulatus iſta 100. ab alia perſona animo nouandi ſub conditione.Nam primus ſoluens pendente condi.poſſet repetere.Iuriſcon. decidendo dicit, ꝙ iſta ſimilia non ſunt bona, quia hoc in iſto ſimili eſt incertum, an primus debitor ſit remanſurus debitor, an alius,ſed in caſu princip.eſt idem, qui purè debebat,& à quo fuit ſtipulatum ſub conditione,& ideo quia omni caſu ſemper iſte eſt futurus debitor,ſiue conditio exiſtat, ſiue non,ſi non extat conditio, remanet debitor ex prima obligatione pura, ſi autem conditio eueniat, efficitur debitor ex iſta obligatione noua, ſcilicet ex ſtipulatione, & ſic efficitur debitor omni caſu, ideo ſi ſoluat
* iſto modo, non repetit. *Et iſte eſt verus, & communis intellectus,*
1 licet Antiqui, & glo.noſtra errauerint in hoc.¶† No. ex tex.ibi, *quia nec abſolutus,nec condemnatus*, ſecundum Barto. ſ. in materia, & alios Doct. quòd non plus debet operari dubietas, ſeu pendentia, quàm operaretur, ſi actus ſequutus eſſet, nam ſiue debitor verus abſoluatur per ſententiam, ſiue condemnetur, nullo caſu ſolutum repetitur; multo minus repetet pendente adhuc dubitatione,concor.l.ordinata.§.ſi is,qui.ff.de lib. cau.& l.pen.ff.quib.ad lib.procla.licet, vel non.& text.in l.1.in princip.ff.de leg.3.& tex.in l.qui de inoffi.ff.de inoffi.teſt. Accedat regula.l.aliquando,in fin.ff.ad Velle. vbi traditur regula,ꝙ
2 fruſtra expectatur, cuius euentus nihil operari pōt. ¶† Scdò not.ex tex.ibi,*licèt enim abſolutus ſit*,quòd ſententia iudicis abſolutoria non poteſt facere, quin ille, qui in veritate eſt debitor, adhuc non ſit verus debitor: vnde iſtum tex. pulchrè alleg. Innocen.in c. quod ſicut. de elect. & refert Ange. hic, quod per ſententiam non poteſt immutari rectitudo naturalis veritatis, vnde ſecundum eum ſi aliquis per ſententiam condemnatus eſt ad reſtitut.rei,& iniuſtè, dato quòd illam poſſit reſtituere,ſi non reſtituit,non per hoc tamen peccat. vide etiam,quod per hunc text. dicit Innocen. in ca. cum contingat.de dolo.quem etiam refert Ange.hic,dicit tamen glo.ſingul.& melior de iure,quòd ſententia eſt talis auctoritatis, quòd poteſt facere de ente,non ens,& de vero falſum,in l.ſi non ſortem. §. hæredi. ſ. eo.& probatur in l.cum putarem.ff.famil.erciſ.& in l.1.C.quando prouocan.non eſt neceſ.dicetur.ſ.in glo.vbi Barto.etiam dicit,& Pau.de Caſt.in 6 colum. quem omnino videas. Et per d. glo.d.§.hæredi.dicit Bald.in d.cap.noſtri,quòd iudex poteſt facere de albo nigrum,& ècontra de nigro album.Item per d.gl. d.§.hæredi,dicit Bald.in cap. in ſententia.in vltim.colum.de renun.quòd ſententia iudicis mutat falſum in verum non eſſen-
3 tialiter, ſed quo ad effectum. ¶† Tertiò ſubtiliter not. ex eod. text.dum dicitur natura tamen debitor permanet, quòd ſententia, & eius effectus ſunt de iure ciuili non de iure gentium, nam ſi eſſent de iure gentium tollerent naturalem obligationem,quæ etiam eſt de iure gentium:ſed quia ſententia, & eius effectus ſunt de iure ciuili, & ius ciuile non poteſt tollere ius gentium, & ſic non poteſt tollere naturalem obligationem, quod facit pro opin.quam tenuit contra omnes in l.ſi non ſor-
4 tem.in princip.ſ.eod.¶† Quartò not. in verſic. ſimilemque,ꝙ promiſſum ſub duabus conditionibus directò contrarijs,habetur pro purè debito quantum ad hoc, vt ſolutum repeti non poſſit,concor.l.quod ſi pendente.§.pen. ff.de peri. & commo. rei vend.aliàs eſt l.neceſſario.§.ſi ita reus. ſecus tamen eſt in vlt. volunt.l.huiuſmodi.in prin.ff.quando dies leg. ced.& quæ ſit ra-
5 tio diuerſitatis,dicetur in glo.vbi glo.tangit. ¶† Quintò not. in verſic.vbi autem. ꝙ quando purè debitum promittitur ab eodem ſub condi.facta animo nouandi,ſi interim ſoluatur,repeti non poteſt, ſecus quando purè debitum ab vno promittitur ab alio ſub conditione facta animo nouandi, tunc ſi primus hoc medio tempore ſoluat,repetit. Ratio diuerſitatis eſt,quia primo caſu in omnem euentum ſemper vnus, & idem eſt futurus debitor.Secundo caſu eſt dubium,an primus,vel ſecundus efficiatur debitor,ſm verum,& communem intellect.gc quid glo.dixerit. ¶In text. ad corticem aliud non habetis,ante tamen quàm veniam ad gl. pro intellectu literæ circa deci.Iuliani quæro,quæ fuerit ratio dubitandi in deciſione Iuliani, ex cuius declaratione aperiam, quædam neceſſaria ad intellectū tex.nam quæ dubitatio eſſe poteſt, ꝙ verus debitor poſt litis conteſt. durante iudicio,ſi ſoluat,non pōt repetere, quia totus iſte tit.loquitur quando ſoluitur indebitum aliquo iure vel naturaliter,vel ciuiliter,ſed quando illud, quod ſoluitur,eſt debitum,fruſtra quærimus de condi.indebi. Nam vbi vis vocabuli repugnat,ibi non poteſt tractari de repetitione.Et propterea dicit Odoff. hic, ꝙ iſta l. inquantum negaret verum debitorem ſoluentem poſſe repetere,ponit caſum,de quo vnus aſinus nō dubitaret:inuenio varias rationes dubitā. traditas p Antiquos,
6 & Alb.hic.in 4. colu. refert plures.¶† Prima ratio dubitan fuit Gul. nam litis conteſtatio regulariter fit per negationem. l. 1. cum glo.C.de litis conteſt.ſed per negationem res efficitur dubia.l.3.C.qui.ad lib.procla.non licet.no.plenè glo.& Scribentes in l.1.C.de procu.ille ergo qui ſoluit,ſoluit in caſu dubio. l. qd debetur.ff.de pecu. ſed ego habeo, ꝙ quemadmodum errans poteſt ſolutum repetere,ita dubitans,quia dubitans, & errans æquiparantur.l.pen.C.de condi. indebi.à primo ergo ad vltim. videbitur dubium,an iſte ſoluens poſſit repetere: tamen deciditur,ꝙ non poteſt.& ad l. pen.reſponde,ꝙ dubitans, & errans quo ad repetitionem equiparantur,verum, qn̄ eſt omnino indebitum:ſi aūt eſſet aliquo iure debitū,repeti non pōt,& ad id

quod

quod dr̄,ꝙ per negationem res efficicitur dubia, verum eſt ſi
negatio fieret probabiliter,& iuſtè,ſed ſi fieret calumnioſè, vt
in caſu noſtro à verò debitore,non efficitur tunc dubia. glo.eſt
7 reputata ſing.& no.in l.poſt rem. ff.de tranſa. ¶† Secundo po-
terat ratio eſſe dubitan.& probabiliter ſecundum Gul.de Cun.
hic, nam per litis conteſt.fit nouatio,quæ dupliciter fieri ſolet,
aut per ſtipulationem,aut per litis cōteſt. l.delegare,& l.aliam.
ff.de noua. ſed per nouationem tollitur præcedens obligatio.l.
nouare.ff.de noua. ergo per iſtam nouationem erat ſublatum
primum debitum,& ſi iſte debitor ſoluit ex cauſa debiti anti-
qui,videbatur,ꝙ ſoluiſſet indebitum, eo ꝙ primū eſſet noua-
tum,& conſequenter poſſet repetere. contrarium deciditur in
tex.& ad argum.reſpondetur, ꝙ duplex eſt nouatio, quædam
eſt voluntaria,quędam eſt neceſſaria,voluntaria eſt,quę fit per
ſtipulationem,& iſta bene nouat pręcedentem obligationem,
ita loquitur.d.l.nouare.quædam eſt neceſſaria, vt eſt illa, quæ
fit per litis conteſt.nam iudicium redditur in inuitum. l. inter
ſtipulantem.in princ.ff.de verborum oblig. & iſta nouatio ne-
ceſſaria non tollit præcedentem obligationem,imò eam con-
firmat,& corroborat,ideo dicit regula iuris,non ſolet fieri de-
terior conditio eorum, qui litē conteſt.ſunt.l.non ſolet. ff.de
reg.iur. plenè not.in l.1.C. de iud. & ſm iſtas duas rationes du-
bitan.apparet rectè intelligenti,quòd text.cum magno myſte-
rio dixit poſt litis conteſt.ad denotandum,quòd ſi verus debi-
tor ſoluiſſet ante litis conteſt. caſus fuiſſet indubitabilis, quòd
repetere non potuiſſet, & per hoc apparet Ang. inaduertenter
dixiſſe,quòd tex. in verſi.poſt litis conteſt. non denotet myſte-
rium iuris, imò contingentiam facti, quia imò denotat ma-
8 gnum myſterium iuris. ¶† Tertia poterat eſſe ratio dubitandi
ſecundum Iaco.de Aret.Bald. & Pau. de Caſt. hic, in 1. oppo.
nam poſt litis conteſt.pendente iudicio erat dubium, vtrum
debitor abſolueretur,vel condemnaretur, ergo ſolutum pen-
dente dubio videbatur poſſe repeti,per rationem. l. ſufficit. ſ.
eod.hic tamen decidit contrarium. Nec obſt. regula. d.l.ſuffi-
cit.quia procedit,quando eſt dubium, & caſus poſſet euenire,
quòd efficeretur omnino indebitum: ſed in caſu noſtro du-
bium erat tale,ꝙ quicunque caſus eueniret,iſte ſemper erat re-
9 manſurus debitor;ideo non datur ſibi repetitio.¶† Quarta po
terat eſſe ratio dubitādi propter illud, quod dicit text. quia nec
abſolutus,nam videbatur,quòd ſententia abſolutoria nouaret
antiquum debitum.l.ſi.vbi not.C.de vſuca.rei iud.tamen con
trarium deciditur,quia ſententia abſolutoria bene poteſt tolle
re ciuilem obligationem, & non naturalem, & ſola naturalis
10 impedit repetitionem.¶† Aliam quintam rationem dubitan-
di aſſignat Pau.de Caſt.hic,in 1.colu.in 2. oppo. nam lite con-
teſt.pendente iudi. debitori acquiritur exceptio pendentiæ li-
tis, adeo quòd ſi creditor vellet petere executionem coram
alio iudice,obſtaret ſibi exceptio pendentiæ litis, videbatur er-
go ꝙ debitor tutus exceptione poſſet ſolutum repetere, per l.
ſi non ſortem.§ indebitum. & §.adeo.ſ.eod.hic deciditur con-
trarium,quia illa iura procedunt,quando debitor habet excep.
quæ tangit debitum principale,tunc ſoluens bene repetit, ſed
exceptio pend.litis non tangit debitum principale in aliquo,
nec naturalem,nec ciuilem obligationem,ideo non poteſt re-
peti.dicitur enim exceptio ad rigorem iuris conſeruan. vt de-
clarat Barto.in l.1.in penul.colum.ſ.eo. Iſtæ ſunt quinq; ratio-
nes dubitan. ad deciſ. Iuliani, quæ fundantur ſuper illo verbo
poſt litem conteſt. Ratio autem decidendi apparet in tex.& vl
tra tex.poteſt aſſignari alia ratio per regulam. l.non ſolet. ff. de
regul.iur.& l.aliam.ff.de noua.Per iſta etiam infero, ꝙ deciſio
poſita in verſi. vbi autem. faciat ad propoſitum deciſionis Iu-
liani,& eſt ſimilis deciſ.Iuliani,prout etiam atteſtatur Barto.&
atteſtantur alij in diuiſione huius.l.quamuis Alb.in figuratione
caſus dicat,quod non eſt ſimile,quia eſt falſum,quia in vtroq;
caſu fit nouatio,vt ſ.dixi,& non poteſt in vtroq; repeti.¶Gl.1.
in verſ.nec abſolutus.diuiditur in 4.partes.In prima timore cō-
trarij,quod formaui.ſ.in 1.euiden. glo. ponit primum intelle-
ctum ad tex.In ſecunda ponit ſecundum intellect. In tertia re
deundo ad primum intellectum,contra eum format oppo.&
multum not.ſoluit.In quarta,& vl.ponit alium intellectum Pi
lei.Secunda ibi,vel dic quod eodem caſu.Tertia ibi, ſecūdum
autem primum intellectum.Quarta,& vlt.eſt ibi, ſed ſecundū
Pile.Tertia pars glo. debet ſimul iungi cum prima. Quia text.
innuit,quòd poſtquam debitor ſoluit pendente lite, ꝙ poteſt
adhuc abſolui,vel condēnari ex eadem lite,& inſtantia,iſtud vi
detur contra tex.in §.fi.Inſti.de perpe.& tempo.act.alleg. in gl.
vbi poſtquam debitor verè ſoluit,ita ꝙ per ſolu.eſt ſublata ip-
ſo iure & naturalis,& ciuilis obligatio,impoſſibile eſt,ꝙ abſol-
uatur diffinitiuè,vel ꝙ condemnetur,quia per diffinitiuam tol
litur ciuilis,quę iam ſublata eſt per ſolu.poteſt tn̄ abſolui ab in-
ſtantia illius cauſæ inchoatæ. Propterea hic gl.ponit tres princ.
intellectus.In primo intellectu gl.fatetur contrarium, nec text
noſter vult aliud dicere, ſed vult facere cōparationem quan-
dam arguendo à maiori ad minus,hoc eſt de eo, qui ſoluit lite
adhuc pendente,ad eum,qui ſoluit lite iam finita per condem
nationem,vel abſolutionem. Nam hoc caſu, qn̄ fuit lata ſn̄ia
abſolutoria,vel condemnatoria,ſi poſtea debitor ſoluat, tamē
neutro caſu repetit,multò minus repetit in 1.caſu, qn̄ iudiciū
adhuc durabat,quo caſu nulla obligatio ſublata eſt,prout in 2.
caſu,quando fuit lata ſententia abſolutoria, per quam tollitur
ciuilis obligatio,ſi ergo iſto 2.caſu, quando lata ſn̄ia abſoluto-
ria,per quam tollitur ciuilis obligatio,debitor poſtea ſoluat,&
non repetit ſolutum,quantò minus repetet in primo caſu,quo
iudicium adhuc durat?& ſm iſtum intellect.Iuriſcon. in verſi.
quia nec abſolutus. mutat caſum,decidendo idem in terminis
fortioribus,& ſm iſtum intellectum in hoc tex.ponuntur duo
caſus,& omittitur tertius caſus,de quo gl.opponit.Primus ca-
ſus eſt,quando verus debitor pendēte iudicio ſoluit, & poſtea
alia ſententia non eſt ſequuta, & ſic non obſt. contrarium. Se-
cundus caſus eſt,quando debitor primò fuit abſolutus per ſen
tentiam,vel condemnatus,deinde poſtea ſoluit,iſte etiam non
repetit.iſti duo caſus bene ponuntur in tex.Tertius autem ca-
ſus,qn̄ debitor primò ſoluit,poſtea abſoluitur,nō ponitur hic,
quia obſtaret contrarium glo.& ſic ſm iſtum intellectum ha-
bes, ꝙ ſi verus debitor primò fuerit abſolutus per ſn̄iam diffi-
nitiuam iudicis,quæ tranſiuerit in rem iud.poſtea ſoluat illud,
quod debebat, ꝙ tamen non poteſt ſolutum repetere per ra-
tionem,de qua in tex.¶Contra iſtud opponebat gl.in 3.parte,
quæ ſimul iungi debet cum prima, quòd ſn̄ia debet haberi ꝓ
veritate.l.ingenuum.ff. de ſta.hom.& poſtquam ſn̄ia tranſiuit
in rem iud.nihil poteſt allegari,aut produci in contrarium, ēt
ſi ſint inſtr̄a nouiter reperta.l.Imperatores,cum gl. ff. de re iud.
l.ſub ſpecie. C.eo.ergo debitor,qui habet ſn̄iam pro ſe,quæ trā
ſiuit in rem iud.debet poſſe repetere illud,quod ſoluit, & ſi ille
excipiat ſibi,quod eſt debitum,debitor oſtendet, ꝙ imò eſt in-
debitum vigore ſn̄iæ,contra quam nihil poteſt allegari, vel op
poni, quia ſi creditor vellet probare, ꝙ eſt debitum, non ad-
mittitur ad proban.contra ſn̄iam, & ſic videtur,ꝙ poſſit repe-
ti.gl.no.rn̄det.in 3.parte ꝙ debitor poteſt abſolui per ſn̄iam dif
finitiuam altero de duobus modis.Primo,ꝙ abſoluatur,eo ꝙ
nihil debeat,vel quia non ſit debitor, & tunc procedit ꝯrium,
quia non poteſt probare ꝙ ſit debitum,quia tunc venit contra
ſn̄iam.Secundo poteſt abſolui debitor,eo quia actor debitum
non probauit,& tunc licèt iſta ſn̄ia tranſiret in rem iud. poſſet
tamen creditor qn̄cunque probare,& repetitionem impedire,
& ad hoc iſta gl.eſt not.vt dicam.ĩ.in gl.ſuper illa 3.parte. Nec
omitto, ꝙ alij aliter rn̄debant,& tamen cum diuinatione,& di
cebant,ꝙ debitor confitebatur debitum,ſeu dicebat ſe abſolu
tum per ſn̄iam,ſed ꝙ remanebat naturalis obligatio,quæ non
potuit tolli per ſn̄iam,& licet poſt ſn̄iam,quę tranſiuit in rem
iud.non admittatur probatio in ꝯrium, eo quia inducit præ-
ſump.iuris,& de iure,illud eſt verum,niſi per confeſſionē par-
tis.gl.eſt in Auth.ſed iam neceſſe,& in corpore vnde ſumitur,
C.de dona.ante nup.vbi Docto. glo. eſt in l.in contractibus.in
prin.C.de non num.pecu.(credo,quod ſit in verbo nullo mo-
do,) & ibi Bal.in fi.apparatus, & iſta ſaluatio eſt bona in ſe, ſed
dicere,ꝙ hic confeſſus fuit,eſt diuinare ad hunc text. Quatuor
alias oppoſitiones format Bar.hic,vide per eum, quia nihil ad-
derem.In ſecunda tamen op. ad reſponſionem Barto. fundatā
in c.veniens,de teſt.adde Barto.no.in l.2.§.1.in vltim. colum.ff.
vi bon.rap.& in Auth.at qui ſemel.in vltim.colum.C.de prob.
Iſtum primum intellectum glo.approbant omnes,excepto Albe.qui di
cit,ꝙ litera nullo modo mutat caſum, ſed continuat eundem
caſum,& in veritate videtur mihi,ſed Barto.met.in 3.colum.&
etiam in 5.fatetur,quòd intellectus glo.eſt bonus, ſed dicere,ꝙ
litera mutet caſum, vr̄ facere violentiam literæ. Et propterea
gl.ponit ſm princ.intellectum ibi,vel dic, ꝙ eodem caſu,ꝙ iu-
riſcon.non mutet caſum,ſed loquitur de vero debitore,qui ſol
uit pendente adhuc iudicio,quòd ſolutum non poteſt repete-
re,& probat continuando eundem caſum,non debet expecta-
ri caſus,cuius euentus nihil operatur,vt dixi.ſ.tunc ſi verus de-
bitor ſoluit pendente adhuc iudicio,fruſtra expectamus, ꝙ fe-
ratur ſententia, quia ſiue iſte debitor abſolueretur per ſenten-
tiam,ſiue condemnaretur,nullo caſu repeteret, quod probo:
nam ſi condemnaretur,res eſſet clara:ſi abſolueretur,ſententia
abſolutoria bene tolleret ciuilem,ſed non naturalem, & natu-
ralis ſola impedit repetitionem, ergo fruſtra expectamus ſen-
tentiam, cùm nullo caſu poſſit repetitionem dare, & ſecun-
dum iſtum intellect præſupponeremus,ꝙ tex.vellet illud, cui
de directò obſtat illud contrarium.ſ.formatum. nam vellet,ꝙ
debitor primò ſoluiſſet, & ꝙ adhuc poſſet abſolui diffinitiuè,
quod eſt falſum,quia poſtquam ſoluit, non poteſt abſolui niſi

ab obſeruantia iudicij non diffinitiuè.d.§.fi.Quomodo ergo reſpondebimus ad idud cõtrarium tenendo iſtum intellectum? Gl.reſpondet,ſed diuinando,quando debitor verè ſoluit,& de iſta ſolu.apparet,quia facta in præſentia notarij, vel iudicis,vel teſtium, tũc procedit ɔ̃rium, nec poſſet abſolui diffinitiuè,ſed hoc non poterat probare,ideo abſoluitur diffinitiuè, & ſubdit gl.ꝙ ſi poſteà poſſet probari,dato ꝙ eſſet condemnatus, tamẽ poſſet repetere quod primò ſoluit, & ſic vno verbo reſoluas iſtud ɔ̃rium, poſtquã debitor verè ſoluit, & de ſolut. apparet, nõ poteſt abſolui diffinitiuè, quia abſolutus eſt ipſo iure ſolutione eius quod debetur,ſed quando ſoluit,& non apparet,paria ſunt non eſſe,vel eſſe,& non apparere.l.duo ſunt Titij.ff.de teſt.tut.nimirum ſi poteſt abſolui diffinitiuè,ac ſi non ſoluiſſet. ¶Ex iſta 2.parte glo.habes tria prin.no. Primò ſm intellectum

11 ad text. timore contrarij, de quo.s.† Secundo habes multum no.ex glo.& Bar.multum ſignat,ꝙ reus opponens excep.ſolutionis,vel pacti de non petendo,per hoc non videtur fateri verum eſſe debitum principale,quod petitur per actorem:nam ſi reus opponens excep.ſolu.videretur confiteri debitum principale eſſe verum,non eſſet opus ꝙ actor aliquid probaret, & tamen glo.expreſsè vult, ꝙ ſi actor non probet debitum, licèt reus non probet excep.tamẽ debet abſolui,ergo expreſsè vult, ꝙ debitor conuentus opponen excep. ſolu. vel aliam,per hoc

12 non videtur confiteri debitum prin.† Tertiò habes ex glo.ꝙ ſi debitor in veritate ſoluit debitum,tamen quia fuit condemnatus per ſententiam,oportuit ſecundo loco ſoluere, pone,ꝙ poſtea ſuperueniant probationes,& poſſet probare, quòd primo loco ſoluit,hic eſt gl.quòd poteſt repetere per condi. ſine cauſa,quod primo loco ſoluit,non quod ſecundo loco, quia contra ſententiam non poteſt venire,& ideo poteſt repetere condi.ſine cauſa,quia cauſa redacta eſt ad non cauſam.Iſtis tribus ex ordine expeditis cum aliquibus deciſionibus Bar.cognoſcetis impoſitum finem eſſe in hac glo.¶Circa primum,inquantum glo.ponit ſecundum intellectum ad hunc tex. intellectus non eſt bonus,quia præſupponit,quod debitor primò verè ſoluerit,deinde poſtea lata fuerit ſententia abſolutoria,iſtud ſtare non poteſt, quia litera malè diceret ibi, natura tamen debitor permanet,quia ſi verum eſſet,quod primò ſoluiſſet, per ſolu. ipſo iure ſublata eſſet naturalis,& ciuilis obligatio, & malè diceret.Niſi diceres ſaluando glo.quòd remanet natura debitor, verum eſt reſpectu ſententiæ, quæ non potuit tollere naturalem oblig.ſed non reſpectu veræ ſol. Item iſte intellectus diuinat,dicere quòd ſoluit,ſed non potuit probare,nec tex.ſe fundat ſuper hoc, ideo tutior videtur primus intellectus, qui etiã mihi non placet,quia litera etiam non patitur, quòd mutetur caſus.¶Circa ſm,inquantum gl. vult,& expreſsè,quòd reus opponens excep.ſolu.non videtur confiteri debitum, dicit Bart. & benè,ꝙ hic eſt gl.ord. contra Dy.in regula excep. obijciens, de reg.iur,in 6.vbi tenebat Dy.quòd reus conuentus opponendo actori excep. ſolu. ſatis videtur confiteri debitum verum eſſe,adeo quod actor aliter non debet probare, verè hic eſt gl. expreſsè contra eum,tamen ſi Dy.viueret, crederem quòd reſponderet,quòd iſta gl.nihil facit,quia iſta gl.loquitur,quando debitor primò negauit debitum,& poſtea oppoſuit excep.ſol. tunc bene verum eſt,quòd non videtur confiteri, ſed quando ſolùm opponit excep.ſolu. non negando, tunc bene videtur confiteri debitum.Et fortè Bar.qui perpendit de hoc,dicit contra Dyn.eſſe tex.in l.cùm de indebi.ff.de proba.& dicit ſe plenè dixiſſe in l.nemo.ff.de except.ibi nihil dicit, ſed bene dicit in l.

13 non vtiq;.ff.de excep.† Adde,ꝙ iſtam gl.reputat ſingu. Bald.in c.cum in iure peritus,in 3.colum. de offi. deleg. quæ ſimpliciter vult,quòd excipiens de ſolutione, & ſic negans obligationem,non intelligitur confiteri debitum, quod intellige, vt ibi per eum.Fulg.hic dicit,quòd illa.l.cum de indebito. nihil probat,& quòd potius probat contra Bar. in ver. ſi verò ab initio, & aliter non declarat.Ego puto,quòd Bar.ibi voluerit alleg.illam.l.cum de indebito.in princ.non in ver. ſi verò, hoc modo. Pone, aliquis agit contra aliquem,iſte dicit ſe ſoluiſſe, & probat ſolutionem,an per hoc quòd probat ſolu. videatur confiteri debitum?dicit ibi text.quòd non,quia imò niſi ille oſtenderet debitum præceſſiſſe,poterit repetere.Et inuenio,quòd ipſemet Bart. in d. l. non vtique.magis ita declarat iſtam inductionem, & dicit, quòd fecit iſtam inductionem ſecundo anno, quo legit.ff.nouum,tamen vt ſubtilius inueſtigetis,ego,dico,ꝙ ille tex.probat contra Barto.& ibi eſt caſus pro Dyn in illomet princip. quod ponderat Barto. & pondero rationem aſſignatam ibi in text.in princip.dicit text. Pone, ꝙ ille, cui pecunia fuit ſoluta,negauit ſibi fuiſſe ſolutum, propter hoc opportuit, ꝙ iſte probaret ſolutionem,& probauit;ille,poſtquam fuit cõuictus de mendacio,dicit eſt verum, ꝙ tu ſoluiſti,ſed debebas mihi,quis debet probare fuiſſe debitum?dicit ibi tex. ꝙ ille,qui recepit, tenetur probare. Ratio, quare tenetur probare,dicit tex. in verſi.etenim,abſurdum eſt aſſignare rationem,quod ille, qui negauit veritatem teneatur probare, ideo ibi tenetur probare in odium mendacij ſui, & quòd ſit verum, ſequitur ver.ſi verò ab initio,vbi ſi ab initio confeſſus fuiſſet pecuniam recepiſſe,certè ipſe non debuiſſet probare debitum,quia eo ipſo, quòd ſoluit, præſumitur debitum præceſſiſſe, quia nemo præſumitur iactare ſuum, & ad hoc millies allegamus illum text.& ſic text.in d. l. cum de indebito.in eius ratione multum ſtringit pro opin. Dyn. quam opin. tenuit Bald. in l. decem. de verborum oblig.Niſi fortaſſe quis diceret,ꝙ ille tex.non opponebatur per viam excep. ꝙ ſoluiſſet, ſed agebatur condi. indebi.& ſic via actionis,& de illo tex. vide aliam inductionem,& reſponſionem per me datam.ĵ.propè fi.iſtius commenti.Con-

* cludendo *communis ſententia eſt* [a] contra Dyn. & reus conuen-

a tus opponendo excep.ſolu.vel pacti de non petendo, non per hoc videtur confiteri debitum,ita concludunt Bart.& Moder. hic,& Doct. in locis.ĵ.alleg.& pro communi ſententia ſunt boni text.in l.non vtique.ff.de excep.& in d. regula exceptionem obijciens,& in c.cum venerabilis.de excep. vbi Can. per illum tex.etiam tenent hanc partem.Pro iſta cõmuni ſententia ſtringit etiam bona ratio, nam ex eo, ꝙ quis impugnat, ſe iuuare non poteſt,regula ex eo.de regul.iur. in 6. & l. poſt legatum.in prin.vbi plenè Bar.ff.de his,quibus, vt indig. tunc ſic, creditor petit à me 100.quæ dicit mihi mutuaſſe,ego oppono except. ſolu. tunc ſic. Aut creditor acceptat confeſſionem, aut negat: primo caſu ſi acceptat,res clara eſt:ſi verò negat,ſuccedit.d.regula ex eo.ſi enim impugnat iſtam excep. quomodo poteſt ſe fundare?Secundò bene facit, quia actus agentium non debet operari contrarium voluntatis, etiam ſi contrarium innuere videatur,ita probat tex.no.in l.Titia.§.fi.ff.de manu. teſt.l.cum tale.§.legato. ff.de condi. & demonſt. facit regula. l. ſi quis nec cauſam,& l.non omnis,in prin.s.ſi cert.pet. tunc ſic. Quando reus conuentus opponit excep. ſolu. eius intentio non eſt fundare intentionem aduerſarij, & ſic fateri debitum præceſſiſſe, ſed eius ſententia eſt infringere petitionem, vnde ſi per illam except.videretur confiteri debitum (quod non eſt dicendum) operaretur contrarium effectum,ſcilicet firmando opin. actoris. Tertio ad idem facit, quia exceptio ſolu. oppoſita non infert neceſſariò,ꝙ debitum præcedat.ſtat enim ſimul,ꝙ quis ſoluerit, & tamen non eſſet debitum, aut habebat excep. impedientem petitionem.Iſtam opi.vt prædixi,tenet Barto. in l.non vtique.ff.de excep.iſtam opin.tenet etiam Bart. in l.ſi quidem. vbi etiam Petr.& Cyn. C. de excep. & Bald. ſibi contrarius in l. exceptionem.per illum text. ſecundum vnam lectu. C.de proba.& diffusè Moder.Ange.Imol. & copioſè. dom. Alexan.in l. decem.ff.de verborum oblig.Cano.in prælleg. cap.cum venerabilis.Dom.Anto.& Imol.in c.ex parte decani. de reſcrip.Spe. & Ioan.And.in titu.de excep. §. viſo. in pluribus. verſi. illius.§. Bald.in l.alia.C.de his qui.vt indig.& in l.age.in 1.not.per illum text.C.de tranſact.& in repet.l.cum mulier. in 20.colum. & ibi

* Imol.in 19.colum.ff.ſolut.matrimo.*& iſta eſt communis, & vera ſententia.* Eſt verum,quòd pro opin.Dyn.contraria habemus glo.expreſſam,quæ idem tenet in §.ſuſpecto.in Auth.de exhib. reis.quam glo.ad hoc not. Bald. in l.2.in 3. colum. C. quando fiſ.vel priua. ſed illa glo. debet reprehendi, prout etiam reprehendit dom.Fran.Aret.in d.l.decem. in 6. colum. Ex prædictis pro communi ſententia etiam facit illud,quod no. Ange.dicit, & Imol.in l.Gallus.§.forſitan.per illum tex.ff. delibe.& poſthu. quod reus conuentus pro executione ſententiæ contra eum, vt dicitur latæ, ſi excipiendo neget talem ſententiam fuiſſe rectè latam, non per hoc videtur fateri talem ſententiam fuiſſe

14 latam.¶† Ad tollendum tamen has difficultates datur cautela, quòd reus conuentus non ſemper opponat has except. ne ſe ponat in ambiguo, ſed primò neget debitum eſſe verum,& ſi debitum fuerit, (quod tamen non fatetur) opponit except. ſolut.Iſtam cautelam tradit Bald.in d.l. decem,per doctri.glo. ordin.in l.ſi quidem. C.de excep. Iſtam cautelam etiam ponit Fulgo. hic,nullam faciens de Bald.mentionem. idem dicit Bal. in cap.cum in iure.in 3.colum.de offic.deleg. Iſta cautela non eſt vera,nec tenenda, eo quia eſſet contra ſalutem animæ negare debitum,quando præceſſit,& propterea homo debet potius omnia mala pati,q̃ negare veritatẽ,ẽt ſi ɔfitendo veritatẽ confeſſio

ADDITIO.

a ¶Communis ſententia.Quam ſequitur Alex.conſ.183.col.fi.conſ.185.col.2. poſt num.5.lib.6.Rip.reſpon.153.nu.5.& hoc in exceptione ſolutionis. Quo verò ad alias,dic vt per Nat. conſi.134. D.Oſaſc. deciſ.178. nu. 9. vbi concludit pro negatiua ſecundum communem ibi alleg. quam etiam approbat Anto.Gomez.de delic.c.12.nu.16.plura not.Aret.in §.ſequitur.col.18. inſti. de excep.Pract. Pap.for.reſponſ.rei conuen.verſi.ſaluis.nu.9. MASVER.

confessio posset esse nociua confitenti, iuxta gl. in c. cupientes. in prin. in vers. malignantium, vbi Cano. omnes præsertim Pet. de Anch. Imol. & Gemi. de elect. in 6. & retuli opportunè in l. manifestæ. ꝭ. de iureiur. & ita reprehendit Imol. in d. l. decem. in vlt. col. & Cano. in d. c. cum venerabilis. Melior ergo cautela est, & ista placet, ꝙ reus conuentus non neget debitum, quando debitum præcessit, sed ꝙ reus respondeat conditionaliter, si aliquid tibi debui, vel debeo tibi vigore alicuius instri, ego solui, nec potest videri confiteri debitum propter conditionem præcedentem, ita Imol. in d. l. decem. & Cano. in d. c. cum ve-
25 nerabilis, & istud puto tutius. † Stat ergo vera cõclusio, ꝙ reus conuentus opponens excep. solu. vel pacti de non petendo, vel excipiens conditionaliter, non per hoc videtur fateri debitum præcessisse. Limita sing. nisi talis reus in excep. vteretur talibus verbis, quæ de necessitate includerent debitum, ideo debet esse cautus aduocatus, vel procurator rei, vt diligenter ponderet verba excep. nam si diceret reus se liberatum, quia soluit, illa dictio liberatum, necessariò præsupponit obligationem præcessisse. d. l. decem. istud est, quod pluries reassiumit Bal. maximè in l. vnica. in 5. col. C. de confes. & in l. 1. in 10. col. C. de fur. & in l. si magna. C. qui accu. non pos. & in Auth. si dicatur. in fi. 1. col. C. de testa. Est verum, ꝙ istam 1. limitationem reprehendunt, & fortè melius Ange. & Imol. in d. l. decem. ¶ Secundò limita d. conclu. non habere locum in criminalib. in quibus si reus accusatus de homicidio dicat se fecisse ad sui defensionem, certè si non probat se fecisse ad sui defensionem, & sic hanc qualitatem, ex sua confessione poterit conueniri de homicidio, quia videtur homicidium confiteri, sm Bal. & Imol. in d. l. decem, & hoc expresè tenet Bar. in l. Aurelius. §. idem quęsijt. ff. de lib. leg. & ibi assignat rationem, eo quia præsumptio est ꝯ eum, per l. 1. C. ad l. Corn. de sica. cum multis suis concor. & sic
26 remanet expedita. 2. princ. conclu. ¶ † Tertiò habes diligenter no. ex hac parte gl. ꝙ si reus debitor in veritate soluit debitum, & creditor denuo egit ad debitum, & quia debitor non potuit probare solutionem, condemnatus est denuo ad soluendum, & denuò soluit, postea superueniunt veræ probationes, qualiter primò verè soluerat, hic habetis solennem glo. de hoc casu volentem duo. Primum est, ꝙ iste debitor poterit repetere id, quod primo loco soluerat, non illud quod soluit auctoritate sententiæ, contra quam venire non potest, & in hoc gl. optimè
27 loquitur. † Secundò habetis, ꝙ illud, quod primò soluit, poterit repetere non per condi. indebi. sed per condi. sine causa. Ratio est, quia illud quod primo loco soluit, non erat indebitum, imò debitum, sed causa prima redacta est ad nõ causam, ideo
28 competit condi. sine causa. ¶ † Et ex hac gl. infert pulchrè Bart. ad statutum, (& signa multum istam decis.) stante statuto, ꝙ contra instrm nulla possit oppo. excep. nisi solutionis, quę probari debeat per aliud instrumentum, pone, creditor habet instrumentum crediti sui, ego solui sibi bona fide in præsentia duorum, vel trium testium, tñ de solu. nullum fieri feci instrumentum, creditor denuo petit, & producit instrm, ego oppono solu. sed quia non possum probare per instrm, condẽnor, & denuo soluo. dicit Bar. per istam gl. colligi practicam, ꝙ potero probare sol. per testes, quam primò feci, & eam repetere. Videamus nunc an dicta gl. sit vera, & Bart. circa primum, inquantum gl. concludit, ꝙ si ego verè solui debitum, sed quia probare non potui solutionem, oportuit me secundo loco soluere, si postea probo de solu. prima, potero repetere id, quod primo solui, non per condi. indebi. sed per condi. sine causa, & sic condi. indebi. istò casu locum habere non potest. Adde, ꝙ
* idem quod gl. *tenent vniuersi Scribentes hic*, nullo penitus dissentiente. tenet Bar. in l. si sine. §. cum autem. ff. rem rat. hab. Bald. in l. 2. in 2. col. C. de const. pecu. & in l. sub specie. C. de re iud. & in l. 1. in vlt. col. C. quando prouo. non est neces. Pau. de Cast. in l. si fullo. ꝭ. de condi. sine causa. & in l. eleganter. § si quis post. ꝭ. eo. & latè Ange. de Are. in l. fi. in vlt. char. magna. ff. à quib. appel. non licèt, vbi dicit, ꝙ multum notãda sunt ista verba Bar. post gl. Ita etiam tenet do. Alex. in l. Imperatores, in vlt. col. ff. de re iud. Fundamentum est, quare non competat condi. indeb. quia quando soluit, erat debitum, licèt illa causa reducatur ad non causam, vt hic per Doct. Ego autem tenendo contrarium audacter puto, ꝙ non solùm competat condictio sine causa, per d. l. si fullo. sed competat condi. indeb. & pro hoc adduco duos tex. in l. si non sortem. §. fi. ꝭ. eod. & ibi multum ponderaui, vbi est tex. ꝙ si debitum efficiatur indebitum ex post facto, tamen competit condi. indebi. & sic ꝙ si tempore solutionis illud, quod soluitur, erat debitum, si postea efficiatur indebitum, potest repeti, & istud est de quo ibi Fulgo. plurimum admirabatur. Secundò, & fortius stringit text. qui non posset esse magis in terminis in d. l. eleganter. §. si quis post. vbi est text. de broca pro ista dubitatione, & inuenio, ꝙ idem tenet Bar. melius considerans, istud tangens in l. 1. C. de condi. indebi. & idem Barto. in l. si fullo. præalleg. & in l. 1. §. & parui. in vlt. colum. ff. quod vi aut clam. & in d. l. si sine. §. cum autem. & istud vlt. puto esse tutius, & verius de iure. Ad istam deci. gl. vide notabilem quæstionem in simili traditam per Barto. in l. Senatus. in pen. quęst. ff. de accusa. vbi quærit Barto. pone, in ciuitate sunt duo statuta, vnum disponit, quod pro vulnere sine cicatrice sit pœna centum librarum, si autem sit vulnus cum cicatrice, si pœna manus, tunc sic, pone, aliquis fuit accusatus de vulnere, & postea condemnatus, quia credebatur, ꝙ non esset remansura cicatrix in 100. libris, & soluit; postea qa apparuit ꝙ est remansura cicatrix, fuit condemnatus ad manum, an poterit repetere, quod primò soluit? & decidit ꝙ sic, ita etiam tenet Bald. in l. fi. in fi. C. de fideicom. lib. Quid autem esset si prima pœna non esset repetibilis, an posset imponi secunda, & denuo puniri? Exemplum, in aliquo statuto imponente pœnam primò fustigationis, secundò amputationis manus; fuit imposita prima pœna fustigationis, postea apparet de cicatrice remansura, an possit in pœnam manus condemnari? tangit Bar. in illa l. Senatus, & dicit cogitabitis. Inuenio tamen Bal. in c. at si clerici. in 4. colum. in fi. extra de iud. & Barto. met in optimo simili in l. eleganter. §. qui reprobos. in fi. vbi no. illum tex. ad hoc. ff. de pigno. act. qui decidit casum. Pone, aliquis fuit condemnatus, ꝙ deberet sibi effodi oculus dexter, pone per errorẽ fuit effossus oculus sinister, an debebit etiam effodi oculus dexter? Dicit Bart. ꝙ non, quia pœna non est reiterabilis. facit tamen aliqualiter tex. in simili, qui est singularis in l. qui seruum. in prin. ff. de interrog. act. & Bald. in c. 1. de pac. ten. dicit, si aliquis confessus est se occidisse, & non occidit, si puniatur, non debet postea pu-
19 niri ille, qui verè occidit si reperiatur. ¶ † Circa secundum dictum Barto. inquantum dicit de statuto, quo cauetur, ꝙ non possit opponi exceptio solutionis, nisi per instrumẽta, &c. Ad-
* de, ꝙ *cum Bar. tenent alij omnes hic*, & in specie Ange. in 4. colum. dicit, ꝙ glo. nostra est multum singulariter not. ad practicam istius statuti, & idem tenet Bald. in pulchro simili in addi. Spec. in tit. de appel. in versi. quid si iudex. vbi quærit Bald. Pone, ꝙ instrumẽtum ex forma statuti habeat executionem paratam, scitis, ꝙ stante dicto. statuto non potest opponi exceptio requirens indaginem altiorem, vt declarat Barto. in l. ille à quo, vbi etiam Doct. ff. ad Treb. Pone, ꝙ quis agat contra me, ego opposui exceptionem solutionis, iudex. eam non admisit, quia requirit altiorem indaginem, dicit Bald. per istam glo. ꝙ potero
20 repetere, si secundò contingat me soluere. † Et per istam gloss. decidit Bald. in l. 2. in princip. C. vt in posses. leg. pone, testator in testamento fecit quædam legata certis personis, & ordinauit, ꝙ hæres solueret. ꝭ. tantum tempus, & ꝙ teneatur ostẽdere per publicum instrumentum, aliàs hæres teneatur denuo soluere, pone hæres soluit in præsentia testium bona fide sine instrumento, legatarij denuo agunt contra eum, & condemnatur, dicit Bald. ꝙ poterit repetere, quod primo loco soluit probando per testes. Ego dubito multum, quia illud, quod secundo loco soluit, videtur adiectum nomine pœnæ, & sic non potest repeti. ita disponit ti C. de his, quæ pęn. nom. vbi testator potest imponere hæredi quamcunq; pœnam voluerit, & si non facit, ꝙ isto casu secundo loco tenetur soluere pęnæ nomine, nec illa poterit repeti, & in istis terminis non loquitur gl. hic, tamen cogitabis. Et proprerea dubitat alibi Bar. an testator in testamẽto possit cogere hæredem soluere vsuras. Est quæstio. Bar. in l. 2. ff. de his quæ pœn. nom. est verũ, ꝙ contra prin. deci. Bar. de statuto hic, tenuit Bal. in l. 1. C. eo. & Sal. in l. ita nobis pudor. C. de adult. sed tu videas Ang. de Aret. defendentem Bart. & respondentem ad omnia obiecta Bal. & Sal. in l. fi. in 4. vel vlt. col. ff. à qui appel. nõ licet. Et ex his erit perfectè expedita secunda pars princ. glo. ¶ Sum nunc 3. parte prin. glo. ibi, secundum autem primum: Ista pars fuit declarata superius simul cum prima par-
21 te glo. cum qua simul iungi debet. † Istam tertiam partem multum no. Doct. maximè Barto. quòd si reus conuentus fuit absolutus, & ab illa sententia non sit appellatum, & sic transiuit in rem iudicatam, an creditor possit in alio iudicio denuo agere. Gloss. hic multum solenniter distinguit, & eam multum signa, & not. Aut reus fuit absolutus, quia nihil debet, & tunc nõ potest creditor eum conuenire amplius, etiam per instrumenta nouiter reperta, quia est speciale fauore pupilli, & reipub. l. Imperatores. cum gloss. ff. de re iudic. l. sub specie. C. de re iud. Aut debitor fuit absolutus, quia creditor nihil probauit, tunc poterit creditor denuo agere, & de nouo probare, & cum hac
* distinctione glo. transeunt *cæteri omnes*, excepto Fulg. qui solùm pungit hoc, dicendo ꝙ ista distinctio nulla l. probatur. Ego tenui istam distinctionem, vbi feci mẽtionem de hac gl. plenè in l. admonendi. in glo. magna. in ver. ex hac. in 2. parte princ. ff. de iureiur. ibi vide per te. Et ad istam doctri. Bar. quomodo possit

in practica verificari, vide p Ang.& Imo.& Are. in l. ex duob.
ff.de duo.reis.Stat ergo, ꝙ si debitor sit absolutus, eo quia non
sit debitor, ꝙ tunc non potest actor venire contra sñiam, & ꝓ-
bare debitum.¶Istam conclu.limitat Bart.sparsim, & in varijs
locis, ego reduco ad ordinē suum. Primò limitat singulariter,
& mirabiliter Bar.in 4.col.per totam hic post Iac.But. vt proce
dat, qñ reus fuit absolutus per verba ista prægnantia, scilicet q̄a
nullo modo, aut nullo iure est debitor, tunc procedit glo.sed si
iudex simpliciter absoluisset reum, eo quia non est debitor, di-
cit Bar.ꝙ intelligeretur, eo quia non est debitor, scilicet ciuili-
liter, & istud sufficit ad hoc, vt possit absolui, quia ex sola natu
rali teneri non potest. Ratio ſm Bar.& Iacò.Butr.est, quia sñia
est stricti iuris, & debet intelligi strictè, vt minus lædat partem,
q̄ sit possibile, sed si diceret nullo modo, intelligeret nec natu-
raliter, nec ciuiliter, saluo nisi aliter apparet ex actis, quia senten
tia debet referri ad acta l.hæc sñia. C. de senten. quæ sine cert.
quant. Secundò limitat Bar.in 14.col.nisi reus dolo fuisset abso
lutus, quia licèt transiisset in rem iud. tamen posset restitui in
in integ. vel agere de dolo.l.si seruus, & l. cum à te. ff.de dona.
Tertio limitat Bar.hic, in 2.col.post Vltramon. ꝙ creditor non
possit amplius probare, vel agere, quando reus fuit absolutus,
eo quia nullo modo debeat, verum est, ꝙ non admittitur tunc
probatio postea per testes, vel per instrumenta, vel per simile
genus probationis, sed bene admittitur probatio per confessio
nem propriam partis, quia si reus met confiteatur sñiam esse
iniustam, & se verum debitorem, ista probatio admittitur. Ad-
mittitur etiam ꝯ præsumptionem iuris, & de iure ista proba-
tio per confessionē partis.gl.& Doct.in Auth. sed iā necesse.C.
de dona.ante nup. & dictum est s̄. per multos concor. & cum
istis limitationibus transeunt omnes hic, præterquam in 1.limi
tatione, inquantum constitui differentiam, an reus absoluatur,
quia non sit debitor, vel adijciatur, quia nullo modo sit debi-
tor, quia primo casu intelligitur de ciuili obligatione tantum,
secundo casu non intelligitur debitor nec ciuiliter, nec natura-
liter, vt per eum. Istam limitationem reprehendit Pau.de Cast.
quia ex quo verba sententiæ sunt negatiuè prolata, quia non
est debitor, natura negatiuæ est ſm eum, vt quicquid inuenit,
destruat, alleg.gl.in l.hoc genus.in fi.gl.ff.de condi. & demonst.
cùm negatiua destruat quicquid antecedat, ergo est perinde
ac si diceret, quia nullo modo est debitor, nec ciuiliter nec na-
turaliter, debile est arg. magis stringeret arg. q̄a indefinita æqui-
pollet vniuersali l.si pluribus, & ibi latè Bar.ff.de leg.2.& l.si plu
res.ff.de leg.3.ergo cùm iudex in sententia absolutoria indistin
ctè dicat, absoluo reum, quia non est debitor, est perinde ac si
dixisset, quia nullo modo est debitor, quia indefinita æquipol-
let vniuersali, stat ergo doct. gl. multum signanda cum trib. li-
mitationib Bar.sparsim traditis, & ſm Pau. de Cast. est sing.in
22 iure.† Et inducitur per Bar.in 5.col.ad vtilem, & quotidianam
quæst.quæ millies contingit in practica. Pone, factum est com
promissum, in quo partes expreisè promiserunt stare laudo ar
bitri, & promiserunt nō petere reductionem ad arbitrium bo-
ni viri sub certa pœna, certum est, ꝙ talis promissio intelligit̄ si
arbiter æquè, & iustè fuerit arbitratus.tex est in l.si libertus iura
uerit ff.de oper.lib.& in c.Quintauallis.de iureiur. Pone, lata sen
tentia arbitri, seu laudo arbitri, pars petijt reductionem ad arbi
trium boni viri, pone, ꝙ ille, coram quo petita est reductio, de-
cidit laudum æquè esse prolatum, altera pars petit pœnam ap
positam in compromisso, an in isto iudicio, in quo petitur pę-
na, possit pars denuo probare de iniquitate laudi non obst. ꝙ
laudum cōfirmatum sit per iudicem reductionis? In hoc quo-
tidiano passu Ludo.Rom.in repet.rub. ff.de arb.in antep.& pe
nul.col.refert, & infideliter quamplures varias opin. quas non
inuenio, quib. prætermissis dico, ꝙ in hoc passu quatuor sunt
prin.sñiæ, quas breuiter refero.¶Prima fuit opi. Dy. cuius fuit
originalis ista quęstio in consil. suo incip. Ptolomeus Spoleti,
vbi concludit, ꝙ in isto iudicio pœnæ non possit amplius pro-
bari de iniquitate laudi propter sñiam reductionis confirman
tem laudum, pro qua sñia alleg.bonus text. in l. qui Romæ.§.
duo fratres.ff.de verb.obl.tenendo intellectum Bar.qui præsup
ponit, ꝙ sñia ibi fuerit iniusta, & t̄n facit, ꝙ quando petitur pę
na, nō possit amplius cognosci super diuisione hæreditatis ibi-
dem facta, ſm quem intellectum ille tex. redditur dubitabilis,
& vtilis, ſm alios intellectus est quasi de indubitabili. Secundò
alleg.tex.in l.ex diuerso.§.1.ff.de rei vend.inducendo, vt ibi per
Bar.in 1.col.in fi. Ibi enim est tex.ꝙ sententia lata super fundo,
& sic super principali, extenditur etiam ad fructus, & conse-
quenter ad accessoria, sic erit in proposito, ꝙ sentētia reductio
nis lata super prin.extenditur etiam ad pęnam. Istam opi.Dyn.
tenet dom.Ant.in c.Quintauallis, circa pen.col.de iureiu.Bart.
in d § duo fratres.in 2.col.Bal.in c.1.in ti. Imperator Lothar.
in vsib.feu.& in l.edita.in repe.Paduana.in 14.col. ver.8.oppo.

C.de eden.Saly.in l.si societatem.§.arbitrorum.in 22. q. j. pro
socio, & in l.cum antea.ad fi.C.de arbi. Secunda principalis est
* opin.Bar.in hac.l. *Et ista est communis, & vera*, & eam tenent cō-
muniter Legistæ & Cano.secundum quam dicit Bar.hic se in
contingentia facti ita iudicasse, & fundatur in doctri. huius gl.
sing.nam debet distingui, vt in hac glo. Aut enim iudex redu-
ctionis confirmauit laudum arbitri, eo quia iustum, & ęquum
est, & tunc si agatur ad pœnam, pars à qua petitur pœna, non
poterit amplius ꝓbarę de iniquitate laudi, quia de directo ve-
niret contra sententiam reductionis. Si autem iudex reductio-
nis absoluit reum simpliciter nulla causa expressa, aut confir-
mauit laudum arbitri, eo quia pars aduersa non potuit proba-
re de iniquitate, tunc quando petetur pœna, poterit probari de
iniquitate, quia tunc non deuenitur contra sententiam, secun-
dum doct. huius glo.& sic tu prouectè pondera, ꝙ opi.Barto.
quæ est communis, est potius limitatio ad opin.Dy. de Muxel.
Istam opi.tenet etiam Bar.in d.l.ex diuerso.§.1.in 2.colu. Bald.
qui millies variauit in l.qui cum tutorib.in prin.ff.de transf.& in
l.si iudex.ff.de his, qui sunt sui vel alien.iur. tenuit etiam Ange.
hic, qui alibi semper tenuit contrà Bar. tenet Raph. Fulgo.hic,
Imol.Paul.de Cast.& communiter Moder.in d. §. duo fratres.
Imo.in c.Quintauallis.in vlt.char. de iureiur. & ibi dom. Abb.
Panor.in 28. colum. cum aliquali tamen limitatione, & istam
sequor, & istam teneo. ¶Tertia principalis fuit opi. de directo
contraria duab.præced.ꝙ imò semper, & quandocunq; possit
de iniquitate laudi probari, & ostendi, quam tenuit Ange. in d.
§.duo fratres.referēs, ꝙ idem etiam tenebat ibi Bal. & Io. And.
in addi.Specu.in tit.de arbi.§.fi.in ver.item quid si compromis
sum, & refert Ang.ibi, & in l.tres fratres. ff.de pact.ꝙ aliàs in ci-
uitate Perusij, dum ista quæstio esset de facto, & opin.Bar.esset
paritura magnum scandalum, ꝙ Bar. met metu talis scandali
consuluit pro ista opi. Istam opi.tenet Bal.Ang.& Pau.de Cas.
in l.tres fratres.ff.de pact.Bald.in Auth.generaliter. in 3.colu.C.
C.de epis.& cler.& multum latè Bald.in l.quod te.in 3. col ff.si
cert.pet.¶Quarta, & vlt.est sententia eiusdem Bald. in l. eos.§.
cautionem.C. de appel.qui distinguit inter compromissum fa-
ctum ex necessitate, puta statuti, & compromissum merè vo-
luntarium: primo casu procedat opin. Ange. ꝙ quandocunq;
possit de iniquitate laudi probari, non obst. sententia confirma
toria reductionis. Secundo casu sit secus, & procedit commu-
nis sententia, mouetur quia ll. magis subueniunt facienti actū
necessarium, quàm voluntarium, tex.est in l.si fideiussor.§.si ne
cessariò.ff.qui satisd.cog. Istam opi. in effectu sequitur Ludou.
Roma.in prælleg.rub.ff.de arb.in pen.col.Saluo, ꝙ in 2.mem-
bro in compromisso voluntario facit differentiam inter acto-
rem, & reum, vt ibi per eum.teneas opi.Dyn. limitatam secun-
* dum opin.Bar. *quæ est vera & communis*, & multum bene funda
tur in glo.nostra. Ad istum arti.vltra diffusè tradita per Moder.
maximè dom.Alexan.in d.§. duo fratres, vide etiam per dom.
Alex.in consi.66.5.volum. incip. visis dubitationibus. Intellige
tamen semper, quando quæstio pœnæ vertitur inter casdem
personas, inter quas lata est sententia reductionis ad arbitrium
boni viri, secus est inter alias personas, quia tunc illa sententia
non impediret, secundum Barto.in l. quidam cum filium.ff.de
verb.obl.per illum text.cum suis concord. & in specie Pau. de
Cast.hic.¶Illud etiam diligenter no. pro limi. prædictorum, ꝙ
iusta causa excusat à pœna compromissi, etiam si non sit vera,
ita in terminis dicit Io.And.in addi. Spec. in tit. de arbitro.§.fi.
in ver.item quid si compromissum. in addi. quæ incip. scilicet
de pact.quem simpliciter refert, & sequitur Pau. de Cast.hic in
6.col.Ego addo Bal.& Ang. in terminis idem tenentes in l. tres
fratres.ff.de pac.& in l.qui cum tutorib.in prin.ff.de transf.& in
l.fin. C.de arb.& in l.non solum.ff de rei vend.Ang. expresse in
d.§.duo fratres, & dom.Alex.in cons.174.incip.opportunè con
siderato themate.in 3.col.ad fi.lib.2.potest confirmari supradi-
cta limitatio, quia iusta causa regulariter excusat à pœna. Au-
then.omnes peregrini, quam ad hoc ibi not.Bald. C.comm.de
succes.idem Bal.in Auth.generaliter.C.de epis. & cle. est bona
glo.in c.1.in gloss. 1. de elect. in 6. Prædicta omnia procedunt,
quando iudex reductionis confirmauit laudum arbitri in to-
tum, quid ergo si in parte confirmasset, & in parte reprobas-
set, an posset peti pœna saltem in parte? tangit Bald.in l.fi.C.de
arbit.ad quem se remittit simpliciter Paul.de Cast.hic in 7.co-
lum. vide tu latius de hoc puncto per Bald. in l. eos. §. cautio-
ne. C. de appel. Alexand. in d. §. duo fratres. not. bene prædi-
cta, quia frequenter occurrunt. Et per ista remanet expedi-
ta tertia pars princip. huius gloss. ¶ Sum in quarta parte
princip. ibi, sed secundum Pileum. in qua parte Pileus secun-
dum Bart.& communiter Docto.tradit tertium intellectum,
quem glo.ſm Bar.& communiter Doct.hic ponit, & ad eliciē-
dum istum intellectum Pil. Bart. facit quandam inductionē,

vt hic

vt hic per eum. Mihi videtur, ꝙ verba Pil. secūdum, ꝙ referuntur in glo. nisi Bart. alibi viderit, ꝙ ignoro, non patiantur istum sensum, quia Pileus non ponit nouum intellectum, sed solùm contradicit dictis s. in 1. parte gl. in primo intellectu. nam conclusum est s. in prima parte, & in tertia parte glo. quòd si verus debitor primò fuit absolutus per sententiā, & post sententiam tamen soluit, ꝙ nō potest solutum repetere. Pileus istud reprehendit, quia ex quo primò fuit absolutus, certè iste verus debitor tempore quo soluit erat iam tutus exceptio. sententiæ, quæ est perpetua, & fauorabilis, ideo si soluit errore iuris vel facti, solutum potest repetere, per regulam. l. qui exceptionem. in princ. s. eod. secus esset si scienter solueret, tunc non posset repetere. Et si dicis tenendo opi. Pil. quid respondes ad hunc text. qui vult, ꝙ non possit repetere debitor, quamuis absolutus, quia natura debitor remanet, quia sic etiam est in casu Pilei, licèt sit tutus excep. sententiæ, tamen remanet naturalis obligatio? Respondebat not. Pil. ꝙ iste text. non mutet casum, vt dicit glo. in primo intellectu, sed loquatur quando debitor pendente adhuc lite soluit, tunc non potest repetere, etiā si postea absoluatur per sententiam. Ratio est, quia dato, ꝙ postea absoluatur, tempore quo soluit, soluebat debitum, & tūc nullam habebat exceptio. ideo nimirum si non repetit, quia exceptio posteà sibi superueniens nihil sibi proficit. ita intelligit istum text. hic, sed quando lata erat sententia absolutoria antequam solueret, certè illo tempore quo debitor soluit, iā erat tutus excep. perpetua, & fauorabili, & ideo solutum potest repetere, si soluat errore iuris, vel facti secus si scienter. Et propterea dicit glo. nostra in fin. ꝙ Pileus aliter intellexit verbum, absolutus, quàm glo. in primo intellectu. Istam credo fuisse opi. Pilei. non respondet tamen Pileus ad argum. ꝙ adhuc remanet naturale debitum, quod debet impedire repetitionem. ¶Pro clara ergo intelligentia huius partis glo. punctus est videre, an verè debitor, qui tempore quo soluit, erat tutus exceptio. sententiæ, si soluat errore iuris, vel facti possit repetere. Pileus hic, vt videtis, tenet ꝙ sic, glo. vestra in prima, & secunda parte tenet contrarium, & idem tenet Bart. reprobata opi. Pilei, ꝙ imò quocunque errore soluat, nunquam repetat, quia semper subest naturalis obligatio, quæ impedit repetitionem, vt hoc text. Et pro perfecta doctr. Bart. melius quàm alibi ingreditur hanc materiam, an & quando tutus exceptione si soluat, possit repetere. Et vt clarius loquar quàm Bar. aduerten. est ex mente eiusdem, ꝙ duplex est exceptio, quædam est exceptio, per quam tollitur omnino naturalis, & ciuilis obligatio ipso iure, vt exceptio solutionis, & ista non est propriè exceptio, ideo appellatur exceptio intentionis, & facti, quia agēs agit de facto, vt est glo. magistr. vbi dixi in l. qui se debere. ff. de condi. ob causam. & est gl. in l. 2. ff. de excep. & ista non est materia nostra. Quædam est exceptio propriè, & est illa, quæ præsupponit actionem competere, sed eam excludit, quia elidit vel ciuilem, vel naturalem, vel vtranque. in quo puncto Bart. dicit, quòd quinque sunt species exceptionum. vide Bar. Concludit ergo Bart. in tertia specie excep. de directo contra opi. Pilei, ꝙ verus debitor tutus excep. sententiæ. qui est debitor naturaliter tantum, quocunque errore soluat siue iuris, siue facti nunquam repetit. Ita loquitur lex nostra, quę generaliter, & indistinctè loquitur, nec isto casu habet locum distinctio. l. error. C. ad l. Falcid. quia secundum Bart. signanter illa distinctio procedit in debito naturali, ꝙ nunquam fuit iunctum cum ciuili, sed quando est debitum naturale, ꝙ semel fuit iunctum cum ciuili, vt hic, & illa obligatio naturalis est potentior, & semper, & indistinctè impedit rep etitionem, vt hoc text. idem tenuit gloss. Can. 1. q. 4. §. nondum tenent Gul. & Bart. in l. cum quis. C. de iur. & fac. ign. Ista opi. glo. & Bart. est falsa. Concludit ergo Bart. cum glo. contra opi. Pilei, ꝙ debitor tutus excep. rei iudica. quocunque errore soluat, nunquam repetit, iurib. proximè alleg. Contrarium, & melius tenuit glo. in l. 1. s. eod. & ibi Bart. met sibi contrarius in 6. colu. & ibi Ang. Sal. & do. Alex. & Sal. in d. l. cum quis. Ang. in repe. l. 1. C. de iud. do. Ant. & Imo. in cap. fin. de sol. Raph. Fulg. & Pau. de Cast. super glo. * seq. in verbo natura. ad fin. *Et ista est communis, & vera sententia* contra Bart. & contra glo. nostram, ꝙ si verus debitor esset primò absolutus per sententiam, quæ transiuit in rem iudi. & sic tempore solutionis sit tutus excep. rei iudica. si soluit errore iuris, non repetit, vt hac l. Si verò soluit errore facti, bene repetit. d. l. error. & licèt contra Bart. nihil allegetur, tamen duo sunt, quæ fortiter stringunt: nam vult Bart. ꝙ in debitore absoluto per sententiam si soluat etiam errore facti nō repetat, quia naturalis obligatio, quæ remanet, cùm semel fuerit iuncta cum ciuili, sit fortior ad impediēdum repetitionem, quàm illa, quæ semper fuit sola. istud est fundamentum Bar. contra istud stringit. nam ego habeo, ꝙ etiam vbi adest & naturalis, & ciuilis obligatio tutus excep. etiam odiosa si soluat per errorem facti repetit solutum. istud patet in debitore tuto per excep. Macedoniani. nam iste est naturaliter, & ciuiliter obligatus, & est tutus exceptione odiosa, ꝙ est plus. tamen si soluat per errorem facti, potest repetere. si ergo vbi adest & naturalis, & ciuilis obligatio error facti inducit repetitionem etiam in odiosis, quanto magis error facti debet inducere repetitionem, vbi est sola naturalis, licèt fuerit iuncta cum ciuili? ¶Secundò stringit contra Bart. text. in l. iudex. in verbo sua sponte soluerit. s. eod. vbi dicit text. ꝙ debitor tutus exceptione sententiæ, si sua sponte soluit, non repetit. Modo sic, si tu intelligis text. sponte. i. scienter. text. est de indubitabili, quia videretur donare necessariò, ergo debet intelligi sua sponte. i. non coactè, & non per aliquem errorem facti, tunc non repetit. ergo si per aliquem errorem facti multum bene repeteret. d. l. fin. ff. ad Maced. Nec obstat fundamentum Bart. & eius responsio, dum dicit, ꝙ quia fuit naturalis semel iuncta cum ciuili, est potentior ad impediendum repetitionem, quàm quando fuit tantum naturalis de per se. Ad istud respondet Ang. hic. in 5. colu. & leuiter, ꝙ paria sunt, vel ꝙ naturalis semper fuerit sola, vel dato, ꝙ aliquando fuerit cum ciuili, tamen de præsenti reperiatur sola, alleg. text. in l. qui sine. ff. de condi. sine causa. Responde melius, prout sentit Ful. hic retorquendo fundamentum Bart. contra eum, & dicas, ꝙ imò est totum oppositum eius, ꝙ dicit Bart. quia imò naturalis obligatio, quæ semper fuit sola, est potentior, & potentiores producit effectus, quàm illa naturalis, quæ aliquando fuit iuncta cum ciuili. Istud probo: nam obligatio naturalis, quę semper fuit sola, est potens ad compensandum. l. etiam ꝙ natura dēt. ff. de compen. & tamen naturalis obligatio, quæ semel fuit iuncta cum ciuili, non est potens ad compensandum. l. quæcunque. ff. de compen. & ita in specie ad literam dicit Bart. in l. procurator ad exhiben. §. 1. ff. rem rat. hab. & in l. si pœnæ causa. in prin. & in l. qui inuicem. ad fin. s. eod. Ergo apparet, ꝙ naturalis obligatio, quæ semper fuit sola, est potens plusquàm illa, quæ semel fuit iuncta cum ciuili. Conclude ergo ex prædictis duo. Primò conclude, ꝙ vera, & communis sententia est contra Bart. ꝙ verus debitor absolutus per sententiam, & consequenter tutus exceptio. rei iudi. si soluat per errorem facti (intellige semper probabilem) potest repetere, vt euidenter probat text. in d. l. fin. ff. ad Maced. secus si per errorem iuris. d. l. error. C. ad l. Falc. Et ex hoc sequitur, secundum ꝙ habes concludere, ꝙ quamuis ista l. indistinctè dicat soluentem non posse repetere, debet intelligi quando soluit per errorem iuris, secus si per errorem facti. d. l. error. Nec est nouum, quòd vna lex distinguatur per aliam. l. non est nouum. & l. sed & posteriores. ff. de leg. ¶Et ex istis remanet expedita 1. glo. ex qua in effectu habes tres intellectus ad hunc text. qui tamen aliqualiter destruunt, prout pluries attestatur Bar. text. nostrum, & isti intellectus procedunt tenendo communem sententiam, ꝙ soluens lite pend. non potest absolui diffinitiuè, sed ab obseruatione iudicij, cuius contrarium videtur innuere iste tex. Sed si tu teneas nouam, & peregrinam opi. Io. Fab. qui inter subtilitates mirum in modum valebat, quam tenuit in d. § fin. Instit. de perpe. & temp. actio. s. ꝙ si verus debitor soluit ante, vel pendente iud. ꝙ imò debet absolui diffinitiuè, & imponi finis causæ, adeo ꝙ amp lius agi non possit, & licèt ipse non ex toto bene declaret istam sententiam, ego sic declaro, dicunt Docto. ꝙ quando debitor verè soluit, solutione eius, ꝙ debetur, ipso iure statim est sublata omnis obligatio, & naturalis, & ciuilis, vt Instit. quib. mod. toll. obliga. in prin. si ergo per solutionem sublata est ipso iure naturalis, & ciuilis obligatio, quomodo possibile est, ꝙ per sententiam absoluatur, & liberetur diffinitiuè, si iam ipso iure liberatus, & absolutus est? potest ergo absolui ab obseruatione iudicij, hoc est, ab illo iudicio, non diffinitiuè, quia non est obligatus, istud est fundamentum Bart. & Doct. hic. Ego respondeo, & dico aliter quàm glo. faciat, quæ non aduertit ad hoc, ꝙ quemadmodum dicimus, ꝙ appellatio est remedium rescissoriū sententiæ. l. 1. in fin. ff. ad turp. dicunt Doct. ꝙ est verum, quando sententia præcedens est valida, quia tunc appellatio bene rescindit, sed quando præcedens sententia esset nulla, appellatio non potest rescindere, ꝙ nullum est, quid ergo facit tunc appellatio isto casu? dicunt Doct. in d. l. 1. in fi. ꝙ isto casu appellatio non competit ad rescindendum, sed tendit ad declarandum nullum. eodē modo dicunt Pau. de Cast. & Moder. in d. l. posthumo. C. de bon. poss. cōtratab. in illa. q. in qua ingenia Doctorum offuscata fuerunt, vel ob cęcata. Pone, ꝙ testamentum sit nullum, bon. poss. cōtratab. datur ad rescinden. l. vt liberis. in prin. in ver. rescisso. C. de collat. si testamētum est nullum, quomodo potest rescindi? dicunt ibi Pau. de Cast. & Doc. ꝙ tunc bon. poss. contratab. competit ad declarandum nullum. ita volo dicere in proposito. & puto sic dicendum

dum, quando debitor verè ſoluit, & conſequenter ſublata eſt ipſo iure naturalis, & ciuilis obligatio, dico, ꝙ debet abſolui diffinitiuè. Et ſi dicis per ſolutionem erat ipſo iure liberatus, quomodo poterit abſolui diffinitiuè? Reſpondeo per ſimilia proximè adducta, ꝙ ſententia diffinitiua liberet, ſi reperit quẽ obligatum, ſed ſi reperit quem non eſſe obligatum, tunc declarat eum eſſe liberum, & imponit finem liti, iſtud eſt, ꝙ in veritate dicit text. in d. §. fin. aliàs in glo. ſecundum realitatem, licèt glo. ibi abſoluat, exponat. ſ. ab obſeruatione iudicij, quæ nõ eſt bona ſubauditio. Ad idem eſt bonus text. in l. ſi fundus. §. in vendicatione. in verſ. æquè abſoluendus eſt. ff. de pign. & ille eſt melior text. de corpore iuris, licèt glo. ibi in verſ. abſoluendus. deſtruat illum text. & tenendo iſtam opi. pro ea eſſet caſus in hac. l. vbi text. ſecundum realitatem vult, ꝙ poſſit abſolui diffinitiuè, & tunc tres intellectus gloſ. noſtræ redduntur inanes. & iſtum intellectum tenuit Ful. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. fin. ſ. de iureiur. licèt Io. Fab. non faciat mentionem, & iſte intellectus magis placet, dicant Doc. quicquid velint. ¶Gl. ſuper verbo natura. diuiditur in quinque. In prima glo. per viã notabilis colligit ex text. regulam allegando concor. & fallentias remiſſiuè. In ſecunda per viam quæſtionis contra illud notabile opp. & ſoluit. In tertia per viam notabilis remouet vnũ contrarium, ꝙ venit contra text. In quarta opponit contra ſolutionem traditam. ſ. in ſecunda parte, & ſoluit, ideo illa quarta debet ſimul iungi cum ſecunda. In quinta, & vlt. gloſſ. per viam notabilis etiam directò opponit contra text. & ſoluit. Secunda ibi, ſed cum ſententia inducat. Tertia ibi, not. etiam hic, ꝙ refert. Quarta ibi, ſed certè inducit ciuilẽ. Quinta, & vlt. eſt ibi, & not. ꝙ exceptio. Prima, & duæ ſequentes particulæ glo. ſunt claræ. In quarta particula, quæ eſt ibi, ſed certè. glo. vult opponere contra ſolutionem datam in ſecunda parte, in qua fuit dictum, ꝙ ſententia condemnatoria plus facit quàm abſolutoria, quia aliàs nihil prodeſſet actori. Contra, ſententia condemnatoria ſolùm inducit ciuilem obligationem, eodem modo ſententia abſolutoria tollit ciuilem obligationem, ergo tantũ facit vna, quantum alia. Reſpondet glo. ꝙ non eſt verum, qđ ſententia abſolutoria tollat ciuilem obligationem, imo eam tantum elidit, ſeu debilitat, & ſic in iſta particula glo. vult duo, quæ nunc particulariter examinabo. In vlt. particula glo. ibi. & not. ꝙ exceptionũm. vult opponere contra text. qui vult, ꝙ debitor tutus exceptione ſententiæ ſi ſoluat, non repetit: contra, iſta eſt perpetua, & eſt fauorabilis, ergo debet poſſe repetere, per regulam. l. qui exceptionem. ſ. eod. & glo. neſciuit aliter reſpondere, niſi ꝙ iſta exceptio inducta eſt ad rigorem iuris cõſeruandum. dic, ꝙ non eſt verum, quia illæ non tangunt debitum principale, ergo, &c. dic, vt dixi in vltima parte gl. præced. ¶Circa tamen iſtam glo. plura poſſent examinari, quæ inciden ter dicuntur in ea, duo tantum examinabo, quæ ſunt propriè de materia l. noſtræ, & tota die remittitur ad hanc. l. Primò examinabimus de ſententia condemnatoria, quam obligationem producat. Secundò examinabimus de ſententia abſolutoria, quam obligationem tollat. iſtis duab. ſtrictim, & concluſiuè examinatis, cognoſcetis finem eſſe in hac gl. ¶Circa primum

3 de ſententia condemnatoria † clarum eſt, ꝙ producit obligationem ciuilem (nullus dubitat) punctus eſt videre, nunquid ſententia condemnatoria lata pro actore contra reum etiã producat obligationem naturalem. glo. in ſecunda, & in quarta parte concludit, ꝙ non, & pro ea facit ratio, quia naturalis obligatio cauſatur à conſenſu partium. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſol. ſed iudicium, & ſententia redduntur in inuitum. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verbor. oblig. ergo impoſſibile eſt, oriatur naturalis obligatio. Et ſi dicis, quomodo ciuilis ſola poteſt producere actionem? Reſpondetur, ꝙ eſt propter auctoritatem rei iudi. ſecundum glo. Inſtit. de obl. & iſtam opin. tenent Bald. & Ful. hic in vna lect. & Bald. in l. ab eo. C. quomodo, & quando iud. Alia fuit opi. quam tenebat Gul. de Cun. & Antiqui, præſertim And. de Piſis, & Alb. hic, & Ray. ꝙ oriatur ex ſententia condemnatoria non ſolùm ciuilis, ſed etiam naturalis obligatio per duo fundamenta. ¶Primum eſt, quia in iudicijs quaſi contrahitur. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. ergo ex quaſi contractu debet oriri non ſolùm ciuilis, ſed etiam naturalis obliga. ¶Secundò facit, & fortius, quia adeſt conſenſus, ergo debet eſſe naturalis obligatio. Quod adſit conſenſus, probo. Aut ille, contra quem eſt lata ſententia, non appellat, & tunc dicitur tacitè conſentire ſententiæ. l. ei qui. C. de appell. Aut appellat, ſed iniuſtè, adhuc habetur pro cõſentiente, quia ille, qui contradicit, & non habet cauſam contradicendi, habetur pro conſentiente. l. 2. §. voluntate. ff. ſol. matr. Et ex hoc fundamento habes tu prouectè notare, ꝙ iſti Doct. qui tenent, ꝙ ex ſententia condemnatoria oritur naturalis oblig. loquuntur quando eſt iuſta, & in dubio præſumitur pro ſententia, ꝙ ſit iuſta. l. Herennius. cũ ſi. ff. de euictionib. Alia fuit opi. Iac. Butr. ꝙ refert Bart. qui diſtinguit, aut à ſententia condemnatoria non eſt appellatum, & tunc ſi quæris an oriatur vera naturalis obligatio, & dicit, ꝙ non: aut quæris an oriatur præſumpta naturalis, & dicit, ꝙ ſic, quia quando quis non appellat, dicitur cõſentire, ſed ſi ſit appellatum, non oritur nec vera, nec præſumptiua. Iſtas duas opi. reprobat Bar. hic, & dicit Bart. ꝙ in ſententia iudicis ordinarij conſenſus partium verus, & expreſſus, vel tacitus nihil operatur, quia ſententia iudicis ordinarij non pendet à iuriſdictione attributa à partibus, ſed pẽdet à iuriſdictione attributa à legibus, ideo conſenſus partium nihil operatur, vt habeat tollere, vel inducere obligationem naturalem. alleg. l. cum à te. ff. de dolo. facit etiam. l. ſi diuerſa. cum glo. ſua. C. de tranſ. ſecus dicit Bart. eſt in ſententia arbitri, in qua conſenſus partium facit, ꝙ ſententia arbitri poſſit tollere, & inducere naturalem obligationem. alleg. l. cum antea. C. de arbi. Pondera multum verba Bart. quia aliàs euenit de facto in ciuitate Alexandriæ in perſona cuiuſdam do. Math. & ita fuit iudicatum. Caſus erat talis. Duo litigabant inuicem, vnus prætendebat ſe creditorem de notabili ſumma, fecerunt compromiſſum in arbitrum, qui arbiter tulit laudum concorditer, in quo condemnauit vnam partem alteri dare certum fundum intra certum tempus loco eius, ꝙ petebatur, fuit per partes emologatum. Euenit caſus, ꝙ reus, & ſic vna pars non vult adimplerę pro parte ſua, ille creditor dixit, tu non obſeruas illud, qđ per arbitrum amicabiliter fuit compoſitum inter nos, nec ego obſeruabo. Deinde egit prima actione, dixit aduocatus rei, tu debes condemnari, quia egiſti ſine actione, quia per laudum arbitri intercedente conſenſu partium tollitur omnis actio, & oblig. tandem vſque ad ſententiam deuenerunt, quam volebat ferri contra reum. Fuit oppoſitum iterato, ꝙ creditor iſte de facto, & ſine actione, quia omnis erat ſublata obligatio per compromiſſum, ideoque veniebat in expen. condemnandus. per iſta verba miranda Bart. hic fuit obtentum per reum, & vltra Bart. hic inueni poſtea Ang. iſtud expreſſius dicere. in 5. colu. ſecus eſt in iudice ordinario, quia conſenſus partium nihil operatur, intellige tamen ſecundum eum, ſententiam Bart. procedere in arbitro, qui procedit ordine iuris ſeruato, ſecus in arbitratore, qui procedit ſine ordine iuris, tunc nõ habet locum deciſio Bart. hic, quia inuenio, qđ Inno. in capitu. Quintaual. de iureiur. cir. fin. dicit, qđ l. cum antea. alleg. hic per Bart. habeat locum in arbitro, non in arbitratore. Et inuenio, ꝙ idem tenet Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. in 3. colum. in verſ. quæro vtrum ex ſententia arbitratoris, &c. ad fin. illius verſ. ſ. pro ſoc. ¶Quarta, & vltima fuit ſententia Bar. *quæ eſt vera, & communis*. Si quæratur, an ex ſententia condemnatoria oriatur naturalis obligatio, aduertendum eſt concludendo paucis, qđ duplex reperitur obligatio naturalis, prout melius hoc declarauit Bart. alibi, quã hic, licèt aliter dicat, in l. ex hoc iure. ſ. de iuſt. & iur. Quædam eſt obligatio naturalis vera, & propria, vt eſt illa, quæ cauſatur in perſona obligati mediante ſuo conſenſu, & de iſta loquitur. l. Stichum. §. naturalis. ſ. de ſol. exemplũ, promitto tibi pacto nudo de non petendo. Quædam eſt obligatio naturalis impropria, & iſta eſt illa, quæ non cauſatur ex aliquo conſenſu, ſed ex aliqua æquitate legis in genere. exemplum, pone gero negotia vnius furioſi, vel abſentis, vel vnius infantis, & gero vtiliter: furioſus, abſens, vel infans obligatur mihi non ſolùm ciuiliter, ſed etiam naturaliter, & quia ipſi non poſſunt conſentire, naturalis non oritur ex conſenſu, imò nec etiam poteſt fingi conſentire. l. qui ad certum. ff. loca. Ideo obligatio naturalis oritur ex æquitate legis in genere. Et proptereà dicit text. in l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iur. ille dicitur naturaliter teneri, qui iure gentium tenetur, non dixit conſenſu, ſed vbicunque eſt æquitas iuriſgentiũ, & iſtud reaſſumpſit Bart. in Auth. ad hæc. in 6. colu. C. de vſur. hoc præmiſſo dicit Bart. & bene, ſi quæratur an ex ſententia condemnatoria oriatur obligatio naturalis, & concludit, qđ ſi ſit obligatio vera, & propria non oritur, quia non adeſt conſenſus partium, & poſito etiam, ꝙ adeſſet, nihil operaretur, vt ſ. dixi. Aut quærimus ſi oritur obligatio naturalis impropria, deſcendens ex æquitate iuriſgen. & dicit, qđ ſic: æquitas enim iuriſgentium eſt, quòd maioribus noſtris pareamus, & iſtud eſt de iure gen. ſi ergo iudex, qui eſt maior condemnat aliquẽ, oritur naturalis oblig. impropria ex æquitate iuriſgen. & iſtã concluſionem ſequor, & eam etiam multum ſequitur Pau. de Caſt. hic, in 13. col. Eſt verum, ꝙ Ang. & Fulg. hic ſtudio cõtradicendi contradicunt Bart. malè per quædam leuia, quib. Bart. met in doct. ſua reſpondet. Teneo ergo, & concludo cum iſta quarta opi. Bart. quæ eſt vera, qđ ex ſententia condemnatoria oritur naturalis obligatio impropria deſcendens ex æquitate iuriſgen. contrarium expreſsè tenet ipſemet Bart. in l. ſi plures.

res,in prin.ff.de fideiuſ.& ibi Imo. perpendit de hac contrarietate. Idem tenet Bart. in l.1.in 8. col.ſ.eod. & in l.cum quis.C. de iur. & fa.ign.& Bart.in l.ab eo.C.quomodo,& quando iud. & ibi addijcit pro hoc fortiſſimum fundamentum,quia ſi ſententia abſolutoria non poteſt tollere naturalem obligationẽ, vt hoc text. quantò minus ſententia condemnatoria poterit inducere naturalem obligationem,cùm fauorabiliores ſimus ad liberan. quam ad oblig. & fuit argu.do. Mathe.in not. 127. aliàs eſt 104.incip.nota vnam doctrinam.Concor. iſtam contrarietatem Bart.ꝙ aut loquimur in ſententia condemnatoria iuſta,& illa bene inducit obligationem naturalem,ſed impropriam, ita loquitur Bart. hic: aut loquimur in ſententia condemnatoria,quæ non eſt iuſta,& illa non producit naturalem obligationem,ita poteſt intelligi Bar. in alijs locis prædlleg.vel & ſecundò poteſt intelligi de naturali obligatione propria, & illa poteſt induci per ſententiam condemnatoriam,& licèt ipſe non dicat,fuit ante eum doctr. Bald. in l. ex hoc iure.in pen. col.ff.de iuſti.& iur.vbi etiam per eum, ſi quis non ſit debitor, & condemnatur,an in foro conſcientiæ teneatur ſoluere,vide etiam Imo.aliter concor.tamen in effectu reincidit in idem in l.1.ff.de fideiuſ.Et ad argum. qđ facit Bart.in d.l.ab eo.C.quomodo, & quando iud.ad iſtud argum.reſpondet not.Bart.hic in 12.col. circa fi. ex cuius ſolutione apparet declaratum vnũ, de quo heri interrogabam vos ſ.quis ſit effectus,an ſit propria naturalis obligatio, an impropria deſcendens ex æquitate iuriſgentium. dicit ergo Bart.inquantum dicitur, qđ ſententia abſolutoria non poteſt tollere naturalem obligationẽ, vt hoc text.dicit Bart.qđ eſt verum,quando illa naturalis obligatio eſſet vera,& propria,ſic intelligitur iſte text. ſed quando eſſet naturalis obligatio non inducta ex cõſenſu, ſed fortè ex alia ſententia, tunc bene illa poſſet tolli per ſentẽtiam abſolutoriam, ſicut per ſententiam condemnatoriam inducitur naturalis,
24 ſed impropria,& iſte eſt effectus.¶ † Not. etiam diligenter illud, qđ ſin.dicit Bart. hic.in 11.colu.poſt Iacob.Butr.vbi dicit, qđ ſi ſententia ſit formiter lata, hoc eſt expreſſa aliqua cauſa alicuius contractus, qđ ex iſta ſententia nõ ſolùm oritur actio in factum,quæ oritur ex omni ſententia, ſed etiam oritur vtilis actio ex illo contractu.exemplum,ſi iudex condemnat me tibi vendere, poſſum agere vtili actione ex vendito, & iſtud probatur in ſimili.nam iuramentum, & ſententia æquiparantur.l.ſed & ſi poſſeſſori.§.fin.ſ.de iureiur.l.poſt rem.ff.de re iud. ſed ex iuramento formiter pręſtito oritur etiam vtilis actio ex illo contractu.l.ſi duo patroni.§. ſi quis iurauerit. & §.Marcellus. ſ. de iureiur. ergo idem in ſententia, & iſtam deciſionem Bart.hic ſequuntur Pau.de Caſt.& d.Alex.ibi.& ibidem etiam Bald.& d.Alex.in l.miles.§.fin.in additionibus.ff.de re iud.quãuis contrarium tenuerit Ang.hic,& Bald.in l. ne in arbitris.per illum text.C.de arb.& dixi in illo.§.ſi quis iurauerit.Et ex his remanet expedita principalis materia.ſ.de ſententia condemna-
25 toria.¶† Secũdò videndũ,eſt de ſententia abſolutoria lata pro eo,qui verè eſt debitor,clarum eſt, ꝙ talis ſententia non tollit naturalem obligationem,text.eſt hic.dubium eſt,nunquid tollat ciuilem obligationem. iſta glo.in quarta parte dicit expreſsè,ꝙ non,ſed eam tñ elidit,ſeu debilitat. Bart. hic per 4. col ſ. in 11.col.& trib.ſeq.per diſtinctionem multum prolixam, valde tñ magiſtralem, proſequitur iſtum articulum, & vtiliter. ¶Ego complectendo dicta Bar. & aliorum ſcribentium hic, & Bar.Ang.& Imo.in l.vbicunque.ff.de fideiuſ.& Bal.in l.cum quis.C.de iur.& fac. ign. procedam faciendo duas regulas, & quinque fallentias,& totum habebis. Facio ergo regulam habentem duo capita, & vnumquodque de per ſe expediam.
26 ¶† Regula eſt, ꝙ ſententia abſolutoria tollit ciuilem obligationem, naturalem autem obligationem neque tollit, neque elidit. iſta regula in vtroque capite probatur in hoc text. ibi, *natura debitor tamen permanet*, ergo ciuiliter non, & iſtud firmat glo.in §.item ſi in iudicio.Inſti.de excep.& concord.Doc. hic, & ratio vtriuſque eſt,quia ſententia eſt de iure ciuili.l.ſecunda. §.poſt originem.ff.de origine iur. meritò poteſt tollere obligationem,quæ etiam eſt de iure ciuili, ſed non poteſt tollere naturalem obligationem,quæ eſt de iure gẽtium.Et ſi dicas ſubtiliter,ſi iſta ratio eſt vera,ergo ſequitur, ꝙ ſententia abſolutoria poterit tollere ipſo iure actionem, quia actiones ſunt de iure ciuili.l.2.§.deinde ex his.ff.de ori.iur.plenè not.in l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iu.Reſpondet mirabiliter Bart.in 13.col.quòd ſi actio eſſet in totum ex materia iuris ciuilis,benè tolleretur per ſententiam abſolutoriam;ſed actio producitur ex naturali obligatione,& ſic ex materia iuriſgentium,& ex materia iuris ciuilis,ideo nimirum ſi ſententia non poteſt tollere actionem.Et ſi dicis,ſublata ciuili obligatione vnde orietur actio? ex ſola.n. naturali oriri non poteſt. Reſpondet mirabiliter Bart. ꝙ obligatio naturalis ſola, quæ ſemper fuit ſola,non poteſt producere actionem,ſed illa,quæ fuit iuncta cum ciuili, poteſt conſeruare actionem iam productam:patet per exemplum naturale.ciuilis obligatio dicit ſe tanquam pater, naturalis dicit ſe tanquam mater, vnde ſicut mulier, quæ ſemel fuit coniuncta viro,poteſt partum producere mortuo marito, ſecus ſi nunq̃ habuit,ita naturalis obligatio producet actionem. ita Bart. declarat in l.1.in 4.col.ſ.eod. & ſic habetis regu.cũ limita. ¶Nũc aſſumo primam partem regulæ,inquantum dicitur, ꝙ ſententia abſolutoria tollit ipſo iure ciuilem obligationem, iſtud limita verum,qñ talis abſolutoria ſententia eſſet lata per remedia iuris ciuilis, ſecus ſi eſſet lata mediante remedio iuris prætorij:puta mediante reſt.in integ.quia illa non tollit etiam ciuilem obligationem. Ratio eſt.quia pretor non poteſt ipſo iure tollere ea, quæ ſunt iuris ciuilis.l.& ſi ſine.§.Papinianus. ff. de mino.§.quos autem.Inſti.de bon.poſſ.iſtud firmat glo. in l.3.§. ſed vtrum.ff.de mino.iſtud expreſsè tenet Bart.hic.in 12.col.refert tamen quoſdam Mod. tenere contrarium in l.2. C. de fideiuſſ.mino.& cum Bart.tenet expreſsè Pau.de Caſt. in 11.col. in fin.Iſta limitatio eſt falſa, & contrarium tenuit latè ipſemet Bart.reprehendens iſtam limitationem, vbi plenè vide per eũ in l.Stichum.§.naturalis.per illum text.ff.de ſolu.& idem Bart. in l.vbicunque.ff.de fideiuſ.¶Secundò limita, ꝙ ſententia abſolutoria tollit ciuilem obligationem,eſt verum, niſi talis ſententia abſolutoria eſſet lata virtute alicuius exceptionis dilatoriæ, puta propter libellum malè conceptum reus fuit abſolutus, tunc per iſtam ſententiam abſolutoriã non tollitur etiã ciuilis obligatio. ita ſimpliciter firmat Bart. hic in 14. col.in fi. ſolùm allegat.l.1.§.1.ff.ſi men.falſ.mod. dixe. puto,ꝙ ratio ſit, quia tũc ſententia abſolutoria lata propter libellum malè cõceptum non tangit aliquid de debito principali,igitur non tollit ciuilem obligationem,& ſic habes expeditum primũ membrum.¶ Alia regula eſt, ꝙ ſententia abſolutoria non tollit,nec elidit naturalem obligationem,ratione de qua.ſ. Iſtam regulã limitant mirabiliter Ang.& Imo.in l.vbicunque. prælleg.niſi interueniſſet expreſſus conſenſus vtriuſq; partis,tunc talis ſententia abſolutoria bene tollit naturalem obligationem, per regulam.l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſol. Et ſi tu ſubtilis dicas,
* iſtud eſſe expreſsè contra doctr. Bart. hic in 10. col. *approbatam per omnes*, vbi dicit Bar. ꝙ in ſententia iudicis ordinarij conſenſus partium nihil operatur, quia poteſtas iudicis ordinarij pendet à iuriſdictione attributa à l.non à conſenſu partium, alleg. Bart.l.cum à te.ff.de dolo. Reſpondent ipſi mirabiliter, ꝙ verum eſt,ꝙ in ſentẽtia iudicis ordinarij nihil operatur,ꝙ eſt verum concurrente dolo aduerſarij, ſic intelligunt.d.l.cum à te. nihil eſt dicere.Et ideo dubito multum de iſta limitatione,niſi forte ſuſtinendo dixeris,ꝙ quando interuenit cõſenſus expreſſus vtriuſque partis, naturalis obligatio tollitur non vi ſententiæ,ſed tollitur vi pacti expreſſi,prout in ſimili dicit glo.ſing.& ibi Docto. omnes in l.2.aliàs eſt.l.3. C.communia vtriuſq; iud. vbi quærit gl.an ſententia nulla poſſit confirmari expreſſo cõſenſu partium, & dicit ibi gloſ. quòd non valet in vim ſententiæ, ſed bene in vim conuentionis. Secundò limita, vt ſit verum,quando iudex ipſe abſolueret, ſed ſi ipſe non abſolueret, ſed condemnaret partem ad ſoluendum, tunc quomodo debeat eam abſoluere,recurrendum eſt ad doct. tex.in l.4.§.nũc de effectu. ff. de lib. lega. & quando eſſet obligatus, liberando per acceptilationem, tolleretur tunc naturalis.ita limitat Bar. hic in 12.colum.Tertiò limita,vt ſit verum, quando eſſet naturalis obligatio vera,& propria cauſata à conſenſu. ita loquitur.l.noſtra. ſed vbi eſſet naturalis obligatio impropria ex ſola æquitate iuriſgen.puta inducta per aliam ſententiam, tunc illa impropria bene tolleretur per ſententiam abſolutoriam, quia aliàs non eſſet paris auctoritatis,ita dicit Bartol. hic in 12. colum.in duobus locis,& etiam in 15.colum. in prin. aliqualiter tamen obſcurè videretur, quia illa naturalis obligatio, dato,quòd ſit impropria,tamen eſt de iure gentium, quomodo ergo poteſt tolli per ius ciuile, & ſic per ſententiam abſolutoriam?Quartò,& vltimò limita procedere(& hic attende)quãdo ſententia abſolutoria eſſet lata propter obiectum exceptionis peremptoriæ verè competentis, tunc talis ſententia tollit non ſolùm ciuilem obligationem,ſed etiam naturalem. ita inquit Bart. hic in 14.colum. per tex.ſubtiliter ponderatum in l. ſi plures.ff. de fideiuſ. & in l.2.ff.de exceptio. rei iudi.Et quamuis ſecundum Bartol.ſola oppoſitio exceptionis peremptoriæ non tollat ipſo iure naturalem obligationem (aliàs fruſtra daretur replicatio) tamen poſtquam exceptio eſt deducta ad conflictum,& ſuper ea eſt iudicatum, tunc ipſo iure tollit,ſic intelligitur opin. Vltramon.Petr.in l. exceptionem. C.de probationi.Subdit etiam ſingul.Bartol.quòd iſtud procedit etiam ſi abſolutoria eſſet lata per exceptionem ſolutionis minus perfectam, tamen tolleretur ipſo iure vtraque obligatio, quod

Bart.

Bart.reputat multum mirabile. Exemplum,pone? Debeo tibi centum ducatos, do tibi in ſolutum fundum valentem centum ducatos, qui fundus eſt alteri obligatus, & ſic nõ eſt perfecta ſolutio, quo caſu denuo agis contra me ad 100.ducatos, ego oppono tibi exceptionem ſolutionis, certè ſi iudex me abſolueret, tollitur etiam naturalis obligatio, tamen tu creditor potes agere contra me actione de dolo ad intereſſe propter obligationem,ergo prima actio eſt ſublata,quia aliàs non competeret actio de dolo. alleg.text.ſing. in l. ſi oleum. §.1.ff. de dolo. Not.multum iſtam deciſionem. Adde, ꝙ idem tenet Bart.in d.l.ſi plures. ad fin.prin. & ibi Ang.& Imo. idem etiam tenet Ang. & Imo. in d. l.vbicunque. & Bart. in l.ſi vnus. §.pactus ne peteret in 5.colu.ſ.de pact.hanc doctr.Bart.etiam multum not.do. Mathe.in not.95.dicens, quod hæc doctr.Bartol. eſt multum ſing.& ꝙ pauci illam ſciunt, & per eam limitatur multum. §.item ſi in iudicio. Inſti.de excep. Pau. de Caſtr. hic in 12.colu.in fin.& ſeq.videtur dubitare de iſta doctr.Bar.nam ſecundum eum ſi exceptio pacti non tollit ipſo iure obligationem, ergo etiam ſi opponatur, & feratur ſententia, non per hoc tolletur naturalis, quia ſecundum eum non poteſt plus operari,quàm exceptio,ſuper qua fertur.& ad l.ſi plures.alleg. per Bart.reſpondet,ꝙ ibi loquitur in reſtitutione,quæ eſt facti, non in ea, quæ eſt iuris, tamen vltimo loco dicit, ꝙd pro opi. Bart.multum facit d. l. ſi oleum. §.1. alleg. per Bart. quia ſi ibi prima actio non fuiſſet ipſo iure ſublata, non poſſet competere actio de dolo,vt ibi dicit tex. quæ non competit,vbi alia locum habet.l.1.in fi.cum l.ſequenti.ff.de dolo. Tu teneas doctr. Bart.& ad argum. Pau. reſponde,prout formaliter reſpondet Bart.qui illud inducit in d.l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.in 5.colum. Ad iſtam materiam, & ad prædicta vide etiam Bald. in cap. cum ſuper. in vlt. colum. de cauſa poſſ. & propriè.Et ex his remanet expedita iſta glo.aliæ duæ gl.nihil habent, tamen antequam procedam ad alias gloſ. nolo omittere vnum. dictum eſt ſ.in gloſ.1.ꝙ debitor conuentus à creditore,ſi opponat exceptionem ſolutionis, aut pacti de non petendo,ꝙ non videtur fateri debitum præceſſiſſe. contra Dyn. Bart. dicebat, ꝙ erat caſus rotundus contra Dyn.in d. l.cum de indebito, in prin.ff.de probatio. Ego dixi, ꝙ ille text.ſtringit pro Dy.contra Bart.in primo,& ſecundo dicto ponderata ratione tex.in vtroque,nec adhuc video bonam ſolutionem, cum in ſecundo dicto dicat text.ꝙ eo ipſo,ꝙ debitor ſoluit, præſumitur præceſſiſſe debitum,nec aliàs ſoluiſſet, quia nemo præſumitur iactare ſuum.huic non video reſponſum. Audio nunc per relationem,aliquos ſubtiliter ponderare, ꝙ imò ibi ſit text. ſubtiliter pro Bart. contra Dyn. in prin.illius l.non in verſ.ſi verò ab initio. ibi.n. in prin.dicitur, ꝙ ſi creditor negat ſolutionem,& debitor dicat de ſolutione, non per hoc fatetur debitum præcedere,ita dicit ibi text. Modo ſic,eo ipſo, ꝙ creditor agit, & petit pecuniam vel domum, ſaltem tacitè dicitur negare ſolutionem imò neceſſarium eſt, quod neget, quia ſtante ſolutione non poſſet agere. nam per ſolutionem omnis actio, & omnis obligatio eſt ipſo iure extincta, ergo apparet, quòd eo ipſo, quod creditor agit, neceſſariò negat ſolutionem ſaltem tacitè,ergo ſumus in primo caſu illius legis,ꝙ ex quo creditor negauit ſolutionem, ſi debitor opponat exceptionem ſolutionis,non dicitur fateri debitum, imò oportet, ꝙ creditor probet tunc debitum,ergo ſumus clarè in primo caſu d.l.cùm de indebito. Iſta fuit ſubtilis, & colorata inductio, quæ mihi fuit relata,videas Bart.clarè in d.l.decem.ff.de verb.oblig. qui hanc inductionem apertè dicit facere.Ego tamen puto, ſalua reuerentia Bart. ꝙ iſta inductio nihil faciat, & quòd ſtare non poteſt.Et primò poſſem negare aſſumptum, quòd creditor agẽs videatur negare ſolutionem,quia poſſet eſſe, quòd ſolutio eſſet facta,ſed non ſibi,ſed alij,vel quia minor,ideo ſolu.non valuit.non curo tamen de hoc,ego volo fateri aſſumptũ,quòd regulariter creditor agens videtur negare ſolutionem ſibi factam,ſed ego dico, quòd ad hoc, vt habeat locum illa l.cùm de indebito.in primo caſu non ſufficit, quòd creditor negauerit ſolutionem,etiam ſi expreſsè negaret,quòd eſt plus,ſed habet locum, quando creditor negauit ſolutionem, & fuit conuictus de mendacio,vnde ſola negatio non ſufficit, & ad hoc ſpecialiter ponderat text. in duob.locis in verſi.& ipſe, qui dederit legitimis probationib. ſolutionem approbauerit. & expreſſè in ratione text.dum dicit,etenim abſurdum eſt, cum qui ab initio negauit, poſtquam fuit conuictus, ergo ſola negatio etiam expreſſa nõ facit, quòd ſimus in caſu primo iſtius l.ergo dato,quod creditor petendo neget ſolutionem,non ſumus in caſu illo, ſed benè eſſemus, quando conuinceretur de mendacio. ¶ Preterea Doct.loquuntur non ſolùm in exceptione ſolutionis, ſed etiam in exceptione pacti de non petendo, quod opponens exceptionem pacti de non petendo,an videatur fateri debitum vel ne,quo caſu dico,quòd creditor petens pecuniam,vel rem,dato,quòd neget ſolutionem, tamen non negat pactum de non petendo, quia quando adeſt pactum de non petendo,poteſt creditor mero iure agere, & niſi reus opponeret de pacto de non petendo,poſſet condemnari,ſaluo niſi pactum de non petendo eſſet factum incontinenti,quia tũc iudex poteſt ſupplere,vt mirabiliter dicit Bart.in l.lecta.vbi dixi.ſ.ſi cert.pet.Iſta dixi,vt ſubtilius cogitetis,an illa l.cùm de indebito. poſſit induci pro Bart. ¶ Glo. in verſ. proficiſci.diuiditur in quinq; partes.In prima declarat text. In ſecunda colligit vnum ex text. In tertia contra illud opponit, & tripliciter ſoluit,ponendo tres opin. In quarta format vnam quæſtionem. In quinta format aliam. Secunda ibi,habetur ergo pro puro. Tertia ibi, ſed legatum ſit relictum. Quarta ibi, illud quæro. Quinta, & vlt. eſt ibi, item an & huic poteſt obijci. ¶ In tertia parte, quia aliæ ſunt claræ, teneas primam opi. alijs reiectis,

27 † quòd quando aliquid promittitur, vel relinquitur ſub duabus conditionib. directò contrarijs, quòd differentia eſt inter cõtractus,& vltimas voluntates.nam in contractib. ſi promittantur 100.ſi nauis venerit ex Aſia,ſiue non,tamen talis diſpoſitio ſecundum Bart. verè eſt conditionalis, & licèt ipſe non alleget,de hoc eſt glo. expreſſa in l. neceſſario. §. quod ſi ita.ff.de pericu.& commo.rei vend.& bene facit illud,quod tenet glo. noſtra in pen.quæſt. dum dicit (ſub dubio tamen fortè) quòd interim agi non poſſet,donec altera earum purificetur,tamen interim dicitur debitum quo ad hoc,quòd ſi debitor ſolueret, repetere non poſſet.Ratio eſt,quia in contractib. etiam ſi altera conditionum non purificetur in vita ſtipulatoris, tamen tranſmittitur ad hæredes, ideo omnino certum eſt debitum iri,ideo interim non poteſt repeti, ſecus in vltimis voluntatib. l.huiuſmodi. alleg. in glo. quia in vltimis voluntatib. legatum non tranſmittitur ad hæredes, imò mortuò legatario pendente conditione extinguitur legatum. glo. eſt,quæ aſſignat rationem diuerſitatis,in §. ex conditionali. Inſti.de verb. oblig.quia poſſet interim mori legatarius ante purificatam conditionẽ, ideo poteſt repeti.Infert Bart.ſubtiliter ex hoc,quòd ſi in legatis erant conditiones contrariæ tales, quarum altera conditio neceſſariò purificari deberet in vita legatarij, tunc idem eſſet in vltimis voluntatib.quod in contractibus, vt hic per Bart.&

* cum eo tenent *communiter omnes*. Eſt verum, ꝙ Pau. hic in vlt. colu.dicit, ꝙ non eſt propriè conditionalis, ſed eſt in diem incertum,an,& quando, ſicut in illa conditione, cum moriar.l.

28 nam & ſi cùm moriar.ſ.eod. ¶ † In vlt. quæſtione gl. dũ quærit, an de hoc debito poſſit interim obijci compenſatio, & remittit ſe ad l.etiam.ff.de compenſa.Bart.& Ang.reprehendunt glo.& volunt,ꝙ illa lex nihil faciat. Sed ꝙ glo. debuit ſe remittere ad l. quæcunque.cum glo. ff. de compenſa. & intelligunt ipſi mirabiliter(neſcio quo ſpiritu)ꝙ iſta quæſtio gl. debeat intelligi ſecundum primum caſum huius legis,quando debitor, qui promiſit ſub duab. conditionib. contrarijs, fuit abſolutus per ſententiam iudicis à tali debito:an de tali debito, non obſtante ſententia abſolutoria, poſſit adhuc opponi de compenſatione,glo.putauit, ꝙ ſic,quia remanet naturale debitum d.l. etiam.Non puto,ꝙ iſta ſit mens gl. patet ex præcedenti quæſt. glo.in qua quærit glo.an debitor, qui promiſit ſub duab. contrarijs conditionibus,vtraque pendente, an poſſit interim cõueniri.Præterea ſucceſſiuè quærit,an poſito, ꝙ non poſſit conueniri,poſſit obijci compenſatio,& reſpondet, quod ſic,& nõ refertur ad primum caſum. ¶ Glo.in verbo pleri que putant. diuiditur in duas partes,prout ponit duos intellectus. Secunda ibi,tu dicas.Breuiter quicquid gl.& Antiqui dicant,teneas primum intellectum.quia putant,& malè,per verba eorum,quę ponuntur in fine, & quæ verba glo.non debuit habere in text. Non obſtant duo fundamenta glo.Primò, quòd ſi quis ſit debitor purè, & promittat ſub conditione, ſecundum gl.ſtatim receditur ab obligatione prima,& ſtatim fit nouatio. Iſtud eſt falſum,& contra l.pecuniam.allegatam per glo.bene fit nouatio purificata conditione, non ante. Non obſt. l. ſufficit. quia procedit, quando in aliquo ex caſibus dubijs poſſet fieri non debitum,tunc haberet locum repetitio,vt ibi,vel quando poſſet fieri debitum ab alia perſona, vt hic in ver.pen. ſed in caſu noſtro in omnem euentum idem eſt futurus ſemper debitor, ideo non datur interim repetitio ſi ſoluat. Et hinc ſumpta occaſione Bart. examinat dependentia dubietatis, quid interim iudicandum ſit: dic, vt hic per eum, quod inducit in fin.ad q. de reformatione repræſaliarum duob. commiſſa, dic, vt hic per eum, cum quo ſimpliciter tranſit Angel. in vlt. colum.licet Ful. ad fin. aliqualiter videatur dubitare, tamen in effectu etiam ipſe ſtat cum deciſione Bart.& cum Bart. tenet not.Bal. in cap.1.in 8.col.de conſtit.vide Bald.in c.paſtoralis.§.quia verò.in 6.colu. & ſequenti. de offic. deleg. vide omnino Pau. de

Caſt.

Cast. in d. l. sufficit. s. eod. contrarium tenet idem Bald. in c. cum olim. de dolo, & contuma. tene cum opi. Bart. & communi.

SVMMARIVM.

1 *Quando minori restituto solutum repetatur.*

LEX LXI.

1 TVtores. † Pupillo in integrum restituto aduersus additionem hereditatis, solutiones per eius tutorem prius factæ creditorib. bona fide non retractantur per alios creditores, nisi quatenus plus debito sunt. h. d. Et istum casum pro speciali not. Bal. in l. 3. circa fin. C. quando fiscus, vel priua. ¶No. ex hoc text. prout etiam vult. glo. fin. hic in fin. quòd condictio indebiti datur non solùm ipsi soluenti indebitum, sed etiam ei, ad quem ex postfacto negotium cœpit pertinere. l. non est nouũ. s. eod. ¶Secundò not. quòd non tantum indebitum repetitur, sed etiam quandoque debitum, vt hic.

SVMMARIVM.

1 *Indebitum scienter promissum non repetitur.*

LEX LXII.

1 FIdeicommissum. † Indebitum scienter promissum non repetitur. h. d. vel sic. Ille, qui agnoscit bonam fidem, licèt non sit obligatus, non repetit. h. d. Et ad istum text. in vers. fidei explendæ causa: adde text. valde not. in l. si sponsus. §. fin. ff. de don. inter vir. & vxor. & per illum text. limita istam l. ¶Not. ex isto text. secundum Ang. humanum esse fidem implere, licèt quis ad illud vrgeri non possit. facit l. si id, ꝙ. s. eod. Adde facere, ꝙ quamuis ex pacto nudo non possit agi. l. iurisgentium. §. sed cum nulla. ff. de pact. tamen verecũdia est denegare promissum pacto nudo, ſm Bart. in l. quintus. per illum text. ff. mandati. nec potest imputari fideiussori, qñ soluit illud, ꝙ principaliter per verecundiam denegare non poterat, quamuis ad illud astringi non posset, ſm Bart. in l. pecuniæ, per illum text. in fin. ff. de adimen. leg. & in l. fideiussor. in fin. ff. de fideiuss. Saly. in l. placuit. C. de iud. ¶Secundò pondera hic videri prima facie text. ꝙ ex duplici obligatione naturali non oriatur efficax actio: patet; quia ex relicto in testamento non solenni oriretur naturalis obligatio. Item illud, ꝙ potest de falcari per l. Falcidiam, debetur saltem naturaliter, secundum *magis communes* [a] *conclusiones*, prout ista habentur per Bart. & alios in l. 1. s. eod. per glo. Bart. & Doct. in l. cum quis. vbi dixi. C. de iuris, & fac. ignoran. & tamen hic est text. ꝙ licèt istud secundo loco promitteretur etiam per stipulationem, tamen non poterat efficaciter agi, aliàs iste text. esset penitus de indubitabili. de quo dixi. in l. si pacto quo pœnam, in secundo not. C. de pact. vbi plenè videas.

ADDITIO.

a ¶Communes. Adde, quòd hanc sequitur, & communem dicit Ias. in l. si creditoris. circa fin. C. de fideic. Corn. cons. 261. col. 2. lib. 1. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Si species integrè non soluatur, non inducit liberationem.*

LEX LXIII.

1 NEratius. † Si species debita perfectè non soluitur, talis solutio non parit liberationem, nec inducit repetitionem. h. d. vel sic. Obligatus in genere non liberatur, nisi integrè rem faciat accipientis, & tamen, ꝙ minus perfectè soluit, non repetit. h. d. & ad hoc allegatur. facit l. si domus. §. de euictione. ff. de leg. 1. & illud, ꝙ dicitur in hoc text. de homine promisso in genere, & statulibero soluto, intellige generaliter procedere in qualibet specie debita non perfectè soluta: ita ꝙ prima actio duraret. l. 3. §. si reddita. ff. commo. l. etiam. ff. solu. l. Iul. §. 1. ff. de verb. oblig. Item ad istum text. adde, quæ traduntur per glo. & Doct. in l. inter stipulantem. §. si rem. ff. de verb. oblig. & in l. nõ quocunque, in princ. ff. de leg. 1. Item secundum Alb. de Ros. hic casus istius. l. videtur esse mirabilis, ꝙ soluti non detur repetitio, nec etiam contingat liberatio. ¶Not. ex isto text. quòd licèt vna solutio non possit parere istos duos effectus affirmatiue, s. liberationem, & repetitionem, vt l. cum is. §. 1. & l. si fideiussor. s. eod. tamen negatiuè bene producit vtrunque, quia nec solutum repetitur, nec soluens liberatur. Secundò adducite pro intellectu huius text. nam videtur, quòd imò liberatio, & condictio debeant dici esse in pendenti, per text. in l. si non sortem. §. fin. s. eod. vnde dic, quod iste text. debet intelligi, & declarari per illum, quòd si postea per ipsum promissorem repeteretur statim libertus solutus per cond. ind. certè stipulator eum exceptione submouebit, donec alium hominem plenè soluat, & ita etiam intelligit Raph. Ful. hic. ¶In glo. 1. ibi, vt extra de iureiur. c. 2. glo. est corrupta, & debet alleg. text. in cap. debitores, de iureiur. sed responde aliter quàm glo. vt per Bar. & Doct. ꝙ per iuramentum quis non obligatur fœneratori ad soluendum ei vsuras, sed bene obligatur Deo propter vinculum iuramenti, & ideo soluendo vsuras creditori liberatur respectu Dei: fœnerator autem cùm recipiat indebitum, ideo ab eo repetitur, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Inter seruum, & dominum oritur naturalis obligatio.*
2 *Ius gentium est duplex.*

LEX LXIIII.

SIid, quod. Ista est notabilis, & subtilis lex secundum Bart. & secundum Alb. de Ros. est singulariter notanda. & h. d. in summa. Dominus obligatur seruo suo naturaliter tñ, quæ obligatio sequitur seruum etiam manumissum, & impedit repetitionem soluti per errorem iuris. h. d. in effectu. ¶Capio glo. in ver. condictione, q̃ diuido in tres partes. In prima declarat text. In secunda infert ex text. In tertia opponit, & soluit. Secunda ibi, patet ergo. Tertia ibi, sed contra. ¶In ea. gl. ad fin. istam sol. & consequenter limitationem ad l. placet. ff. de acq. hær. vidistis approbatam in l. frater à fratre. in gl. s. eod. & quamuis Bart. conetur defendere istam solutionem, vt hic per eum, pro nunc vera solutio est, ꝙ d. l. placet. & similes loquuntur, qñ seruus acquirit ab alio, quã à dño. Isto casu acquiritur dño siue acquisitio sit ciuilis. d. l. placet. siue etiam sit acquisitio naturalis obligationis, vnde si alius extraneus obligaret se seruo naturaliter tñ, tunc etiam illa talis obligatio naturalis per seruum acquireretur dño. d. l. placet. & l. 1. in prin. ff. si quis à paren. fue. manumis. secus est in obligatione, quæ directò descendit à dño in seruum, quia ista nunquam reuertitur
1 ad dñm, vt hic, prout dixit in d. l. frater à fratre. ¶ † Extra gl. obsta magna difficultas ꝯ istum tex. in quantũ vult, ꝙ inter dñm, & seruum oriatur naturalis obligatio, ꝙ istud non possit procedere, ostenditur arguendo à partib. sufficienter enumeratis. aut. n. volumus dicere, ꝙ ista obligatio naturalis sit de iure naturali primæuo, & istud est impossibile, quia tale ius naturale est commune omnib. animalib. vt l. 1. in fin. ff. de iust. & iur. sed in animalib. brutis non potest cadere aliqua obligatio. l. 1. §. 1. si quadrupes pau. fec. dica. ergo de iure isto naturali non potest dici ista obligatio naturalis. Aut volumus dicere, ꝙ ista obligatio naturalis sit de iure gentium, prout dici debet. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de reg. iur. l. Stichum. §. naturalis. ff. de sol. not. in l. si non sortem. §. libertus. in prin. ff. eo. & certè cùm status serui de iure gentiũ sit annihilatus. l. ꝙ attinet. ff. de regu. iur. & hic in glo. 2. ergo talis obligatio, quę sit de iure gentium, non debet posse cadere in seruum, minus quoque posset cadere, si esset de iure ciuili, cùm seruus de iure ciuili pro mortuo reputetur. d. l. ꝙ attinet, imò licèt ius prætorium sit fundatum in æquitate. l. æquissimum. in prin. ff. de bon. poss. secundũ tab. tñ etiam de iure prætorio status serui est annihilatus. ita dicit text. not. in l. qui testamento. §. seruus. ff. de test. Istam difficultatem tangunt Iac. Butr. & antiqui Doct. licet non ita plenè, & respondent, vt hic per Alb. Istam difficultatem etiam tãgit Bar. post gl. ibi in l. ex hoc iure, in 5. col. ff. de iusti. & iur. omissis cæteris solutionib. Bart. hic dicit, se semper ita dixisse, quamuis ſm eum Doct. non dicant, & tradit pulchram doct. tam subtiliter
2 q̃ eleganter, vt dicunt Mod. † ꝙ ius gentium est duplex. Quoddam est iusgentium primæuum, ꝙ fuit eo ipso, ꝙ gentes esse cęperunt naturali iure inductum absque aliqua constitutione gentium, & istud formaliter dicit text. licèt Bart. non alleget, in c. ius naturale. 1. dist. vt seruare promissa, vel conuenta, & fidẽ datam. vt l. 1. in prin. ff. de consti. pec. & l. 1. in prin. ff. de pact. & isto iure gentium primæuo non fuit introducta seruitus, nec isto iure status serui erat annihilatus, imò omnes erant liberi, merito in eum cadit actiuè, & passiuè ista obligatio naturalis, quæ dicitur de iure gentium naturali ratione inducta. §. singulorum. Inst. de iure gentium. & hoc est, ꝙ vult dicere iste text. dum dicit *vt enim libertas naturali, iure continetur.* nam intelligitur de iure gentium primæuo, ꝙ etiam vocatur ius naturale, vt in c. ius naturale. 1. distin. Aliud est iusgentium secundariũ, quo gentes vtuntur ex eorum constitutionib. non ſm rationẽ naturalem, imò qñque contra, & de isto iure gentium secundario loquitur tex. in d. l. ex hoc iure. vbi enumerantur ea, quæ fuerunt inducta de isto iure gentium secundario, vt bella, captiuitates, seruitutes, distinctiones dñiorum, vt hic, & l. postliminij. ff. de cap. & isto iure bene status serui fuit annihilatus, &

ideo

ideo ea, quæ ſunt de iſto ſecundo iure gentium non cadunt in ſeruum,& ideo ſeruus non poteſt habere dominium, nec poſſeſſionem alicuius rei, licèt ſint de iure gentium, vt l. acquiritur.ff.de acq.rer do.& l.1.§.per eum,& l. cum ſeruus.ff.de acq. poſſ.& l.ſtipulatio iſta.§.is,qui in poteſtare.ff. de verb. oblig.& de iſto iure gentium ſecundario intelligitur iſte text. dum dicit,& dominatio ex gentium iure introducta eſt. Et dum poſtea ſubdit text. ita debiti, vel indebiti ratio naturaliter intelligenda eſt,intelligitur de iure naturali,ꝙ eſt iuſgentium primituum, quo iure introducta eſt naturalis obligatio tendens ad obſeruationem promiſſorum,& iſta bene cadit in ſeruo,& impedit repetitionem, vt in text. Cùm iſta ſolenni doctr.Bartol. * *tranſeunt communiter alij Scribentes* hic, præſertim Ang.& Pau.de Caſt. & licèt Raph. Ful. hic aliquid pungat in oppoſitum, tamen parum,vel nihil obſtat.Sed aduerte, quia licèt Bar.hic dicat,ꝙ nullus ponat iſtam doctr.præter eum, tamen idem Bar. in d.l.ex hoc iure.in 5.col.(ſi tamen eſt lectū.Bart.)dicit, ꝙ iſtā theoricam ponit dominus ſuus,cuius opi.procedunt de mente iuris,vt ibi per eum.Idem etiam tenet ipſe Bar.in l.neque.§. 1.de teſt.mili.Iſtam pulchram, & elegantem doctr.Bar.reprobat ſubtiliter d.Fran.Are.in l.1.in prin.10.col. & ſeq.ff.de acqui. poſſeſ.vbi dicit,ꝙ Archi.in c.omnes.1.diſtin.vult,ꝙ non ſit niſi vnum iuſgentium, & iſtud putat Are. eſſe verius de mente iuris,ſi bene inſpiciatur text.in l.1.in §.iuſgentium.ff.de iuſtitia,& iure.qui nō ponit aliam differentiam inter ius commune omnibus animantib.ꝙ vocat ius naturale, & ius, ꝙ eſt commune ſolùm hominib.ꝙ vocat iuſgentium,de quo ponit multa exēpla inuenta ab ipſo principio naturæ humanæ, vt religio in Deum,honor in parententes, & ſimilia, vt l.ſequen.& ſequen. Multa etiam ponuntur poſtea orta, & inuenta eodem iure,vt ſeruitus, & manumiſſio, vnde bene reſpiciendus eſt text. qui poſtea ſequitur in l. manumiſſiones quoque. qui dicit manumiſſiones quoque de iure gentium ſunt, illa dictio quoque, quæ eſt implicatiua.l.ſeruum quoque.in prin.ff. de procu. & l. ex maleficijs.§.is quoque.ff.de actio. & oblig. ex natura implicationis ſignificat non ſolùm præcedentia eſſe de iure gentiū, ſed etiam manumiſſionem, & ſic datur intelligi, ꝙ præmiſſa, & etiam manumiſſio ſunt de eodem iure gentium, & tamen ſm doctr.Bart. & Doct. manumiſſio non eſſet de illo eodē iure gentium prout præcedentia, ſed de alio iure gentium ſecundario,ex quo fuit inuenta poſt ſeruitus. Similiter text.qui poſtea ſubſequitur in l. ex hoc iure. in illo pronomine, hoc, demonſtratiuo ad oculum intellectus, vt l.1.in princ. ff. de oper. nou.nun.oſtendit, ꝙ ſe referat ad idem etiam iuſgentium, de quo dixerat in l.1.§.iuſgentium. Breuiter teneas doct. Bar.quæ eſt bona,& communiter approbata, ꝙ ſit duplex iuſgentium, prout ſunt duo text.qui bene probant in c.ius naturale,& in c. iuſgentium.1.diſtin.Ad argumentum Are.reſponde,ꝙ iuſgentium in genere ſumptum,& ſic tam primæuum ꝙ̄ ſecundariū bene comprehendit omnia poſita incluſiuè à l. 1.§. fin. vſq; ad l.ex hoc iure.ff.de iuſt.& iur. Sed ſi cōderas varietatem temporum,& ſic illud primęuum tpꝰ eo ipſo, ꝙ gentes eſſe cęperūt, & naturali quadam ratione, ac naturali indiſtinctu pleraq; induxerunt, vt obſeruantiam promiſſorum, & religionem in Deum, & ſimilia, poſtmodum ſubcreſcente malitia hominū, & temporum,ſic rerum,& iurium varietas ſucceſſit,& merſit ſm iuſgentium non fundatum in ratione naturali, ſed iuxta hominum conſtitutiones,prout declarat Bart.& bene.Teneas ergo doctr.Bar.& Doc. ex qua bene.no. ꝙ obligatio naturalis, quæ cadit in ſeruo,proceſſit ex primæuo iure gentium, quo iure cùm oēs eſſent liberi, vt dicit text.in d.c. ius naturale.in ver. & omnium vna libertas. certè ſtatus ſerui non erat annihilatus.¶Contra tñ iſtam communem doctrinam obſtat alia difficultas: nam quomodo conſiderato iure gentium primæuo poterat cadere obligatio naturalis inter dñm, & ſeruum,cùm dñia non eſſent adhuc diſtincta illo primo iure gentium,vt patet ex.ſ.ſcripta doct.Bar.& ex d.l. ex hoc iure.ergo omnia erāt communia, prout etiam dicit text. in d.c.ius naturale.1.diſtin. in ver. communis omnium poſſeſſio. ergo non poterat cadere aliqua obligatio naturalis? Iſta difficultas videtur poſſe tolli ex quibuſdam paucis verbis Bartol.in l.frater à fratre. in 1.q. extra glo. ſ.eod. vbi Bart. licèt non attingat directò iſtam difficultatem,tamen eam ſatis ſentit,& dicit ſe putare,ꝙ dominus non poſſit obligari ſeruo naturaliter ex contractu mutui. Et ſi dicas, [illegible]d eſſe contra hanc l. reſpondet ibi Bart. licèt non ita clarè,ꝙ obligatio naturalis poteſt oriri dupliciter. Aliquando ex promiſſione, & ſic ex æquitate illa iuriſgentium primæui, quæ dicit fidem ſeruandam eſſe, quæ æquitas fuit anteꝗ̄ eſſet conſtitutio iuriſgentium ſecundarij, qua inducta fuit ſeruitus, vt dictū eſt ſupra, & iſto modo bene poſſet obligari dñs naturaliter ſeruo, & ſic obligatio naturalis ex iſto iure gentium primæuo procedens bene cadit inter dñm, & ſeruum, ita loquitur iſta lex. Aliqñ & ſecundò obligatio naturalis oritur nō ex promiſſione ſimplici,ſed ex aliquo cōtractu,& tunc,ꝗa ꝯctus ſunt de iure gentium ſecundario. d.l. ex hoc iure, quia de iure gentium primeuo omnia erant communia, vt dictum eſt ſupra, & ſic eo tpe nullus ꝯctus poterat celebrari,& ſic ex ꝯctu non poſſet dñs obligari ſeruo,quia de illo iure gentium ſecundario ſeruus pro nihilo reputabatur. Aduerte, quia ſm iſtam ſolutionem oporteret reſtringere iſtam l.ꝙ loquatur ſolùm in obligatione naturali cauſata à ſimplici promiſſione dñi, aliàs ſi obligatio naturalis procederet ex aliquo ꝯctu celebrato inter dñm, & ſeruum, certè ex ea non poſſet dñs obligari ſeruo, & ſic tunc non poſſet procedere iſta l. ſed iſta eſſet magna reſtrictio, & magna limitatio ad iſtam l. vnde poſſes generalius intelligere iſtum text.& dicere, ꝙ imò etiam dñium erat de iure gentium primæuo, quo iure procedebat acquiſitio dñiorū per occupationem, vt eſt text.in l. 1.in verſ.iure naturali.ff.de fur.& Inſti.de obl.quæ ex deli.in prin.& text.in §. ſingulorum. Inſt.de rerum diui. gloſ. in d.l.ex hoc iure.in verbo dñia diſtincta,& ibi Bart.in 2.col.& hic non etiam poterat conſiſtere obligatio naturalis inter dñm, & ſeruum, & iſto modo planius euacuatur iſta difficultas,quia de iure gentium primęuo omnia non erant communia,cùm ſingulis per occupationem acquirerentur. Per iſta remanet iſta ſubtilis lex ſubtiliter expedita.

S V M M A R I V M.

1 *Qui aliquid in ſumma dicit, omnia membra principalia ponere debet.*
2 *Quare datum ex cauſa tranſ actionis non repetatur.*
3 *Quando apparet de euidenti calumnia litigantis, tranſactio redditur ipſo iure nulla.*
4 *An dolus dans cauſam tranſactioni,reddat eam ipſo iure nullam.*
5 *An remedium.l.2.C.reſcin.vend.habeat locum in tranſactione.*
6 *An datum ex cauſa repetatur,ſiue ſit vera,ſiue falſa.*
7 *Per condictionem indebiti non ſolùm res,ſed fructus repetuntur.*

LEX LXV.

In ſumma. Præmitte ad euidentiā pro intellectu iſtius text.qui videtur aliqualiter obſcurus, & intricatus ſecundū Paulum de Caſtro hic, ꝙ omne, ꝙ datur,aut datur ob cauſam de præterito, aut ob rem, & ſic ob cauſam de futuro,vt l.damus.ſ.eod. & l.1.ſ.de condictio ob turpem cauſam. Iuriſconſultus in iſta l. duo principalia membra diſtinguit in plures ſpecies. Primum membrum, quando datur ob cauſam præteritam, ſubdiſtinguit in tres ſpecies, aut ob cauſam tranſactionis,aut ex cauſa, quæ ſi eſſet vera, non eſſet obligatoria,aut ob cauſam de præterito obligatoriam ſi eſſet vera, in quibus terminis propriè loquitur iſte titulus. primus caſus ponitur in verſ. & quidem. ſecundus in verſ. id quodque. tertius in fin.huius.§.in verſi.ei qui indebitum.Secundū membrum principale, quando datur ob rem, & ſic ob cauſam de futuro, ſubdiſtinguit in duas ſpecies: nam aut datur gratia cōditionis implendæ,& ſic, vt aliqua conditio impleatur,ꝙ participat de cauſa futura,aut vt aliquid fiat, vel cōtingat. Primū membrum eſt in verſ.ſed agere.Secundum in verſ. ꝙ ob rem. & ſic in hoc text.in effectu ponuntur quinque mēbra,in quib. dubitatur de repetione,& ſic tria prima membra ſunt poſita, qñ aliquid datur ob cauſam de præterito, alia verò duo membra ſunt poſita,qñ aliquid eſt datum ob cauſam de futuro, & ſic nihil reperitur eſſe ſuperfluum in hoc text. quis glo. 1.aliter dixerit. Iſta lex ſm Bart. quia ponit quandā diſtinctionē ad totū iſtū titulum,ideo ſummationem congruam non recipit,& ſm Ang.quia iſta lex eſt ſumma iſtius tituli, ideo nō eget ſummario, & ponit diuiſionē ſing. qñ de repetitione tractatur ſm eum.Tu potes ſic ſummare. Datū ob cauſam tranſactionis, ſi non ſubſit euidens calumnia, repeti non pōt. idem in dato ob cauſam præteritam non obligatoriam licèt falſam: datū autē ob implendam conditionem inſtitutionis,vel legati,repeti poteſt,ſi legatum, vel hæreditas non quæratur. Idem in dato ob * rem futuram,ſi res ſequatur, * & indebitè ſolutum cum naturalib. acceſſionib.deducta impenſa repetitur.h.d.vſque ad §.in frumento. In verſ.1. ibi cauſa videtur eſſe.dic.ſ.impleta. patet, quia pp hoc datur pecunia actori, non vt remitat debitum,ꝙ fortè nullum erat,ſed vt à lite diſcedatur.l.3.in princ.ſ.de cōd. ob cauſam.¶ † In primis iſtum text.in prin. dum dicit in ſumma.ponderat Bart.in extraua.ad repri.in ver.ſummariè. in 1.col lum. quòd qui aliquid in ſumma dicit,omnia membra principalia ponere debet, & ideo ſi cauſa committatur ſummariè, [illegible] illud

* Si res non ſequatur legēdum videtur,vt aduerſetur cōcluſioni prioris memb. ſi enim ſequeretur res ob quam datum eſt, & ſic implementum, repetitioni locus eſſe non poteſt.

illud verbum, summariè, importat, q in processu nihil de substantialib. omitti debeat, & sic nihil potest prætermitti, q sit de ordine substantiali ipsius processus, sicut in isto text. Iurisc. in summa tractat de repetitione, nullum tñ casum omittit, qui sit de materia repetitionis. de quo etiam per Bart. in l. 1. §. fin. ff.
2 de præto. stipu. habetur plenius in cle. sæpè. de verb. sign. ¶ † Secundò not. ex vers. 1. ibi, nam si lis fuerit. hic esse meliorem tex. de iure, quare datum ex causa transactionis non possit repeti, eo quia semper intelligitur dari ob causam veram. s. vt à lite discendatur. de quo est glo. in l. elegantèr. §. fin. & ibi dixi. s. eod.
¶ † Tertiò not. ex text. ibi, *sin autem euidens calumnia.* q qñ apparet de euidenti calumnia litigantis, transactio redditur ipso iure nulla, & ad hoc frequenter alleg. iste text. qui fortè non est alibi in iure, s'm Pau. de Cast. hic. & sic no. hic esse text. magistralem, q qñ transactio est calumniosa, ita demum redditur ipso iure nulla, qñ calumnia euidens est, aliàs secus. & hoc modo potest responderi ad l. sub prætextu. C. de transac. alleg. in glo. pro 5ria, q istud ibi ideo est, quia calumnia non erat eui-
4 dens. ¶ † Quartò ex eodem text. no. casum, qui alibi non reperitur ita clarus s'm Bal. hic, q licèt transactio sit contractus stricti iuris, tñ dolus agentis dans causam tali contractui transactionis reddit causam ipso iure nullam, q est notabile, & tenedum menti s'm eum, de quo per Bar. & alios hic, & in l. sub præ-
5 textu. C. de transac. vbi dixi. ¶ † Quintò no. ex isto ver. 1. ibi, licèt res nulla media fuerit. & glo. exponit. i. licèt nihil debeatur: nam per istum text. videtur posse decidi s'm Ang. q deceptus vltra dimidiam iusti pretij in transactione non habet remediū. l. 2. C. de rescin. vend. Nam si sibi non succurritur, qñ nihil debetur, vt hoc text. cum gl. multominus qñ aliquid debetur, & ita tenet glo. in l. Lucius. § fin. ff. ad Trebell. Idem tenet Inn. in ca. cum causa. de emp. & vend. & ibidem no. Abb. in 2. col. & in cons. 119. inc. & si copiosior. Bal. in l. ordo. C. de exce rei iud. & in l. fin. §. 1. in prin. C. communia de leg. do. Alex. in cons. 401. inc. super præmisso themate diligenti animaduersione præha-
* bita. in 3. col. & in 9. col. & seq. vbi dicit istam esse *magis commu-*
a *nem* [a] *opi.* quamuis contrarium teneat Bar. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. cum concordan. quæ ibi tradi solent. & idem Bart. in d. l. 2. C. de rescin. vendi. quem sequitur ibi d. Ale. sibi contrarius in cons. 231. inc. viso puncto, & instrumentis in 5. col. ¶ Sextò not. in vers. id quodque. q datur ex causa non necessaria, sed impulsiua siue sit vera, siue falsa, non repetitur, & sic error in causa non obligatoria non inducit repetitionem so-
6 luti. ¶ † Septimò nota in ver. sed & agere. q datum causa conditionis implendæ, si postea cum effectu ille, qui dedit, non sit hæres, vel non sit legatarius, potest repeti. vidistis in l. 1. in §. si parendi. s. de conditione ob causam. & in l. 1. & sequen. s. eod.
7 ¶ † Vltimo not. in ver. ei qui. q per cond. indeb. non solùm repetitur illud, q est indebitè solutum, sed etiam fructus, & partus, & sic accessiones, de quo dixi in l. indebiti. in prin. s. eo. ¶ In gl. in vers. discceditur. ibi, nam si ad tempus non videtur. Ista gl.
* *communiter reprobatur* ab Antiquis s'm Alb. de Ros. hic. vnde est dicendum, q si agebatur de discedendo in perpetuum, & discedant ad tempus, & tunc bene procedit glo. sed si agatur, vt discedatur ad tps, & tunc sufficit ad tps discedi, vt hoc text. ¶ In ea. glo. ibi, argum. q sic, vt l. cum hi. §. si quis de alimentis. ista glo. etiā reprobatur per Iac. But. Ray. Alb. & Ang. hic, quia text. alleg. per glo. loquitur in transactione inualida. hic tñ de valida, in qua bene verum est, q si non obseruaretur illud, q conuentum est, haberet tunc locum condictio sine causa, vt l. elegantèr. in prin. s. eo. ¶ Glo. in ver. calumnia. diuiditur in duas partes, prout duo format contraria contra text. Secunda ibi, item cōtra. C. de plus pet. ¶ In eadem gl. ibi, secus in resistente. ista est vera solutio, q aut euidens calumnia committitur ex parte actoris, & tunc transactio est ipso iure nulla, vt hic: aut ex parte rei, & tūc secus, vt in contrario. Ratio diuersitatis est, quia fauorabiliores sumus reis, quàm actorib. vt in regula fauorabiliores de reg. iur. & l. Arrianus. ff. de act. & oblig. & ita tenet Bart. in d. l. sub prætextu. & in l. siue apud acta. C. de trans.
* Alia sol. tradita per Bar. hic *communiter reprobatur* per Scrib. in d. l. sub prætextu. & quia ibi ordinariè dixi, hic non repetam. Est verum, q Bart. videtur esse sibimet contrarius. nam in ista l. videtur tenere, q non distinguatur actor à reo, tamen in d. l. sub prætextu, & in d. l. siue apud acta, distinguit reum ab actore, sed saluando Bart. à contrarietate, considera, q Bart. hic loquitur in secundo membro, quando dolus committitur non in calumniosè litigando, sed inducendo aliquem dolo ad transigendum, & isto secundo casu non distinguitur actor à reo: nam etiam in isto secundo membro. Bartol. in prædictis locis non dicit debere distingui actorem à reo, sed in 1. memb. bene ibidem distinguit, quod etiam non negat Bartol. hic. Extra gl.
* Bartol. hic format vnam oppositionem, in cuius solutione *magis communiter* reprehenditur per Doct. quia benè verum est,
b quòd dolus [b] dans causam contractui stricti iuris non annullat contractum ipso iure. l. dolo. C. de inu. stip. Fallit tamen in transactione, quando dolus est euidens, vt hoc tex. & ita respondetur per Scriben. in d. l. sub prætextu. vbi dixi de hoc, ideo hic non repetam.

ADDITIONES.

a ¶ Magis communem. Quam sequitur, & magis communem dicit Dec. cons. 216. & 203. colum. 2. licèt ibi dicat contrariam magis communem, de qua videri potest Cur. iun. cons. 53. col. 2. vers. non obstat. Alex. cons. 42. col. 4. lib. 1. & cōs. 118. li. 7. vbi Doct. in Apostil. no. Catel. verb. venditor, col. 2. vbi sequitur Ias. hic. limitando tamen, vt non procedat d. conclusio, vbi quis esset deceptus vltra dimidiam iustæ æstimationis futuræ litis magno, & longo excessu. Dec. d. cons. 216. Corn. cons. 116. lib. 1. Dec. cons. 60. col. 2. Quo in articulo dixit ipse Dec. cons. 479. col. vlt. quòd non facile diudicari potest, quæ sit communis opin. & ideo distingue, vt per eum ibi. MASVER.

b ¶ Dolus. Adde Bald. in cap. vnico. ante fi. de plus peti. * Et dic, quòd si dolus dedit causam contractui bonæ fidei, reddit contractum ipso iure nullum, si tamen erat stricti iuris, venit annullandus. communem dicit Villal. inter cō. opi. lib. 4. vers. dolus. de quo per Ias. in l. interposita. C. de transact. in l. si quis cum aliter. num. 9. de verb. oblig. in §. actiones, num. 6. Insti. de act. & quid in contract. bonæ fidei? Vide Rol. cons. 22. nu. 49. lib. 3. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Frumento indebitè soluto agitur ad æstimationem.*
2 *Quis habitando indebitè bona fide domum meam, tenetur ad pensionem.*
3 *Ita in vxore habitante domum post mortem mariti.*

§. In frumento.

In frumento indebitè soluto, & consumpto in suos vsus p recipientem condicitur eius æstimatio. Item habitatione per dñm indebitè concessa, condicitur quantum, habitator fuisset
1 conducturus. h. d. vsque ad §. si seruum. ¶ † Not. primò ex hoc tex. q frumento indebitè soluto, & per recipientem in eius vtilitatem cōsumpto agitur ad pretium, & sic ad æstimationem. Contra hoc opp. Bart. de l. si seruum. §. sequitur. ff. de verb. obl. & l. pen. s. de cond. ob causam, & responde, vt hic per eundem in l. q indebitum. s. eod. vbi dixi. Secundò not. in ver. sic, & in
2 habitione, † q qñ quis indebitè inhabitauit domum meam, bona tñ fide, tenetur præstare pensionem quanti ipse fuisset conducturus, non quanti ego dñs fuissem locaturus, & in hoc iste §. est multum tenendus menti s'm Bart. & sic no. ex hoc text. s'm Bar. q iste, qui habitat domum tm̃, vr de fructu percipere, quantum esset daturus pro habitatione. Pro clara tñ intelligentia in ista materia considerandi sunt tres casus s'm Bart. Ang. & Ful. Aut habitationem domus meæ habuisti ab alio, & ex causa onerosa, & in hoc, quid iuris sit, habuisti in l. si vrbana, s. eod. Aut habitationem domus habuisti à me dño, sed indebitè, & tunc repetam quanti conducturus fuisses, & in istis terminis loquitur iste §. Aut & tertiò habitationem non habuisti à me, nec ab alio, sed sic simpliciter inhabitasti nullo concedente, & tunc dicit Bart. se putare, q agendum esset condictione sine causa ad id, quanti conducturus fuisses, arg. tex. l. 1. s. tit. 1. Subdit Ang. hic, q si ego dñs concessi simpliciter habitationem domus, vt amici faciunt inter se sub spe recipiendæ pensionis, & tunc reccurrendum esset ad arbitrium boni viri, sicut dicimus in salarijs seruientium. l. 1. in prin. ff. de var. & extraordi. cog. Si autem non concessit, sed habitationem occupauit amicus, siquidem bona fide, ad nihil tenetur. nam fructus iam consumpti sunt: si autem mala fide, tenetur ad omnes pensiones perceptas, & quæ percipi potuissent. l. certū, & ibi per Cyn. C. de rei vend. & in hoc vr limitare vltimum membrum Bar. ita etiam vr tenere Raph. Ful. licèt de Ang. non faciat mentionem: nā dicit, q vltimum membrū Bar. arbitratur esse verū, si non fuisset possessor, & bona fide habitasset, q̃a bonæ fidei possessor fructus consumptos lucrifaceret, arg. §. si qs à dño. Inst. de rerum diui. Si autem fuisset malæ fidei possessor, vel detentator, tunc teneretur non solùm quanti fuisset conducturus, vt dicit Bart. sed etiam insolidum, etiam de pensionib. percipiendis, vt dicit Ang. in l. domum. C. de rei vend. Adde, quòd hanc decisionem Iuriscon. hic cum distinctione Bart. not. Bal. in l. item quæritur. §. qui impleto. ff. loc. Io. And. in addi. Specu. in titu. de loca. § postquam. in addi. incip. secundum Rotfre. & in titu. de pign. in prin. in verbo, quid si obligasti. & ibidem quærit Spec. pignorasti domum, quam ego inhabitaui, an ego tenear ad pensiones, quas tu percipisti, an ad, eas quas ego [illegible] fuissem si fuissem conducturus. Et inclinat in partem, vt solum tenear ad illas, quas ego præstitissem, per istum text. sed eius opinio ex toto non placet domino Abb. in cap. cum contra. ante fin. de pign. per dictam glo. ibi, & per text. in l. 2. C. si pignus pign. da. sit. vnde distinguit do. Abb. q aut domus fuit simpliciter pignorata, & tunc tenetur ad pensionem, quæ communiter potuisset

2 hic. Pro expeditione primæ glo. reuocatur in dubium, † an dos data pro matrimonio illicito, qđ non est sequutum, possit repeti. In glo. prima ponuntur tres opi. quas per ordinem recitant Bar. & Scribentes. Insistam circa primam opin. in qua versatur intellectus istius legis. ¶ Prima fuit opin. Pla. ꝙ indistinctè talis dos data possit repeti, etiam si mulier sciuit ius, & factum, & consequenter sciuit hunc esse auunculum suum. Item sciuit, ꝙ ius prohibebat contrahi cum eo matrimonium. nam etiam data scientia vtriusque procedit iste text. & ratio in eo assignata, quia non dedit ob causam turpem, vt incestum committeret, vel stuprum, sed ob honestam causam, scilicet matrimonij, & ꝙ sciret factum, patet propter coniunctionem sanguinis, quia erat auunculus. l. octaui. ff. vnde cogn. l. de tutela. C. de in integ. resti. mi. ꝙ etiam sciret ius, patet, cum tex. dicat, eam esse in delicto cum turpitudine, qđ dici non posset, si ignorasset ius, & putasset matrimonium valere, quia talis ignorantia iuris, quamuis etiam non esset iusta, tamẽ excusaret à dolo. l. igitur. in prin. ff. de libe. causa. glo. in l. plagij criminis accusatio. C. ad leg. flau. de pla. & in l. 1. in fi. de abige. sed turpitudo non posset dici sub esse, nisi subsit & dolus, & mala fides. Istam opin. Pla. sequitur Bar. quando matrimonium illicitum non est de facto copulatum, sed tantum contracta sponsalia, & mulier sua sponte postea non nupsit, tunc dotem datam indistinctè repetit per condictionem sine causa, etiam si fuerit sciens ius, & factum. ita dicit esse tex. hic, qui in veritate secundum eum voluit hoc dicere in ver. quam rationem fortassis. Istam opi. confirmat Bar. duplici ratione. Prima, quia causa proxima donationis est honesta, licèt sit nulla, scilicet dotis, & illa est spectanda, non autem causa remota, quæ turpis est, scilicet matrimonij illiciti de facto copulandi. l. 4. §. sed qđ meretrici. ff. de cõdi. ob tur. causam. & istam rationem nullitatis, & non ignorantiæ considerauit Iuriscon. hic secundum eum. Secunda ratione mouetur, quia in delictis imperfectis pœnitentia facit cessare pœnam. l. qui falsam. ff. de fal. cum alijs hic alleg. per Bar. tenent Ang. & Pau. de Cast. & dicit Pau. de Cast. istam opi. Bar. esse pulchram, & tenendam. sed Raph. Fulg. sequendo sententiam gl. nostræ, ꝙ etiam non sequuto matrimonio illicito mulier scienter dans dotem non possit repetere, respondet subtiliter vtrique rationi Barto. Nam licèt causa donationis istius dotis non sit turpis, sed potius nulla, tamen mulier, quæ dedit talem dotem sciens ius & factum, soluit ex causa de iure impossibili, quæ causa licèt non sequatur, impeditur tamen repetitio. l. dictam. C. de condi. ob causa. not. in l. si militem. eo. titu. & per hoc tollitur prima ratio Bar. Secundò facit regula. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur. nam soluens scienter indebitũ censetur donare, & sic tollitur secunda ratio Barto. Nam hic cessat repetitio, non quia mulier deliquerit, sed quia donauerit. Pau. de Cast. hic dicit, ꝙ aliàs contra opi. Bar. allegabat ista fundamenta, ꝙ ex quo mulier sciuit ius, & factum, licèt matrimonium illicitum non fuerit de facto copulatum, tamen non debet posse repetere dotem datam, cùm eam videatur donasse, ex quo eam dedit ob causam, quã sciuit impossibilem, per glo. in d. l. dictam. & in d. l. si militem. non ergo prohibetur repetere, eo quia non consummauerit delictũ, sed eo quia donasse videtur. postea dicit se reperisse do. Raph. Fulg. hic mouentem istas opi. contra Bart. tamen dicit Pau. de Cast. quòd alias respondebat istis fundamentis, quia gl. in contrarium alleg. loquuntur, quando quis dedit animo repetendi vllo vnquam tempore ob causam, quam sciuit impossibilem, & tunc bene verum est, ꝙ impeditur repetitio, sed quando datur in causam dotis, vt in hac. l. tunc datur animo repetendi saltem soluto matrimonio, vnde non præsumitur animus donãdi, licèt sciuerit ius, & factum. Vltra eum tu responde ad fundamenta Rapha. Fulg. quæ habent, quòd hic cesset repetitio non ex eo, quia consummauerit delictum, sed eo quia donasse censeatur, per d. l. cuius per errorem. Nam cum in hac l. expressa sit causa, licèt inualida, certè facit cessare præsumptionem tacitæ dona. l. si cum nurum. ff. de sol. secundum Bart. inquantum dicit, quòd debet inspici causa proxima, & non remota per d. l. 4. §. sed quòd meretrici. & quòd hic causa proxima donationis non est turpis, sed nulla, reprobat do. Christoph. Por. in fin. in vltim. colum. Insti. de nup. eo quia licèt mulier solueret pro dote constituenda, quæ dicitur honesta causa, tamen dicitur turpis, quia tendit in hunc finem, vt tale matrimonium illicitum, & incestuosum contrahatur, & sic dicitur datum principaliter ob turpem causam, quia actus agentium regulantur secundum finem, ad quem tendunt. l. verum. la 2. & l. qui iniuriæ. ff. de fur. sed saluando Bar. potes dicere, quòd istud procederet, quando ipse finis sequeretur, quod non est in casu huius legis, vbi iste finis turpis non est sequutus, & sic non est copulatum ipsum matrimonium illicitum, prout bis cum mysterio dicit Iurisconsul. hic in verbo, neque nupsit. Pro opin. Bar. & Pla. facit alia not. ratio, quam assignat Bald. in rubr. ff. solut. matrimo. vbi quærit, quare minus puniatur mulier dans dotem pro matrimonio illicitè ꝯtrahendo, quàm pro cõtracto de facto, quia primo casu repetit, secundo non, & dicit, quòd ratio diuersitatis est, quia in matrimonio contrahendo non fuit turpitudo cõsummata, sed pœna, quæ imponitur ipsi facto per legem, requirit turpitudinem consummatam, & non inchoatam. l. 3. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. Facit, quod not. Ioan. And. in c. perpetuæ. de elect. in sexto. in nouel. vbi not. quòd licèt sententia hominis non semper requirat factum consummatum, tamen sententia legis semper requirit factum consummatum, quod est bene not. secundum eum. Adde, ꝙ idem etiam not. Ioan. And. in regula in pœnis. de regu. iur. in sexto, in nouel. Bal. in l. si quis non dicam rapere. C. de Episco. & cler. Item pro opi. Barto. & Placen. adde facere, quia pœnitentia, quæ reducit rem ad pristinum statum, facit cessare quamcunque pœnam. text. est no. in l. ex hoc edicto. §. pen. ff. de alie. iudi. mutan. causa fac. quem sic alleg. Bal. in c. 1. in princip. de prohi. feu. alien. per Fed. Item pro opin. Plac. multum stringit text. in c. & si necesse. de dona. inter virum, & vxorem, vbi contrahentes matrimonium illicitum sciebant tale impedimentum, cùm essent in secundo gradu consanguinitatis, vt ibi habetur in antiq. & illud erat
* notorium, secundum Ioan. And. *& communiter Docto. ibi*, & tamen repetitur quicquid occasione illius matrimonij fuit datum. Et dicit ibi formaliter Host. quòd Papa ibi ex certa scientia approbauit istam sententiam Plac. quia æquior est, vnde secundum eum in dissensionibus opinionum credendum est Papæ. c. per venerabilem. §. rationibus. in verbo eius sententiam, qui filij sint legi. Sed tu aduerte, quòd ille tex. loquitur in fortioribus terminis quàm Plac. quia loquitur, quando matrimonium illicitum fuit copulatum, vt clarè dicit ibi tex. in verbo copulæ dissoluendæ, & tamen concedit repetitionem eius, quod est datum occasione illius matrimonij, & sic de directo confundit dicta Barto. & Docto. hic, & ea, quæ tenent glo. 2. & Docto. Et propter hoc glo. & Docto. ibi multum laborant, & in effectu traduntur vndecim intellectus, seu vndecim solutiones ad illum tex. quas ibi potes per te videre, maximè per Mod. Aliã not. distinctionem in isto art. tradit Bald. in rub. ff. solu. matrim. quam etiam per te videas. ¶ Capio gl. 2. in verbo, neque nupsit, ex qua habes, ꝙ quando matrimonium illicitum est consummatum, tunc mulier, quæ sciuit ius, & factum, vel alterum tantum, prohibebitur dotem datam repetere, non tamen remanebit penes virum, sed applicabitur fisco. l. qui contra. C. de ince.
* nup. *nisi interueniret error acerrimus*, vt ibi dicit text. ¶ *Contra istam communem glo.* fortiter vrget text. in cap. si necesse. de dona. inter virum, & vxo. vt statim dixi supra proxi. in glo. præceden. Bar. hic fuit in noua, & singulari opi. quòd iuris ignorantia non excuset à pœna incestus. l. si adulterium cum incestu. in princip. & §. 1. vbi etiam per Bart. de adult. nec à pœna nullitatis matrimonij. l. 1. C. de interdi. ma. nec à pœna amittendorum lucrorum, si quæ sibi inuicem de facto coniuges donassent. sic intelligit. l. qui contra. C. de incest. nup. Sed bene iuris error excusat à perditione proprij patrimonij, & sic ne perdatur dos, vel donatio propter nuptias, vt in Authen. de incest. nup. in princ. & in Authen. incestas. C. eo. Item excusat, vt filij dicantur esse legitimi ex parte ignorantis, vt l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. Imò fortius attentauit Bar. (sub dubio tamen fortè) quòd etiam si mulier vtrunque sciuerit, scilicet ius, & factum, adhuc possit ipsam dotem repetere: nam ratione turpitudinis non repellitur, quia non est turpis, sed nulla, vt hic dicit text. Item ratione indignitatis non potest repelli ab alio, nisi à fisco, qui ipso iure, & facto non repellit, sed demum lata sententia priuationis, vt videtur dicere text. cum glo. in l. his consequenter.
a §. 1. ff. famil. ercisċund. [a] tamen dicit singulariter Barto. dubitatiuè posse dici, quòd d. l. his consequenter. §. 1. loquitur in hereditate, quæ potest esse damnosa, & habere onera. l. si hæreditatem. §. 1. ff. manda. ideo requiritur agnitio fisci: sed hic loquimur in dote, in qua non potest esse damnum, ideo ipso iure acquiritur fisco, & sic mulier agere non potest. Istud vlt. exclamat

ADDITIO.

a ¶ Familiæ erciscundæ. Aliam limitationem ponit gloss. in l. ea sola. infra de reg. iur. Ias. in l. controuersia. col. pen. ss. de transa. [illegible]PV.

mat Raph. Fulg. hic, & dicit, quòd est melius, quã dixerit Bar. in hac l. & quod est valde notandum, quia de facto tunc pendebat. Breuiter teneas, quòd quando matrimonium illicitum est sequutum, tunc si mulier ignorauit ius, & factum, & sine dubio potest repetere dotem datam. l. si cum dotem. §. fi. ff. sol. matrimo. Aut sciuit vtrunque, & non repetit. d. l. qui contra. Aut sciuit ius, sed ignorauit factum, & tunc si est error acerrimus, excusatur, & potest repetere, vt ibi. Aut sciuit factum, sed ignorauit ius, & tunc non repetit. d. l. qui contra. & ita tenent glo. hic, & in §. si aduersus. Insti. de nup. & glo. in Auth. de ince. nup. in prin. in verb. licuerit. Et licèt Bar. hic constituat differentiam inter lucrum, & damnum, & sic quòd error iuris non excuset quantum ad conseruandum lucra dotalia, tamen bene excusat à perditione proprij patrimonij, & sic ne perdatur dos, vel donatio propter nup. & cum Bar. transit simpliciter Pau. de Cast. hic, tamen ista differentia non videtur bona, & sic sequenda est opi. glo. præallegatarum, quòd iuris ignorantia in matrimonio illicito de facto copulato, non excuset etiam à periculo dotis amittendæ, prout etiam tenet Raph. Fulg. hic per istã l. quæ bis cum magno mysterio dixit, neque nupsit, ad denotandum, quòd si nupsisset, non esset locus repetitioni dotis, & per l. si quis incesti, C. de incesti. nup. Item differentia Bart. confunditur per tex. in d. l. qui contra in verbo, *nihil ex eodem matrimonio consequatur; siue ante nuptias donatum sit.* & sic amittitur donatio propter nuptias tradita ab vxore viro, quæ erat amissio proprij patrimonij, non tantum lucri, & sic contra Barto. postea subdit text. *siue deinceps quo quo modo datum fuerit*, iuncta gloss. paruulaibi, in verbo datum, quæ dicit pro dote, & ista confirmantur in versic. exceptis. vbi à perditione dotis, & donationis propter nup. & sic proprij patrimonij non excusat nisi acerrimus error, & lubricum ætatis, & sic ille tex. bene consideratus confundit prædictam differentiam Bar. ¶ Not. tamen diligenter istud, quod vult Barto. in ista sua doctrin. quòd error iuris excuset quantum ad hoc, vt filius dicatur esse legitimus respectu ignorantiæ, per tex. in l. q. in prouincia. §. 1. ff. de rit. nup. Adde gloss. quæ etiam istum text. alleg. in d. l. qui contra. C. de incest. nup. Ille tamen potius probat contrarium, quia text. ibi fundatur in pluribus, præsertim in diuturnitate temporis 40. anno. in ignorantia iuris, & in facto ab auia, vt ibi in litera, & propterea dom. Abb. in cap. referente. qui fi. sint legi. dicit, quòd in d. l. qui in prouincia. §. 1. est bonus text. vbi probatur, quòd error iuris cum longinquitate temporis excusat ad hoc, vt filij dicantur legitimi. & idem dicit Angel. hic, vnde tu alleg. pro Bar. glo. in l. miles. §. pen. supra de adult. quæ tamen glo. loquitur, quando errauit in iure, & in facto. Item pro Bart. alleg. bonum text. in c. ex tenore, & ibi. dom. Abb. not. & in c. tanta. qui filij sint legi. Sed aduerte, quia gloss. ordin. in d. l. qui contra. requirit, quod vterque fuerit ignorans ad hoc, vt filij nati ex matrimonio illicito de facto contracto dicantur legitimi, & pro illa glo. videtur facere text. in c. cum inhibitio. de cland. despon. & ibi. do. Abb. in vlti. not. & do. Abb. in c. referente. in vltim. not. qui filij sint legitimi. sed Bald. in d. l. qui contra. quærens an filij nati ex matrimonio illicito sint legitimi, concludit, q̃ si vterq; ignorauit impedimentum, vel alter tantum, tunc filij sunt legitimi secundum canones, per iura ibi alleg. in glo. & per text. in c. 2 in fin. qui filij sint legi. & quod satis sit si vnus ignoret, dicit facere. l. duobus. ff. de lib. cau. secundum Iaco. de Are. quod est not. dignum secundum eum. & cum Bal. tenet Pet. de Ancha. in commento cap. canonum statuta. de constit. in 8. char. & in consi. 283. incip. Sempronius, qui secundam vxorem. Pro ista parte adde, quod decidit Bal. in l. eam quam. in 6. col. in versic. denuo quæro. C. de fideicom. vbi quærit: aliquis putans tenere matrimonium, quod de facto erat contractum, instituit hæredem genitum ex tali matrimonio illicito tãquam legitimum filium, iusto errore ductus: nunquid valeat talis institutio? ibi vide per eum. Item adde, quod decidit Bal. in cap. naturalis. in vlt. colum. si de feu. fue. contro. inter do. & agn. vbi quærit: pone, quod non tenet matrimonium propter impedimentum iustitiæ, & publicæ honestatis, tamen contrahentes credebant tenere, errantes in facto: an filij succedãt in feudo? determinãt no. quod sic, quia sunt legitimi à natura. alleg. not. per glo. in d. l. qui contra. tenendo decisionem Barto. hic, not. Barto. velle, quod filius censeatur legitimus, quo ad ignorantem tantum, & sic [illegible], quod filius possit censeri legitimus, & illegitimus, quod [illegible] ad ea, quæ dixi in l. pactum dotali. C. de coll. ¶ Vltimo not. [illegible] pro complemento huius legis, quia per glo. & Doct. constituitur differentia inter scientes impedimentum matrimonij, & ignorantes, vide quod in materia vult glo. not. in l. si quis sub conditione. & ibi Bar. ff. de condi. insti. quod qui copulant aliquos in matrimonium, & iurant, quod neuter iure con sanguinitatis [illegible] matrimonium separabit, præsumuntur sciuisse impedimentum consanguinitatis, quod not. Per ista cum laude Dei sit impositus finis huic legi, & eius intricatæ materiæ, & sic remanet expeditus iste 12. liber.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sit differentia inter condictionem ex lege, & accusationem ex lege, & actionem in factum.*
2 *Lex vtens verbo præsentis temporis, an trahatur ad futura, & quid si per verba præteriti temporis. ibi.*
3 *Quid in statutis.*
4 *An promissio inter principes de non reuocando bannitos, extendatur ad futuros bannitos.*
5 *An ex dispositione legis oriatur ius agendi.*
6 *An sit actio, vel officium iudicis.*
7 *Et an sit condictio ex lege, vel actio in factum.*
8 *Ex contractu emphyteutico oritur actio specialis.*
9 *Quando statuto, vel consuetudine inducitur nouus contractus, tunc agitur actione speciali ex illo contractu.*
10 *Differentia inter condictionem ex lege, vel statuto, & accusationem ex lege.*
11 *Quando agitur ex aliquo delicto nominato, tunc agitur actione in factum.*
12 *Differentia inter actionem in factum, & præscriptis verbis.*
13 *Quotuplex sit actio in factum, & quando, & quomodo competat.*

De condictione ex lege. Rub.

LEX PRIMA.

SI obligatio. Quoties per legem nouã inducitur obligatio, non expresso nomine actionis, condictio ex lege competit. hoc dicit. † Quæ differentia sit inter condictionem ex lege, & accusationem ex lege, ponit Bart. ĩ. in pen. colum. ad fi. & ibi dicam. Item, quæ differentia sit inter condictionem ex lege, & actionem in factum, videtur sentire Bart. hic in vlt. colum. post medium, sed non apertè declarat, ibi ponam, & in specie declarabo. Item an condictio ex lege detur ad facta, ponit Bald. in l. ex placito. in 9. quæst. C. de rer. permu. per Bart. in l. iurisgentium. § sed cùm nulla. ff. de pact. & ibi dixi. Item ad materiam adde, quod condictio ex lege potest cum alia actione concurrere. tex. in l. quoties. & ibi glo. ff. de act. & oblig. Barto. hic in fin. Bal. in rub. C. eo. in vlti. colum. vbi hoc intelligit verum, quod cum alia concurrit, ex diuerso tamen capite. ¶ Capio glo. vnicam, quam diuide in octo partes. In prima ponit primum intellectum ad text. quod dictio noua, sit casus nominatiui, & construatur cum dictione obligatio. In secunda ponit alium intellectum, quod dictio noua, sit casus ablatiui, & determinet dictionem proximam lege. In tertia ponit quatuor exempla ad istum text. quæ sunt de iure. C. In quarta ponit aliud exemplum de iure Digestorum. In quinta opp. contra illud exemplum iuris Digestorum, & soluit. In sexta ponit aliud sextum exemplum de iure C. In septima opponit contra exemplum. C. & soluit. In octaua, & vltima timore tacitu contrarij, quod statim formabo, glo. exponit text. in verbo sit, vt ponatur pro tempore futuro, scilicet erit. Secunda ibi, vel verius dic. Tertia ibi, & accipe exemplum. Quarta ibi, item in domino serui. Quinta ibi, nec obstat, quod illa est. Sexta ibi, item poni potest. Septima ibi, cùm hæc. Octaua, & vltima ibi, & dic sit, idest, erit. ¶ In ead. glo. ibi, item poni potest in l. si quis in tantam, & c. habes ex gloss. sex exempla ad istum text. quinque de iure. C. & vnum de iure digestorum. plura alia exempla de iure digestorum. C. & Authen. ponunt Bart. Bald. & Pau. de Castr. hic, quibus adde aliud pulchrum exemplum in l. si sub hac. & ibi glo. ff. de inoffi. testa. secundum Alb. de Ros. hic. subdit Bart. quod etiam poni potest exemplum in constitutionibus Regum, & Principum. Istud vltimum de cõstitutionibus principum non videtur simpliciter, & indistinctè verum, cùm statuta principum censeantur ius prætorium, & non ciuile, secundum Bar. in l. 2. in fi. ff. de bon. poss. Bald. in rub. C. qui admi. in 6. q. do. Abb. in c. fi. de offi. deleg. sicut etiam dicitur in statutis Ducum, Comitum, & Marchionum secundum Bar. in l. 5. in prin. ff. de verb. obli. cum suis concord. ibi assignatis; sed ista lex non habet locum in obligatione inducta de iure prætorio, ex quo non competit condictio ex lege, sed actio in factum. §. fin. & ibi gl. magistra. Insti. de interdic. glo. in rub. ff. de præscrip. verb. Bal. hic in 3. q. prin. Alb. & Ange. hic. salua Bart. vt procedat in principe non recognoscente superiorem, & habente perpetuam iurisdictionem, quia tunc habetur loco supremi princ ipis,

a principis, ᵃ vt not.Bart.in l.1.§.de qua re.ff.de poſtu.& in l.infamem.ff.de pub.iud.& in l.relegati.ff.de pœn.& in l.hoſtes.ff.de cap.& ſic eius ſtatutum cenſetur ius ciuile, ſm Alexan.& Are. in d.l.5.in prin.ff.de verb.oblig. Lud. Ro.in d.l.1.C.qui admit. Bald.in l.donationes quas parentes.in fi. C. de don.inter vir.& vxo. ¶In ea.glo.ibi,ſed quomodo hæc lex cogitauit.dic, ꝙ iſta lex non potuit cogitare de ll.futuris in ſpecie.l.iubemus.in fi.C.
2 de teſt.ſed bene in genere.l.qui iure.ff.de teſt.mil.¶ † In ea.gl.in fi.ibi, & dicit ſit, ideſt, erit. iſtam expoſitionem fecit gl.timore contrarij. nam cùm iſta lex vtatur verbo præſentis temporis ſit,non videtur,ꝙ debeat trahi ad futura.l.ſi ita.ff.de aur.& arg. leg.& l.ſi ita ſcripſiſſet,vbi tex.not.ff.de leg.2. & l. verbum erit. ff.de verb.ſign.Iſta expoſitio gl.ſecundum Doct.non eſt neceſſaria,quia contraria loquuntur in teſtatore,qui cùm ſemel tantum loquatur, ideo tempus præſens ab eo prolatum non trahitur ad futurum: ſecus eſt in legibus,quia cùm lex ſemper loquatur,& ſemper ſit in viridi obſeruantia.l.Arriani.C.de hæret. ideo loquitur de præſentibus, & futuris caſibus, & propterea ſemper trahitur ad futura: ita etiam dicit Bar.in d.l.Arriani.&
3 in l.certa forma.circa fi.C.de iure fiſc.libr.10.† Adde, ꝙ idem etiam eſt in ſtatutis,quia etiam ſi ſtatutum loquatur per verba præſentis temporis, vel etiam præteriti, tñ trahitur etiam ad futura, niſi ſtatutum contineret delictorum indulgentiam, vt quia diſponat, ꝙ quilibet bannitus ſoluendo tantam pecuniã liberetur de banno, non habet locum in banniendis in futurũ. l.2.C.de genera.abol.l.cùm lex.ff.de legi. quia daret materiam delinquendi,contra l.conuenire.ff.de pac.do. & l.meminerint. C.vnde vi.ſecundum Bart.in l.omnes populi.in antepe. col. & ibidem Bald.ff.de iuſt.& iur. Bar.in d.l.cùm lex.& in l.ſi ita.in 1. col.ff.de aur.& arg.leg. Bald.& Imo. in l. cum in ſecundo.ff.de iniuſto rup.& in l.cum tale.§.pen.ff.de condi.& dem.Bald.in l. leges & conſtitutiones.& ibidem Sal.C.de leg.& idem Sal.in d. l.2.C.de gene.abol.do.Ant.de But.& Io.de Imo.in c.fi.de cõſti.do.Abb.in c.2.in prin.eo.tit.Gemi.in c.vt animarum.in vlt.col. de conſti.in 6 Albe. de Roſ. in 4.parte ſtatu.q. 55. incip. ſimilis quæſtio.Bal.in c.fi.in vlt.col.de præſcr.do.Ant.de But.in c.quia circa.in vlti.col.de priui. Iſta doctri.videtur aliqualiter limitari per illud, quod no.tenet Ang.in conſi.206.incip. punctus eſt in
4 anno Domini,in pen.col.vbi tenet, † qđ promiſſio viciſſitudinaria, ſeu mutua facta inter duos principes, vel duas ciuitates de non receptando bannitos,vel rebelles alterius, refertur etiã ad futuros bannitos: ſecus eſt in ſimplici promiſſione vnius principis facta alteri, quia tunc intelligitur de bannitis præſentibus tantum,vt ibi not.per eum. Facit,ꝙ ratione viciſſitudinis aliàs prohibita quandoque permittuntur.l.qđ autem.§.ſi vir & vxor.ff.de don.inter vir.& vxo.l.ſi pater puellæ.vbi Bald.& alij no.C.de inoffic.teſtam.& ibi de hoc dixi,& alia ad hoc cumulaui.Secundo limitat no.Bal.in d.l.cum lex. ff.de legi. vt prædicta deciſio Doct.de indulgentia, vel remiſſione delictorũ,procedat,qñ materia præcedit ſtatutum: ſecus è contra quando ſtatutum præcedit materiam: puta,dicit ſtatutum, ꝙ omnibus pacem habentib.iudices dimittant medietatem pœnæ,& tunc etiam de futuris intelligitur, quia noua forma nouæ materiæ adaptatur.l.ab Anaſtaſio.in fi.C.mand.qđ no.Adde etiam prædictis Alb.de Roſ.hic,qui dicit vidiſſe in facto dubitari,ſi ſtatutum loquatur in præterito: puta,quia dicat,ꝙ bannitis ius non reddatur, nunquid extendatur ad eos,qui bannirentur in futurum? determinat,qđ ſic,quia ſtatutum ſemper loquitur, & eſt in viridi obſeruãtia,vt ſupra dictum eſt,& ita etiam tenet Alb. in d.l.leges, & conſtitutiones. & in quarta parte ſtatu.in prædicta q.66.Item prædictis adde illud,quod per gl.hic decidit Bar. in l.illicitas.in prin.ff.de offi.præſi.ꝙ ſi ſtatutum diſponat,quòd iudex de facto debeat reſcindere venditiones factas per minores, extenditur ad venditiones minorum etiam poſt ſtatutum celebratas,licèt vtatur participio præteriti temporis factas. Ad hoc ponderat expoſitionem iſtius gl.hic,quæ exponit ſit, ideſt, erit, & quia lex ſemper loquitur. d. l. Arriani.& ſic eius natura eſt trahi ad futura.d.l.leges & cõſtitutiones. Item per iſtam expoſitionem huius glo.decidit Bart.in d.l. cum lex.ff.de leg.& in
* d.l.omnes populi.in antepen.col. *& communiter Docto.* ᵇ in illis
b locis ſupra alleg. ꝙ ſtatutum loquens per verbum præſentis, vel præteriti temporis: puta, quòd quicunque eſt, vel fuit obligatus per inſtrumentum publicum, poſſit capi ad petitionem creditoris, habet locum etiam in obligatis per inſtrumentum poſt tale ſtatutum factum. ¶Extra glo. Bart.hic ſubtiliter examinat materiã iſtius legis per tres quæſtiones principa.alij Scribentes hic nihil penitus tangunt, ſolùm dicit Pau. de Caſt.hic in fin. quòd Bart.multum ſubtilizauit, & dixit multa pulchra potius quàm vtilia. Bald.in rub.C.eo.in princip.dicit, ꝙ Barto. tractauit hic iſtam materiam ſubtiliſſimè, & profundiſſimè.
5 ¶† Prima prin.quæſt.Bar.eſt an ex diſpoſitione legis oriatur ius :

agendi, & diſtinguit, vt hic latè per eum. Adde inquantum Bart.dicit,quòd quando lex præcipit aliquid, qđ reſpicit commodum tantum eius,cui præcipitur, ꝙ tunc non oritur actio, quia eſt potius permiſſio,ſeu conſilium quàm præceptum. al-leg.l.ſæpe.ff.de offic.præſid.illa lex parum,aut nihil facit, ſed bene facit tex.in l.Titio centum.in princip.ff.de condi.& demon. arguendo à præcepto legis ad præceptum teſtatoris, & iſtum text.ad hoc alleg. Bald.in rub.C.eo.in 1.col. Item inquantum Bar.tangit,an ex permiſſione legis,quando non oritur ius agendi,dicatur competere ius, an verò facultas facti, & concludit, quòd quando lex permittit aliquid pro acquiſitione alicuius iuris de nouo, & tunc illud eſt ius, vt eſt ius adeundi hæreditatem: patet,quia ei præſcribitur: facultati autem, quæ facti eſt, non præſcribitur.l.viam publicam.ff.de via pub.Adde pro concluſione Barto.bonum text.in l. ſi mater. in verb. ius adeundæ hæreditatis.in fi.& ibi Pau.de Caſt.ad hoc no.C.de inſt.& ſubſt. & ita etiam tenent glo. & Doct.in l.3.ff.de acquir.hæred.glo.& Doct.in l.vnica.C.quando non peten. part.glo. & Docto.in d.l. licèt.& ibi latè Bald.idem Bar.in l.filio præterito. in pen. col.vbi
* Imo.& Mod.ff.de iniu.rup. *Et iſta eſt communis ſententia*, quicquid teneat Sal.in d.l.licèt. vbi ordinariè dixi de hoc, & ibi etiã pulchrè ſcripſi,quid de iure immiſcendi competente ſuis hæredibus,an ei præſcribatur 30.ann.ſpatio. ad ibi plenius ſcripta te remitto. Item inquantum Bart.in fi.huius.1.q.concludit,quòd vbicunque reus habet ius excipiendi, poteſt iudicis officium principaliter implorare,vt actori perpetuum ſilentium ponat, per gl.in l.Aurelius.§.cętum.& ibi Bar. ff.de libe.leg. & gl.in l.ſi contendat.& ibi Bar.ff.de fideiuſ.adde Bar. in l. ſi ſocietatem.§. arbitrorum.in 4.col.in verſi. quæro quo iure arbitratoris.ff.pro ſoc.& in l.3.§.nunc de effectu.ff.de lib.leg. & l.ſi finita.§. eleganter.in 3.col.ff.de dam.infec.Bal.in rub. C.eo. Multi in hoc tenẽt contrarium, præſertim Imo.latè in d.l.ſi contendat. & Bald.in pleriſque locis.& Sal.ideo vide plenè de hoc per dom. Alex.in
6 d.§.eleganter.in pen.& vlt.char. ¶†Secundò principaliter quærit Barto. quando ex diſpoſitione legis oritur ius agendi, an ſit actio,vel officium iudicis,& concludit, quòd quando verba legis diſpoſitiua referuntur ad partes, vel imperſonaliter proferuntur, & tunc ſemper oritur actio, & hoc eſt clarum, vt hic per eum. Si autem verba legis diſponentis referuntur ad iudicem, & in hoc diſtinguit Bart. plenius hic,quàm alibi, quòd ſi referantur ad iudicem affirmando, tunc ſemper competit iudicis officium, & non aliqua actio. l. quod ſi minor.§.fin. ff.de mino.glo.ord.in l.ſi ſoror.C.de coll.Si autem verba legis diſpoſitiua referuntur ad iudicem negatiuè, & tunc non producunt officium iudicis,nec actionem,vt hic per eum.¶Limitat Bart. primum membrum non procedere, quando verba legis directò diſponerent circa ius agendi, tunc proculdubio producerent actionem, vt patet in omnibus edictis, quæ dicunt iudicium dabo.licèt enim verba referantur ad iudicem,tamẽ quia directò diſponunt circa ius agendi, producunt actionem. l. ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iudi.& l.1. in princip.ff.de his qui deie.vel effu.& l.1.in princ.ff.commo.cum iſta doctr.Bar.tranſit ſimpliciter dom.Abb.in cap.ſæpe.in 3.& 4.col.de reſtit.ſpol. Adde circa primum membrum Bar. quando verba legis referuntur ad iudicem affirmatiuè, ſemper competit officium iudicis, vltra gl.in d.l.ſi ſoror.idẽ tenet glo.in l.ſi res obligata.in gl. vlt.in fi.ff.de leg.1.Bar.in l.1.in prin.in vlt.col.ff. ſi quis ius dicen. non

ADDITIONES.

a * Principis. Adde,quòd non poſſunt Duces,Comites, Marchiones, & alij recognoſcentes ſuperiorem, decreta edere derogatoria iuris communis, niſi aliud ex verbis inueſtituræ colligatur,puta, quia Imperator tranſtulit in eos iura Imperialia,cõſtituendo in ſuo territorio Romani Imperij Vicarios perpetuos,vt eſt in Sereniſs. Em. Philiberto Duce Sabaud. qui eſt vicarius Imperij.ita no. Nat.conſi.179.col.4. vbi ponit caſum no. & ibi quid in populis, an poſſint ſtatuere contra ius commune.Quòd autẽ non poſſint inferiores à principe,exceptis ciuitatibus, & earum populis, ſtatuta condere contra ius commune, dicit Alex. conſi.106. lib.2. & an actiones deſcen.ex ſtatutis Ducum,Marchionum,& ſimil.ſint ciuiles, vel prætoriæ, diſtingue, vt per Pract. Bal.tit.de ſtatut.q.26.Iaſ.in §.ſed iſtæ.nu.27. inſt.de Act. & quid de iure ſtatutorum,an dicatur ius prætorium, quando conditum fuit à perſonis [illegible]rioribus ſuperiorem recognoſcen.vide Matheſ.ſing.189.Rom.conſi.[illegible]. Alex. in l.1.col.6.poſt nu.24.ff.ad l.Fal.Rol.de dote q.3. Nat.conſi.25[illegible]. 2.conſ. 367.nu.8. MASVER.

b ¶Communiter Doct. Pro qua vide,quæ ſcribit Pract.Bald.in q[illegible]t.circa ſententiam,q.6.vbi qualiter intelligatur lex, vel ſtatutum loque[illegible] de præſentibus,præteritis,& futuris.Abb.in c.nimis. nu.1.de fil.presbyt. & quid de conſtitutione noua, an extendatur ad pendentia tempore conſtitutionis? vide glo.in cap.licèt. verſic.de cætero.de elect.lib.6. Alex.conſi.136.nume.23.lib. 4.& quòd non porrigatur ad præterita, no. Dec.in c.qu[illegible]in eccleſiarum.col. 2.de conſti.Iaſ.in l.in eum.nu.8.ff.de in ius voc.& fact[illegible] ſcribit Olden.lib. Act.forenſ.Act.1.Claſſ.1. MASVER.

non obtempe.& in l.1.§.ait pretor.ff.de postulan.Bal.in rub.C. eo.& in Auth.dos data.ad fi. C.de don.ante nup.& in l.fi.in 6.q. prin.C.de iur.do.Sal.in l.1.C.eo.de condi.ex lege.Item ad istud primum membrum adde pulchrè Bar.in l.solent. in 2.col.ff.de alim.& cib.leg.vbi per hoc determinat, ꝙ si statutū disponat, ꝙ Potestas, vel Capitaneus tale qđ faciat, ex isto statuto oritur solùm officium iud.& non condictio ex statuto, & ita limitat Bart.in l.omnes populi.in vlti.q.ff.de iust. & iur. concludens ex dispositione statuaria informi oriri cōdictionem ex statuto.Itē ad istud primum membrum adde glo.in l.cum satis.C.de agr. & censi.lib.11. in gl. super verbo per iudicem.quam Bar.ibi in 2.col.multum no.pro statutis dicētibus, ꝙ iudex prouideat ne damna, vel iniuriæ inferantur: nam vigore huius statuti nulla nascitur actio,sed solùm eis datur iudicis officium. Subdit tamen mirabiliter ibi Bart. ꝙ si statutum diceret, ꝙ iudex debeat tueri tales iniuriam patientes, tunc eis bene datur actio,& exceptio.per l. statuas.ff.de acq.rer. do. ꝙ vltimum vr̄ confundi ex doctri.Bart.hic: nam cùm verba statuti referantur ad iudicem affirmatiuè, vr̄ ꝙ debeat oriri officium iud.sed dictum Bar.ibi procederet,quando verba statuti essent impersonaliter prolata, vel qñ directò disponerent circa ius agendi, vt hic per Bart. Item per istud membrum Bar.videtur confundi decisio eiusdē Bar.in l.non solum.per gl.ibi.ff.de rei vend.& in l.3.§.si rem.per glo.ibi.ff.de leg.3.in quibus locis tenet Bar.ꝙ si statutum disponat,ꝙ victus victori condemnetur in expen. prout etiam dicit ius commune,intelligitur tale statutum,nisi victus habuerit iustam causam litigandi, & tale statutum satis operatur vltra ius commune,cùm ex eo oriatur noua condictio,scilicet,actio ex statuto. Ista decisio videtur confundi per dictam regulam hic traditam: nam cùm tale statutum dicat,ꝙ victus victori condemnetur in expensis, verbum condemnetur, intelligitur necessariò à iudice,ergo debet oriri officium iudi.& non actio,& ita reprehendit do. Mathe.in no.si posset saluari Bart.qñ statutum loqueretur per alia verba, puta quia diceret, ꝙ victus victori sit obligatus in expensis: nam illud verbum obligatus,excluderet officium iudi. qđ nullam præsupponit obligationem. l.qui per collusionem.ff.de act.emp.ita dicit Bal.in l.terminato. in pen.col.in fi.C.de fru.& li.expen. de veritate tñ huius puncti latius ordinariè dixi in l.properandū.§.sinautem alterutra.C.de iud. Sed aduerte,licet gl.Bar.& Doct.vbiq; indifferenter teneāt istam conclus.tñ in contrarium soleo ponderare duos text.qui fortiter stringunt,vnus est in l.si à paciscen.ad fi.in ver.per iudicem.C.de pact. vbi verba legis expressè referuntur ad iudicem affirmatiuè,& tñ ibi oritur actio ꝓ socio,vel præscr. verb.secūdum gl.& Doct.ibi,alius est tex.in l.si tibi. cum gl. in versi.iubebit.C.loca.¶Circa secundum membrum Bar.qñ verba legis dispositiua referuntur ad iudicem negatiuè, qđ tunc non oriatur officium iud.adde ad hoc bonum text.in l. Meuium. §. sed qđ prætor ait.& ibi Bart.ad hoc not.ff.qđ met.cau. licet Bar.alleg. tex.in l.1.eo.tit.ff.qđ met.cau.Item inquantum Bart. in vltimo membro dicit, ꝙ qñ verba legis impersonaliter referuntur, ꝙ tunc competit ius agendi, per l.statuas.ff.de acq.rer. do. Adde, ꝙ per illum tex.datur prædicta regula,ꝙ ex lege simpliciter disponente,vel aliquid impersonaliter pcipiente inducitur actio, & exceptio, ita eum alleg.glo.& Docto. in Auth.sacramenta. puberū.C.si aduer.vend.& in l.cū de nouo.C.de legi.Bar.in l.iurisgentium.§.prætor ait.ff.de pac.& in d.l. statuas. Sed aduerte, quia tex.in d.l.statuas.videtur obstare doctr.Bar.in duobus. Primò dum Bar.vult,ꝙ in d.l.statuas.verba impersonaliter proferantur, & non referantur ad iudicem.tex.ibi vr̄ clarè dicere cōtrarium,dum dicit,*dare operam prætorem oportere*,& sic verba legis referuntur ad iudicem,& sic contra Bar.Item referuntur ad iudicem affirmatiuè,& tamen non oritur officium iudicis,sed actio: ergo de directò contra primum membrum Bar.Cogita si posset dici,qđ verba ibi referantur ad iudicem, sed negatiuè, dum text.ibi dicit, qđ prætor debet dare operam,ne liceat priuato auferre illud,qđ in publico positum est, quo casu cū verba referantur ad iudicem negatiuè, ideo non oritur officium iudicis,sed populo, ad cuius commodum prohibitio illa inducitur, bene datur actio,& sic sumus in secundo membro Bart.
7 iterum considera si melius possit responderi. ¶†Tertio principaliter quærit Bart.qñ ex dispositione legis oritur actio, vtrum sit condictio ex lege,vel actio in factum,vel alia actio,& distin
8 guit multum latè per tres col.vsq; ad fi.vt hic per eum.† Adde primò inquantum concludit Bar.ꝙ ex contractu emphyteutico oritur actio specialis, quæ vocatur actio ex emphyteusi,& denominatur à contractu, sicut in aliis contractib. nominatis, vt in actione ex empto, locato, & simili.per l.actionū genera. §.ex contractu.ff.de act.& oblig. & quia text.in §.adeo. Insti.de loc.dicit,ꝙ contractus emphy. est species contractus de per se. sicut ergo alij contractus iurisgentium nominati producunt actionem specialem ex ipso contractu, ita etiam erit hic. cum Bar.simpliciter tenet Ang.de Are.in d.§.adeo.in 3.col. Breuiter
* teneas *communem sententiam*, ꝙ ex cōtractu emphyteutico oriatur cōdictio ex lege zenoniana,prout tenet gl.in d.§.adeo. Bar. sibi contrarius, & communiter Docto.in l.1.vbi dixi.C.de iure emph.Bar.in l.1.in vl.col.ff.de pub.iud.Ang.in §.emphyteusim. in Auth.de non alien. eo quia contractus emphyteuticus non erat de per se potens ad producendum obligationem, nisi superuenisset lex zenoniana,quæ disposuit obligationem oriri,d. §.adeo.& d.l.1.& ibi declarat Bart. C.de iur. emphy.ergo debet competere cōdictio ex lege,vt hoc tex.Ita paucis teneas, quicquid tenuerint Cy.& Vltramon.in d.l.1.in 5.q.qui tenēt,ꝙ oriatur actio pscr. verb.quos ibi sequitur Alb.de Ros.& Bal.in rub. C.eo.in vlt.col. vbi respondet ad l.3. ff.de præscr. verb.alleg.per Bar.hic contra Vltramon. & Bal.in c.dilecti. de iud.Item dum Bart.hic tenet,ꝙ contractus emphyteuticus sit contractus nominatus,adde ꝙ idē tenet Bal.in d.l.1.in 3.col.C.de iu.emphy. & ibidem Ang.vbi hoc no.ex illo tex.& idem Ang.in §.emphyteusim.in Auth.de non alie.vbi dicit ex hoc resultare mirabile, ꝙ est dare contractum nominatum,pro quo nō resultat actio nominata. Sed responde per id, ꝙ statim dixi, illud ideo esse, quia contractus emphyteuticus de per se non erat potens ad producendam actionem,nec obligationem, nisi superuenisset lex zenoniana.Adde etiam in simili, ꝙ contractus feudi dicitur esse cōtractus nominatus,sm Bar.in l.iurisgentium.§.quinimo. in pen.col.ff.de pac.& ibi dixi. contrarium in vtroque, ꝙ imò contractus emphyteuticus, & contractus feudi sint cōtractus innominati,tenuit Bal. sibi contrarius, & malè in l.fin.in 1.q.C. qñ lice.emp.disce.& in rub.C.de rer. permu. & in c.dilecti.in 2. col.de iud.vide no.Io.de Imo.in commento.c.potuit.in 35.col. de loca.& not.Bald.in c quæ in ecclesiarum.in 10.col.& seq.de consti.Item inquantum concludit Bart.ꝙ ex literarum obligatione,si in ea venit incertum, agitur speciali actione ex literis, vel ex literarum obligatione,si autem veniat certum, competit cōdictio ex literarū obligatione,sicut distinguimus in stipul. l.si quis certum.ff.si cer.pet.iuncta.l.non figura. ff.de act. & obl. idem tenet Bar.sm aliquas lect.in l.in contractib. in prin. in pe. q.C.de non num.pec.Aduerte in ista doctri. Bart.dum dicit,ꝙ si in contractu literarum veniat incertum, agetur actione ex literis: istud non vr̄ prima frōte posse procedere: nam cùm ista obligatio inducatur tñ in contractu mutui.l.generaliter. C.de non nume.pec.ergo non potest venire incertum,nec ad incertum agi,cùm in mutuo semper veniat certum.Sed rñde,ꝙ exceptio non nume.pecu.bene verum est,ꝙ habet locum solùm in contractu mutui; ita loquitur.d.l. generaliter. sed obligatio literarum potest contrahi in omni alio contractu.l.non figura.
* ff.de actio.& oblig. Breuiter teneas *communem sententiam* contra Bart.ꝙ ex contractu literarum oritur condictio ex lege, prout tenet gl.Insti.de li.oblig.Doct.in d.l.in contractib.Bal.in rubr.C. eo.per text.in d.tit. de li. oblig. in prin.in verbo ex lege nostra, quicquid hic respondeat Bart. ad illum tex.Item ex contractu literarū de iure ciuili inducto nulla est prodita specialis actio: ergo debet competere condictio ex lege,per istum text. Et per hoc patet non obstare similitudinem,quam facit Bart.de obligatione verborum, & sic de stipulatione ad obligationem literarum, cùm in stipulatione sit expressa prouisio de actione.d.l. si quis certū.ff.si cer.pet.& Inst.de ver.ob.in prin.sicut ēt in mutuo naturali.d.l.si quis certū.& l.certi ɔdictio,in prin. ff.si cert. pet.non sic in mutuo ciuili,& sic in obligatione literarum. Itē contractus literarum non erat de per se potens ad producendum actionem & obligationem, nisi istud fuisset inductum à lege ciuili, vt in d.tit.de li.obli.in verbo, ex lege nostra.ergo debet oriri condictio lege, vt hic: ita etiam teneas contra Bart.in sequen. exemplo de sponsalitia largitate per easdem rationes.
9 ¶†Successiuè inquantum Bar.concludit, ꝙ vbi consuetudine, vel statuto inducitur nouus contractus, ꝙ tunc agitur actione speciali,quæ oritur ex illo contractu, vnde sm eum ex contractu feudi inducto per consuetudinem agendū est actione feudi,seu ex feudo.adde Bart.in l omnes populi.in 7.q.prin.in pen. col.ff.de iust.& iur.& in l.de quib.in vlt.col.ff.de legi. & in l.1.in vlt.col.ff.de pub.& dicit Bar.in l.in commodato.§.1.ff.cōmo.ꝙ cùm ex feudo oriatur actio feudi, ista actio feudi variabitur in directam, & contrariam: nam directa competeret domino, contraria autem feudatario.Breuiter teneas, ꝙ pro feudo tam vasallo,quàm domino competat condictio ex lege,vel rectius condictio ex moribus,quę nascitur ex vsibus feudorum,prout tenet Ang.hic,& Bal.in rub. C.eo.& in c. 1. in princ.in 3. col.de contro.inuest.& in c.dilecti. de iudi & in l.ex placito. in 10.col. C.de rer.permut.& no.And.de Iser.in procem.feu.in 6.q.Mart. Lau.in c.1.in prin.5.col.qui feu.da.pos. distinguendo tamen,& intelligendo prout plenius dixi in prælu.feu.in 3.char.5.q. prin.

quic-

quicquid teneat idem Bald. in l fin. in 1. q. C. quando lic. ab emp. disce. vbi tenet, quòd ex contractu feudi oritur vel cōdictio ex lege, vel actio præscri. verb. quia feudum est contractus innominatus secundum eum, & malè, vt s. dixi, & plenius dixi in prælu. feud. in 3. char. in 4. q. princ. Alibi etiam Bal. in l. vnica. in 17. col. C. de confes. refert Io. Mo. in c. Abbate sanè. de re iudi. in 6. tenere, quòd vassallo competat officiū iudicis, & malè per prędicta, nec Bald. ibi illud sequitur. An autem actio directa, & vtilis nascantur in materia feudorum, sicut in alijs contractibus, vide per Ia. Alua. in cap. 1. §. similiter. de l. Corra. & qua actione conueniat vasallus à domino, ponit Spec. in tit. de offi. ordi. in ver. eo. modo. De multis alijs remedijs cōpetētibus feudatarijs, vel vassallis dixi ordinariè in prælu. feu. vbi multa remedia in proposito cumulaui. Item inquantum subdit Barto. quòd prædicta procedunt, quando ex lege inducitur actio ciuilis, secus si induceretur actio criminalis, quia tunc non debet dici cōdictio ex lege, sed accusatio ex lege, quia crimina non puniuntur per actionem, sed per officium iud. vt Insti. de publ. iudi. in princip. sed condictio ex lege est actio, ergo non datur ad punienda crimina. Adde Barto. in l. omnes populi. in 7. q. princip. in pen. col. ff. de iust. & iure. vbi idem dicit in statutis, quando tribuunt ius agendi criminaliter, quòd tunc nulla oritur actio, quia causæ criminales (vt dixi) non experiuntur per actiones, sed erit accusatio ex illo statuto, vel officium iudi. si iudex ex suo officio per inquisitionem procedat. & idem Bar. in l. de quibus. in vlt. col. ff. de leg. & in l. 1. in pen. col. ff. de publ. iud. & in l. 1. in princ. ff. ad l.
10 fal. ¶† Not. ex istis verbis Bart. differentiam inter condictionem ex lege vel statuto, & accusationem ex lege, vel statuto, nam prima competit in causis ciuilibus, secunda in criminalibus. adde glo. in l. fin. in verbo recipiat. ad fin. C. de litig. quam Bald. ibi dicit non esse alibi in iure, per quam datur not. limitatio ad istā differentiam Bar. vt procedat in delictis, in quibus bene proponitur accusatio ex lege, vt dictum est, sed vbi non est delictum, sed contractus aliàs illicitus, tunc competit condictio ex lege,
11 quod not. † Item inquantum Bar. in 2. casu princ. distinguit, qđ quando agitur ex aliquo delicto nominato, tunc agitur actione in factum. l. qui nomine. ff. de fal. idem si agitur de delicto innominato, quod cadit in culpam. l. exhibitionis. C. ad exhi. secus si delictum cadat in dolum, tunc habet locum actio de dolo. l. 2. C. de dolo. & l. 1. §. fin. ff. eod. Adde, quæ dicātur delicta nominata, & quæ innominata, declarat Bart. in l. nunquam plura. 3. col. ff. de priu. delic. & in l. & in priuatis. ff. ad turpi. & in l. senatus. ff. de accus. & in l. si qs id quod. §. 1. & in l. si familia. ff. de iur. omn. iudi. Ego no. declaraui, & plenius ī d. l. si familia. ibi videas. Item intellige Bart. hic loqui, quando agitur pro delictis ciuiliter, iuxta. l. pe. ff. de fur. & l. fin. ff. de iniur. prout etiam dicit ipsemet Barto. in d. l. qui nomine. ff. de fal. Si autem ageretur criminaliter, tunc non posset actio competere, quia crimina nō experiuntur per actiones. vt Insti. de publ. iud. in princ. & declarat Bart. met. s. in membro præceden. ad fi. & patet, quia si ageretur criminaliter, & delictum esset innominatum, non haberet locum actio de dolo, sed crimen stellionatus. l. 3. §. 1. ff. de crimi.
12 stellio. † Item inquantum Bart. ponit differentiam inter actionem præscr. verb. & actionem in factū stricto modo sumptā, dixi de hoc ordinariè in rub. ff. de præscr. verb. post glo. & Bart.
13 ibi, ideo hic non repeto. † Et quotuplex sit actio in factum, & quando, & quomodo competat, habes glo. magistram in §. fin. Insti. de interdic. & in l. in factum. ff. de actio. & obl. & in rub. & in l. quoties. ff. de præscr. verb. Bald. in l. ex placito. in 5. & in 8. q. C. de rer. permu. Vltimò inquantum Bar. circa intellectum. l. ne in arbitris. circa me. in ver. & in his omnibus. C. de arbi. vbi dicitur agendum esse in factum, vel cōdictione ex lege, vel vtili in rem, prout facti qualitas postulauerit, videtur ponere differentiam inter actionem in factum, & cōdictionem ex lege, & vult, quòd quando partes, & arbitri iurauerunt, agatur actione in factum, non generali, sed speciali ex iureiurando, quia partes videntur iurare id esse verum, quod arbiter dixerit, & ideo ibi tūc non agitur condictione ex lege, quia non inducitur noua obligatio, sed quando partes non iurauerunt, sed solus arbiter, tunc bene competit condictio ex lege, quia ex illa lege inducitur noua obligatio, non declarat tamen apertè Barto. differentiam inter condictionem ex lege, & actionem in factum. Item loquitur Bar. de actione in factum non generali, sed de speciali ex iureiurando, vnde alibi Bal. in d. l. ex placito. 7. quæst. C. de rer. permu. quærit, an actio in factum, & condictio ex lege sint idem. Et primò dicit videri, quòd sic, quia dantur in eodem casu, & ex eadem causa. d. l. ne in arbitris. vnde quæ nō differunt causa, non differunt etiam causato. contrariū tamen determinat, quia actio in factum competit ex legibus inuentis ad interpretationem, vel suppletionem, l. 12. tab. vt Insti. de l. Aqui. in fi. & tamen nunc non oritur condictio ex lege, quia non est lex noua quo ad primam inuentionem. sed per hoc Bald. etiam non bene declarat differentiam inter actionem in factum, & condictionem ex lege, sed alibi melius declarat idem Bald. in cap. dilecti. de iudi. vbi dicit, ꝙ est quæstio scrupulosa de apicib. iuris quærere, an oriatur cōdictio ex lege, vel actio in factum, & ꝙ verus Legista bene cognoscit differentiam, nam condictio ex lege est quoties præcedit obligatio nuda non apta ad agendum, sed lex inuenit ipsam actionem propter ipsam obligationem, vt l. si quis argentum. C. de dona. sed actio in factum est quoties præcedit obligatio apta ad agendum, tamen dubitatur, quæ actio competat, vt l. quoties. ff. de præscri. verb. & ista differentia etiam colligitur ex dictis per Bar. hic in ista 3. quæst. princip.

SVMMARIVM.

1 *An iste titulus habeat locum in iudeo, cui debitor promisit certo loco soluere soluere, si ibi non soluat.*

De eo, quod certo loco. Rubr.

¶Iste titulus est multum difficilis secundum Bar. ¶Glo. rubricæ continuat hunc titu. duobus modis, vno modo ad l. fin. titu. præceden. alio modo ad titu. præceden. Bar. & Ang. approbant vtranque continuationem, tene secundam, quæ est congruentior. ¶In glo. rub. in fin. quamuis Doct. non aduertant, ista gloss. malè loquitur, inquantum dicit, quòd in actionibus arbitrarijs obligatio nascitur ex eo, quod certo loco promittit, & sic vult, quòd in actionibus arbitrarijs interesse propter adiectionem loci sit in obligatione. Istud est falsum, quia in arbitrarijs, & sic in actionibus stricti iuris propter interesse ratione loci non venit iure actionis, sed officio iud. mercenario præter naturam ipsius actionis, & consequenter ipsius obligationis ex æquitate propter aliquod extrinsecus accidens, ita declarat Bart. in l. 1. C. vbi conue. qui cer. lo. da. promis. & in l. 2. in primis verbis. j. eo. & in l. in actionibus. in 3. col. vbi dixi. s. de in lit. iur. Imò etiā in actionibus bonæ fidei interesse propter locū veniret officio iu. mercenario. l. si vt certo. in princip. ff. com. & ita tenet glo. ord. in l. in bonæ fidei. in glo. 1. j. eod. & ibi Paul. de Castr. & ibi dixi. & licèt Specu. in titu. de fructibus, & interesse. §. viso. ver. & hoc in contractibus. videatur dicere, quòd in actionibus bonæ fidei interesse sit in obligatione, & non in offic. iudi. tamen malè dicit per prædicta, & eum reprehendit Paul. in l. si hæres. j. eod. Potes tamen saluare istam gl. quòd licèt dicat, quòd arbitraria actio nascatur ex illa obligatione, quæ sic contracta est, vt quid certo loco detur, & sic glo. designet causam, & materiam vnde oriatur, non tamen aperit, quod remedium cōpetat, & sic non negat interesse propter locū venire officio iud. ita potest aliqualiter palliari ista glo. Pro intellectu huius titu. quia in ista rub. fit mentio de loco, & non tempore, posset dubitari, an actio stricti iuris ita efficiatur arbitraria propter adiectionem tēporis, sicut propter adiectionem loci, dic quòd non, vt dixi in l. quòd si
1 Ephesi. in princ. j. eod. ibi rationem diuersitatis assignaui. † Item an iste tit. habeat locum in iudæo, cui debitor promisit certo loco soluere, si ibi non soluat, est nouus pūctus, quem tetigi in d. l. ꝙ si Ephesi. §. 1. j. eo. Item pro intellectu huius titu. adde, ꝙ licèt in ista rub. & in rub. C. eod. dicatur de eo, quod certo loco dari oportet. & sic isti tit. videantur loqui de obligatione dādi certo loco, tñ procedunt in stipulatione faciēdi certo loco, vbi etiam competit actio arbitraria pp locum. l. in bonæ fidei. in ver. fi. ſm primā lec. gl. ibi. j. eo. & ibi Raph. Ful. ad hoc reputat sing. notandum. facit. l. 3. §. si quis insulam. j. eo. Nam etiam ex stipulatione faciendi agitur ad dandum. l. eum, qui insulam. ff. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio sic debet interpretari, vt non reddatur inutilis.*
2 *In contractibus non est locus remissioni.*
3 *Debitor an possit alibi conueniri, quàm in loco contractus.*
4 *Nunquid debitor possit conueniri etiam in loco, in quo contractus est celebratus, licèt alibi sit destinata solutio.*
5 *Roma est communis patria.*
6 *Ratione destinatæ solutionis quis sortitur forū etiam quo ad accessoria.*
7 *Debitor potest conueniri in quocunque loco, scilicet idoneo.*

LEX PRIMA.

ALio loco, Qui promisit certo loco dare, si ibi nō reperitur, potest in quolibet alio loco, vbi sortiatur forum, conueniri, ne promissio reddatur inutilis. hoc dicit text. cum glo. *secundum communem opin.* Ex ista l. gl. fi. colligit duo no. quæ per te videas. ¶† Tertiò no. ex hoc tex. secun-
1 dum Bald. quòd stipulatio debet sic interpretari, vt non reddatur

tur inutilis,facit l.quoties.ff.de verb.oblig.& l.3.ff.de teſta. mili.
Item in dubio iuris præſumptio non adaptatur ad impugnan-
dum id, quod agitur, ſed potius adaptatur ad confirmandum.
ita not.Bald.& Flo.in l.ſi quis à filio.in princ.per illum tex. cum
glo.not.ff.de leg.1. Amplius probat tex.in l.diuus in princ.ff.de
vſu,& habi. quòd verba, quæ non poſſunt verificari in iure ex-
preſsè conſtituto, verificantur in alio iure differenti, etiam ſi il-
lud ius ſit maius expreſſo, ad hoc vt actus valeat. Ibi enim erat
relictus vſus ſyluæ, & quia ſub ratione vſus legatum non vale-
bat,comprehenditur vſusfructus, & ita illum text.ad hoc ſub-
tiliter not.Are.in l. quod in rerum.ff.de leg. 1. Limita iſtam re-
gulam,vt non procedat,quando talis interpretatio eſſet futura
nimis grauis,vel nimis onerosa aut ſtipulatori, aut reo,tūc po-
tius vitiatur ſtipulatio.l.3.§.ſi quis inſulam. cum ſim. ĩ. eod. &
2 ibi ad hoc not. Raph.Fulg.& ibi dixi.¶†Quartò not.ſecundum
Gul.de Cun.Albe. & alios, quòd in contractibus non eſt locus
remiſſioni ad locum contractus,ſi ibi non reperiatur, quia ſi fie
ret remiſſio de loco ad locum, non eſſet neceſſaria æquitas hu-
ius legis, & ideo ſi mercator promiſit mihi ſoluere frumētum
tali tempore in ciuitate Venetiarum , & ipſe non vadit Vene-
tias, non poſſum eum ibi conuenire ratione contractus, & ſic
deſtinatæ ſolutionis,ex quo ibi no reperitur,nec etiam ex pro-
prio domicilio remittendus eſt per iudicem illius loci ad ciui-
tatem Venetiarum,cùm in cauſis ciuilibus regulariter non fie-
ret remiſſio de loco ad locum, & iſtud eſt clarè deciſum in ca-
pit.Romana.§.contrahentes.de fo.compe.in 6.per gloſſ.& Do-
cto.in l.hæres abſens.§.1.ff.de iud. per Docto. in Authen. at qui
ſemel.C.quomodo,& quando iud.latè Cyn.in l.1. C.vbi de cri.
agi oportet.per dom.Anto.de Butr.in cap fin.de fo.compe. Li-
mita, quādo debitor promiſiſſet ſoluere certo loco, & iuraſſet,
nam virtute iuramenti eſſet remittendus ad locum deſtinatæ
ſolutionis,text.eſt in §.ſi verò etiam quidam iurent.in Authen.
de exhi.re. Secundò limita,ſi lis fuiſſet inchoata in loco deſtina
tæ ſolutionis,tunc etiam in ciuilibus cauſis fit remiſſio perſona
lis ad locum iudicij inchoati,tex.eſt in l.conſentaneum.C.quo-
modo,& qñ iud.quē ad hoc ibi not.Bal.in 7.not. & dicit,ꝙ ille
text.eſt ad hoc ſingu.nec alibi eſt in iure. Tertiò limita, quando
in inſtrumento eſſet renunciatum priuilegio fori , nam renun-
ciatio priuilegij fori operatur iſtum ſingularem effectū , quòd
in contractibus fiat remiſſio, gl. eſt ſing.in l.1.ff.ſi quis in ius vo.
non ie.quam Barto.ibi multum ad hoc not.& ſignat.an verum
dicat,ibi dixi.Quartò limita,quando ille, qui promiſit ſoluere,
promiſit etiam ſe repræſentare ad petitionem creditoris, quan
docunque voluerit,ſecundum Bald.in l.cū Archimedoram. in
7.col.C.vt in poſ.leg.Quintò,quādo debitor promiſiſſet ſolue-
re in aliquo loco, & certo limitato tempore, cùm fingatur per
dolum abeſſe,ſecundum Innoc.in cap.ſi aduerſarius.de eo,qui
mit.in poſ.quem refert,& ſequitur Bal.in cap.1.in 4. colum. de
3 mili.vaſſal.qui contu. eſt. ¶†Quintò pondera diligenter iſtum
text. in verbo , *vel quia alijs locis neceßariò diſtringeretur*. qui egre-
giè probat,quòd ad hoc,vt debitor poſſit alibi conueniri , non
eſt neceſſe, ꝙ fuerit in mora accedendi ad locum deſtinatæ ſo-
lutionis, patet, quia ſi in alio diſtringebatur, fortè, quia erat in-
carceratus , non poterat dici in mora. l. ſed & ſi reipublicæ. in
princ.ff.de vſu.l.quod te.ff.ſi cert.pet.& tamen poteſt alibi con
ueniri,vt hoc text.Intellige tamen ſecundum Paul.de Caſt. qđ
iſto caſu non habebitur ratio intereſſe actoris ; ſed bene ipſius
promiſſoris,vt not.glo.in l.ſequen.in princip. vide per Barto. &
alios in l.3.§.nunc de officio.poſt glo.ibi ĩ.eod.¶Capio gloſſ. 1.
quam diuide in duas par.In 1.ad declarationem tex. format q.
In 2.ponit limitationem ad text. Secunda ibi,ſed non antequā.
¶In ea.gloſſ.ibi;& ĩ.de act.& obl.l. contraxiſſe.habes, ꝙ ratione
deſtinatæ ſolutionis debitor ſortitur forum in eo loco, quam-
uis in eo nullum habeat domicilium,quia ibi cenſetur contra-
4 xiſſe.¶†Circa iſtam glo. quærunt Docto. nunquid debitor po-
terit etiam conueniri in loco, in quo cōtractus eſt verè celebra
tus,licèt alibi ſit deſtinata ſolutio.prima fronte videretur dicen
a dum,ꝙ ſic.nam ratione contractus [a] quis ſortitur forum in lo-
co contractus.vt l.hæres abſens.§.fin.ff.de iud. l. eum qui.§.1.ff.
de conſti.pecu.& d.cap.Romana.§. contrahentes. de fo. com-
pe. in 6. Si ergo pōteſt conueniri in loco deſtinatæ ſolutionis,
quia i[illegible]fingitur contraxiſſe. d.l.contraxiſſe. fortius debet poſſe
conuen[illegible]in loco , vbi verè contraxit , ne plus operetur fictio,
quàm ve[illegible]s.l.filio.de libe. & poſthu. Contrarium determināt
Docto.hic[illegible] glo. & Doct.in l.1.C.eod.& in l.3.ff.de bon.auth.
iud.poſſi.& i[illegible]d.l.hæres abſens.§.fin.eo quia in loco deſtinatæ ſo
lutionis adeo fingitur eſſe celebratus cōtractus,ꝙ nullo modo
cenſetur eſſe celebratus in eo loco,vbi verba contractus fuerūt
dicta,vel prolat[illegible] niſi aliud expreſsè ſit actum,& hoc per fictio-
nem iuris,licèt g[illegible]e hoc dubitet in d.l.eum qui.§.1. idem tenet
Barto.& Angel.in[illegible]quæro.per illum text.ff.de ſol. niſi aliàs pro-
miſſor in loco contractus domicilium haberet, per d. l. hæres
* abſens.§. fin. vbi glo. & Bald. Pro *iſta communi concluſione* † adde
5 fortius, quòd licèt Roma ſit communis patria. [b] l. Roma.ff.ad
b mnni.tamen ſi ibi contrahatur,& ſolutio alibi deſtinetur, non
dicitur quo ad effectum Romæ eſſe contractum , vt ibi poſſit
reus per creditorem conueniri , vel ècontra reus ibi ſoluere in-
uito ſtipulatore.text.eſt in l.qui Romæ.in princip.& ibi Ang.&
6 d.Alex.ad hoc not.ff.de verb. obl. † Adde etiam in practica, ꝙ
ratione deſtinatæ ſolutionis quis ſortitur forum in illo loco nō
ſolùm quo ad ea , quæ principaliter veniunt in ipſo contractu,
ſed etiam quo ad acceſſoria;& ſic quo ad damna, & expenſas.
cap.dilecti.& ibi do.Abb.in vlt.not.de fo. compe. Aduerte etiā
pro limitatione concluſionis Doct.s̃.proxi.relatæ, ꝙ licèt in lo-
co celebrati contractus non poſſit promiſſor conueniri,ſed tā-
tum ſit conueniendus in loco , in quo eſt deſtinata ſolutio , ta-
men bene poſſet in loco contractus peti fideiuſſor de ſoluen-
do in loco deſtinatæ ſolutionis,vel poſſent ſequeſtrari res,& ca
ſu quo non eſſent bona , ibidem ſaltem poſſet ab eo exigi iura-
toria cautio,per illud quod no.tenet Bald.in l.fin. C. vbi in rem
act.quod ſi eſſet verum, eſſet valde no. & ſignan.non pono ta-
men pro conſtanti. ¶Capio glo. fin.in verbo vtilem.quam di-
uide in quatuor par.In 1.declarat text. In 2.colligit ex text. vnū
not.In 3.colligit aliud no.In 4.format quæſtionem neceſſariam
ad intellectum tex.Secunda ibi,& ſic not. Tertia ibi, item not.
7 arg.Quarta ibi,ſed nunquid vbique. ¶†In ea.glo.ad fi.habes ex
iſta quarta parte glo.diligenter no.pro intellectu legis noſtræ,ꝙ
debitor poteſt conueniri in quocunque loco ſcilicet idoneo, in
quo habeat domicilium.*Et iſta eſt communis opin.* ſecūdum Bart.
Albe.& omnes.Idem tenent glo.& Bart.& communiter Doct.
in l.1.C.eod.& glo.in l.eum qui inſulam.ff.de iudi.& glo. in ca-
pit.nec quiſquam.24.quæſt.2.ſed idem Bar.hic ſequutus Nico.
de Mata.in quadam ſua diſputatione , tenet op. quòd imò de-
bitor poſſit conueniri in quocunque alio loco , etiam vbi non
ſortiatur forum , & hoc propter naturam arbitrariæ actionis,
quæ eſt extraordinaria, vt not glo.s̃.in rub. & quia propter hoc
grauatur reus,ideo datur arbitrium iudicis,vt conſideret inter-
eſſe ipſius rei,vt ĩ.l.proxi.& per totum iſtum tit. Mouetur per
l.qui certo.s̃.de condi. indeb. quæ parum facit ſecūdum Raph.
Fulg mouetur etiam per exēplum fugitiui debitoris, qui vbiq;
poteſt conueniri.l.1.C.vbi decur.vel cohorta.& l.1. C.vbi cauſ.
ſtatus.Nec obſt.l.hæres abſens.§.fin.hic alleg.per gl.quia reſpō-
det Barto. quòd loquitur,quando ſtipulator ageret ſecundum
formam promiſſionis , petens eum condemnari ad ſoluēdum
in loco deſtinatæ ſolutionis , & tunc non poteſt conueniri niſi
in loco idoneo,vt ibi,ſecus quando creditor peteret promiſſo-
rem cogi ad ſoluendū ex natura actionis arbitrariæ, tunc vbiq;
poſſet conueniri. Mouetur etiam Bar. quia ſi aliud diceremus,
iſta lex ſeruiret nobis de vento , quia ſine ea planum eſt , quòd
promiſſor poteſt conueniri in loco idoneo,vbi ſortitur forum,
ergo generalitas iſtius legis non debet recipere limitationem,
ſeu reſtrictionem de habilitate,per doctri.Iaco.de Are. & Bar.
in l.1.§.nunciatio.ff.de ope.nou nunc. quia diſpoſitio generalis
ſuper iure iam conceſſo, ne ſit fruſtratoria,non recipit illam re
ſtrictionem de habilitate , vt ibi. Bald. hic dicit , quod dicta
opin.do. Nico.videtur multum iuri conſona, licèt communis
opi.ſit in contrarium.Breuiter teneas opin. gl. & communem,
quam etiam tenet Alb.Raph.Fulg.& Paul.de Caſt.hic, Ang.de
Are.in §.præterea quaſdam.in 6.char. Inſti.de act. & iſtam opi.
tenuerunt vbique glo. vt s̃. retuli. Et iſta opin. contra Barto. *eſt*
* *æquior, & communior*, ſecundum dom.Abb.in cap.1. in 3. not. de
plus peti.Pro iſta opin. ſtringit ſecundum Moder. quia aliàs ſe-
queretur ridiculum,quòd ille, qui promiſit certo loco ſoluere,
& ſic reſtrinxit ſe ad certum locum (quo caſu reſtringendo ſe
ad ſoluēdum in vno loco,cætera loca videtur excluſiſſe.l.cum
prætor.ff.de iudi.l.maritus. C. de procu.) eſſet deterioris condi-
tionis quàm ille,qui ſimpliciter promiſit ſoluere , qui non po-
teſt conueniri, niſi in loco idoneo, ergo multò minus, qui ele
git ſibi vnum locum tantum , cæteris excluſis, non debet poſſe
conueniri niſi in loco aliàs idoneo , & ſic vbi aliàs ſortiatur fo-
rum.Nec obſt.fundamentum Barto. quòd iſta lex nihil opera-
retur, & ſeruiret de vento , cùm de iure communi poſſet con-
ueniri in omni loco,vbi forum ſortiatur, quia reſpondent Ra-
pha.Fulgo. & Paul. de Caſtr. ꝙ de ſtricto iure videbatur,quòd
promiſſor non poſſet cōueniri,niſi in loco deſtinato ſolutioni,
prout

ADDITIONES.

a ¶Ratione contractus. Adde Bald.in l.1.C.vbi, & apud quem.Bald.in l.qui certo loco.ff.de condi.indeb.Docto.in cap.ex parte.M.de reſti.ſpol. Docto.in c. vltim.de for.compe.Docto.in cap.1.de ſponſ.

b ¶Roma ſit communis patria. Adde cap.fin.de fo.compe.Doct.in l.2.in §.omnes.ff.de iud.Barto.in l.ſed & probari.in §.fin.ff.de excuſ.tut.

prout tenet supra gloss. 1. iunctis his, quæ ibi dixi, ergo cùm ista lex istud remoueat, & concedat, quòd ex æquitate possit etiam in alio loco cõueniri, & sic de nouo satis operaret, ergo restringenda est generalitas huius. l. dummodo ille locus sit aliàs idoneus.

SVMMARIVM.

1 *Quæ actiones efficiantur arbitrariæ.*
2 *In actionibus arbitrarijs habetur ratio interesse.*
3 *Actio ratione loci efficitur arbitraria.*
4 *Ad concedendum restitutionem in integrum quis locus attendatur.*
5 *In isto titulo interesse actoris, & rei consideratur.*

LEX II.

Arbitraria. In actione arbitraria propter locum habetur ratio interesse actoris, & rei. Item actio tunc dicitur arbitraria ratione loci, quando est stricti iuris, puta ex stipulatione. hoc dicit. In tex. ibi arbitraria, dic, † quòd solum actiones
1 stricti iuris efficiuntur arbitrariæ, & sic assumunt istam qualitatem, seu adiectionem propter aliquod extrinsecus accidẽs contra naturam actionum. Nam cùm actio sit stricti iuris, in ea iudicis frenum est valde strictum. l. quicquid astringendæ. in princip. ff. de verbor. oblig. tamen ex quadam æquitate lex dat arbitrium, & potestatem iudici, ad ea quæ non veniunt ex natura propriæ actionis, puta quando in stipulatione est appositus locus destinatus solutioni, certè si in illo loco non soluatur, sed alibi, talis actio efficitur arbitraria, vt officio iudi. merce. veniat interesse loci præter naturam actionis, vt hic, non sic est in actionibus bonæ fidei, in quibus ex earum natura venit quicquid æquum est venire, ideò in eis officium iudi. exuberat. l. in bonę fidei. ͡j. eod. l. quia tantundem. ff. de neg. gest. §. præterea quasdam.
2 cum glo. Insti. de act. ¶† Not. 1. ex hoc text. quòd in actionibus arbitrarijs habetur ratio interesse tam actoris, quàm rei, vt hic
3 per glo. & Docto. in l. 1. C. eod. ¶† Secundò not. in ver. hæc autem actio. quòd actio ratione loci tũc efficitur arbitraria, quando est stricti iuris, vt cùm oritur ex stipulatione, vt hic, vel ex testamento, vel ex mutuo. vt l. si hæres. cum l. sequen. ͡j. eod. secus quando est bonæ fidei, vt statim dixi. ¶ Capio gloss. magnam in verbo vtriusque. quam diuide in tres partes prin. In 1. remouet tacitum contrarium, ꝙ duo contraria simul esse non possunt, vt hic per Bar. In 2. remouet aliud contrarium. In 3. format no. quæstionem. Secunda ibi, actoris tamen dico. Tertia ibi, sed qđ si interest. ¶ In ea. glo. ad fin. ex vlt. parte glo. habes duas conclu-
4 siones. † Prima est, quòd quantum ad concedendum, vel denegandum beneficium restit. in integ. aduersus contractum inspicitur consuetudo, vel statutum loci, vbi iudicium agitur, non autem locus contractus. Ex quo correlariè infertur, ꝙ in his, quæ respiciunt solutionem, vel rescissionem contractus, vt est restitutio in integ. debet inspici locus iudicij, & non locus contractus. Istam gloss. ad hoc reputat singu. Sal. in l. 1. in 4. colum. C. de sum. trin. istam gloss. reprobant anti. Doct. s. Gul. de Cun. Iaco. Butr. & And. de Pi. hic per regulam l. si fundus. ff. de euict. vbi in his, quæ pertinent ad decisionem causę, inspicitur locus contractus. Sed Ray. de For. hic, vt refert Albe. de Ro. sequitur istam glo. quia cùm statutum iudicij loquatur generaliter, & indistinctè, ergo ita debet intelligi. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matrimo. ad d. l. si fundus, cum simil. respondet, ꝙ loquuntur, quando agitur ad contractum implendum: sed in quæstione proposita agitur ad rescindẽdum. l. qui certo. s. de condi. indeb. & l. 2. C. vbi & apud quem. idem Gul. de Cun. in d. l. 1. C. de sum. trin. & fi. cat. sustinendo istam gloss. aliter respondet ad. d. l. si fundus. ꝙ loquatur quantum ad ea, quæ veniunt ex natura contractus, & quæ agebantur à partibus tacitè, vel expressè, sed resti. in integ. non est huiusmodi, igitur &c. Breuiter teneas contra gl. contra quam vltra Antiquos. s. relatos tenent Bart. Bald. Paul. de Cast. & Fulgo. hic, per generalitatem. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iu. Item sicut in actione, quę oritur ex contractu, inspicitur locus contractus, eadem ratione debet inspici in officio iudi. per qđ petitur restitutio in integ. cùm succedat loco actionis. l. quod si minor. §. fi. ff. de min. quia eadẽ ratio, quę habet mouere iudicis æquitatem in ꝯctu, eadem militat in restitutione in integ. Idẽ tenet Barto. in d. l. 1. circa. 5. col. C. de sum. trin. vbi dicit, ꝙ verba Gul. de Cun. ibi, non habent saporem veritatis. Idem ibi tenet Bald. in 16. col. vbi commendat istam sententiam Bar. ꝙ sit subtilis, & not. Ita etiam tenet ibi Sal. in 3. col. motus, quia restitutio in integ. causatur ex læsione, & minoritate. l. nam, & posteà. §. si minor. ff. de iureiu. sed læsio prouenit ex contractu, ex quo minor obligatur, ideo aduersus contractũ datur restitutio. l. 1. & per totum. C. si aduer. vendi. ergo locus illius contractus debet inspici, quamuis restitutio petatur in domo aduersarij. d. l. 2. C. vbi, & apud quem. cùm sit causata ex læsione contractus alibi celebrati. Saluant tamen istam gl. Bart. & Scribẽtes hic duobus modis. Primò, quando minor peteret restit. in integ. aduersus negligentiam commissam in loco iudicij. Vel secundò, quando in loco iudicij esset statutum expressum denegans restit. in integ. etiam de gestis alibi, quod vltimum est bene not. dignum, prout etiam ponderat Raph. Fulg. hic, quia præsupponit valere statutum denegãs restitutionem etiam de gestis alibi, & sic extra territorium statuentiũ intra tamen suos subditos. qđ confert ad ea, quæ traduntur per Bar. & Doct. in d.
5 l. 1. C. de sum. trin. ¶† Secunda conclu. glo. est, ꝙ in hoc titu. non habeatur ratio interesse proueniętis ratione personæ, sed ratione rei, & si hoc est verum, esset magna limitatio ad istum titu.
* Sed Bar. *& communiter Docto.* reprobant istam glo. & benè, quia primò sibi contradicit, cùm superius tenuerit, ꝙ habeatur ratio interesse actoris, quia incidit in pœnam alterius, & istud est merè personale, ergo habetur ratio interesse proueniętis ratione personæ. Item resti. in integ. cuius habetur consideratio, non
* conceditur mero iure, * patet, quia transit ad hęredes. l. non solùm. ff. de in integ. resti. l. fi. §. fin. s. de condi. indeb. tamen ad hoc vltimum posset dici, quòd quamuis resti. in integ. trãseat ad hæredes, non propterea sequitur, quòd ibi interesse versetur circa rem, sed bene cõceditur beneficium restitutionis propter rem.

* Aliàs fauore.

SVMMARIVM.

1 *Accusator an cogatur in accusatione ponere diem.*

§. Si quis Ephesi. Locus debet exprimi in libello, quando eius omissio esset reo nocitura. h. d. secundum Bar. & Bald. vel sic, & melius. Agẽs arbitraria ex stipulatione alternatiua rerum & locorum, non debet experiri sine alterius loci mentione. hoc dicit. ¶ Glo. in verbo detracto. ponit duos intellectus ad tex. tene secũdum. ¶ Extra gl. iste §. inducitur per Bar. & scriben. ad decisionem no.
1 quæstionis. † Accusator non cogitur in accusatione apponere diem commissi criminis. l. libellorum. ff. de accus. & l. in causis. C. eod. Pone, ꝙ reus velit, quòd apponatur dies cõmissi criminis ad suam defensionem, puta, qa vult probare se illa die fuisse alibi, puta Romæ, an isto casu accusator cogetur diem exprimere? Et dicit Bart. se determinasse, quod sic per istum text. nam quãdo omissio loci esset damnosa ipsi reo, & ei auferret defensionem, cogitur locum apponere, vt hoc text. ergo similiter qñ omissio diei auferret reo defensionem, debet cogi actor diem exprimere, vt sic idem sit iudicium de tempore ad locum. l. fin. ff. de triti. & l. vinum. ff. si cer. pet. & ita tenuit idem Bar. in l. is, qui reus. in penul. col. ff. de publ. iudi. Ex ista decisione habes not. limitationem ad d. l. libellorum. quòd licèt per illã legem sit statutum, ꝙ accusator non teneatur in accusatione exprimere diẽ criminis, tamen qñ reus peteret diem delicti exprimi ad suã defensionem fundandam, cogitur accusator apponere. Cum Bar. tenet simpliciter Angel. hic, sed Raph. Fulgo. dicit, quòd sibi vr̃ ꝙ iste tex. nihil faciat, eo quia iste text. loquitur de loco, ad quẽ destinata est solutio, qui locus est pars ipsius obligationis. l. 1. §. diem. ff. de eden. & cuius loci detractio, vel adiectio auget, vel minuit quantitatem eius, qđ petitur, vt in §. plus loco. Instit. de actio. nimirũ ergo si debet exprimi locus destinatæ solutionis, cuius omissio faceret plus petere, non autem loquitur iste text. de loco, vbi factus est contractus. Similiter præsens quæstio loquitur in die commissi criminis, qui non est pars ipsius maleficij, & non auget nec diminuit crimen, alioquin fm eum etiam in ciuilibus agens actione ciuili cogeretur exprimere diem celebrati contractus, si à reo exprimi desideraretur, qđ non est dicen. per no. per Doct. in l. testium. C. de test. & per Innoc. in c. cũ causam. de proba. Sed istud nihil obst. contra Bart. qui se fundat in ratione generali huius tex. ibi, ne auferatur loci vtilitas. vnde sicut actor cogitur exprimere locum, qñ eius omissio aufert vtilitatem, & commodum reo, similiter debet cogi accusator exprimere diem. qñ eius expressio parat reo defensionem. Præterea inductio Fulgo. de isto text, potest retorqueri contra [illegible] sum Fulg. quia si dies destinatæ solutionis debet exprimi i[illegible] libello, qui solùm operatur diminutionem condemnation[illegible] in quantitate, fortius debet in accusatione exprimi dies co[illegible] missi delicti, quæ in totum parat defensionem reo, & eum [illegible] n totum facit liberari. Auth. multò magis. C. de sacros. eccl. & [illegible]. quantò magis. ff. de iureiu. Sal. etiam limitat hac decisionem [illegible] Bar. vt procedat qñ reus ostẽderet iudici suam defensionem paratã eo casu, quo accusator expresserit diem cõmissi cri[illegible] nis, alias autem

iudex

iudex non bene faceret cogere accuſatorem ad exprimēdam diem, contra d.l.libellorum.quę noluit arctari accuſatorem ad opponen.diem, ne detur materia malignandi circa teſtes. arg.l. 1.§.editiones.ff.de eden. præſertim cum petens ſibi aliquid impleri, debeat prius impleuiſſe pro parte ſua.l.Iulianus.§ offerri. ff.de act.empt.Adde, ꝙ etiam contra Bar.tenet Io.de Imol.in d. l.is qui reus.ff.de publ.iud.in pen.char.ad fi.& in 37.col.quia abſurdum videtur dicere, ꝙ iudex poſſit arctare accuſatorem ad apponendum in accuſatione diem commiſſi criminis, ex quo tex.in d.l.libellorum.expreſsè dicit accuſatorem nō cogi exprimere diem commiſſi maleficij. Nec obſt.l.vbicunque. ff. de interrog.act.ibidem alleg.per Bar.quæ dicit, ꝙ iudex poteſt arctare partem ad reſpondendum, quotieſcunque ſibi equum videbitur, quia illa lex debet intelligi ſecundum eum in criminibus, in quibus à iure non reperitur ſpecificè facta prohibitio, cùm clauſula generalis non referatur ad ſpecificata. l. doli clauſula. ff.de verbor.oblig.facit, quod habetur in l. ſanctio legum. ff. de poe.Breuiter teneas deciſionē Bar. quæ *eſt magis communiter* [a] *approbata*, quia non eſt inconueniens, ꝙ d.l.libellorum. limitetur, & declaretur per alia iura, & ſic per iſtū tex.l.vnica. C.de inoffi. do.cap.cum expediat.de ele.in 6.& ab iſta ſententia non eſſet in conſulendo, aut in iudicando receden. eo maximè, quia in his opinionibus maximè in criminalibus tenenda eſt opi.quæ tendit ad abſoluendum reum.l.interpretatione.ff.de poe. Accedat tamen, qđ alibi determinat no.Bal.in l.1.in fi.C.de iud.vbi querit ſtante ſtatuto, ꝙ de damno dato ſtetur iuramēto damnum paſſi, qualiter poterit probari negatiua.ſ.damnum non eſſe datum. Rńdet, ꝙ ſi reus dicat ſe velle reprobare de falſo, debet edi dies, arg.no.per gl.in §.item verborū.Inſti.de inuti.ſtipu. & probabit negatiuam, probando, ꝙ tota illa die non fuit viſus damnum dare, nec potuiſſet dare, quin cuſtodes vidiſſent, vt not.gl. in l.1.§.1.ff.de iti.actuque priua.facit.l. optimam. C. de contrahen. ſtipu. non tamen cogetur damnum paſſus ad diem edendam in libello, ſed iudex ex officio poteſt de die interrogare, & ſic iſtud eſt in arbitrio iudicis, per d.l.vbicunque. ff. de interroga.act. ſecundum Bald. & ſic iſta deciſio videtur aliqualiter refragari deciſio. Bartol.

ADDITIO.

a ¶Magis communiter. Pro qua vide Alex.conſi.210.lib.2.Rom.conſi.191.colum.2.Gandi.in rub.qualiter fiat accuſatio, Miſing.Cent.2.obſer.32.vbi qđ ſi libellus in crim.careat loco & tempore, eſt ineptus, valebit tamen ſi apponatur locus indeterminatus, quia ex probationibus ſuppleri poterit, vt no.Soci. conſil.146.nu.13.lib.1.ſine diei autem expreſſione valere libellum prædictū not.idem Miſing.d.Cent.2.obſer.40.ſed ſi reus accuſatus diem commiſſi criminis ſibi edi petat, vt ſuas poſſit facere defenſiones, dicit ipſe, quod tenetur accuſator diem exprimere, iuxta doctri. Bart.in l. is qui reus. de publ.iudi. & Ia.hic, quæ limitatio non caret pugna. contrarium enim tenet Io. de Imol. in d.l.is qui reus.col.23.quem ſequitur Alex.ad Barto.ibi.Rob. de ordi.iud.c.31. nu. 14. licèt priorem magis communem dicat Viui. inter commu.opin.lib.1. ver.accuſator.Clar.in pract.§.vlt.quæſt.12.ver.dixi exprimendum. Quę omnia pulchrè declarant Boſ.titu.de Inquiſ.num.90.& ſeq.Pract. Pap. for. Inqui. ver.anno præſenti.vbi dixi. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quatuor ſunt ſpecies alternatiuarum.*
2 *Quæ dicuntur tacitè ineſſe in ſtipulationibus.*
3 *In alternatiuà rerum electio eſt debitoris.*
4 *In alternatiua locorum electio eſt creditoris.*
5 *Si in vna ciuitate ſunt plures iudices, eſt in electione creditoris, corā quo velit reum conuenire.*
6 *In alternatiua mixta rerum & locorum, electio eſt creditoris.*

LEX III.

Non vtique. In alternatiuis electio eſt debitoris quid debeat, nō autem an debeat, vel æquipollens. Et ideo in alternatiua rerum electio eſt debitoris, niſi altera res ſit perempta: ſed in alternatiua locorum tantum, vel mixta locorum, & rerum eſt electio creditoris.hoc dicit. Iſta lex præſertim in hoc prin. vř eſſe difficilis, & intricata.ideo ad euidentiam pręmitti[t] Bart. & Ang. † quòd quatuor ſunt ſpecies alternatiua-
1 rum. Q[u]ædam eſt alternatiua rerum tãtum. Quædam locorū tantum. [Q]uædam perſonarum tãtum. Quędam mixta rerum, locorum, [&] perſonarum. Alibi tamen Ioan.Fab.Io.de Pla.& Ang.de Ar[e]t.in § ſi quis agens.in verſi.huic autē, qui loco.Inſti. de act.dicunt plenius, ꝙ imò ſex ſunt ſpecies alternatiuarū. Tu dic, qđ imò ſunt 7.ſpecies, quædã eſt alternatiua rerum, vt hic in ver.& ideo q[u]i Stichum, qñ quis promittit Stichū, aut Pamphilum vt hic, [e]t l.plerunque.§.fi.ff.de iure do.& l.certa.§.ſed ſi Stichus.ff.de leg.1. Quædam eſt alternatiua perſonarū, vt in §. item Iulianus.ĵ.ea.l.quæ qñque ſtat propriè, qñque reſoluitur in coniunctam.l.cum quidam.& ibi gl.& Docto. C. de verb.ſign. l.ſi Titio.ff.de leg.2.l.ſed ſi filio.§.1.ff.de cōſti.pecu. Quędam eſt alternatiua tpis, vt promitto in Calen.Martij, aut Iunij, de qua in l.ſi ſtipulatus fuero decem aut 15.ff.de verb.obl.in l.ſi ita relictū.§.fin.ff.de leg.2. Quædam eſt alternatiua locorum, vt hic in verſ.quare.& in l.2.§.fi.ĵ.eo. Quædam, & quintò eſt alternatiua locorum, & rerum ſimul, vt hic in ver.proinde. Quædam eſt alternatiua rerum, perſonarum, & locorum ſimul, vt promittis mihi dare Stichum hic Papiæ, vel dare Pamphilum Sempronio Bon. Quædam, & ſeptimò eſt alternatiua rerū, perſonarū, locorum, & temporum ſimul, vt per te potes exemplificare. Et ſi dicatur, ꝙ iſto modo Bar.& Ang.hic fuerūt diminuti, qui tantum poſuerunt quadruplicem ſpeciem alternatiuarum. Reſpōde, quia Iuriſconſ.in hac. l. tãtum tractat de quatuor ſpeciebus alternatiuarum, ideo Bar. & Ang. poſuerunt tantum illas qua-
2 tuor ſpecies. ¶†Secundò proprius ad tex.præmitte, quia illa dicuntur tacitè ineſſe ſtipulationibus, quæ verbis apertis non exprimuntur, ſed tacitè per legis diſpoſitionem ſubintelliguntur, vt in alternatiuis electio.l.plerunque.§.fin.ff.de iu.do. Item in ſtipulatione tacitè ineſt tempus.ĵ. qđ debeat fieri ſolutio.§.ſi quis ita.el 2.ĵ.ea. l. Item locus, in quo debeat peti, vel in quo debeat ſolui.§.ſi quis inſulam.ĵ.ead.l. Præterea quæritur in iſta l.à Scæuola Iuriſconſ. nunquid ea, quæ tacitè inſunt ſtipulationibus, ſint ſemper in poteſtate debitoris, & ſic in eius electione, & declaratione. Rńdet Sceuola, ꝙ non vtique ſemper, quia qñque ſunt in poteſtate rei, vt in ver. qui Stichū.ĵ.ea.l. qñque actoris, vt in ver.quare.qñque lex ipſa declarat, vt in §.ſi quis ita, el 1. & ibi Bar.ĵ.eo. qñque ſtipulationem vitiat, vt in §. ſi quis inſulam. ĵ.ead.l.& ſic iſta probãtur per exempla in hac.l.vſque ad §.nūc de officio. Pro quorum intelligentia præmittit Iuriſconſ. duas regulas, vnam affirmatiuam, ꝙ eſt in electione rei quid debeat, aliam negatiuam, ꝙ non debet eſſe in poteſtate rei, an debeat, ex quo ſequitur illatio, ꝙ electio loci non eſt in rei poteſtate. Ad probandum iſtas duas regulas, & illationem, ſubijciuntur tria exempla, vnum de alternatiua rerum tantū.in ver. qui Stichum. alterum de alternatiua locorum. in verſ. quare.tertium mixtim de alternatiua rerum vel locorum.in verſicu. proinde.
3 ¶†No.1.in ver.Stichum, ꝙ in alternatiua rerum, donec vtraq; res ſupereſt, ſemper eſt electio debitoris, quam velit debere. l. plerunque.in fin.ff.de iure dot.ſed poſtquam vna res perijt, ceſſat electio debitoris, quia illa, quæ ſupereſt, dicitur præcisè eſſe in obligatione, alias eſſet tunc in eius poteſtate, an debeat. Aduerte tamen, ꝙ iſto caſu debitor ſi vult poteſt ſoluere æſtimationem rei mortuæ, ſi ſine dolo, & culpa ſua ſit mortua, tex.eſt not.in l.cum res.§.ſed ſi Stichus.ff.de leg.1.de qua lege vult opponere glo.in ver. ſolùm.quæ non clarè ſoluit. nam poteſt eſſe vnum in obligatione, & aliud in ſolutione, vt l.ſi quis ſtipula-
4 tus fuerit decem in mille.ff.de ſolu. ¶†Secundò not.in ver.quare.ꝙ in alternatiua locorum electio eſt ſemper creditoris, & nō debitoris, quia debitor ſemper variaret, & ſic per tales circuitus fieret in eius poteſtate, an deberet, contra ſecundam regulam huius tex. Et ſi dicatur, ꝙ ex quo debitor ſemel elegit conueniri in certo loco, vř ꝙ amplius non poſſit variare. l. apud Aufidium.ff.de ope.libe. Reſpondetur, ꝙ illud eſt verum, qñ electio traxit ſecum executionem, aliàs licitum eſt variare, vel vſq; ad lit.conteſt.ſm quoſdam, vel vſque ad ſnīam ſm alios, vt habet in l.eum, qui certarum.§.1.& fi.ff. de verb. obl. & hoc voluit gl.
5 hic in ver.non potuiſſe, quamuis non bene reſpondeat. ¶†Tertiò not.in ver.ſemper enim.ſm Guid. de Suza. Albe. de Roſ. & Paul.de Caſt.hic, ꝙ ſi in vna ciuitate ſunt plures iudices, eſt in electione creditoris, coram quo ex illis iudicibus velit reum cōuenire, non autem eſt in electione rei, coram quo velit conueniri, quia ſic eſſet in eius arbitrio, an deberet, quia ſemper poſſet variare. Et ad hoc frequenter allegatur iſta lex, & ita ad hoc allegat etiam Bar.in l.ſi per errorem.circa fi.ff.de iuriſd. omn.iud. facit.l.cùm clericis.C.de Epiſc.& cle.& l.decernimus. C.de epiſc. audien.not.in l.fi.C.de iuriſd.omn.iudi. Fallit in ſcholaribus, qui de iure cōi habēt tres iudices, Epm, Poteſtatem, & Rectorem, quia in eorum electione eſt, coram quo conueniantur. Auth. habita.C.ne filius pro patre, & ibi gl.in verbo optione. Secundò limita, niſi reus præueniret adeundo vnum ex iudicibus, & faciendo aſſignari terminum actori ad petendum, iuxta.l. diffamari. C. de inge. & manu. Iſto modo actor propter eius morã tanquam præuentus, perderet electionem iudicis.l. cùm res.ff. de leg.1.& l.ſi qs ex aliena.ff.de lega.1.ſm Guid.de Suza.& Alb.
6 hic. ¶†Quarto not.in ver.proinde, hic eſſe text.not.& ſingu.ſm Paul.de Caſtr.hic, ꝙ in alternatiua mixta rerum, & locorū, electio eſt creditoris, quia cùm habeat electionē locorum, in conſequentiam etiam habet electionem rerum. Ex quo habes not. limita-

limitationem ad §.plus autem.Insti.de act. vt procedat,quādo esset debitum alternatiuum rerum tantū, tunc creditor petens præcisè vnam rem diceretur plus petere causa, vt ibi. ¶Capio glo.magnam in verbo,adiectione. quam diuide in duas partes princip.In 1.declarat tex. In 2.oppo. & quinque modis respondet.Secunda ibi,quod alibi dicitur.Tene primam solutionem, ꝙ in narratione facti præambuli debeat inseri vterque locus, ne loci omissio auferat reo vtilitatem,ita procedit text.in l.2.in fin.s̄.eod.sed posteà in conclusione petitionis non habeo necesse ponere vtrunque locum,quia hoc esset impossibile,nec etiā in executione, ita loquitur text. in verbo, sine loci adiectione. *Ita communiter tenent Docto.hic*, quicquid hic dicat Fulg. ¶Capio glo.in verb. alternationi. vbi quærit gl.an in hac alternatiua rerum,& locorū si petatur in altero ex locis positis,an tunc actio efficiatur arbitraria.Breuiter teneas declaratione, & distinctionem Barto.cum qua cæteri transeunt.

SVMMARIVM.

1 *Copula inter plura loca solutioni destinata, facit vt quantitas promissa pro rata cuiuslibet loci censeatur esse diuisa.*

1 §.Si quis ita. † Copula posita inter plura loca solutioni destinata, facit vt quantitas promissa pro rata cuiuslibet loci censeatur esse diuisa. hoc dicit.Et sic isto casu non committitur electio reo,nec actori, sed lex ipsa declarat diuidendo summam pro rata Limita tex.procedere,quando certa loca limitata sunt determinatè adiecta solutioni,secus quādo generaliter, & indeterminatè quis promisisset soluere Bononiæ,Flor.Paduæ,& vbicunque locorum fuerit inuentus,prout quotidiè apponitur in instrumētis,& est tex. in l.Lucius Titius Sempronio.in verbo,*quando voles, & vbi voles*.ff.deposi.tunc non potest intelligi,ꝙ sit facta diuisio summarum pro rata,quia isto modo reduceretur ad nihilum. & sic stipulatio redderetur inutilis,ideo videtur actum, ꝙ in quolibet dictorum locorum possit insolidum peti tota summa, quia stipulatio debet sic interpretari,ne reddatur inutilis.l.1.& ibi dixi. s̄.eo.& l.quoties ff.de verb.oblig secundum Barto.Bald.Ang.& Paul.de Cast.hic,quicquid hic teneat Raph.Fulgo. & malè, & cum Bar.tenent Canonistæ præsertim Imol.in c.1.de iud.Subdit tñ Bart. hic, esse differentiam in modo concipiendi dictam clausulam,quia si in instrumento dicatur, ꝙ promisit,ꝙ solueret Bon.Flor.& vbicunque fuerit inuentus.iuxta.l. Titium, aut Meuium.§.tutores ff.de admi.tut. & tunc quia ratione destinatæ solutionis censetur in locis contraxisse.l.contraxisse.ff.de act. & obl.certè vbicunque dictorum locorum fuerit inuentus, poterit conueniri, secus si in instrumento dicatur, ꝙ voluit posse conueniri Bon.Flo.& vbicunque fuerit inuentus, talis promissio nihil releuat,quia per hoc non videtur ibi contraxisse,& habet locum tunc pœnitentia.l.si conuenerit,vbi etiam Bar idem tenet.ff.de iurisd. omn. iudi. An ista differentia inter verbū soluere,& verbum conueniri,sit vera,tetigi ordinariè in d.l.si conuenerit,vbi videas,ideo hic non repeto. ¶Secundo no.ex hoc text. quòd copula posita inter plura loca, diuidit summam pro rata. facit.l. reos §. cum in tabulis. ff. de duob. reis. & l. 1. C.si plures vna sententia.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio insulæ faciendæ loco non designato,est nulla.*

1 §.Si quis insulam. † Stipulatio insulæ faciendæ loco nō designato, est nulla.hoc dicit.Ad idem est text.in l. qui insulam. & in l. ita stipulatus.ff.de verbor.oblig. Limita istum text. secundum Bart. & Moder.vt procedat,quando promittitur fieri opus loco cohærens,tunc requiritur adiectio loci,vt hic,& in iuribus præalleg.secus quando promittuntur operæ personæ, licèt circa solū exhibendæ,tunc non requiritur adiectio loci, vt j. de ope.libe. per totum.& l.interdum.§.1.ff.de verb.obl. & l. si nō sortem.§. libertus.vbi dixi. s̄. de condi. indeb. Secundò limita istum text. procedere,quando nullus locus fuit nominatim comprehēsus in stipulatione,tūc procedit iste tex.& sim.secus quando in stipulatione sunt alternatiuè comprehensa aliqua certa loca,tūc stipulatio non vitiatur,sed electio competit stipulatori,vt hac. l.in princip.in versi.quare. Ratio diuersitatis est, quia vbi certa loca alternatiuè sunt nominatim in stipulatione comprehensa,tunc electio concessa stipulatori non est futura onerosa reo, qui de vtroque loco nominatim,& specialiter cogitauit,vt solueret, vt hac.l.in princ. Sed quando nullus locus fuit comprehensus in stipulatione,certè si stipulatori concederetur electio, fieri posset interpretatio,quæ esset futura multū grauis,& onerosa reo,puta si eligeret fieri insulam vltra mare. Eodem modo si electio esset rei, posset eligere facere insulam in tali loco, in quo nihil stipulatoris interesset. l. ita stipulatus.in princi.ff.de verb.oblig.& hic in gloss.ideo stipulatio redditur nulla. ¶Et ex hoc collige no.limitationem ad regulam,quæ habet, quod stipulatio debet sic interpretari vt valeat. l. quoties. ff. de verbor. oblig.l.1.vbi dixi.supra eodem.quia istud non procedit,quādo talis interpretatio esset futura grauissima, vel onerosissima stipulatori,vel reo,tunc potius redditur stipulatio inutilis.text.est hic not.& in concor.supra alleg.& no.Raph.Fulgo.hic. Pro supradicta differentia facit,quod in simili dicimus in vltimiss voluntatibus, quia omnimoda incertitudo loci vitiat relictum.l. si domus.in princip.ff.de leg.1.secus quando testator adijcit locum,sed est æquiuocus,vel ambiguus,tunc nō vitiatur dispositio,sed intelligitur de loco,vbi testator domiciliū habet. text. est sing.in l.quæ cōditio.§.1.ff.de condi. & demonstr. per quem tex. decidit Bartol. quòd si testator relinquat centum ecclesiæ, & non declaret cui ecclesiæ, per hoc non vitiatur relictum, qa intelligitur de ecclesia,cuius testator est parochianus. Idem tenent Cyn.& Saly.in l.1.in 5.quæstio.& sequen. C.de sacrosanc. eccles.Spec.& Io. And.in titu. de instrum. edi.§. nunc verò aliqua. ver. quid si testator. Angel. in §. si verò.in Authen.de non ali.Ludo.Roma.in repe.Authen.similiter.C.ad l.falc.in 33.speciali piæ causæ inter vltimas voluntates.Angel.de Are.in §.sed ius quidem ciuile.Insti.de iu.na.gen.& ciui. d. Abb.in cap.indicante.de test.Petr.de Ancha. & Ioan. de Imol.in cap.relatum. el 2.ad fin.cod.titu.de test.facit quod not.Cyn.& Bald.in l.cùm multæ. C. de donat.ante nupt. Eodem modo si testator iu[illegible], omni die in perpetuum celebrari 30.missas, & non expressit in qua ecclesia, & sic in quo loco, tamen valet relictum, qu[illegible] intelligitur, quòd celebrentur in illa ecclesia, in qua ipse test[illegible]r est sepultus, per d.l.quæ conditio.§.1. & §. si quis in nomine. in Auth.de eccles.titu.& ita not. determinat dom.Abb.consil.99. lib.2.incip.quidam condidit testamentum.in 2.dubio. ¶Secundò not. ex hoc text. quòd licèt in stipulatione insulæ faciendæ tacitè insit locus, vbi fieri debeat tamen eius declaratio non cōmittitur actori, nec reo, nec etiam ipsa lex declarat, sed vi[illegible]tur stipulatio, quando nullus penitus locus fuit comprehensus in stipulatione,vt supra declaraui.

SVMMARIVM.

1 *Promissio soluendi facta certo loco, intelligitur si commodè ad illum locum perueniri possit.& nume.2.*

3 *Temporis angustia vitiat stipulationem.*

§.Si quis ita.ij. Si solutio conferatur in certum locum,inest tacitè tempus, quo possit ad illum locum perueniri, & si tale tempus ita angustū exprimatur, ꝙ sit impossibile, vitiat stipulationem. hoc dicit.

1 ¶†Not.1.ex hoc text.ꝙ in promissione facta de soluendo in aliquo certo loco,licèt purè,& simpliciter concepta, tamen re ipsa ex naturali ratione, & ex coniecturata voluntate partium tacitè intelligitur tātum tempus, quo possit commodè ad illum locum perueniri,vt hic,& l.continuus.§.cum ita. ff. de verbor. oblig.& §.loca.Insti.eod.Et ex hoc correlariè not.quod stipulatio, quæ habet locum, habet & tempus primum expressè ex partium conuentione, secundum tacitè ex legis dispositione.

2 ¶†Secundò not.quod qui promisit certo loco soluere,non potest cum effectu prius conueniri quàm elapsum sit tātum tempus, quo cōmodè potuerit ad illum locum peruenire, vt hic, & in iuribus s̄.proxim.alleg. Amplia istum text.procedere non solùm respectu principalis debitoris, sed etiam respectu eius fideiussoris,quia ad hoc vt fideiussor possit effectualiter conueniri,requiritur ꝙ sit elapsum tantum tempus, quo attenta qualitate suæ personæ potuisset ad talem locum accedere, alias diceretur in duriorem causam interuenisse, & sic tacitè inest tñ tempus,quo vterque potuerit accedere,quantum ad h[illegible] e vt fideiussor conueniatur,tex.est not.in l.si testamento.§.nu.ff. de fideiu.Secundò amplia istum tex.vt procedat non solùm quando vnus locus esset destinatus solutioni, sed etiam quādo duo alternatiuè,puta,quia promisit soluere Bon.vel Floren. na[illegible]et tunc requiritur,ꝙ transiuerit tantum tempus, quo potu[illegible] ad vtrunque locum accedere,nec sufficit transiuisse tē[illegible] quo potuisset ad alterum eorum accedere.glo. est in hac l[illegible] ver & generaliter.super verb.petat.in princ.& ita etiam ten[illegible] Paul de

3 Cast.hic.¶†Tertiò not.ex isto text.quod angustiæ te[illegible]poris vitiant stipulationem,& si quādo tempus adiectum solutioni est adeo angustum, ꝙ est impossibile in tali tpe accedere ad locū destinatum, vitiat stipulationem, vt hic, & in §.[illegible]ca.institu.[illegible]

verb.

verb.obl. ¶Limita iſtum text.procedere in contractibus ſtricti
iuris, ſecus in cõtractibus bonæ fid. vbi anguſtiæ temporis non
vitiant,ſed reijciuntur propter exuberantiam bonæ fidei.l.inſu-
lam.§.1.& ibi Bar.ff.loc. Simile in vltimis volũtatibus,cùm ha-
beant naturam contractuum bonæ fidei.l. in minorum. cum
gl.& ibi Bar.C.de in integ.reſti.mi. quia etiam ibi anguſtiæ tem
poris non vitiant,ſed reijciuntur.l. ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſer-
uos.quos gradibus.aliàs incipit Proculus ait,& ibi glo. Bart. &
Docto.ff.de leg.1.cum ſuis concor.ibi traditis.Et hoc ideo, ꝗa
in vltimis voluntatibus ſit larga interpretatio. l. in teſtamentis.
ff.de reg.iu.cap.cum dilecti.de do.Præterea intellige,niſi impoſ
ſibilitas concerneret ſubſtantiam obl.quia tũc vitiaret omnem
contractum etiam bonæ fidei.l.non ſolum.ff. de act. & obl. ſed
in vltimis voluntatibus conditio impoſſibilis non vitiat,ſed vi
tiatur.l.obtinuit.ff.de condi.& demonſt.l.1.vbi gloſ. & Docto.
ff.de condi.inſti.

SVMMARIVM.

1 *Debitor ſoluens in alio loco quàm deſtinato,an liberetur.*
2 *Modus reſpondendi allegationibus,dicendo,multum differt caſus noſter ab eo,quem allegatis.*
3 *In quo differat fabrica inſulæ à ſolutione pecuniæ.*

§.Item Iulianus. Iſte §. ſecundum Bartol.eſt
ſubtilis,& difficilis,& ſecun
dum Albe.de Roſ.iſte caſus pulcher eſt,& ſingularis.Diuiditur
in quatuor partes principales. In prima ponitur thema,& quæ
ſtio.In ſecunda ponitur bimembris reſpon. Iuliani.In tertia po
nitur reprehenſio Marcelli in vtroque dicto cum adiectione
cuiuſdam caſus ſimilis. In 4. per Scæuolam auctorem huius l.
reprobata illa ſimilitudine, ponitur determinatio cũ effectuali
approbatione opi.Iuliani. Secunda ibi,& ſcribit.Tertia ibi,Mar
cellus autem.Quarta,& vltima eſt ibi,ſed mihi videtur. Soluẽs
adiecto alibi quàm in loco deſtinato ſolutioni non liberatur,
prout liberaretur ſoluendo etiam alibi ipſi ſtipulatori, & pro-
pter intereſſe durat petitio ſortis , licèt aliud ſit in inſula alibi,
quàm in loco promiſſo fabricata.hoc dicit totus iſte §. In text.
ibi, aut Titio.iſte dicitur adiectus,& eſt ſicut quidam procura-
tor ex conuentione partium ordinatus, qui non poteſt reuoca
ri.l.aliud.ff.de ſolu.& l.cum qui ita.§.qui ſibi. & in l.fin.§.cũ mi-
hi,aut Titio.ff.de verbor.obl.In text.ibi,planè. Marcellus repro
bat Iulianum hoc modo,nam ſi verum eſſet,quòd ex ſolutio-
ne facta adiecto non contingeret liberatio , prout volebat Iu-
lian. in primo dicto , certè deberet peti integra ſumma, ergo
malè dicit Iulian.in primo dicto , volẽs agi ſolum ad intereſſe.
In tex.ibi,ſummæ ſolutio.diſtare à fabrica inſulæ. dic rationem
eſſe, quia pars ſubſtantialis fabricæ conſiſtens in ſolo totaliter
variatur varietate loci:ſed ea,quæ conſiſtunt in dando, non va-
riantur eſſentialiter varietate loci, quia locus non circunſcribit
ſubſtantiam rei.quæ datur,prout etiam j.dicetur in glo. In tex.
ibi , *& ideo quod intereſt ſolùm petendum eſt ;* intellige conſiderato
effectu , quia agendo ad ſortem in effectu , conſequitur ſolùm
1 intereſſe,vt j.dicetur ſuper glo.fin.¶†Not.1.ex iſto text.ꝙ debi-
tor ſoluens adiecto alibi quã in loco deſtinato, non liberatur:ſe
cus quando ſolueret principali creditori alibi,quàm in loco de
ſtinato,quia tunc bene liberaretur . Ratio diuerſitatis eſt,quia
non eſt in poteſtate adiecti , qui nõ recipit ad vtilitatem ſuam,
ſed principalis mutare locum deſtinatum ſolutioni. l. qui Ro-
mæ.§.Callimacus.ff.de verb.obl. Secus eſt in principali credito
re, qui licèt non poſſit cogi inuitus ad recipiẽdum ſolutionem
in alio loco quàm deſtinato.l.pen. j. eod. tamen ſi ſponte velit
alibi recipere,poteſt ſibi ipſi præiudicare.l.centum Capuę.in fi.
j.eod.quia quilibet poteſt fauori ſuo renuntiare, & ſic ſibi præ-
a iudicat. l. pen. cum ſi. C.de pact. Nam quilibet [a] in re ſua pro-
pria eſt moderator,& arbiter.l.in re mandata. C. man.etiam in
abutendo.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.in ver. *dum ſe abuti putant*.ff.de
b petit. hæred. Confirmo per bonum ſimile arguendo de re [b]
ad locum,iuxta.l.ſi quis ita legauerit.ff.de aur.& argen.leg.nam
ſi aliud pro alio ſoluatur creditori volenti, contingit ipſo iure
liberatio. Inſti.quib.mo.tol.obl.in princ.& tamẽ ſi ſoluat aliud
pro alio adiecto, non contingit liberatio ipſo iure, ſed tantum
op. exceptionis,vt eſt text.not.in l.fin.§.fin.& ibi Bart.ff.de ver-
bor. ſol quem text. multum not.d.Matheſ. in no. 203. & latius
Bar.in l. cum fundum.ff.de pac.facit.l.obligationum ferè.§.ac
2 ceſſio.in cum glo ff.de act.& obl. ¶†Secundò no. ex ver.fin.
ſecundum Albe.de Roſ.hic poſt Iac. de But. bonum modum
reſpondendi allegationibus aduocatorum in cauſis,vbi poteſt
reddi ratio diuerſitatis. poteſt enim dici , multum differt caſus
3 noſter ab eo quem allegatis,ſicut hic dicitur , multũ † differre
ſol.pecuniæ à fabrica inſulæ. Alibi dicit text.ꝙ alia ratio refor-
mat pactum.in l.interpoſitas. C.de tranſact.facit text. in l. inter
ſtipulantem.§.ſacram.in verbo,ſed diſſimilia ſunt.ff.de verbor.
c obl. Alibi vulgo dicitur, quod ex diuerſis, [c] & ſeparatis non fit
bona illatio.vulgata.l.Papin.exuli.in prin.ff.de mi. & l.fin.in fin.
ff.de cal.Et alibi habetur,quod ſeparatorum ſeparata debet eſ-
ſe ratio.l.ſi maritus.la 1.in fin.& ibi Bald.ad fi.quia tex.non ape-
rit,in quo differat fabrica inſulæ,à ſo.pecuniæ.gloſ. hic voluit
ponere differentias , dic melius ſecundum Docto. quòd opus
loco , ſeu ſolo cohærens ex locorum varietate ſubſtantiali-
ter, & totaliter variatur, quia alia eſt inſula , quæ fit in vno lo-
co, alia quæ fit in alio totaliter ſeparato , quinimo deſtru-
cta funditus prima inſula,ſi alia in eodem loco reficiatur, repu
tatur tamen alia,& diuerſa.d.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de
verbor.obl.& l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum. ff. de ſer. vrb. præd. Et
ideo ſi promiſiſti facere inſulam in vno loco , & feciſti in alio,
cùm diuerſa penitus facta cenſeantur ex locorum diuerſitate,
certè eſt perinde,ac ſi nihil feciſſes de eo,quod promiſiſti, ideo
in nihilum cõtingit liberatio,& ſic remanet integra petitio.Sed
ea,quæ conſiſtunt in dando,non variãtur eſſentialiter,nec ſub-
ſtantialiter,diſtinguũtur ex varietate locorum.nam eadem res,
& idem dominium transfertur quocunque loco detur,ſed be-
ne poteſt contingere varietas circa quædam accidentia , puta
circa valorem rerum,& ſimilia,& ideo ſoluendo rem alibi, fe-
ciſti,ꝙ promiſeras,non tamen illo modo, vel illa forma, ideo
licèt principali debito ſit ſatisfactum,ſupereſt tamen petitio in
tereſſe,cuius reſpectu dicitur minus ſolutum.hoc probatur in
l.qui Romæ.ff.de verbor.obl.¶Capio gl.fi.in verbo,ſolum pe-
tendum. quæ diuiditur in duas par.prin.In 1.opponit ꝯ text. ꝙ
ſoluta ſorte non poſſit de per ſe peti intereſſe ꝑꝑ locum , quia
recipiendo ſortem, vĩ remiſſum intereſſe.l. centum Capuæ. in
fin.& melius in l.fin.j.eod.glo.dupliciter reſpon.Tene primam
ſolu.ꝙ ꝯrium ꝓcedit,qñ ſolutio ſortis fuit facta principali cre-
ditori,qui potuit remittere intereſſe, & ſic ſibi præiudicare. ſed
iſte text.loquitur, qñ ſolutio ſortis fuit facta adiecto recipienti,
non ad vtilitatem ſuam,ſed principalis creditoris, qui non po-
tuit præiudicare,& ſuum remittere intereſſe, prout etiam dixi.
ſ.in tex.In 2.quæ eſt ibi,ſed qua actione.glo.per viam quæſtio-
nis oppo.ꝯ tex. & ſoluit.pro eius expeditione opponitur cõtra
tex.Intereſſe venit ſolùm per officium iud.mercenariũ.d.l.cen-
tum Capuæ.in fi.ergo ſorte ſoluta extinguitur.l.4.in fi.C.depo-
ſi.ergo de per ſe peti non poteſt , cùm intereſſe veniens officio
iu.merce.non ſit in actione , & ſine actione nemo experiri poſ-
ſit.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de neg.geſt.Item ſuper officio mer-
cenario iudicis ſolo non poteſt fundari iudicium.l.ſi in iudicio.
ff.de exce.rei iudi.Glo.reſpon.ꝙ pecunia,quę ſoluta eſt,partim
cedit in ſortem, & partim pro intereſſe, ideo remanet petitio.
Iſta ſolutio eſt contra iſtum tex.in fi.qui dicit,& ideo quod in-
* tereſt ſolùm eſt petẽdum.vnde reſpon.Bart.*& communiter Doct.*
ꝙ poteſt peti ſors princ. quia non contingit eius liberatio in ali
qua parte ad finem, & effectum vt creditor ſolùm cõſequatur
intereſſe propter locum, & ſic ad fundandum iudicium eſt ne
ceſſaria petitio ſortis, vt poſteà effectualiter cõſequatur ipſum
intereſſe propter locum,ſicut & alibi videmus in ſimili in l.Iu-
lian.§.qui fundum.ff.de verb.obl. & in l.4.§.ſi reddita.ff.cõmo.
Nec obſt iſte tex.in fin. dum dicit , ꝙ intereſſe ſolùm eſt peten-
dum ,quia hoc dicit habito reſpectu ad conſecutionem, & ef-
fectum,quia petendo ſortem principalem conſequitur in effe-
ctu ſolùm intereſſe. verùm quia iſta communis ſolutio vĩ ali-
qualem violentiam facere literæ,ideo alio modo reſpon.Iaco.
de But.& Raph.Fulg.hic,ꝙ cum iſte tex.in fin. dicat petendum
ſolùm intereſſe,nec exprimat quo remedio ſit petendum,intel
ligitur , ꝙ ipſum intereſſe poſſit peti ex æquitate per actionem
in factum.l.quoties.ff.de præſcri. verb. quemadmodum alibi ſi
res debita ſit aliter ſoluta,quàm debebatur,puta quia deterior,
in obligationibus ſtricti iuris agitur actione in factum,ſi ſoluẽs
non ſit in dolo,aliàs de dolo tenetur.l.exhibitionis. C.ad exhi.l.
eleganter.§.1.ff.de dolo.ergo cùm in hoc tex.intereſſe ſit peten
dum iure actionis, ergo poteſt de per ſe principaliter peti, etiã
ſoluta ſorte,vt eſt gl.in l.3.§.ſi rem.cum ſi.ff.de leg. 3. prout qñ
intereſſe,vel acceſſoria poſſunt peti officio iud. nobili, vt eſt gl.
no.in l.fin.& ibi dixi.ſ.de condi.inde. Alio, & quarto modo re-
ſpon.Albe.de Roſ.hic,ꝙ qui mecum contraxit, & ſoluit adie-
cto alibi,quàm in loco non deſtinato, me non cõſentiente,nõ
liberatur de rigore.l.pen. infra eo. & cõſiderato rigore poſſum
agere ad ſortem , & intereſſe , ſed poſtea in effectu ꝑꝑ æquita-
tem

ADDITIONES.

a ¶Nam quilibet.Adde l.ſed & ſi.in §.conſuluit.ff.de pe.hære. Car. in c.dudum el 2.in §.inſuper.in 2.op.de elect.
b ¶Arguendo de re.Adde l.vinum.ſ.ſi cer.pet.
c ¶Quod ex diuerſis.Adde c.cum dilecti.de offic.ordi.

tem fit absolutio à sorte,& condemnatio ad solũ interesse. arg. l.fin.§.fin.ff.de verb. obl. qui solummodo effectualiter reincidit in idem cum solu. communi superius relata. Alium quintum intellectum ad istum text.tradit Ang.in l.si marito.§.fin.ff.solu. matr.dicens,quòd in hoc text. est speciale,ne debitor locupletetur cũ aliena iactura,non interueniente facto creditoris, ideo ex quadam naturali æquitate competit officium iudi.etiam ex tincto principali.Et idem ante Angel. voluit gloss. in l.3. C. depo si.Istum intellectum reprehendit Ioan. de Imol.in d.l.si marito.§.fin.quia iste text.secundum intellectum Bart.& communem non probat illud, quod dicit Angel. Item intellectus Angel.est nimis exorbitãs à reg.iur.communis,& nimis gratiosus, sed euitandi sunt intellectus,qui trahunt ius ad gratiam,vt not. Ioan.And.in cap.ex parte Adæ. de testi. Et ita cum Imo. transit ibi simpliciter d.Alexan.Teneas communem solu.superius relatam,quæ minus est periculosa.

SVMMARIVM.

1 *In actione arbitraria habetur ratio interesse.*
2 *Interesse lucri cessantis probatur per locum à solitis.*
3 *In actionibus arbitrarijs habetur ratio lucri cessantis.*
4 *Ex varietate locorum pretia rerum variantur.*
5 *Aestimatio pecuniæ debet esse eadem, & vniformis in omni loco.*
6 *Quomodo probetur interesse consistens in lucro perdito.*
7 *Lucrum cessans probatur per coniecturas.*
8 *An,& quando debeat haberi ratio lucri cessantis.*

§.Nunc de officio. In actionibus arbitrarijs venit interesse actoris,& rei.Item venit interesse circa rem, & extra rẽ, & in lucro, & damno.h.d.cum l.seq.vel sic,& plenius. Si agitur in loco nõ destinato,actio efficitur arbitraria, vnde in ea officio iud. mercen.habetur ratio interesse tam actoris quàm rei,tam intrinseci,quàm extrinseci, & eius, quod cõsistit in damno etiam vltra modum legitimum vsurarum. Item eius,quod consistit in lucro cõsueto.hoc dicit cum l.sequen. vsque ad l.quod si Ephesi.
1 ¶†Not.ex isto tex.quòd quando actio stricti iuris efficitur arbitraria ratione loci,quia agatur in loco non destinato solutioni, sed alibi,tunc per officium iudicis merce.deseruiens tali actioni habetur ratio interesse tam actoris quàm rei, vt hic in gloss.
2 magn.& in l.2.in princi.supra eodem.¶†Secundò not. in versi. fin. ibi, quid si merces solebat comparare. ꝙ interesse lucri cessantis probatur per locum à solitis, & sic quando lucrum erat cõsuetum,& ad hoc reputat Angel.istum text.esse mirabilem, & vide hic gloss.multum not.super verbo solebat. vbi dicetur.
3 ¶†Tertio not.ex eodem versicu. fin. quòd in actionibus arbitrarijs habet ratio lucri cessantis ratione loci. Adde quòd istud procedit etiam de iure can.casus est no.in cap.1.de plus pet.secundum Are.in l.diuortio.§.item si messes.ff.solu.matrimo.vbi per hæc infert, ꝙ sicut in vtroque foro habetur ratio lucri cessantis ratione loci, similiter debet esse ratione temporis. argu.l. vinum.ff si cert.pet.& quòd ista procedant etiam de iu.can.adde text.in cap.P.& G.& ibi d.Abb.in 1.not.ad hoc not. de offic. delega. Intellige, & limita, vt ĩ. dicam. in gloss.fin.huius legis.
4 ¶†Quartò not.in l.ideo.secundum glo.quod ex varietate ac diuersitate locorum pretia rerum venalium, ac cæterarum rerum mobilium variantur,vt hic,& l.pretia rerum.in ver. nonnullam.ff.ad l.Falc.Et ideo not.ex hoc text.secundum Bartol.& Bald.modum probandi valorem istarum rerum mob. quia in articulis debes te referre ad certam ciuit. vel regionem, seu locum,secundum cuius loci æstimationem vis petere pretiũ frumenti,vini, vel alterius similis rei, de quo plenius traditur in d. l.pretia rerum.per glo.Bart. & Docto.in l.2.C.de rescind. vend.
5 cum suis concor. ¶†Quintò not. in verbo pecuniarum quoq;. secundum Angel.& Raph.Fulg.ꝙ æstimatio pecuniæ debet esse eadem,& vniformis in omni loco,& sic moneta currens tantum valet in vno loco,quantum in alio,licèt quandoque aliter obseruetur, de quo in l.Paulus.ff.de solu.& in c. quanto. de iureiu.¶In gl.1.in verbo ratio.dic,vt hic plenius per Bar. & Paul. de Castr.ad quos te remitto.Et inquantum Bar. post glo.tenet, ꝙ mora actoris non compensetur cum mora rei, quia cõmittitur circa diuersa, sed vtriusque mora sit inspicienda, limita per text.singu.in l.& si per emptorem in prin. cum gloss.1.ff.de act.empt.vbi est text.ꝙ si creditor, & debitor sint simul in mora,quia creditor dixit,nolo recipere,& debitor dixit,nolo dare, tunc solus creditor est in mora,quod ideo ibi est,quia tũc mora vtriusque simul committitur circa idem,sed Bar.hic post gl. loquitur, quando vtriusque mora committitur circa diuersa. ¶Capio glo.in verbo solebat.not. diligenter istam glo. & eam
6 bene signa, ex qua habes duo not. † Primò secundum Bald.ista glo.clarè ponit modum, qualiter possit probari interesse consistens in lucro perdito,& secundum Angel.ista gloss. est melior quæ sit in iure, quod interesse lucri cessantis probatur per locũ à solitis,quando tale lucrum est consuetum,& verisimile. Adde tamen, quòd lucrum cessans etiam si non sit specificè probatum,potest tamen taxari per iudicem ex eius officio.text.est singu.in l.1.& ibi Bartol.not.C.de colo.illyricianis.lib.11.& ad hoc illum text. reputat singu. Are. in l. diuortio.§.item si messes.ff.solu.matrimo.¶†Secundò not.ex hac glo. quòd lucrum
7 cessans probatur per coniecturas, & facit ratio secundum Angel.quia lucrum cessans est non ens, & non entium propriè nõ sunt causæ, & ideo non possunt propriè probari. l. actori. ff. de proba.ideo sequitur, quod lucrum cessans non potest probari nisi coniecturaliter,vt hac gloss.not.quam valde not.ad ea,quę latè traduntur in l.vnica.C.de senten.quæ pro eo quod interest. ¶Capio glo.in verbo,& lucri.quam diuide in duas part. princ. In 1.colligit ex text.not. & ad illud allegat plures conçor. In 2. oppo.de quatuor legibus, & simul dupliciter respon. Secunda ibi,argumen.contra.¶In ea.glo.ibi, argumen. contra infra ad l. Rho.de iact.l.2.§.portio. Respõ.quòd ibi agebatur ex quadam æquitate contra eum,qui non fuerat in dolo, nec in culpa, nec in aliqua mora, prout hic. Et pondera,quòd in d.§.portio.est text.not.quòd quando res ęstimatur ad mensuram damni,tũc non æstimatur,prout vendi poterat,sed prout in ea aliàs fuit ex pensum,ad quod vide not.per Bartolum.in l.in hanc, & in l.cũ emptor.§.fin.ff.de damn.infect.quod not. ad limitationem eorũ,quæ ponuntur per Bart. & alios in d.l.pretia rerũ.ff.ad l.falc. & in l.2.C.de rescind.vend.¶In ea glo.ibi,& infra de furtis.l. si is cui.§.fin.respon.quòd ibi loquitur in lucro odioso,quod capiebatur contra naturalem æquitatem,& cum alterius iniuria, & talis lucri iniuriosi non habetur ratio,vt ibidem per glo.& Docto.& in l.si quis vxori.§.pen.ff.de fur.per l.sciẽdum. ff. ex quib. caus.ma.¶In ea.gloss.ibi,& ĩ.de pericu.& commo.rei vend.l.fi. Respon.quòd ibi loquitur in actione bonæ fid. vbi ex mora veniunt vsuræ ideo satis est haberi rationem vsurarum, vt ibi, & l.si sterilis.§ si per venditorem.ff.de act.empt. quam glo. hic alleg. pro alio contrario. Nos loquimur in actionibus stricti iuris, quæ sunt arbitrariæ propter locum, & hoc respectu sunt pinguioris naturæ, vt hic, quod non venit in actionibus bonæ
8 fidei,vt in iuribus prealleg.¶†In ea.gl.ad fin.de ista materia, an
a & quãdo in interesse debeat haberi ratio lucri [a] cessantis, Albe. de Ros.hic post And.de Pis.& Gul. de Cun. ponit varias distin. habetur latè per Cyn.Bart. Bald.& alios in l.vnica. C.de senten. quæ pro eo,quod interest.Ludo.Roma.in l.si constante.§.quoties.ff.solu.matrimo. Petr.de Anch.in clem.1.§ sanè.de vsuris. Breuiter conclude, quòd in consueto lucrari habetur ratio lucri cessantis, vt hic in text. & dixi supra in not. quando tale lucrum erat quodammodo certum, prout dicit Bartol. in l.vnica.in vltim.char.in princip.& ibidem alij.C.de senten. quæ pro eo, quod interest. puta quia mercator solitus mercari habuit mercantiam præ manibus, de qua fuisset verisimiliter tantum lucratus, & quia pecuniam debitam non habuit, non potuit emere, secus quando lucrum esset dubium. text. est not. in l. quemadmodũ.§. itẽ Labeo.circa fi.in verbo *cum incertum fuerit an caperentur*.ff.ad l.Aquil. & l. naturalem.§.1.in fin.ff.de acquir. rer.do.Paul.de Castr.hic. Prædicta procedunt in lucro extra rẽ prouenienie ex negotiatione.Si autem esset lucrum intra rem, puta,quia seruus meus fuit hęres institutus,& quia fuisti in mora restituendi eum mihi,propterea non potui iubere,vt adiret hæreditatem, & sic eam perdidi, talis lucri habetur considera tio.l.venditor hominis.ff.de euict.l.3. ff. de condi. fur. Similiter si esset lucrum ipsius rei,quando post moram creuit æstimatio rei debitæ,& posteà decreuit, talis lucri cessantis habetur ratio contra morosum.l.in hac.ad fin.ff.de triti.l. vinum. vbi ordinatè ponitur.ff.si cert.peta. Paul. de Castr. hic. ¶Capio gloss. in l. ideo, quæ est in verbo,varia, quæ opponit de l.fin.C.de tempo. in integr.restitutio.pet. & non soluit. Respon. quòd loquatur quo ad legum obseruantiam,nam leges debent indifferenter in quolibet loco obseruari, non habita locorum differentia,quia leges in quolibet loco sunt vniformes: sed iste text. loquitur in æstimatione rerum, quæ bene variatur ex locorum varietate,prout etiam dixi supra in text.

ADDITIO.

a ¶Lucri cessantis.Adde not.Fely.quinque modis limitantem in c.cum venerabilis.col.3.de excep.Abba.in c.constituti,de vsur.Alex.not.in l.diuortio.in princ.ff.solut matrimo.7.colum. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Actio arbitraria an sit stricti iuris.*
2 *Actio arbitraria an detur extra locum solutionis.*

LEX V.

Q Vod si Ephesi. Istud principium, secundum Bartol. est subtile, & subtiliter glossatum. & verum dicit, vt statim patebit. Quando agitur in loco destinato solutioni, actio non est arbitraria propter locum, nec crescit condemnatio, nisi aliquid vltra fuerit stipulatum, vel intersit ratione temporis hoc dicit. ¶ Capio glo. in verbo, vel si. quam diuide in tres part. princ. prout timore taciti contrarij, quod nunc formabo, ponit tres intellectus ad text. Secunda ibi, vel aliter dic. Tertia ibi, vel hic. hoc dicit. Pro expeditione glo. opponitur contra text. dum dicit, *vel si temporis vtilitas interuenit*: nam temporis vtilitas dicitur esse vsura, sed in contractibus stricti iuris non veniunt vsuræ ex mora, nisi fuerint in stipulationem deductæ, vt l. 1. C. de condi. indeb. l. quoties. C. de condi. ob turpem cau. l. quamuis. C. de vsur. nec etiam veniunt fructus ante litem contesta. l. cùm fundus. in princ. si cert. pet. & tamen iste text. videtur velle ponendo duas fall. quòd etiam citra stipulationem, & ante cęptum iudicium habeatur vtilitas tēporis, & sic vsurarum. Timore huius taciti contrarij glo. ponunt triplicem intellectum. secundum primum intellectum non habetur ratio temporis, nisi in stipulatione deducti. secundum alios duos intellectus habetur ratio temporis, diuersimodè tamē. Item duæ primæ lecturæ loquuntur in actionibus merè stricti iuris. Tertia verò lectura loquitur in actione stricti iuris, quæ habet inbet instar bonæ fidei verùm, quia prima lectura glo. præsupponit non haberi rationem temporis, nisi sit in stipulationem deductum, aliæ duæ lecturæ volunt contrarium, ideo Bal. saluando istam glo. à contrarietate dicit, ꝙ prima lectura gl. quæ vult, ꝙ non habeatur ratio temporis, sit intelligenda. s. circa lucrum, sed bene circa damnum, prout etiam vult gl. in seq. intellectu. Sed ista saluatio Bald. non videtur esse bona, quia si temporis vtilitas esset deducta in stipulationem, ita haberetur ratio lucri, sicut damni. l. quamuis. C. de vsur. Si autem non esset deducta in stipulationem, tunc nec damni, nec lucri haberetur consideratio, nisi secundum quod. j. statim dicetur. Bar. dicit, ꝙ primus intellectus gloss. est verus in se, sed facit violentiam literæ. Ray. Albe. & Fulg. hic dicunt contrarium, quòd etiam primus intellectus non est verus in se, quia licèt actio non sit tunc arbitraria, venit tamen in ea interesse consistens in damno, sicut in cæteris stricti iuris actionibus, vt not. in l. in hac. & in l. fin. s. de cōdict. triti. an sit verum statim dicetur. Secundum, & tertium

* intellectum glo. *sequuntur communiter Docto. hic*, Ray. Bartol. Bald. Albe. & Paul. de Cast. hic. Alium, & quartum intellectum ponit Raph. Fulgo. qui est proximus huic literæ secundum eum, ꝙ etiam lucri sit habenda ratio propter tempus, sicut propter locum. per text. in l. pen. & in l. fin. supra de condi. tritica. l. vinū. s. si cer. pet. non tamen per hoc actio est arbitraria, quoniā propter tempus habetur ratio interesse solius stipulatoris, non autem ipsius rei. nam propter locum fuit necessarium adinuenire vtilem actionem, cùm stricto iure alibi agi non possit, vt dicit text. in l. 1. s. eod. non sic est propter tempus, quia lapso tempore, de iure communi incipit competere actio, & agi potest. §. omnis. Institu. de verbor. oblig. Et propterea dicit Fulg. se arbitrari dictum esse in hoc titu. de eo, quod dandum est certo loco, vt s. in rub. non autem certo tempore. Tu aduerte, quòd iura alleg. per Fulg. s. l. in hac. & l. fin. s. de condict. triti. & d. l. vinū. quæ iura etiam allegant contra primum intellectum glo. Ray. & Alberic. hic, vt s. retuli, loquuntur de interesse intrinseco ipsius rei. Puta, si debitor fuit in mora in non soluendo tempore promisso, & post eius moram creuit æstimatio, seu valor rei debitæ, & posteà decreuit, nam istius interesse intrinseci bene habetur consideratio contra morosum, vt in iuribus præalleg. Sed iste textus, gloss. & Docto. loquuntur de interesse extrinseco extra ipsam rem, licèt proueniente propter ipsam rem, vt vsurarum, vel fructuum, & istius interesse extrinseci non habetur consideratio in actionibus stricti iuris, nisi vel vsurę sint per stipulationem promissæ, vel quo ad fructus sit lis contestata, vt supra dixi. Et propterea Bart. hic referendo secundum intellectum glo. & allegando. d. l. in hac reputat, quòd illud interesse intrinsecum dicatur damnum contingens circa ipsam rem, puta, q[illegible] rei æstimatio sit effecta vilior, & eius bene habetur ratio, p[illegible]t tenent glo. & Docto. Et isto modo intelligendo intellectus [illegible] reincideret in idem cum secundo intellectu communiter [illegible]probato per Docto. Item inquantum Fulgo. facit

2 differentia[illegible], † quòd actio stricti iuris efficiatur arbitraria propter adiect[illegible]nem loci, sed non propter adiectionem temporis. Adde (li[illegible] ipse non dicat) quòd idem ante eum tenēt Gul. de Cun. & A[illegible]e. de Ros. in l. in bonæ fidei infra eodem. vbi quęrunt, quæ est r[illegible]o diuersitatis, quare non sic venit interesse, & actio est arbitraria, quando promisisti te soluturum certa die, sicut quando promisisti certo loco? Et dicunt, quòd ratio est ex parte rei, quia vbi promisisti certo loco, grauaretur reus, si in alio loco cōueniatur, & ideo habet locum arbitraria. Si autem promisit certa die, nullum interesse potest allegare, quia sic allegaret moram suam. Sed ex parte actoris est ratio, quia si non soluas die statuta, petam te compelli, vt nunc soluas sicut promisisti. Quando autem promisisti certo loco, non possum te compellere, vt illuc venias, ideo habet locum arbitraria pro-

2 pter locum. ¶ † Extra glo. quærit hic Bartol. si aliquis est stipulatus simpliciter nullo adiecto loco, an si conueniatur alibi, quā in loco promissionis, actio erit arbitraria? Gul. de Cun. tenet, ꝙ sic, quia tacitè videtur esse actum, quòd soluat in loco promissionis, ergo alibi agendo actio est arbitraria. argumen. l. si cùm dies. §. si arbiter. ff. de arbi. vbi videtur actum, quòd feratur sententia, vbi factum est compromissum. Barto. hic tenet contrarium, & melius, quia imò videtur tacitè actum, quòd soluatur, vbi petitum fuerit, dummodo petatur in loco, vbi debitor sortiatur forum. l. vinum. supra si cert. pet. & l. fin. ff. de condi. trit. ergo cùm locus petitionis videatur destinatus solutioni, ergo in eo petendo actio non est arbitraria, vt hoc text. Alij hic nihil tangunt. cum Bartol. tenet Raph. Fulg. in l. is qui certo. infra eodem. Paul. de Castr. in l. si hæres. in fin. infra eodem. vide quod dicit gloss. in l. in bonæ fidei. in glo. magna circa fi. infra eodem. Et tacitè videtur actum de loco, vbi petitur. adde Bartol. in l. item illa. in princip. in penul. colum. ff. de consti. pecu.

SVMMARIVM.

1 *Quid possit iudex in actione arbitraria.*
2 *Arbitramentum an dicatur transactio.*
3 *Iudex debet habere æquitatem ante oculos.*
4 *Iudæo an habeatur ratio lucri, si ei non soluatur.*

§. Interdum. Iste. §. secundum Paul. de Castr. est multum not. & singularis, & perpetuò tenendus menti. & secundum Angel. ponit mirabiles casus de remissione. In actione arbitraria propter locum iudex debet reum à se absoluere, quando in loco destinato pecuniam debitam obtulit, vel deposuit, vel exacta cautione de soluendo in loco destinato, quando de facili potest illic solui, æquitate ita

1 dictante. h. d. ¶ † No. 1. ex hoc tex. ꝙ in actionibus arbitrarijs iudex potest non solùm in plus, vel minus condemnare, quàm sit sors principalis ratione loci propter interesse vel actoris, vel rei, sed etiam potest reum in totum à se absoluere, & ita limitatur. l. 1. s. eod. & totus iste titu. Et per hoc infert Bar. ꝙ arbitrator ex compromisso à partibus in lite assumptus, potest in totum reum absoluere: nam sicut hic in arbitrarijs iudex potest nō solum augere, vel diminuere condemnationem, vt l. 3. §. nunc de officio. s. eod. sed potest in totum absoluere, ita arbitrator, qui potest diminuere, vel augere de eo, quod est lis, potest etiam in

a terdum reū absoluere. Nec obst. si dicatur, ꝙ arbitramētum sit quædam trāsactio, vt no. gl. in §. 1. in Auth. vt diffe. iud. Doc. in Auth. si verò contigerit. C. de iudi. sed transactio nullo dato vel retento non valet. l. transactio. C. de transact. Respon. Barto. quòd arbitramentum largo modo est quædam transactio, hoc est recessus à lite, non autem est propriè, & strictè transactio. Cum Bar. tenēt Bal. Paul. de Cast. & in effectu Raph. Fulg. hic. adde Bar. in l. si societatem. §. arbitrorū. in 1. q. extra gl. ff. pro soc. & in l. furti. §. qui iussu. ff. de infa. Bal. in l. fi. in 1. opp. C. de cōtrah. emp. & in rub. C. de rerum permu. circa fi. & in l. fi. C. de excep. rei iud. in 2. col. & no. Bald. in c. si pro debilitate. in 4. col. de offic. deleg. Paul. de Cast. in d. l. transactio. C. de transa. Et ꝙ arbi-

2 tramentū † non sit propriè transactio, sed largo sumpto vocabulo, adde gl. in c. si qn̄. in gl. 1. de offi. deleg. & ibi d. Abb. circa fi. eam no. ad statuta facientia mentionem de transactione. Nam cùm debeant strictè, & propriè intelligi, non cōprehendent arbitramentū, seu amicabilem cōpositionem. Caue tn̄, quia iste tex. parum deseruit in isto proposito Bar. & Doct. prout etiam perpendit Raph. Fulg. hic, quia Iuriscon. non dicit hic, reū totaliter prorsus absolui, sed qđ iudex debet à se absoluere exacta cautione de soluēdo in loco statuto, & sic ista nō est totalis absolutio, prout dicūt Bar. & Doct. sed potius remissio, vt soluat in loco destinato. & sic in isto tex. verbum absoluere, intelligit

3 à se dimittere, & alibi remittere, secundū Ang. hic. ¶ † Secundò not. ex isto tex. in fin. quòd iudex debet habere æquitatem ante oculos, & ad hoc quotidiè allegatur iste tex. vltra cōcordantes allegatos hic in glo. Adde text. 4. q. 4. in c. 1. & text. in cap. fi. in fi. de tran-

ADDITIO.

a ¶ Arbitramentum. Adde Io. And. in c. exposita. & in cap. penul. de arbi.

de transac. Item adde gl. solennem in l. inter filios. C. famil. erciscu. quæ dicit, q iudex sicut legislator debet sequi æquitatē, licèt quandoque non sequatur oculo iudicis caligante, & ibi Bal. ad hoc multum no. illam gl. adde etiam tex. in l. 2. §. item Varus. ff. de aqua plu. arcen. in verbo hæc æquitas suggerit, etiā si stricto iure deficiamus. Limitat Alb. de Ros. hic istum tex. q non intelligatur de æquitate cerebrina, sed quæ ex iure colligi possit. Adde pro ista limitatione. c. ex parte, el secundo, & ibi
a no. Abb. in 5. no. de offi. deleg. q iudex debeat a sequi æquitatē, verum est iure informatam, vt ibi, quod no. Abb. contra illos, qui dicunt se amplecti æquitatem spreta iuris forma. illa enim non potest dici æquitas, sed iniquitas, quia deuiat ab eo, quod iustum & æquum est, cùm lex sit fundata super ratione, & eqtate. c. erit autem lex. 4. dist. Item ad istud no. vide quæ plenius
4 scripsi in l. placuit. C. de iudi. ¶† Vltimò per istum tex. tu potes nouiter notare vnum, quòd non memini ab aliquo in specie tactum, per quod datur noua, & inaudita limitatio ad totum istum tit. Nam cùm iste tractatus arbitrariarum actionū totus fundetur in æquitate, vt hoc tex. in fi. & §. præterea quasdā. in verbo, *ex bono, & æquo*. Insti. de actio. sequitur, quòd si aliquis promisit Iudæo soluere in certo loco, & quia ibi non soluit, petatur alibi, q propter hoc actio non efficiatur arbitraria, vt habeatur ratio interesse Iudæi, ex quo Iudæo non est seruanda æquitas, sed rigor, vt est gl. ordi. in c. 2. in gl. fi. de Iudæis. non po-
* no tamen pro constanti, quia nimis durum videtur.

ADDITIO.

a ¶Iudex debeat. Adde Bal. in l. hac lege. C. de senten.

SVMMARIVM.

1 *Actio ex testamento, & certi condictio ex mutuo sunt arbitrariæ, & an sit stricti iuris.*

LEX VI.

SI hæres. Actio ex testamento, & certi condictio ex mutuo sunt arbitrariæ
1 propter locum. hoc dicit cum l. sequen. ¶† Not. ex isto text. quod actio ex testamento est stricti iuris, & sequitur naturam actionū stricti iuris. facit. l. alias. & ibi Bart. ff. de in litem iuran. l. fina. in ver. fina. ff. de condi. ob turp. cau. In duobus tamen sequitur naturam actionum bonæ fidei. s. quo ad fructus, & vsuram, vt veniant à tēpore moræ, sicut in actionibus bonæ fidei. l. in minorum. cum gloss. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est necess. l. cùm res. in princ. ff. de leg. 1. Secundò vt soluta re non perfectè duret prima actio, sicut in actionibus bonæ fidei l. cuiusmodi. §. si hæres. ff. de leg. 1. quo ad alia remanet stricti iuris, secundum Barto. & Fulg. hic, alij non tangunt. Adde, quòd etiam in alio tertio casu testamentum, seu vltima voluntas habet instar contractuum bonæ fidei: nam sicut in contractibus bonæ fidei angustiæ temporis, & difficultas reijciuntur, & non vitiant. l. insulam. §. 1. ff. loc. ita etiam in vltimis voluntatib. l. si mihi, & tibi. §. si quis seruos. aliàs incipit Proculus ait. & ibi Barto. & Docto. ff. de lega. 1. Barto. in l. continuus. §. illud. in 1. colum. ff. de verborum obligat. & in d. l. insulam. §. 1. Secus in contractibus stricti iuris, vt in dictis locis notatur. ¶Capio glo. in verbo reddatur. ex qua habes ad intellectum totius tituli, quòd actiones arbitrariæ propter locum sunt tantum quatuor. s. ex stipulatione, ex testamento, ex mutuo, & ex cōstituto. Breuiter teneas generaliter, quòd quælibet actio stricti iuris propter adiectionem loci efficitur arbitraria, quia nō est dare rationem differentiæ inter illas quatuor, & cæteras stricti iuris. Istud etiam patet ex generalitate huius rub. & C. eo. secundum Bart. Alber. Bald. & Fulg. hic.

SVMMARIVM.

1 *Actiones bonæ fidei, & stricti iuris quomodo differant.*
2 *Contractus bonæ fidei deductus in stipulationem, assumit naturam contractus stricti iuris.*
3 *Aliud est vendere, vel locare, & aliud promissio de vendendo, vel locando.*
4 *Emptor partem pretij soluens, an possit pœnitere, & non emere, & repetere illud, quod soluit.*
5 *Gabella an soluatur de contractu promissionis de vendendo.*
6 *Promittentes facere pacem, adhuc non dicuntur plenè reconciliati.*
7 *An præferatur secundus emptor, cui tradita est possessio, licèt iuramentum interuenerit in prima venditione.*
8 *Virtute actionis arbitrariæ potero te alibi conuenire.*
9 *Agens in alio loco, quàm destinato, an obstet exceptio.*

LEX VIII.

IN bonæ fidei. Istam legem ex infra dicentis reddam not. & vtilem. Actiones bonæ fidei non dicuntur arbitrariæ pp locum, nisi sint in stipulationē deductæ. hoc dicit, s̄m vnam lec. quæ in ver. si. habet conducturum, & sic s̄m vnam lec. gl. Vel secundum aliam literam, quæ habet conductum, & sic secundum aliam lec. gl. hoc dicit ista l. Creditor, qui promisit certo loco agere, pp moram rei, qui ibi nō reperitur, potest alibi agere, & actio efficitur arbitraria. hoc dicit, & secundum istam secundam lec. iste casus non est alibi in iu-
1 re secundum Ang. hic. ¶† No. ex hoc tex. quòd nulla actio bonæ fidei pp adiectionē loci potest fieri arbitraria, & in hoc est differentia inter actiones bonæ fidei, & actiones stricti iuris, eo quia in actionibus bonæ fidei ex natura ipsarum iudic. officiū multum exuberans multum pōt, vnde non eget ista adiectione arbitraria, secus est in actionib. stricti iuris, prout plenius declaraui in l. 2. in prin. s̄. eo. Et si diceretur, q ista differentia videtur esse verbalis, & sine vlla vtilitate, eo quia sicut in actionib. stricti iuris arbitrarijs interesse pp locum venit offic. iudi. mercen. l. centum Capuæ. circa fi. j̄. eo. & l. 3. §. nunc de officio. s̄. eo. ita ēt in actionib. bonæ fidei. l. si vt certo, in prin. ff. cōmo. & hic in gl. 1. Respon. Pau. de Cas. hic, q vtilitas insurgit respectu fideiussoris, quia cùm in actionib. stricti iuris arbitrarijs pp locum illud interesse non veniat ex primordiali, seu originali natura actionis, fideiussor simpliciter acceptus non censetur ad illud interesse se obligare. l. centum Capuæ. in ver. nec oportebit. j̄. eo. sed in actionib. bonæ fidei, quia illud interesse venit secundum originalem naturam, est secus. l. quæro. cum ibi no. in gl. ff. loc. & l. si postea. ff. rem rata hab. Refert tamen, q Spec. in tit. de fru. & interesse. §. viso. versi. & hic in ꝯtib. vr̄ dicere, q in ꝯctibus bonæ fidei interesse sit in obligatione, & non in offic. iudi. Sed istud non est verum s̄m eū, per d. l. si vt certo. in princ. & hic in 1. gl. ita etiam tenui. s̄. in rub. reprobando ēt gl. ibi. Adde, q istam vtilitatem Pau. de Cast. refert, & simpliciter sequit Ang. de Are. in §. præterea quasdam. Insti. de actio. & istam difficultatem ēt mouet gl. in d. l. centum Capuæ. j̄. eo. Alibi tamē tenuit gl. sing. in §. actionum. in gl. mag. Insti. de act. q in actionib. bonæ fidei fructus veniunt iure actionis, non aūt vsuræ, q̄ gl. multum no. Math. in suis no. Contrariū tenet Bal. quamuis dictam gl. non alleget, in l. 1. in fi. C. de vsur. & fru. leg. Angel. & D. Alex. in l. si marito. §. fi. ff. sol. mat. & ibi dicit D. Alex. q prædi-
* cta gl. *communiter reprobatur*, quia non probatur iure, & ita ēt tenet D. Alex. in rub. ff. sol. mat. in pe. col. ¶Capio gl. in verbo cōducturum. quæ est bene no. & in effectu ponit duas lect. ad istū tex. ¶In ead. gl. ibi, cùm deductum sit in stipulatione. habes primum intellectum ad istum tex. q per stipulationem promisisti te conducturum domum meam Romæ, & hoc prout in litera habetur conducturum. Ex quo habes singu. no. s̄m Raph. Fulg. q licèt ista rub. hic, & C. eo. dicat de eo, quòd est dandum cer. loco, tamen habet locum etiam ex stipulatione faciēdi certo loco, vt ēt ibi competit arbitraria pp locum, facit. l. 3. §. si quis insulam. s̄. eo. Nam etiam ex stipulatione faciendi agitur ad dandum. l. eum qui insulam. cum gloss. ff. de iudi. Item vltra istud no. etiam diligenter ex ista gl. alias duas no. conclusiones
2 †Prima est, q si ꝯctus bonæ fidei deducatur in stipulationē, licèt actio quæ oritur ex ꝯctu bonæ fidei, non sit arbitraria, illa tamen quæ oritur ex stipulatione pp locum, erit arbitraria, q a est stricti iuris. Ex quo correlariè no. q ꝯctus bonæ fidei deductus in stipulationem, assumit naturā ꝯctus stricti iuris, & istud est valde vtile, quia notarij in omni ꝯctu apponunt stipulationem, prout ēt dicit Bar. in l. 2. in fi. C. de condi. ob cau. Adde, q idem tenet Bar. in l. singularia. in 3. col. ff. si cer. pet. Bal. in l. si eū. §. qui iniuriarum. in 2. col. in fi. ff. si quis cau. ꝯrium tamē tenuit idem Bar. sibi ꝯrius in l. si quis cum aliter. in 2. col. ff. de ver. obl. vbi vult, q qn̄ ꝯctus bonæ fidei deducitur in stipulationē, isto casu actio, q̄ oritur ex stipulatione, sit bonę fidei, & nō stricti iuris, vt ibi p eū. pro quo bn̄ facit tex. in l. 2. §. parui. ff. de priui. credi. dixi de hoc in d. l. singularia. & in rub. ff. de verb. obl. ¶† Scdò
3 habes ex hac gl. s̄m Alb. & Pau. de Cas. hic, q aliud est vendere
a vel locare, & aliud est promittere de vendendo, vel locando, a nam s̄m Raph. Fulg. hic ꝯctus nō est factus ex promissi[one] faciendi.

ADDITIO.

a ¶Locando. Adde Alex. lib. 4. consi. 28. in fi. in l. 1. §. si quis ita. i[nfr]a de verbor. oblig. Abb. lib. 4. consi. 70. col. 4. Ias. in l. quoties. in 14. limita[t.] C. de rei vendi. Barb. lib. 1. consi. 51. inci. Scripsit sapientiæ fons. col. 16. ve[rs.] ex isto fundamento. Are. consi. 6. col. 3. & Alex. lib. 2. consi. 23. incip. V[is]o themate. col. 2. PVRPV.

ciendi. Not. iſtam regulam,ad quam frequenter allegatur iſta
glo.quæ eſt valdè vtilis ad actum practicum , & ita ēt ad hoc
no.iſtam gl.Math.in no.47.Item ad iſtam regulam adde gl.or-
di.in l.Titius.in gl.fi.ff.de pig.act.Bal.in l.fi.§.emptor.C. cōmu-
nia de leg. Ang.in l.1.C.de pac.pig.D.Alex.in conſil.215.incip.
Viſo themate ſupradicto, & his quæ copiosè ſcripta ſunt,in 2.
col.lib.2.Facit quod no.Bar.in l.ſi pupillus.in princ.ff.ad l.Falc.
D.Fran.de Are.in conſ.28.incip.Diligenter animaduerſis. in pri
mo dubio , vbi quendam ex conſultoribus tanꝙ valde ineptū
redarguit,qui præſupponebat,ꝙ pactum de vendendo poſitū
in inſtro eſſet venditio,quod eſt indubitanter falſum,quia pro
miſſio de vendendo non eſt venditio.Mouetur per tria.Primò
per illud,quod dicit Bar.in d.l.ſingularia.vbi dicit,ꝙ ſtipulatio
de faciendo ɔ̃ctum,puta de vendendo,non eſt ɔ̃ctus ille , qui
in ea fieri promittitur.Secundò ponderat no.per Bar.in l.vxo-
rem.§.agri plagam,ff.de lega.3.& in l.ſi fideiuſſor. §. fi.ff.de leg.
1.& bonam gl.in l.in æſtimationib.ff.de peti.hære. Tertio pon-
derat Bal.no.in l.fi.C.de pac.inter empt.& vendi.volentem, ꝙ
quando fit promiſſio de vendendo,promittens liberatur ſolū
vendendo rem,nec per talem promiſſionem tenetur ad tradē
dum,vt ibi per eum. Vtilitas iſtius regulæ eſt,ꝙ per talem pro-
miſſionem de vendendo nullum ius reale , & dominiū acqui-
ritur,ſed ſolùm ius perſonale, ſeu actio in perſonam , per quā
agi poteſt ɔ̃ promiſſorem ſolùm ad intereſſe.l.ſi ſterilis. §.ſi ti-
bi fundum ff.de act.empt,l.qui fundum.ff.de ɔ̃hē.emp.ſecun-
dum Ang.in conſi.184.inci.Ex forma,& ſerie dictorum inſtru-
mentorum.in vlt.dubio.Per iſtam glo.& iſtam regulam deci-
dit Alb.de Roſ.hic,ꝙ ſi ſtatuto ciuitatis caueatur,quod datia-
rij habeant arbitrium ſuper venditionibus factis,& quidā pro-
miſit vendere,ꝙ iſtud non pertinebit ad eorum arbitrium: qa
non eſt venditio,ſed promiſſio de vendendo , quæ ſunt diuer-
4 ſa,vt hic patet.¶†Secundò iſta regula glo. ſecundum Pau. de
Caſt.facit ad caſum , quem dicit tunc habuiſſe de facto , quia
quidam promiſit vendere, & ille,cui facta eſt promiſſio de vē
dendo,aliquid ſoluit pro venditione futura,quæritur an poſſit
pœnitere , & non emere,& repetere illud, quod ſoluit, ſi non
ſtat per promiſſorem,quominus vendat?Et prima fronte vr̃,ꝙ
non,quaſi venditio habeatur pro iam facta, cùm non ſtet per
promiſſorem,vt l.Labeo ſcribit,ſi mihi bibliothecam. ff.de ɔ̃-
hen.empt.quo caſu non poteſt eſſe locus pœnitentiæ. l.inciui-
le.C.de rei vendi. Contrarium decidit Pau. de Caſt.quia aliud
a eſt vendere, [a] aliud eſt per ſtipulationem promittere de ven-
dendo.nam hoc ſecundo caſu promiſſor obligatur ſtipulato-
ri,non econuerſo, quia ſtipulatio non eſt contractus vltro ci-
troque obligatorius , vnde cùm ille,cui facta eſt promiſſio de
vendendo per ſtipulationem,non ſit obligatus,ergo in poteſta
te ſua eſt ne obligetur.l.qui pecuniam.ff.ſi cer.pet. & l.ſi pecu-
niam.in prin.ff.de condi.ob cau.& tunc poterit datum repete-
re tanquam cauſa,ob quam dedit,non ſit ſequuta, eo quia no
luit,& potuit nolle.l.1.§.ſed ſi parendi.ff.de condi.ob cau. Nec
obſ.d.l.Labeo.quia ibi contracta fuit venditio ſub conditione,
quæ non pendebat ex arbitrio ementis duntaxat, ſed alterius,
vnde non poteſt reſilire à venditione iam facta, licèt conditio
naliter;quia quantum ad hoc erat perfecta , vt l. neceſſario. ff.
de pericu.& commo. rei venditæ. ſecus ſi fieret ſub conditio-
ne,quæ pendet ex mera voluntate ementis,quia tunc pōt eam
non implere,& venditio non perficietur,ita dicit elegāter ſen-
tire Bar.in l.ſi quis cum debitore.in fi ff. de iureiu. in intellectu
illius.l Labeo. multò magis, ſi non fuit venditio etiam condi-
tionaliter facta , ſed ſolùm fuit facta promiſſio de vendendo.
& dicit Pau.de Caſt.quòd iſta ſunt tenenda menti, quia ꝑ iſtū
modum defendit vnum militem de vno magno labyrintho ,
in quo ſe inuenit,quia non cautè contraxit,nec habebat bonū
conſilium peritorum,quia aduerſarius quædam promiſſa nō
vult attendere,& non poteſt iuuari per aliam viam,quàm per
iſtam Ita no.Pau de Caſt.Aduerte, quia principale fundamē-
tum huius deciſionis Pau.de Caſt. eſt,quòd licèt per ſtipulatio
nem tu promiſeris mihi vendere,non tamen ſequitur, ꝙ ego
promiſerim emere,quia non eſt contractus vltro citroque ob
ligatorius. nam hoc videtur abſurdum,cùm in correlatiuis, vt
eſt emptor,& venditor,diſpoſitum in vno, cenſeatur diſpoſi-
tū in alio.l.fi.ff.de acceptil.& l. 1. C.de cupreſſis ex lucro daph.
non [illegible]dendis.lib.11.etiam in materia pœnali, vt dixi in l. 1. C.
de ind[illegible] vidui.tollen.& ſtipulatio debet in hoc ſequi naturam
actus,[illegible]r quo interponitur.l.ſi ſtipulatus.in prin.ff.de vſuris,
5 & latè di[illegible]a rub.ff.de verb.oblig.¶†Tertiò principaliter vltra
Scribentes[illegible]c, adde quod per iſtam gl.iuncto tex.decidit An-
gel.in l.1.C.[illegible] pac.pig.ꝙ ſi ex forma ſtatuti de contractu ven-
ditionis debe[illegible]olui gabella,non ſoluetur de contractu promiſ
ſionis de vend[illegible]ndo,quia iſta promiſſio non eſt venditio.quod
reputat tenend[illegible]m mēti.refert & ſimpliciter ſequitur.D.Alex.

6 in l.ſi pupillus.in fi.principij.ff.ad l.Falc.†Quartò adde, ꝙ deci-
dit Ang.in l.Lucius.per illum tex.ſecundum vnam lec.ff.ſolu.
matr. ꝙ ſi duo facientes adinuicem guerram pollicentur ſe fa-
cturos pacem,adhuc non dicuntur adinuicem plenè reconci-
liati,& dicit,ꝙ iſtud iam vidit de facto in curia Rom.in perſo-
7 na Domini Bernabonis.¶†Quintò adde,ꝙ fortius tenet ſingu
lariter Io.de Imo.in commento.c.cum contingat.de iureiur.in
col.185.& ſeq.vbi tenet, ꝙ ſi aliquis promiſit vendere rem ali-
cui,& ita iurauit,deinde poſtea vendidit illam rem alteri, & ei
tradidit,ꝙ præfertur ſecundus,& quod in ſm dicitur translatū
dñium,& non in primum,per l.quoties.C.de rei vendi. iuncto
eo,quod habetur in c. ſicut ex literis. de ſponſa. eo quia ex pri-
ma promiſſione de vendendo facta etiam cum iuramento,ſo
lùm agi poteſt ad intereſſe, ſi interſit ſtipulatoris,iuramentum
fuiſſe ſeruatum,per ea quæ habentur in l.ſtipulationes non di-
uiduntur,in ver.Celſus.ff.de verb.oblig.iunctis notatis per Ioā.
And.in c.cum veniſſent.de inſtit.& per Inn. in c. Quintauallis.
de iureiu.Sextò,ꝙ per iſtam gl.& ſic per regulam prædictam,
& ſuperius relatam videtur reddi dubium illud , ꝙ alibi tenet
Bal.in c.in cauſis.in 1.colu.de elec.vbi dicit,ꝙ tractatus dicitur
eſſe principium rei,adeo quod qui tractat de vendendo,debet
8 vendere.alleg.no.in l.debitor.in prin.ff.de ſepara.bon.¶†In ea.
glo.ibi, promiſi tibi,quòd te certo loco conuenirem. habes ex
gloſſ. diligenter notare,quòd ſi in ſtipulatione non ſit adiectus
locus ſolutionis , ſed petitionis , quia tu promiſiſti mihi da-
re centum,& ego promiſi ea petere à te Florentiæ tantum, ta-
men non reperio te Florentiæ,potero te alibi conuenire virtu-
te arbitrariæ actionis , vbi per officium iudicis habebitur ratio
intereſſe propter locum.ita eſt caſus hic ſecundum iſtam lect.
9 gl.†Nec obſt.illud , quod notatur per gl.in l. nemo poteſt.ff. de
leg. 1.vbi vult gl.ꝙ agenti in alio loco, quàm conuento obſtat
exceptio,quia illa gl.debet intelligi , niſi propter moram rei de-
ueniatur ad arbitrium iudicis,vt hic, quod eſt valde notādum
ſecundum Barto.ſequuntur Bartol. & Raph.Fulg.hic. & Pau.
* de Caſ.in d.l.nemo poteſt.Et cum iſta ſecunda lect.gl. *tranſeunt
communiter Doc.*hic Raph.Fulg ſubtiliter damnat iſtam ſecundā
lect.gl.triplici fundamento:primo,aut in illo loco ,in quo cre-
ditor promiſit reum conuenire,ibi reus non habebat forū , &
certè talis conuentio non ſufficeret ad forum ibi conſtituen-
dum,cùm licita ſit pœnitentia.argu.l.ſi conuenerit.ff.de iuriſd.
omn.iudi.Bar.in l.3.§.ſi quis ita.s̃.eo.Aut reus ibi habebat forū,
& ſuperuacua videtur ſtipulatio,qa actoris eſt electio,ſub quo
iudice malit agere.l.3.in prin.& ibi dixi.s̃.eo.Secundo mouet̃,
quia ſm iſtam lec. actio efficeretur arbitraria tm̃modo ex par-
te creditoris eiuſdemque ſtipulatoris: nam licèt creditor per
hanc ſtipulationem aſtringatur alibi non agere, èontra tamē
ipſe debitor non aſtringitur, vt non poſſit alibi ſoluere per hāc
ſtipulationem,quæ per ſe facta eſt,arg.l.quod fauore.C. de le-
gi.& ideo cùm poſſit alibi ſoluere,ſm conuentionem,non eſt
arbitraria,vt no.in l.3.in prin.in gl.vlt.magna.s̃.eo. Tertiò mo-
uetur:nam iſto caſu neceſſariò non competit vtilis actio , iux-
ta l. 1.s̃.eod.cùm iure cōi cogi poſſit,vbi prius poterat agi , ſed
exceptio competebat ex iſta promiſſione creditoris ſibi noui-
ter facta,quæ exceptio iure replicationis eliditur, ſi reus ibi nō
inueniatur,& directò ex prima agi poteſt:vnde tenet Fulg præ
cedentem lect.gl.quæ ſm eum eſt expeditiſſima.Tu autem te
neas etiam ſecundam lec.gl.cōiter approbatam.Et ad argumē
ta Raph.Fulg.reſpon.Et primò dum dicebat,ꝙ ſi reus in illo lo
co aliàs non habebat forum , ꝙ hæc ſtipulatio non conſtituit
forum,cùm ſit locus pœnitentiæ,per d.l.ſi conuenerit. Poſſes
rñdere,ꝙ illa lex procedit in conuentione facta nudo pacto,vt
ſonat ibi tex.in ver.conuenerit, ſecus qñ eſſet facta per ſtipula-
tionem,prout eſt hic in fi.in ver.ſtipulatus.tunc poſſet agi ad in
tereſſe ɔ̃ eum.arg.l.diem proferre.§.fi.ff.de arbi.ſm Bar. Alber.
Ang.& Mod.præſertim D.Alex.in d.l.ſi conuenerit.Canoniſtæ
in c.1.de iudi.& iſtam ſolutionem in ſpecie ad iſtum tex. quā-
uis in alio propoſito,ponit D.Alex.in d.l.ſi conuenerit.in 7.col.
ſed iſtam ſolutionem non puto tutam:quia in d.l. ſi ɔuenerit.
tenui,ꝙ imò illa lex gñaliter procedat,ſiue interuenerit ſtipſo,
ſiue ɔuentio nuda:vn̄ alio,& ſcđo modo rñ.ꝙ d.l.ſi cōuenerit.
procedit in ɔuentione fori facta ꝑ reum,cui bene permittitur
pœnitentia,vt ibi:ſed nos loquimur in actore, & ſic in ſtipulato
re,qui talem promiſſionem fecit de non conueniēdo reū, niſi
in certo loco,in quo non vr̃,ꝙ habeat locum pœnitētia,vt hoc
tex.Et rō diuerſitatis ſit,quia fauorabiliores ſumus reis, ꝙ acto-
ribus.

A D D I T I O.

a ¶Vendere. Adde,quæ ſcribit Alex.conſi 121.lib.4.conſi.75.in fi.lib.6.Doc.in
Reg.Aliud eſt vendere.de reg.iur.Nat.conſi.384.Dec.conſi.645.col.3.Rolā.
conſi.69.lib.3. MASVER.

ribus.l.fauorabiliores.ff.de regu.iur.& l.Arrianus.ff.de actio.& oblig.& si hoc est verum, daretur per hunc tex. magna limitatio ad d.l.si conuenerit.vltra ea, quæ ibi traduntur. Cogita sup hoc, licèt.D.Alex.ibi in d.l.si conuenerit.in 8.col.respondendo ad aliud propositum ad istam legem, dicat,ꝙ in hoc tex. nihil dicitur de pœnitentia. Non obstat secundum fundamentum Fulg.ꝙ licet creditor per hanc stipulationem astringatur alibi non agere, non tamen ipse debitor astringitur alibi non soluere. Dic,ꝙ ex quo debitor, & creditor sunt correlatiua, quicqd statuitur in vno, censetur in alio statutum.l.fin.cum vulg.ff.de acceptil.etiam si materia esset pœnalis, vt dixi in l.fi.C.de indiuidui.tollen.Non obst.vltimum, quia eo attento nunquam arbitraria haberet locum, ꝯ istum titulũ, quia semper exceptio rei elideretur per istam replicationem, quòd reus non fuit inuentus in loco promisso, quod tamen est notoriè falsum.

SVMMARIVM.

1 *Mora principalis non auget obligationem fideiussoris. & nu. 2.*
3 *Fideiussor etiam intelligitur promittere vsuras.*
4 *In actionibus, seu contractibus æstimatio, vel interesse propter locum debetur officio iudicis.*
5 *Licèt officium iudicis nullam præsupponat obligationem, tamen potest accedere obligatio fideiussoria.*
6 *Soluta parte, vel tota sorte petitur illud, quod accessoriè debetur officio iudicis mercenario.*

LEX IX.

Centum Capuæ. Ista lex est Africani, ergo difficilis, vt inquit Bar.in l.cum quis.in prin. ꝯ.de sol. & secundum Bart. hic ista lex est famosa, & subtilis. Ad euidentiam huius legis habent præmittere iuuenes, ꝙ totus apparatus gl.& Doc.in ista.l.centum Capuæ.versatur principaliter circa versic. nec oportebit. vbi dicitur,ꝙ obligatio fideiussoris non augetur ex mora principalis debitoris, contrarium de directo dicit tex.in l.quæro.in prin.ff.loc. Huius timore traduntur septem solutiones,& consequenter septem principales intellectus ad hunc tex.quinque ponuntur in glos. magna in ver.nec oportebit. sextus ponitur in glossella parua. in ver.per reum.septimus intellectus additur per Docto. & circa istos septem intellectus versatur tota materia huius. l. quia in hac.l.aliud non habetis.Veritas est(& sit dictum pro iuuenib.) solutio, quam tradit Ioan.nam si quæratur, an mora debitoris principalis faciat augeri obligationem fideiussoris, aut loquimur in his, quæ debentur iure obligationis,& sic per stipulationem,& sine dubio nocet fideiussori, casus est hic in ver. neque enim.Aut loquimur in his, quæ veniunt officio iudicis mercenario,& ista est materia nostra, & tunc aut ista accessoria veniunt secundum naturam actionis, vt est in actionibus bonæ fidei,& tunc mora principalis nocet fideiussori, quia fideiussor simpliciter acceptus intelligitur se obligare non solùm ad sortem principalem, sed etiam ad ea, quæ accedunt, & crescunt ex mora * ipsius actionis: Aut loquimur in his, quæ veniunt accessoriè contra naturam actionis, vt est in actionibus stricti iuris, in quibus omnia strictè aguntur, si aliquando venit interesse, venit contra naturam actionis, & ad illud fideiussor non tenetur, & non tenetur ex mora principalis, sed ex sua mora tantum tenetur,& ita loquitur tex.noster.¶Secundò dum tex. dicit arbitraria agi debet, debent iuuenes sibi reducere ad memoriam, quæ dixi in l.in actionibus.§.de in litem iuran. vbi declaraui,ꝙ arbitraria non est nomen actionis, sed est quædam certa qualitas, quæ adijcitur actionibus stricti iuris contra earũ naturam propter aliquod accidens, prout declarat Bart. in l. 1. C.vbi conue.qui certo loco dare promi.& in l.in bonæ fidei.§. eo.nam actiones stricti iuris ideo dicuntur stricti iuris, quia in eis multum strictè proceditur, quia quicquid omissum est à verbis, habetur pro omisso.Ideo in contractibus stricti iuris nõ veniunt vsuræ, nisi sint promissæ per stipulationẽ, vt dicit text. hic,& in l.quamuis.C.de vsuris.item nõ venit interesse, nec veniunt damna nisi mediante iudicis officio mercenario, propter aliquod accidens, quod accedat, actio ergo stricti iuris efficit arbitraria contra naturã suã propter aliquod accidens. Quid vult dicere? hoc vult dicere, ꝙ propter aliquod accidens aliqñ in actionibus stricti iuris contra naturam datur arbitrium iudici, vt possit condemnare ad interesse,& ad damna, istud autem contingit multis modis, quos declarat Barto. in l.hoc edicto.in princip.ff.de publ.& dixi in d.l.in actionibus. & istud inter cæteros modos contingit in toto isto titu.propter adiectionem loci.exemplum. Pone, quòd per stipulationem,& consequenter per contractum stricti iuris ego promisi soluere centum Capuæ:pone,ꝙ non soluam Capuæ, prout promisi, sed soluam in alio loco, certè propter adiectionem loci, ista actio efficitur arbitraria, hoc est, iudex capit arbitrium, vt possit condemnare debitorem etiam ad omne interesse resultans ꝑpter adiectionem loci.i.ex eo,ꝙ non soluit in loco destinato, nõ solùm ad ipsam sortem principalem.Hinc est, quod si aliqs promisit soluere in aliquo loco,& in illo loco soluat, cessat arbitrium iudicis,& tale interesse nõ potest habere locum, l.quod si Ephesi.supra eo.tit.& in isto interesse habetur ratio non solũ creditoris, sed etiam debitoris.l.2.§. eo. & istud vult dicere tex. hic, ibi, *quanti eius vel actoris interfuit.* ¶Hoc præmisso forma casum sic:aliquis stipulatus est centũ sibi solui Capuæ, & fideiussorẽ simpliciter accipit, clarũ est,ꝙ isto iure florũ creditor poterat conuenire fideiussorem etiam non excusso principali, licèt hoc immutatum sit per Authenticam. præsente. C. de fideius.contingit ergo casus, quia creditor petijt ipsam pecuniã à fideiussore, qui fideiussor soluit in alio loco, quàm in loco destinato, quærebatur nunquid vltra sortem principalem iudex ratione loci, quia non soluit in loco destinato officio iudi. mercenario possit condemnare fideiussorem ad interesse propter adiectionem loci, sicut principalem. Et respon.ꝙ sic, dummodo ita habeatur rõ interesse fideiussoris, sicut creditoris, in ista prima parte casus est planus.¶In 2.par.in versic.nec oportebit. (in quo iacet difficultas) figura casum aliter quàm Bar. & clarius:pone stantibus terminis prædictis in ista promissione soluendi Capuæ inest tacitè tempus, quo possum Capuam peruenire.l.continuus.§.cùm ita.cum sim.ff.de verb.obl. pone nũc, quòd sit elapsum tantum tempus, quo vterque reus,& fideiussor potuisset ire Capuam, neque iuerunt, neque miserũt, quo casu vterque censetur fuisse in mora. Sed quid si fideiussor habuit aliquod iustum impedimentũ, vel infirmitatis, vel aliud, scitis quod iustum impedimentum excusat à mora.l. quod te. §.si cer.pet.& est tex. multum solennis in l.sciendum. & in l. si quis solutioni.§.fi.ꝯ.de vsuris. & sic isto casu debitor principalis reperitur in mora, fideiussor non, ꝑꝑ istud impedimentum; pone, creditor petit pecuniam à fideiussore in alio loco, quàm in loco destinato, nunquid fideiussor, qui non est ipse in mora, an ꝑꝑ moram debitoris principalis ipse tamẽ fideiussor teneatur ad interesse? videbatur quòd sic, quia fideiussor simpliciter acceptus intelligitur promittere non solùm sortem principalem, sed etiam quicquid accessoriè accessit, etiam ꝑꝑ moram principalis.d.l.quæro.in princ.ꝯ.loca.& l.si quis pro eo.§. si quis nummos.ff.de fideius. ergo in hac. l. fideiussor, qui simpliciter fideiussit pro 100.soluendis Capuæ, non solũ intelligitur fideiussisse pro sorte principali, sed etiã in eo, quod accedit ex mora debitoris. Iurisconsultus hic determinat contrarium, & bene, quia iura contraria procedunt, quando vltra summã principalem aliquid accrescit secundum naturam actionis, quę est bonæ fidei.d.l.quæro.sed qñ aliquid accrescit ꝯ naturam, vt est in actionib.stricti iuris, quicquid accrescit, est ꝯ naturam actionis, quia in actione stricti iuris nihil venit, nisi id quod est actũ expressè. Instat quærens in versi.neque enim ꝯ, imo in actione stricti iuris fideiussor tenetur ad augmentum proueniens ex mora principalis debitoris: ecce, pone principalis debitor promisit soluere centum intra mensem, & si non soluerit, promisit abinde in antea vsuras per solennem stipulationem, aliquis simpliciter fideiussit pro eo, pone nũc, quòd debitor principalis sit in mora, succedunt vsuræ; certè ego habeo, quòd fideiussor in stipulatione, & sic in contractu stricti iuris tenetur ad vsuras,& sic ad augmentum propter moram debitoris: ergo contra decisionem tex. Ad istud obiectum respon. Afric.ꝙ isti casus sunt multum diuersi; nam in casu isto vsuræ, q̃ sunt promissæ per stipulationem, debentur iure obligationis, quo casu bene verum est, quòd fideiussor simpliciter intercedens intelligitur se obligare ad omne illud, quod debetur, & deberi potest iure obligationis:sed in casu nostro interesse propter locum non debetur iure obligationis, sed debetur solùm officio iudicis mercenario, quod nullam præsupponit obligationem. Instat quærens in ver.fi.ibi, eiusque differentiæ. Ego vellem probari, ꝙ æstimatio ratione loci non debeatur iure obligationis, sed tantum officio iudicis mercenario. Rñdet Africanus multum subtiliter. Ego probo:nam si interesse propter locũ deberetur iure obligationis, sequeretur, ꝙ soluta sorte principali, vel parte, adhuc possit peti ipsa æstimatio, sicut non videmus in simili, qñ expensæ litis debentur per promissionem iure obligationis, q̃uis iudex in sñia condemnaret debitorem in sorte principali,& non in expensis, expensæ possunt peti de per se, quia debent iure obligationis, sed qñ non debent iure obligationis, quia

* Natura.

quia non sunt promissæ, si iudex non condemnat in expensis, non possunt postea peti de per se, ista est doctr. gloss. in l.3.§.si rerum.ff.de leg.3.& glo.& ibi Bar.in l.non solùm.ff. de rei vendi.ita in proposito, si æstimatio ratione loci deberetur iure obligationis, etiam soluta sorte posset peti æstimatio de per se, & tamen istud est falsum, quia soluta sorte vel parte sortis extinguitur debitum istius æstimationis pro rata, quia soluta sorte extinguitur debitum principale, quo sublato per solutionē non potest accessorium stare de per se, iste est casus nitidus, vt puto. ¶ Ista lex communi diuisione diuiditur in quatuor partes principales. In prima ponitur vnum dictum. In secunda ponitur aliud dictum. In tertia respon. tacitæ obiectioni contra secundum dictum. In quarta assignatur ratio diuersitatis. Secūda ibi, nec oportebit. Tertia ibi, neque enim. Quarta ibi, eiusq; differentiæ. Tu diuide melius in duas partes principales, secundum Dyn. Alb.& Ang.hic, & ista magis placet. In prima loqtur de mora fideiussoris, hoc est, quando fideiussor fuit in mora non soluendi in loco destinato. In secunda loquitur de mora rei principalis. Secunda ibi, nec oportebit. Illa secunda potest subdiuidi in tres. In prima facit, quòd dictum est. In secunda respondet tacitæ obiectioni. In tertia assignat rationem. Secunda ibi, neque enim. Tertia ibi, eiusque. hoc dicit. Arbitraria actione ita conuenitur fideiussor, sicut principalis. hoc dicit prima pars. Nec ex mora rei principalis augetur obligatio fideiussoris. hoc dicit secundò. Secus est in vsuris per stipulationem debitis. hoc dicit tertiò, & interesse ratione loci cùm debeatur tantum officio iudicis mercenario, & non iure obligationis, in tantum durat pro rata, in quantum restat de sorte soluenda. Et ideo si creditor esset ita insanus, ꝙ reciperet simpliciter sortem, & non protestaretur de interesse, videretur remittere, istud est quod dicit l.fina.ꝟ.eod. hoc dicit, & istud est commune summarium. Vel sic, & clarius hoc dicit. Si fideiussor simpliciter acceptus conueniatur in alio loco, quàm destinato ad soluendum propter suam moram vltra sortem principalem condemnatur ad interesse ratione loci. hoc dicit prima pars. Sed si ipse fideiussor non fuit in mora, propter solam moram debitoris non condemnatur ad interesse ratione loci. h.d. secundò. Ad vsuras verò non per stipulationem promissas per reum principalem, quia tunc debentur iure obligationis, propter solam moram debitoris benè condemnatur fideiussor. hoc tertiò Et ad illud, quod debetur solùm officio iudic. mercenario soluta sorte principali, vel quatenus soluta est pro illa rata, non potest accessorium peti, quia soluto principali accessorium de per se non stat, nec peti potest. hoc dicit quartò, &
1 vltimò, & est clarus, & pinguius summarium. ¶ † Not. ex prima parte legis, quòd ex mora fideiussoris non soluentis in loco destinato augetur obligatio fideiussoris, vt fideiussor condemnari debeat vltra sortem principalem ad omne interesse ratione loci. ¶ Contra istud oppo. Bartol. de l. si testamento.§.fina. infra de fideiusso. vbi est text. quòd in arbitraria ratione loci, & sic in terminis nostris, tamen ex mora fideiussoris met nō augetur obligatio ad aliquod interesse. Respondet Barto. & Docto. quòd ista l. in princip. debet intelligi secundum d. l. si testamento.§.fina. dicit Barto. quod ista l. in prima parte debet intelligi, quando etiam reus fuit in mora, & sic oportet, quòd non solùm fideiussor fuerit in mora, sed etiam reus, quæ est ratio? Ratio est ista, quando debitor promittit soluere aliquid Capuæ. & fideiussor pro eo promittit, ista promissio habet tacitam conditionem, ꝙ teneatur lapsis tamē tot dieb. quib. potuit Capuam ire. d.l. continuus.§. cum ita. tunc sic dico, quòd oportet, quòd etiam reus principalis sit in mora ad hoc, vt fideiussor teneatur ad interesse, hoc est, pone quòd fideiussor stet in loco magis vicino Capuæ, quàm reus principalis, lapsi sunt tot dies, quibus fideiussor potuisset ire Capuam, & reus principalis non, & sic ipse fideiussor esset in mora, an teneatur ad interesse? dico, quòd non, quia sequeretur, quòd esset obligatus in plus quam principalis tempore, quod non potest. l. græcè.§. illud. infra de fideiusso. vbi non potest in plus obligari fideiussor quàm reus principalis, nec in re, nec in tempore, nec in loco, nec in causa. Et ex hoc habes not. quòd fideiussor habet duplicem dilationem, vnam ex persona rei, aliam ex persona ipsius fideiussoris, & isto casu quando transiuit tantum tempus, quo vterque potuisset ire Capuam, vterque dicitur in mora. Pone, quòd principalis debitor elapso tempore eundi Capuam probat se iustè fuisse impeditum, fideiussor non, & sic principalis non dicitur in mora, fideiussor verò sic, an fideiussor tenetur ad interesse? dico quòd sic, licèt principalis non teneatur. Et si dicis contra, fideiussor nō potest teneri in plusquàm principalis, quomodo ergo potest teneri fideiussor, principalis non? Respon. magistraliter Barto. quod regula, quæ dicit, quòd fideiussor non potest obligari in plus, quàm principalis, est vera quo ad ea, quæ principaliter debentur, sed quo ad accessoria propter aliquod accidens fideiussor potest teneri in plus quàm principalis: ideo dicit Barto. quòd vltra sortē principalem fideiussor potest promittere pœnam, quam non promisit principalis, eodem modo potest promittere vsuras, quas non promisit principalis, & de isto vltimo, licèt Barto. non fuerit memor, nos habemus glo. ordin. in l. sicut reus. quam Ang. & Imo. ibi multum exclamant. ff. de fideiusso. Barto. in l. hi qui accessionis. in penulti. colum. de fideiuss. Bald. in l. si pro ea. in 4. quæstio. C. manda. & ab hoc nemo vnquam discrepauit. & ita etiam tenet Pau. de Castr. hic, qui istud singulariter limitat, vt sit verum, quando fideiussor promitteret illam pœnā propter moram suam, bene valeret, & teneretur vltra sortē principalem; sed si fideiussor promitteret pœnam, quàm non promisit principalis, & pro mora principalis nihil valeret. Sed si promiserit ex mora sua, bene valet. ita dixit Pau. de Cast. hic in secunda columna. Et licèt ipse non dicat, istud expresse dicit Barto. ante eum in d. l. hi qui accessionis. in princip. in penultima colum. ff. de fideiusso. & istud perpetuò teneas menti. ¶ Vltimò ad idem quòd imò fideiussor ex sua mora non teneatur, nec propter moram suam augeatur obligatio, opponit Barto. de l. si libertus moram. ff. de oper. libert. & de l. cùm filiusfamil.§. primo. ff. de verborum obligatio. vbi si principalis debitor promittit facere domum, vel scribere librum, vel similia sub pœna, & dedit fideiussorem, pone, creditor interpellauit fideiussorem, dicunt illi text. quòd fideiussor non tenetur ex illa sua mora. Respond. Bartol. & Doctor. quòd regula text. nostri loquitur in obligationibus dandi. contraria loquuntur in obligationibus faciendi, in quibus bona mora principalis etiam nocet fideiussori, quia obligationes faciendi cohærent personæ principalis, & debent impleri per principalem, quia aliud est factum istius, aliud alterius, vt dicit text. in l. nemo est qui nesciat. infra de reg. iur. sed obligationes dandi non cohærent personæ: ideo dicit text. in l. fina. ff. de condi. institu. quòd conditiones quæ consistunt in dando, possunt impleri per quemcunque, quia non cohærent personæ, secus in obliga
2 tionibus faciendi. ¶ † Secundò not. in ver. nec oportebit, quod mora principalis debitoris non auget obligationem fideiussoris, qui non fuit in mora, quia vt declaraui in casu, quamuis transactum esset tempus eundi Capuam, tamen fideiussor potuit esse impeditus iusto impedimento, propter quod fideiussor excusatur à mora, reus non, secundum quod declaraui in
3 text. ¶ † Tertiò not. in versic. neque enim. quod fideiussor simpliciter acceptus intelligitur promittere non solùm sortem principalem, sed etiam vsuras per stipulationem promissas, & idem quo ad fructus, & interesse, quando proueniunt ex natura actionis, vt est videre in contractibus stricti iuris, secun-
4 cundum quod declarabitur in gloss. secunda ad fin. ¶ † Quartò ex eod. versicu. not. quòd in actionibus stricti iuris arbitrarijs interesse, vel æstimatio propter locum non est in obligatione, nec debetur iure obligationis, sed officio iudicis mercenario tantum. Idem est in contractibus bonæ fidei, tamen differentia est, vt proximè dixi: nam in contractibus stricti iuris interesse venit præter naturam actionis, & sic officium iudicis mercenarium deseruit præter naturam actionis. In contractibus verò bonæ fidei officium iudicis mercenarium deseruit secundum naturam actionis. Aduertendum est tamen diligenter, quòd illud, quod dicitur, quòd in contractibus bonæ fidei interesse, & fructus solùm veniunt officio iudicis mercenario, istud est verum quo ad principalem debitorem: sed quantum ad fideiussorem, qui simpliciter fideiussit, cùm veniant secundum naturam actionis bonæ fidei, & fideiussor simpliciter assumptus intelligatur ista promisisse, dico quòd quantum ad fideiussorem sunt in obligatione, & fideiussor tenetur ad fructus, & interesse iure obligationis, nec per hoc fideiussor dicitur obligatus in plus quàm principalis, sed bene efficacius. ita tenet Paul. de Castr. hic in secunda, & quinta columna, & Fulgos. in penult. colum. & ante eos istud expressè tenet Barto. in l. filia. infra eodem, in quarta colum. in versi. secundò displicet opin. Azo. &c. & ibidem etiam Pau. de Cast. in 2. colum. quod
5 bene no. † Ex hoc dicit Fulg. hic in pen. col. inferri vnum, quod ipse reputat no. dignum, ꝙ quamuis officium iudicis nullam præsupponat obligationem. l. qui per collusionem. ꝟ. de actio. empti. & l. quintus. infra de ann. leg. & consequenter videtur impropriè, & abusiuè debitum, tamē potest accedere fideiussor, & consequenter obligatio fideiussoria efficax, sicut in simili secundum eum dicimus in obligatione naturali tantum, cui potest accedere fideiussor. l. 1. ff. de fideiusso. & tamen debitum naturaliter tantum appellatur abusiuè, & impropriè debitum. l. si is cui.§. Flauius. ff. de fideius. fuit dictum in l. 1. supra si cert. petat. Adde, licèt ipse non dicat, quòd de hoc habemus in terminis

minis gloss. & Barto. quòd officio iudicis accedit fideiussor. in l. Marcellus. in princip. in 2. columna. ff. de fideiussorib. vbi Bar. propriè alleg. istum tex. & l. fi. infra eod. & Bar. met. in illa l. fin. ∫. eo. in 4. col. vers. sed adhuc instatur. not. illum tex. ad hoc, quòd etiam officio iudicis mercenario tantum potest accedere fideiussor. & ratio est, quia saltem largo modo præsupponit obligationem, & dicit Bar. in d. l. Marcellus. in 2. colu. quòd de hoc est tex. si subtiliter inducat in l. pecuniæ. §. fi. iuncto. §. pe. ff. de verb. signifi. nec aliter inducit Bar. illum tex. Memini me pluries cogitasse, & cùm alijs sæpè contendisse, quomodo text. ille istud possit probare, quòd officio iudicis mercenario possit accedere fideiussor, cùm in illo text. nec in §. penultimo. nec in §. fin. de fideius. verbum nullum, postea inueni, quòd Nico. de Neap. in §. 1. Insti. de fideicom. hære. expressè inducit illum tex. quomodo ille text. probet hoc, & placet mihi suum iudicium. dicit tex. in §. pen. illius l. ꝙ quædam veniunt iure actionis, quædam iure persecutionis, & sic est differentia inter actionem, & persecutionem. Actio propriè dicitur, quando aliquid debetur ordinariè iure obligationis, & actionis: quando autē aliquid potest solùm peti officio iudicis extraordinariè, illud venit iure persecutionis, & dicimus habere persecutionem, nō actionem, vt est in fideicommiss. quæ iure ftorum non debebātur iure actionis, sed officio iudicis. dicit postea. §. fina. quòd illud, quòd venit iure persecutionis non actionis, dicitur tamen deberi. Pondera verbum deberi, ergo potest accedere fideiussor, quia omni debito potest accedere fideiussor, & sic ibi est tex. & miror, quòd ibi non allegetur in communi, quia ibi est tex. ꝙ officium iudicis præsupponit obligationem largè, & improprié. gl. est in l. seruum. §. sequitur. ff. de verbo. oblig. Ego dico, quòd imò est tex. de hoc in d. l. pecuniæ. §. fin. in versi. debetur.

6 ¶ Quintò no. in ver. cuiusque differētiæ, quòd soluta parte sortis principalis simpliciter, vel tota sorte, non petitur illud, quòd accessoriè debetur officio iudicis mercenario, & ratio est, quia ista accessoria nō possunt stare de per se, vnde sublata principali obligatione, ista accessoria pereunt. Aliam rationem assignat tex. in l. fi. infra eo. ꝙ soluta sorte principali accessoria tolluntur, eo quia creditor recipiendo sortem simpliciter absque alia protestatione, intelligitur remittere interesse, pœnam, & similia accessoria, & super illa regula habemus videre quàmplures vtiles decisiones, & faciam illam. l. summè vtilē, & menti tenendam, & ibi videbitis tex. & decisionem de eo, de quo dubitat Ang. hic, & nihil decidit. Pone, mortuo marito hæredes fuerunt in mora restituendi dotem vxori, tenentur ad alimenta: an, si vxor postea simpliciter recipiat, videatur remittere alimenta? Ibi est decisio, quòd videtur remittere alimēta. Angel. non decidit. videbitis in d. l. fina. ¶ Vltimò aduertēdum est in isto vers. quòd Iurisconsf. vult probare illud, quòd superius dixerat, quòd interesse, vel æstimatio ratione loci non debeatur iure obligationis, sed officio iudicis mercenario tantū. probat sic, quia si deberetur iure actionis, soluta sorte adhuc remaneret obligatio, & petitio, & deberetur de ꝑ se iure actionis, quod tamen est falsum, quia soluta sorte non potest peti interesse officio iudicis mercenario, ergo &c. & ex hoc not. ꝙ Iurisconsultus hic ex resolutione rei dat nobis cognoscere primum statum ipsius rei. ¶ Venio nunc ad glo. & antequam deueniam ad glo. in vers. nec oportebit. aduertendum est, secundum Doct. ꝙ in hac. l. sunt duæ glo. vna antiqua Azo. de verbo ad verbum, & est posita in versi. augeri, alia est glo. Accursij in vers. nec oportebit. Hinc est, quòd aliqua, quæ tanguntur in glo. antiqua Azo. repetuntur etiam in gloss. ista Accursij in vers. nec oportebit. Item, & secundò aduertendum est, ꝙ illa glo. antiqua in versic. augeri. reperitur in libris altero de duob. modis, vno modo secundum, quòd habuit Bart. quasi circa fi. dum glo. vult respondere ad l. fin. infra cod. & incipit solu. antequam perficiat, immiscetur quædam additio, quæ incipit, sed videtur, quod etiam ex sua persona, & isto modo glo. malè posita est, & illa additio est malè incorporata, & istud est, qđ reddit gl. illam difficilem. Alio modo ego habeo in libro meo illā additionem, & illa additio est, sed opponitur, & videtur, quòd etiam ex sua persona est posita post principium, & tunc continuatiuè procedit, nec aliquid habet obscuritatis, & pro certo credo, quòd qui habet glo. prout habuit Barto. quòd glo. malè stet. expedita ergo glo. in vers. nec oportebit. erit expedita illa glo. antiqua. ¶ Gloss. super verbo, nec oportebit, quæ est propriè glo. Accursij. Et ad euidentiam præmitto, quòd ista glo. in princip. simul format duo contraria, vnū de l. mora. ff. de verb. obligatio. & aliud de l. quæro. ff. loca. tamen illa contraria, licèt simul formata sint à gloss. tendunt ad diuersa. Et primum contrarium de l. mora. gloss. hic non soluit, sed glo. antiqua in verbo augeri. in princip. Et diuiditur in quinque partes principa. prout timore contrarij. l. quæro, glo. ponit quinque solut. & consequenter quinque principales intellectus ad text. Secunda ibi, secundò pone. Tertia ibi, tertiò pone. Quarta ibi, quartò pone. Quinta & vltima ibi, vel clarius not. tria. Primum ergo contrarium, quod format glo. est de l. mora. ff. de verbor. obligatio. Pone, debitor principalis fuit in mora non soluendi speciem debitam, moritur Stichus post moram, nunquid ista mora noceat fideiussoribus? Nam scitis, quod si reus, & fideiussor non fuissent in mora soluendi, perempta specie liberarentur. l. quod te. supra si certum petatur. l. si ex legati causa. infra de verborum obligatio. Pone, debitor principalis fuit in mora, fideiussor non, & moritur species debita, nunquid mora principalis faciat teneri fideiussorem de interitu? dicit ibi text. quod sic, ergo contra text. nostrum Gloss. hic non respond. sed bene soluit glo. antiqua. in versic. augeri. post principium, quòd ibi mora principalis non auget in aliquo obligationem fideiussoris, sed bene eam facit durare, & perpetuari, non autem augeri. de quo dic, vt not. in l. si fideiussor. ff. de donat. Et secundum contrarium est de l. quæro. infra locati. & istud bene venit directò contra text. nostrum, contra versic. nec oportebit. & circa istud contrarium laborat tota ista gloss. quæ ponit quinque solutiones, & consequenter quinque intellectus. similiter etiam laborat tota illa gloss. antiqua in vers. sed adhuc videtur. vsque ad finem, & addit sextam solutionem, & consequenter sextū intellectum Azo. ad istum text. nostrum. Pro clara intelligentia huius contrarij. l. quæro. quinque ponuntur solutiones in gl. nostra. Prima solutio est, quæ in se est verissima, quòd ideo in hac l. mora principalis debitoris non auget obligationem fideiussoris, eo quia fideiussor fideiusserat in certa quantitate taxatiuè, & non volebat vltra teneri, quasi velit ista prima solutio, quòd si fideiussor simpliciter intercessisset, tunc ex mora principalis debitoris augeretur obligatio fideiussoris. Ista solu. est in se vera, & pro ea casus est in l. fideiussores. §. primo, de fideius. sed est falsa quantum ad text. nostrum, & eam reprehendit gl. in versicu. augeri. ad fin. quia si in ista. l. fideiussor fideiussisset limitatè, certè idem etiam esset in vsuris promissis per stipulationem, ad illas non teneretur etiam fideiussor, sicut non tenetur ad interesse ratione loci, & tamen text. iste expressè dicit cōtrarium, ergo apparet, quod fideiussor limitatè non fideiussit, & sine dubio ista est vna truffa. Secunda solu. est, quæ fatetur contrarium, scilicet, quòd ex mora principalis debitoris augeatur obligatio fideiussoria. d. l. quæro. Et si dicis, quare ergo in hoc text. non augetur? Respon. glo. quòd ideo est, quia debitor iam soluerat creditori totam sortem principalem: adeo quòd cessat quodcunque accessorium tam interesse, quam vsurarum, & secundum hoc verbum augeri, positum in tex. stat impropriè, habito respectu ad id, quod à princi. fuit. & secundum istum intellectum litera, quæ dicit, *nec oportebit obligationem fideiussoris augeri*, debet exponi, non remanere auctam. ista solutio manifestè confunditur, quia violat text. Item iste casus, quem ista solutio præsupponit, ponitur in fine legis, & sic superfluè etiam secundum istum intellectum. Istæ sunt communes reprobationes. Sed ego reprehendo istam solu. alio fundamento, quod est valde subtile: nam si verum esset, quòd fideiussor ex mora principalis debitoris teneretur hic ad interesse propter locum, sicut in l. quæro. tenetur ad vsuras, & consequenter, quòd ista. l. concordaret cum illa, ego dico, quòd quamuis debitor soluisset sortem principalem, tamen fideiussor adhuc posset conueniri ad interesse, quia vt declaraui in quarto not. in l. quæro. vsuræ quantum ad principalem debitorem solùm debentur officio iudicis mercenario, sed quantum ad fideiussorem, qui intelligitur tacitè promisisse, fideiussor tenetur iure obligationis, si ergo idem esset hic, ergo istud interesse quantum ad fideiussorem esset in obligatione, sicut ibi vsuræ, ergo si interesse esset in obligatione, sorte soluta non extingueretur obligatio interesse, quo ad fideiussorem, imò posset peti à fideiussore, quod est contra istum text. ergo ista solutio nullo modo potest stare. ¶ Tertia solutio est, quòd ideo hæc mora principalis non nocet fideiussori, nec facit fideiussorem teneri ad interesse ratione loci, quia licèt debitor principalis esset in mora, tamen fideiussor nondum erat in mora, eo quia fortè fideiussor erat debilior ad veniendum, vel fortè magis distabat ad veniendum quàm principalis, adeo cùm fideiussor ipse nōdum esset in mora veniendi C[illegible]uam, nimirum si non tenetur ad interesse ratione loci propter moram principalis debitoris. Et si dicas, si fideiussor nondum erat in mora, certè nedum tenetur ad interesse rōne loci, sed nec tenetur ad sortem principalem; patet, quia quando quis promittit certo loco soluere, inest tacita dies, quo possit venire ad locum, ante ergo quàm possit peruenire ad illum locum, non potest conueniri ad principalem; poterat dubitari de interesse. gl. tamen dicit, ꝙ hic fideiussor ad sortem non poterat conue-

niri inuitus, ſed ſponte fuit conuentus, & poſtea fuit dubitatũ de intereſſe, truſta eſt, & diuinatio. Bart. etiam reprobat iſtã ſolu. ſed multum obſcurè, & communiter lec. Bar. ſolet eſſe mẽdoſa. Credo, ꝙ Bart. voluerit dicere, ꝙ ideo hic fideiuſſor non tenetur, quia ipſe non erat in mora, ſed ſi fideiuſſor eſſet etiam ipſe in mora, præſupponit, ꝙ tunc ex mora principalis augeretur obligatio fideiuſſoris, & tamen eſt falſum, quia etiam ſi vterque fuit in mora, tamen ex mora principalis non augetur obligatio fideiuſſoris. l. ſi teſtamento. §. fin. ff. de fideiuſ. declarat Bar. ſupra in 2. col. & longè no. in vlt. col. vbi pulchram rationem reddit in ver. quid ergo dicemus & dicam ſtatim. ¶ Quartus intellectus, ſeu quarta ſolu. eſt, quòd ideo mora principalis non nocet fideiuſſori, eo quia fideiuſſor ſoluebat Capuę, & cõſequenter in loco deſtinato, quo caſu mora præcedens non facit haberi rationem alicuius intereſſe, quando ſoluitur in loco deſtinato. caſus eſt clarus in l. quod ſi Epheſi. ſupra eodem. Iſta ſol. diuinat, & faceret tex. indubitabilem. & repugnat literę ibi, *vt ſi alibi quàm Capuæ petatur.* tamen Fulgoſ. (neſcio quo ductus ſpiritu) dicit, ꝙ in ſecreto conſcientiæ ſuæ iſta ſolutio videtur ſibi mera veritas, ꝙ non eſt verum, ꝙ diuinat, & reſpondet ad verſic. ibi, vt ſi alibi, quàm Capuæ petatur, quòd tex. ibi mutat caſum. nihil eſt. ¶ Quinta fuit ſolutio Ioã. quam gl. recitat per multa verba in ver. vel clarius, vſque ad finem. *& iſta eſt communis, & vera.* Et iſtud ſolùm habeant per concluſione iuuenes, ſi quæratur an ex mora debitoris principalis fideiuſſor teneatur vltra ſortem ad aliquod acceſſorium, puta ad intereſſe, vel ad vſuras, & ſic augeatur obligatio fideiuſſoris, dic aut illa acceſſoria veniunt ſecundum naturam actionis, vt quia actio ſit bonæ fidei, in qua ſolùm de bona fide agitur, & iſto caſu fideiuſſor tenetur ad omnia acceſſoria, quæ poſtea contingunt ſecundum naturam actionis. Ratio eſt, quia fideiuſſor ſimpliciter acceptus non ſolùm intelligitur promittere ſortem principalem, ſed etiam oĩa acceſſoria, quæ veniunt ex natura actionis bonę fidei. in iſtis terminis propriè loquitur. l. quæro. in prin. aliàs in gl. hinc eſt, ꝙ ſi vſuræ ſint promiſſæ expreſsè, fideiuſſor ſimpliciter acceptus ad eas tenetur, vt hic in ver. neque enim. Quædam ſunt acceſſoria, quæ non fuerunt expreſsè promiſſa, neque veniunt ſm naturam actionis, imò præter, vt in actionibus ſtricti iuris, quia ſtrictæ ſunt, & ſm earum naturam nihil venit vltra ſortem principalem, & ſi quid vltra venit ex accidenti, vt pp intereſſe loci, illud venit præter naturam, quia in actionibus ſtricti iuris ſtrictè agitur, & quicquid omiſſum eſt à verbis, habetur pro omiſſo, & in iſtis actionibus ſtricti iuris fideiuſſor tenetur ex mora ſua propria tñ, non ex mora principalis, caſus eſt in hic, in ver. nec oportebit. Aliam rõnem pro intellectu Io. aſſignat Bar. in vlt. col. in ver. quid ergo dicemus. & eſt pulchra, & ſubtilis, & proueniens ex diuino ingenio Bar. dicit enim Bar. eſſe ſubtiliter aduertendum, ꝙ in actionib. arbitrarijs pp locum ſola mora in non ſoluendo in loco deſtinato nõ eſt illa, quæ faciat creſcere intereſſe ratione loci, ſed eſt mora, & petitio facta in alio loco, q̃ in loco deſtinato: patet, quia demus, ꝙ debitor fuit in mora, & poſt moram creditor petat in alio loco, q̃ deſtinato, certè ſola mora non facit creſcere intereſſe. l. ꝙ ſi Epheſi. ſ. eo. iſtud etiam pondera velle text. noſtrũ ibi, *circa cuius executionem æſtimationis ratio &c.* pondera, ꝙ tex. dicit executionem, quia ſola mora non facit venire intereſſe, ſed executio petitionis, tunc ſi impoſſibile eſt, ꝙ ſola mora debitoris faciat augeri obligationem fideiuſſoris; quia etiam nõ facit augeri obligationem ipſiuſmet debitoris, minus debet facere augeri obligationem fideiuſſoris: oportet ergo, ꝙ ſit petitum à fideiuſſore in alio loco, ergo bene dicit tex. Et per iſtam rationem Bar. infero (& eſt veriſſimum) ꝙ ẽt ſi tempore, quo fideiuſſor fideiuſſit, debitor iam fuiſſet in mora ſoluendi in loco deſtinato, & poſt moram fideiuſſor fuiſſet aſſumptus, ꝑ hoc non augeretur adhuc obligatio fideiuſſoris, quia ſola mora nõ ſufficit ad augendum, & iſte eſt propriè caſus. l. fi. licèt Azo. in gl. in ver. augeri dicat, ꝙ ibi formetur qõ, & nihil decidatur. dico, ꝙ iſta eſt propria deciſio. Bene verum eſt, ꝙ ſi debitor principalis fuiſſet in mora ſoluendi in loco deſtinato, ſi poſtea alibi cõueniatur, & tũc intercesserit ſimpliciter fideiuſſor, credo quòd tunc teneatur fideiuſſor ad intereſſe, quia fuit aſſumptus eo tẽpore, quo obligatio ad intereſſe fuit in eſſe deducta. Ideo pondera, quòd tex. in l. fi. dicit cum myſterio agere vellet, & ſic nõ erat actum, quia ſola mora principalis præcedens nõ nocebat fideiuſſori aſſumpto poſt moram. *Et iſta eſt communis ſolutio,* licèt aliqui antiqui, quos refert Bar. & Fulg aliquid dicant in cõtrarium, quod non eſt dignum relatione. ¶ Sexta fuit ſolutio Azo. poſita in gl. ver. augeri. in ver. ſed adhuc videtur, vſq; ad finem illius gl. non ſit differentia inter intereſſe ratione loci, & vſuras, ſed in vtroque eſt aduertendum. Aut tpe, quo fideiuſſor intercessit, erant iam debitæ vſuræ & promiſſæ, & tunc fideiuſſor ſimpliciter acceptus tenetur ad vſuras. ita loquitur d. l. quæro. in prin. ff. loca. aut verò debitor principalis non erat in mora tempore quo intercessit fideiuſſor, & tunc non tenet ad vſuras futuras fideiuſſor, ideſt quas contingent in futurũ deberi, vel intereſſe, quod continget in futurum deberi pp morã rei principalis. ita loquitur iſte tex. & ſic D. Azo vult duas concluſiones, quæ omnino ſunt falſæ. Primò vult, ꝙ ſi vſuræ iam erant debitæ, & fideiuſſor ſuſcipiatur, ꝙ fideiuſſor teneatur ad intereſſe ratione loci propter moram rei. iſtud eſt contra. l. fi. ſecundum communem intellectum. ſ. eo. Azo reſpondet illi legi, ꝙ ibi ponitur iſte caſus, & iſta qõ, ſed non reſpondetur, ſed iſtud non eſt veriſimile, vt ibi dicetur. Vel ſecundò reſpondet, ꝙ ibi fideiuſſor fideiuſſit in certam quantitatem, quo caſu non tenetur ad vſuras, ſed iſta ſolutio diuinat, & redderet illum tex. indubitabilem. Eodem modo ſecunda ſolu. Azo. in quantũ vult, ꝙ fideiuſſor ſimpliciter aſſumptus non tenetur ad vſuras, quæ in futurum occurrent pp moram debitoris, reprehendit per omnes, per tex. in l. ſi poſtea. ff. rem pup. ſal. fore. Item eſt ꝯ mentem d. l. quæro. in prin. ff. loc. ¶ Septima, & vlti. fuit ſol. Pet. de Bellaper. in repe. huius l. ꝙ iſta l. concor. cum l. quæro. nam ſi debitor fuerit in mora, fideiuſſor non obligatur ad intereſſe ratione loci, quia tale intereſſe non eſt in obligatione. ita loquit tex. hic, ſed bene venit officio iudic. mercenario; ita loquitur ꝯrium. Iſtum intellectum ſenſit gl. parua. in ver. per reum. & reprehendit tacitè, quia tex. iſte in ver. obligationem. intelligitur largè, & impropriè pro officio iudicis mercenario. Tu reprehẽde ex alio, quia imò in d. l. quæro. vſuræ reſpectu fideiuſſoris ſunt in obligatione, quia cũ veniant ex natura contractus, fideiuſſor intelligitur eas tacitè promiſiſſe, & cõſequenter quantum ad fideiuſſorem bene ſunt in obligatione, vt dixi. ſ. in 4. no. Teneas ergo quintam ſolutionem Ioã. veram, & communiter approbatam, & ita remanebit iſta l. expedita, quia materiam huius l. videbimus in l. fi. ſ. eo. quæ eſt gl. iſtius l.

SVMMARIVM.

1 *Creditor non cogitur inuitus alibi recipere ſolutionem, quàm in loco ſolutioni deſtinato.*

LEX X.

Is, qui certo. Iſta lex eſt notanda, & tenenda menti ſm Paul. de Caſt. Creditori inuito non poteſt alibi ſolui, quàm in loco deſtinato. h. d. ¶ 1 No. ex iſto tex. regulam, ꝙ creditor inuitus non cogitur alibi ſolutionem recipere, quàm in loco ſolutioni deſtinato. Rõ huius tex. eſt, quia creditor non cogitur nouare ꝯtum, ſm Bal. in l. vſuras. C. de ſol. Confirmat arguendo de re ad locum, iuxta. l. fin. in fi. ſ. de condi. triti. nam idem eſt in rebus, quia aliud pro alio non cogitur creditor inuitus recipere. l. 2. §. mutui datio. ſ. ſi cer. pet. Adde, ꝙ ſimiliter ècontra reus non compellitur inuitus ſoluere alibi illud, quod debet in vno loco ſoluere. d. l. vſuras. C. de ſolu. niſi ex cauſa. & gl. ibi ſolennis enumerat cauſas. quam Bal. ibi reputat ſing. notandam. & ꝙ idem ſit in reo, eſt ẽt gl. in l. 2. in prin. ſ. eo. Limita iſtum tex. primò niſi creditori offeratur totale intereſſe, vt eſt gl. in l. qui Romæ. in prin. & ibi Doc. ff. de verb. oblig. gl. & Doc. in l. qui pecuniam. ff. ſi cer. pet. Bar. & Doc. hic, qui iſto modo intelligunt tex. in l. continuus. §. cũ ita. in ver. vbique. ff. de verb. obli. de qua l. gl. hic opponit, & alijs trib. mod. reſpon. ſed prædictam ſolutionem ẽt tenet Ang. in d. l. qui Romæ. in prin. ſic ẽt reus compellitur alibi ſoluere habita rõne ſui intereſſe, vt per gl. in l. 2. in prin. ſ. eo. de quo tñ dic, vt ibi. Secundò limita iſtum text. vt procedat, qñ vnus locus fuit deſtinatus ſolutioni, ſecus qñ plura loca eſſent alternatiuè poſita in ſtipulatione, tũc reus poteſt eligere vnum ex illis locis ante lit. conteſt. inuito ſtipulatore, non autem tertium locum. l. 3. §. & generaliter. ſ. eo. & gl. hic. Tertiò limita, qñ vnus locus deſtinatus ſolutioni eſſet appoſitus gratia rei, ſeu gratia promiſſoris, tunc reus poſſet vbiq; ſoluere, ſicut ſi talis locus non eſſet adiectus. arg. l. in fideicommiſſi. §. cùm Pollidius. ff. de vſu. & l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. ff. de leg. 2. & l. cum qui. aliàs incipit Iabolenus. ff. de ann. leg. quia tunc reus poteſt illi fauori ſuo renunciare. l. pen. C. de pac. & ita etiam dicit Bal. in l. acceptã. in 12. q. in fi. C. de vſur. & iſto modo poteſt etiam intelligi d. l. continuus. §. cùm. ita. in verſ. vbiq;. ſecundum Bar. & alios hic. Confirmatur arguendo de tempore ad locum, iuxta l. vinum ff. ſi cer. pet. & l. in hac. ff. de triti. nã quãdo tempus eſt appoſitum fauore debitoris, poteſt debitor illi renuntiare, & ante tempus ſoluere creditori inuito. l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ff. de verb. oblig. ſecundum Moder. in d. l. qui Romæ. in prin. & ibi D. Alex. in 2. col.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Soluens præsumitur soluere pro sorte, & non pro vsuris.*
2 *Intereße dicitur pœna.*
3 *Quando per receptionem sortis remitti videatur pena, vel aliud accesso rium, & nu. 5.*
4 *Quid si creditor protestatur, quòd non intendit vsuras remittere.*
6 *An dominus recipiendo pensionem intelligatur remisisse caducitatem.*
7 *Si libero debitorem, an intelligar eum liberare ab vsuris, vel intereße.*

LEX XI.

SI post moram. Ista lex secundum Bar. & Pau. de Cast. est magis difficilis quàm l. Capuæ. §. eo. & ita est verum, & secundum Bar. Ang. & reliquos omnes ista l. fuit facta ad declarationem d. l. centum Capuæ: nam ibi Iurisconsultus loquutus est, quādo fideiussor fuit simpliciter acceptus, antequam debitor principalis esset in mora soluendi in loco destinato. In ista. l. ponitur in eiusdem terminis quæstio magis dubitabilis. Pone, debitor promiserat soluere centū Capuæ, fuit in mora non soluendi, quia iam erat elapsum tātum tempus, quo potuit vel venire, vel mittere, & propterea dicit tex. quod creditor volebat agere arbitraria contra reum; reus dedit fideiussorem, & sic fideiussor fuit assumptus post morā, an ex mora debitoris præcedente, fideiussor teneatur ad interesse ratione loci. Videbatur, q sic, quasi interesse propter moram præcedentem iam esset deductum in esse. Iurisconsultus tamen quid determinet, non satis aperit in text. imò relinquit nos multum in ambiguo. Et propter hoc inuenio tres princi. sententias, & consequenter tres intellectus princ. ad hunc text. quid in hac l. Iurisconsultus determinet, an affirmatiuè, an negatiuè, an & quando. Primus fuit intellectus Io. *& iste est verus, & communis*, qui vult, quod fideiussor acceptus post morā debitoris principalis, adhuc non teneatur ad interesse aliqđ propter locum, quia sola mora debitoris præcedens non facit succedere interesse ratione loci, & consequenter non facit fideiussorem teneri, vt magistraliter declarat Bar. in d. l. centum Capuæ. in vlti. colum. §. eod. Et tenendo istum intellectum, necessarium est videre, vbi istud decidatur in hac l. & in hoc ista lec. variať tribus modis. Vno modo, q istud decidatur in prin. l. nā Iurisconsulť format. q. negatiuè, & si aliter expressè non respondeat, intelligitur negatiuè respondere, vt in iuribus infra loco suo allegandis, & istud tenet Raph. Fulgos. & mihi satis placet. Alij intelligunt, q istud decidatur in ver. adeo. vt hic, in gl. 3. in ver. adeo. & Bar. in l. 2. circa med. & iste intellectus variat duobus modis. Primò modo, q dictio vt, ponatur pro sicut, & stet similitudinariè, & erit sensus: quæsitum est, an fideiussor teneatur, & sit in obligatione illa æstimatio interesse, & Iurisconſ. in ver. adeo. decidit, quod non, sicut quando sors esset soluta, vel quando petatur in loco destinato, neutro casu venit istud interesse, ita etiam non venit in casu primo huius. l. & istum tenet Bar. Alio modo intelligitur, q dictio, vt, ponatur pro dictione, & coniunctione, q, & circa istum Bar. post gl. multa verba effundit. dicam. ĵ. loco suo. Mihi neutrum placet, cùm in veritate in ver. adeo, non ponatur aliqua decisio, sed ponūtur duæ illationes, quæ sequuntur ex quæstione supra formata. Tertij tenent, quod decidatur in ver. fi. ibi, quod non puto admittendum, & ibi respondebatur vtrique quæstioni, & istud tangitur in gl. fi. & istud sequitur Bar. hic in 2. col. circa fi. & expressè tenet Ang. Sed nec mihi istud satisfacit, cùm ibi videatur solùm decidi illud, quod proximè præcedebat. Sed potes melius dicere, prout etiā dicebat Pau. de Cast. hic. in 4. col. q in illo versi. fin. decidatur expressè casus proximè præcedens, sed ex illa decisione inferatur correlariè etiam decisio principalis. q. positæ in hac. l. & istud satis placet, vt dicetur. ĵ. loco suo. Secunda fuit principalis opi. D. Azo. de directo contraria opin. Io. q fideiussor simpliciter acceptus post moram debitoris teneatur ad interesse rōne loci, & ista opi. tangitur hic in gl. 2. in verbo acceptus. & in gl. pe. in verbo admittendum. & plenius per gl. antiquam in d. l. centum Capuæ. in verbo augeri. & ista opi. variať etiam altero de tribus modis adaptando eam ad hanc. l. Primò, q in hac. l. in prin. bene formet ista. q. sed q ei nullo modo respōdeatur, nec affirmatiuè, nec negatiuè. Istud tangitur hic in gl. pe. vbi gl. videtur inclinare ad hoc. & in præalleg. gl. in ver. augeri. sed istud nullo modo est verisimile, q Iuriscō. ponat. q. postea nihil decidat. Secundò modo intelligitur tenendo intellectum Azo. q ideo in hac. l. fideiussor assumptus post morā debitoris non tenetur ad interesse ratione loci, eo quia fideiussor limitatè fideiussit in certa quantitate tātum, & istum intellectum referunt omnes gl. præalleg. sed nihil penitus valet. primò, quia somniat. secundò quia tex. esset penitus de indubitabili. l. fideiussores. in d. §. 1. ff. de fideius. Alij extra gl. adhærendo opi. D. Azo. quos refert Bar. hic in 3. col. in fi. (& fuit opinio originalis Iac. de Are. prout fideliter recitat Alb. hic) dixerunt, & satis correlariè, q illud, quod decidit D. Azo. decidatur in versic. adeo: nam cùm ibi excipiantur solùm duo casus principales, in quibus interesse propter locum non debetur à fideiussore, ergo extra illos duos casus apparet, quòd fideiussor assumptus post moram debitoris benè tenetur ad interesse propter locū: Tertia principalis fuit opi. diuersa à duabus præcedentib. Nic. de Mutina, quam refert, & sequitur Bar. eam multum palliando, & ampliando in 4. col. in fi. quæ in effectu vult, q ista. l. loquatur in fideiussore de iudicato soluendo, quæ opi. nūquam placuit mihi, dicat Bar. quantum velit, videbitis. ĵ. in glo. examinationem istarum lecturarum. teneo interim intellectum Ioā *communem, & verum.* ¶ His sic præmissis, ista. l. communi diuisione diuiditur in quatuor partes principales. In prima poniť thema, & qō multum dubitabilis ad d. l. centum Capuæ. & in hoc nullus discordat. In secunda q̄ est ibi, adeo, ſm glo. & clarius p Bar. ponitur decisio, quæ confirmatur per duo similia. istud non placet mihi, sed magis placet, q ponātur duo effectus, seu duæ illationes, q̄ sequuntur ex. q. ſ. formata, vt declarabo nūc. In tertia quæ est ibi, nisi si quis dicat. opponitur contra vnā ex illis illationib. In quarta, & vltima respondetur, ibi, quod nō puto. h. d. Fideiussor simpliciter acceptus non tenetur ad interesse propter locum etiam ex mora rei antecedente, hoc primò. Et non est verum, q solutio simpliciter facta intelligatur pro rata sortis, & pro rata interesse, imò tota p sorte principali intelligitur facta, hoc dicit, ſm Barto. & est cōe summarium. vel sic, & plenius. Fideiussor acceptus etiam post moram rei principalis, non tenetur, nec obligatus est ad interesse actori ratione loci. hoc primò. Et simplex solutio non censetur facta pro rata sortis, & interesse, sed tota cedit in sortem, hoc secundò. Et soluta sorte sine interesse, non durat amplius petitio interesse, quia illud remissum videtur. hoc dicit tertiò, & vlt. vsque ad fi. legis. Sed caue tu procede, quia ſm summaria ista, & Docto. non summantur illi duo casus positi in versi. adeo. casum in hac lege figurat Bar. bis, primò in 1. col. tenendo intellectum Io. cōem & verum. Secundò in 3. col. tenendo intellectū Nic. Mutinen. vide eum per te. In text. ibi. *cùm arbitraria vellet agere*, pondera quòd tex. cum magno mysterio dixit, agere vellet in in futurum, non quòd adhuc egerit, quia si iam egisset, tunc interuenissent illa duo quæ faciunt venire interesse pp locum. s. mora debitoris. Item q fuerit conuentus alibi, quàm in loco destinato, vt declarat Bar. in d. l. centum Capuæ. in vlti. colu. ſ. eo. tunc fideiussor assumptus post ista duo bene teneretur ad interesse propter moram debitoris, sed sola mora debitoris, qn nondum fuit conuentus in alio loco, non facit succedere interesse: patet, quia non obstante mora debitoris creditor posset ꝯuenire in loco destinato, & sic cessaret interesse. l. q si Ephesi. ſ. eo. pp hoc puto, q text. cū magno mysterio dicat, agere vellet, non egerit. In tex. ibi, *eius actionis nomine*, pondera ad qđ fuerit acceptus fideiussor in hac lege: nam non fuit acceptus simpliciter, sed nomine illius actionis, qua creditor agere volebat, & Raph. Fulgos. apostillando tex. in his verbis ponderat, q ista lex non potest loqui de fideiussore iudicatum solui, prout dicunt Nic. Mutin. & Bar. qui dicunt, q ista. l. loquitur in fideiussore de iudicato soluendo, dicit Fulg. q non est verum, cū tex. dicat, *acceptus sit eius actionis nomine.* Sed tu aduerte, q Bart. bene perpendit de his verbis. in 5. col. in fi. & respondet, acceptus est eius actionis nomine, pro quo promisit soluere iudicatū, hoc est, q creditor volebat agere ꝯ debitorem actione arbitraria, qui dedit fideiussorem, qui promisit soluere illud, in quo debitor teneretur eius actionis nomine, & ideo tu diligenter pōdera, q tex. successiuè quærit. videamus ne ea pecunia, quæ accedere potest pp interesse non debeatur, nec sit in oblig. quia si non debetur, & non est in obligatione, fideiussor erit liberatus, cùm pmiserit illud, ad qđ tenebatur debitor eius actionis nomine. Modo sic, si interesse debetur, & est in obligatione, fideiussor tenebitur, & pondera, ne decipiaris, q quantū ad principalem debitorem interesse non pōt dici in obligatione, sed tm̄ venit officio iudicis mercenario pter naturam actionis & obligationis pp adiectionem loci, & sic pp istud accidens, nō soluatur in loco destinato, sed quantū ad fideiussorem, si fideiussor intelligatur tacitè pmisisse, bñ dicetur esse in obligatione, quia accessoria respectu principalis debitoris, nisi sint expressè promissa, nunq̄ veniunt iure obligationis, sed sola officio iudicis mercenario. Respectu autem fideiussoris, q fideiussor intelligiť tacitè promisisse, pp tacitā promissionem bene dñr venire iure obligationis, vt declarat Bar. hic, in 4. col. in ver. 2. displicet opi. Azo. & Pau. de Ca. in 2. col. dixi in d. l. centū Capuæ. in 3.

not.§.eo.& ſic cum magno myſterio Iuriſc. in perſona fideiuſſoris quæſiuit,nunquid intereſſe,vel æſtimatio propter locum ex mora debitoris ſit in obligatione,& an ad illud fideiuſſor teneatur,non autem tex.dicit aliquid de offic.iudi.mercenario, & propter quæſtionem in his terminis formatam,credo,quod in verſic,adeo. immediatè ſequenti non ponatur aliqua deciſio,nec ponantur duo ſimilia,vt dicunt gl. & clarius Barto. ſed credo,ꝙ ponantur duo effectus,ſeu duæ illationes, quæ ſequũtur ex quæſtione formata,& velit dicere,adeo hoc eſt,ſi teneamus opi.negatiuam,prout quæſtio.§.eſt negatiuè formata , ꝙ a fideiuſſore non debeatur,nec ſit in obligatione, ſed ſolùm in officio iudicis mercenario,ſequuntur iſti duo effectus, ꝙ nũc ſoluta ſorte,vel ſi fiat petitio in loco deſtinato, & ſic Capuæ , ceſſabit intereſſe,cùm non ſit in obligatione,nec poſſit de per ſe venire.Iſtud mihi magis placet , & iſtos duos effectus mea ſententia ſubiunxit tex.ad denotandum vtilitatem, quæ reſultaret ex qõ. §.formata , innuit ergo tex.à contrario ſenſu duo, quæ ſunt valde dura,propter quæ multum difficultatur iſta. l. & hic iacet punctus,de quo dubitat gl.in ver.adeo. & glo. ſeq. in ver iudicis.quæ in effectu dicunt,ꝙ in hoc tex.non debet ſumi arg.à contrario ſenſu , quia reſultaret abſurdus intellectus. Bar.& alij multi multa dicunt.j.dicetur de illis in gloſſ. In text. ibi,niſi ſi quis dicat.hic Iuriſc.format oppoſitionẽ contra vnũ effectum ex proximè dictis, ꝙ ſorte ſoluta ceſſat arbitrium iudicis quo ad intereſſe:nam procederet , quando pecunia eſſet expreſsè ſoluta pro ſorte tantum,ſed ponamus,ꝙ ſors ſit in cẽtum,intereſſe in viginti,& centum ſimpliciter ſoluantur, non intelligentur ſoluta pro ſorte tantum , ſed ad ratam pro ſorte, & ad ratam pro intereſſe,ſecundum duas computationes , de quib.in glo. in ver.centum.teneas quam velis,communior eſt computatio.reſpon.tex.in fi.ꝙ iſtud non eſt verum , imò centum ſimpliciter ſoluta intelliguntur in totum pro ſorte , & nõ in aliquo pro intereſſe.In tex.ibi,condemnare debuerit.non intelligas,& condemnauit, prout fortè videretur prima fronte dicendum;ſed intellige condemnare debuit propriè,quia iam debitor fuerat in mora ſoluendi in loco deſtinato, & iam fuerat in iudicio conuentus in alio loco,quàm deſtinato ſolutioni,iſta duo faciunt,ꝙ ſuccedat intereſſe propter locũ , nec primum tãtum de per ſe ſufficeret,vt proximè declaraui , ſed ꝑpter iſta duo bene venit intereſſe,ad quod debuit condemna-

3 ri.¶†No.ꝙ debitor,qui tenetur ad ſortem & ad intereſſe, ſoluendo pecuniam ſimpliciter,in dubio intelligitur ſoluere totã ſortem,& non aliquid pro intereſſe:puto, quod ratio iſtius no. ſit duplex,vna quam tacitè præſupponit tex. tanquam notoriam:nam ſolutio ſimpliciter facta per debitorem debet in dubio intelligi facta in eum caſum , qui ſit magis fauorabilis ſoluenti.l.1.cum legibus ſeq.& l.magis.ff.de ſol. ſed magis fauorabile eſt debitori ſoluenti , ꝙ tota pecunia intelligatur ſoluta ꝑ ſorte,quia affert ſoluenti duplex beneficium:nam extincto debito ſortis principalis , etiam in neceſſariam conſequentiã extinguitur intereſſe,quod tanquam acceſſoriũ per ſe ſtare non poteſt,quod ſecus eſſet ſi intelligeretur ſoluta partim pro ſorte,partim pro intereſſe.Per hoc cogitabam,& occurrebat nũc (fortè inferius plenius attingam)quod ſi in hac.l. intereſſe eſſet promiſſum per ſtipulationem,ita ꝙ deberetur de per ſe, extincto debito principali,non extingueretur tunc intereſſe , prout in ſimili dicit glo.not.in l. 3.§.ſi rem.ff.de leg.3.& in l.non ſolũ. ff.de rei vend.iſto caſu fortè non haberet locum iſta.l. imò tũc fortè poſſet intelligi pecunia ſoluta partim pro ſorte , partim pro intereſſe,quia in hoc aliter intelligendo debitor non haberet vtilitatem, nec intereſſe poteſt tunc extingui tanquam acceſſorium,cùm debeatur iure actionis,& obligationis.iſtam tacitam rationem credo ego verã,dicat quicquid voluerit Ang. Circa iſtũ text. qd voluerit dicere ibi tanto magis,vbi aſſignat tex.aliam rationem,quia creditor ſimpliciter accipiendo pecuniam intelligitur remiſiſſe intereſſe, & ad hoc millies alleg. iſte tex. quomodo tamen procedat hæc regula , erit operæpretiũ videre,& quia ſequuntur infinitæ deciſ.ad practicam , dicam. j. oportunè , & an iſta regula habeat locum in pœna propriè tam legali,quàm conuentionali,quia hic capitur pœna ꝓ intereſſe,vt creditor recipiendo pecuniam ſimpliciter intelligatur remittere illam pœnam tam conuentionalem , quàm legalẽ , tangit in ver. videatur.ſuper qua dicetur. Quid autem ſit , ſi creditor recipiendo pecuniam expreſsè proteſtetur, quòd per hoc non intendit remittere pœnam,vel intereſſe,an per iſtam proteſtationem remaneat ſibi ius ſaluum in intereſſe, vel pœna: Tex.iſte videtur probare,quod ſic,dum dicit videri, & ſic. l.ita præſumptionib. l. continuus.§.cùm ita.ff.de verb.oblig.ſi ergo creditor expreſsè proteſtatur,ꝙ non intendit remittere intereſſe, vel vſuras,ergo iſta præſumptio debet ceſſare. In contrarium multum ſtringit,quia dato millies, quòd creditor proteſtetur, quomodo poteſt per ſuam proteſtationem facere,ꝙ acceſſorium ſtet de per ſe,ſublato principali,& ſic,ꝙ intereſſe , quod reſpectu debitoris venit offic. iudic. merce. poſſit ſtare de per ſe tanquam acceſſorium ſublato principali, cùm ſublato principali acceſſorium corruat.l.4.cum vulgaribus ff.depoſ. Iſtud

2 examinat Barto.j.in vlti.col.ibi reſeruo dicendum.¶†Vltimò no.in fi.l.in verbo pœnam, ꝙ intereſſe dicitur pœna , intellige verum ex parte ſoluentis,cui nihil adeſt , ex parte ſua intereſſe bene videtur pœna,ſecus autem ex parte recipientis , quia ille qui recipit,recipit quod abeſt,ideo videtur intereſſe,& nõ mera pœna.Ex hoc habes, ꝙ ex parte vnius poteſt cenſeri pœna, ex parte alterius poteſt cenſeri intereſſe. Aliquando videt mera pœna ex parte tam ſoluentis,quàm ex parte recipientis, qñ ſoluenti nihil adeſt,propter quod ſoluat, item recipienti nihil abeſt,& tunc illud,quod ſoluitur, dicitur intereſſe tam ex parte ſoluentis,quàm ex parte recipientis , quando ille qui ſoluit tantum habuit,quantum eſt illud , quod ſoluit. Item ab illo, cui ſoluitur,tantum abeſt,quantum eſt illud quod ſoluit , tũc dicitur merum intereſſe,& de hoc videatis gl.in l.pen. in §.fin. in verbo inſolidum.& in gl.ſeq.ff.ne quis eum qui.¶Gl.in verbo acceptus.diuiditur in tres partes. In prima timore vnius cõtrarij,quod nunc formabo,gl.ponit tres ſolutiones.In ſecunda gl.colligit ex tex.vnum no.& alleg.concor. In tertia, & vltima gl.opponit de duabus legibus,& nihil reſpondet. Secunda ibi, & ſic not. quod fideiuſſor . Tertia ibi , ſed argumen. contra. In prima ergo parte gl. tripliciter vult remouere iſtud contrarium:. nam quãdo fideiuſſor accipitur poſt moram debitoris, prout hic,fideiuſſor tenetur ad intereſſe,& vſuras, vt videtur probari in l.quæro.in prin.j.loca.tenendo diſtinctionem Azo. relatam per glo.antiquam in l.centum Capuæ. in verbo augeri.ſupra eodem.ſed in hoc tex. præſupponitur , ꝙ mora debitoris præcederet,& tamen fideiuſſor non tenetur.gl.tripliciter reſpondet.Primò,quòd hic fideiuſſor non fuit aſſumptus ſimpliciter,tunc militaret contrarium, ſed fuit aſſumptus ad certam ſummam limitatam,nimirum ſi vltra ſummam non te-

* netur ad intereſſe.Iſta prima ſolutio *reprehenditur per omnes*.primò,quia diuinat.ſecundò,quia faceret tex. iſtum de indubitabili,quod non eſt dicendum.Secunda ſolutio poteſt ſatis procedere per ea,quæ dixi in d.l.centum Capuæ.Tertia,ꝙ hic format quæſtionẽ, ſed non reſpondet, iſta non eſt tenenda , quia non eſt veriſimile.de veritate dicam plenè in glo.pen. quæ idẽ reaſſumit,pro nunc dicas,ꝙ oppoſitio nihil obſtat: nam obſtaret ſi teneremus diſtinct. Azo. ſed quia illa diſtinctio in vtroq; membro fuit reprobata in d.l.centum Capuç per omnes,ideo oppoſitio ceſſat.In ſecunda parte gl. colligit no. quòd fideiuſſor ſimpliciter aſſumptus non tenetur ad pœnas,deinde opponit de l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& non allegat. §. aliquem illius.l.Iac.de Beluiſ.& Alb.hic dicunt,quod glo.voluit opponere de §.ſi nummos.& ſic voluit glo.allegare iſtum tex. credendum eſt,ꝙ voluit allegare in ratione ſui,ibi , in omnẽ cauſam fideiuſſor acceptus videtur,ergo etiam ad pœnam.§.ille alleg. in principali deciſione nihil faceret, quia ibi de pœna verbum nullum.Ad iſtud reſpondent ipſi tripliciter , & multum laborant, vera ſolutio eſt ad illum text. quòd fideiuſſor ſimpliciter aſſumptus tenetur ad omnia,quæ veniũt ex natura actus , vel contractus celebrati:nam quòd ibi ſequuta conſumptione reconcilietur mutuum,iſtud eſt ex natura mutui,ideo nimirum ſi ibi fideiuſſor ad iſta omnia tenetur,& ita debet intelligi ratio ibi aſſignata, ſed in caſu noſtro intereſſe non venit ſecundum naturam actus,ſed præter naturam actionis ſtricti iuris. Et iſto ſecundo modo reſpondet ad aliud contrarium gl. de l. tutor, qui repertorium.§.pe.nam ibi in actione tutelæ, quæ eſt bonæ fidei,veniunt vſuræ ex natura actionis ; nimirum ſi contutor, de quo ibi tex.loquitur, vel alius fideiuſſor ad eas tenetur . Alij tenent,ꝙ gloſſ.voluit opponere de l.ſi quis pro eo.§.fina.vbi in actione furti , in actione.l.Aquil.& ſic in pœnalibus poteſt accipi fideiuſſor,& ita intelligit Fulg.hic, & ſic tunc ſolutio eſſet plana.ibi enim fideiuſſor principaliter , & expreſsè fideiuſſit in pœnis : nimirum ſi tenetur. hic autem ſimpliciter promiſit in ſorte principali : nimirum ſi non tenetur ex mora ſequenti ꝓmiſſoris ad intereſſe:mihi tamen magis placet , quod gl.voluerit opponere de illo.§.ſi.propter notabile,contra quod glo.opponit.¶Glo.in ver.adeo.diuiditur in duas. Prima declarat dupliciter tex.in illa dictione,vt,vel quòd ſtet ſimilitudinariè pro dictione,ſicut,vel ſtet coniunctiuè , & exponatur, vt,ꝓ quod, dixi in euidentialib.nõ me extendo vltra,& Bar.procedit vlterius declarando.vide per eum.In ſecunda,quæ eſt ibi, & ſecundum hoc ſufficit.glo.fortiter oppo.contra tex. & clarè non reſpondet,ſed glo.ſequens,quæ eſt in verbo,Capuæ.quam multi libri non habent,reſpondet, ſed multum obſcurè , ideo legã ſimul

simul istas glo. ¶Pro clara intelligentia istius difficilis contrarij aduertendum est, quòd ver. adeo. sumendo arg. à contrario sensu implicat, seu vult tacitè duo, quæ ambo sunt falsa. dicit enim textus expresse, ꝙ si interesse propter locum non debetur, nec est in obligatione respectu fideiussoris, sequuntur duo effectus, ꝙ soluta sorte extinguitur etiam interesse, quia si non debetur iure obligationis, non potest stare de per se, quia sublata sorte principali, sublatum est accessorium. Secundo vult, ꝙ si petatur in loco destinato, & non extra locum, quòd cessat etiam interesse, vult ergo tex. à contrario, quod si interesse esset in obligatione respectu fideiussoris, quia fideiussor tacitè, vel expresse per stipulationem promisisset interesse, ꝙ tunc soluta sorte principali per reum principalem debitorem, nō cessaret interesse, quin posset peti à fideiussore. Secundò vult, ꝙ si sors soluatur in loco destinato, ꝙ adhuc interesse, quod est in obligatione, non cessat, imò potest peti à fideiussore, vtrunque videtur falsum. ¶Primum videtur contra l. centū Capuæ. in fi cum ibi no. s. eo. an sit verum, statim dicam, sed fateor plana fronte, ꝙ est falsum, quia quando petitur sors in loco destinato, cessat tunc interesse. l. quod si Ephesi. supra eo. & ad hoc est bonus tex. in l. si procuratorem. §. mandaui. ff. manda. gloss. ista non soluit expresse, sed bene dicit, quòd vtrunque est falsum, quasi velit respondere glo. quòd non potest sumi argum. à contrario sensu, quia quotiescunque arguendo à contrario sensu resultat aliquid, quod absurdum, vel quod falsum est, nō est licitum arguere à contrario sensu, vt est glo. no. in l. 2. C. de condi. inser. facit. l. conuenticulam. C. de episco. & cleric. illam solutionem confirmat Bar. in 2. colum. ponderando subtiliter
a dictionem quoque,[a] quæ ponitur pro etiam, & sic implicatiuè, & consequenter text. implicat idem esse in casu ècontrario, quod in casu expresso. Bene est licitum arguere à contrario sensu, si non esset illa implicatiua quoque. Mihi videtur, ꝙ Bar. ineptè ponderet dictionem quoque: nam secundum realitatem intelligendi illud verbum, nunc quoque, non vult implicare illud, quod dicit Bar. sed vult implicare, quod quando debitor non esset in mora, vel fideiussor non sit datus ante moram. Quod ita sit, probo, quia dictio etiam, secundum Bar. implicaret casum magis dubitabilem, quod est falsum, quia debet implicare casum minus dubitabilem: nam implicaret istū casum, quòd si fideiussor esset expresse obligatus ad interesse, soluta sorte cessaret obligatio ad interesse respectu fideiussoris, qui tamen casus est multum dubius, vt dicam nunc. Sed quia Doct. non bene enucleant istam difficultatem, quæ est summè necessaria & vtilis, & licèt aliàs sim solitus simpliciter transire, nunc bene volo examinare. Difficultas ergo stat in primo casu: nam in secundo res est clara. Et vt intelligatis, subijcio rem in terminis: pone, aliquis promisit soluere centum Capuæ, & cùm esset in mora soluendi, quia transactum erat tempus tacitum, vel expressum, dedit fideiussorem, qui expresse per stipulationem promisit interesse propter locum. Euenit postea casus, quòd debitor principalis soluit centum promissa, non Capuæ, sed alibi, creditor simpliciter recepit sortē, non est dubium, quòd debitor principalis est liberatus & à sorte, & ab interesse, quia creditor recipiendo simpliciter sortem, videtur sibi remittere interesse. Dubiū est, nunquid creditor possit à fideiussore petere interesse, quod est in obligatione, & qđ expresse fuit promissum per stipulationem, & sic istud non potest dici extinctum sublata sorte principali, posset bene dici, si veniret officio iudicis mercenario, prout est in ꝑsona principali. Istum passum non inuenio sufficienter examinatum. gl. nostra, si bene percipitis, tenet quod non possit à fideiussore peti, imò cesset etiam interesse respectu fideiussoris, quamuis per stipulationem promiserit. Istud idem expresse firmat glos. sequens in verbo Capuæ. licèt obscuris verbis vtatur, & dicit, quod licèt interesse sit expresse promissum à fideiussore, tamen obligatio fideiussoris est accessoria principalis, ideo liberato principali per receptionem sortis ab interesse, in consequentiam etiam liberatur fideiussor, aliàs nihil prodesset liberato principalis, quia fideiussor exactus haberet regressum cōtra principalem. istud voluit dicere glo. in verbo Capuæ. in prima parte. ¶In secunda parte postea dicit glo. quomodo fideiussor potest obligari ad interesse vigore stipulationis, cū principalis teneatur tantum officio iudicis. Respondet gloss. ꝙ dicitur obligatus efficacius, non in plus, cùm in plus obligetur tantum quatuor modis. §. plus. Institut. de actio. Et ne ista opi. gloss. sit vera. Barto. hic in 2. colum. & in 4. tenet ad literam contrarium, ꝙ si fideiussor sit obligatus ad interesse, capiendo obligationem strictè & propriè, non largè pro officio iudicis, tenet Bar. ꝙ licèt soluta sorte per principalem ipse principalis non teneatur, tamen fideiussor non liberatur, & potest agi contra fideiussorem. Istud idem expresse firmat Pau. de Castr. hic, in 3. colum. & ita in terminis decidit glo. nostra de directo contraria in gl. fin. in pen. parte, quæ ad regulam ita decidit, & miror, quod Bar. non perpenderit de illa glo. Quid tenēdum? Inuenio, ꝙ Alb. de Ros. hic in fi. post Marti. Silimanum expresse damnat illam glo. fi. & tenet, ꝙ etiam si fideiussor expresse promiserit interesse, tamen extincta obligatione quo ad principa-
* lem, & in sorte, & in interesse, tamen fideiussor tenetur.* Ego teneo istam vlti. opi. Alb. cum gl. præced. contra gl. fin. Barto. & Pau. de Cast. Et inuenio Ang. hic in pen. col. istud expresse firmare, & Raph. Fulg. in 3. col. & in seq. vbi multum se inuoluit. Et omisso multiloquio ad ita tenēdum mouent me duo principalia fundamenta: nam ego habeo, quòd quando obligatio fideiussoris est accessoria principalis, prout regulariter est, licèt principalis sit minus efficaciter obligatus, quàm fideiussor, tamen sublata obligatione minus efficaci quo ad obligationem principalem, etiam extinguitur quo ad ipsos fideiussores magis efficaciter obligatos, tex. est multum no. quem etiam alle. Ang. hic in l. 3. in versi. an autem fideiussori. ff. de rescin. vendi. saltem, vt ibi dicit tex. vt fideiussor habeat exceptionem, & est bonus tex. qui mihi placet. Secundò pro eadem parte stringit multum. dixit tex. noster in fin. quòd creditor recipiendo sortē simpliciter à principali, tacitè videtur remisisse pœnam, & cōsequenter videtur sibi facere tacitum pactum de non petēdo. Modo ego habeo regulam, ꝙ pactum de non petendo, siue expressum, siue tacitè factum principali debitori semper prodest fideiussori, tex. est in l. & hæredi. §. fina. ff. de pac. saluo nisi pactum esset expresse personaliter factum, vt dicit. l. sequens. quæ incipit, nisi. s. de pac. qđ non est hic, & ratio est in promptu, quia aliàs pactum parum prodesset principali, nisi etiam haberet prodesse fideiussori, quia fideiussor exactus haberet regressum contra principalem. Nisi tu fortassis diceres (sed nō placet mihi) quòd in casu nostro est diuersa ratio: nam ideo creditor recipiendo sortem à debitore principali, videtur ipsi debitori principali remittere interesse, quia respectu principalis debitoris venit officio iudicis mercenario, sublata ergo sorte principali, necessariò sublatum est accessorium, quod de per se stare non potest, & ideo quantum ad debitorem principalē bene verum est, ꝙ intelligitur remittere. In fideiussore non est sic, quando fideiussor per stipulationem expresse promisit interesse, quia cum interesse sit in obligatione, potest tunc per se stare, sicut dicunt in simili gl. magistræ, quas pluries allegaui, in l. 3. §. si rem. ff. de leg. 3. & in l. non solum. ff. de rei vend. Et ex hoc posses dicere, ꝙ creditor recipiendo sortem à debitore principali, videtur facere pactum de non petendo, sed ꝙ illud sit personale, quod tunc non prodesset fideiussori. arg. l. nisi. ff. de pac. ista est pulchra subtilitas, & pulchra difficultas, tamen mihi legendo, & disputando, vt prædixi, magis placet ista secūda opi. Non nego quin passus sit summè ambiguus, & summè difficilis. Et si teneremus aliam opin. Bar. cum gl. fin. quòd soluta sorte, interesse non cessaret respectu fideiussoris, quando esset promissum quid indubitatum, ad tex. nostrum, qui à cōtrario sensu vult oppositum, & firmat opin. quam ego tenui, oportet dicere, ꝙ non sit licitum arguere à contrario sensu, & potest firmari, quia in secundo casu nullo modo potest sumi, ergo nec in primo, nec ego video, quid aliud possit responderi, & propterea dicit Fulgos. quòd si viueret Pau. qui fecit istam. l. nesciret eam sustinere. tamen vt nihil omittam inuenio, quòd Fulg. vir acutissimi ingenij dicit, ꝙ tenendo opi. Bar. & glos. ꝙ vult respondere ad tex. nostrum, & ꝙ potest sumi argum. à cōtrario sensu, & nihil obstabit. dicit Fulg. tex. dicit *nunc quoque sorte soluta*, non dicit à quo. Docto. intelligunt. s. à debitore principali, isto modo non potest responderi, quia tunc esset text. rotundus contra gl. & Bar. sed intelligit ipse sorte soluta. s. ab ipso fideiuss. & tunc argum. à contrario sensu erit optimum. s. soluta sorte à fideiussore poterit peti interesse. s. à principali, & secundum eum scitis, ꝙ solutio fideiussoris non liberat ipso iure principalem, sed ope exceptionis. l. Papin. s. mand. Et si tu dicis, qua actione petetur interesse à principali, quia principalis ad interesse obligatur officio iudicis mercenario, quod de per se implorari non potest? Respondet Fulg. (& in hoc errat,) ꝙ quando fideiussor non perfectè soluit, potest denuo agi actione prima, vt soluatur id, quod deest. s. interesse. l. 3. §. si reddita. ff. commo. vbi si restituo rem commodatam, & deteriorem, dicit ibi tex. ꝙ potero agere prima actione ad interesse. Et si dicis, ille tex. loquitur in actione bonæ fidei, non sic est in actione

ADDITIO.

a ¶Dictionem quoque. Adde Bal. in l. 2. in prin. ff. de pac.

* Non tenetur, legendum videtur ex his, quæ subijcit [illegible], qui ad negatiuam confirmandam tendit.

ne ſtricti iuris,tunc ſolùm poteſt agi actione doli , ipſe reſpon-
det,quicquid ſit in alijs actionibus ſtricti iuris,in propoſito no-
ſtro eſt tex.in l.3.§.idem Iulian.ſ.eo. vbi poteſt agi prima actio
ne. Et ſi dicis nonne ſublata ſorte principali extinguitur illud
acceſſorium intereſſe,q venit officio iudicis mercenario? Rñ-
det,q eſt verum,quando debitor principalis eſt ille,qui ſoluiſ-
ſet ſortem,vt hic in fi.& l.3.ſ.depoſ.ſed quando debiror princi
palis non eſt ille,qui ſoluit, ſed eſt ſuus fideiuſſor , non extin-
guitur tunc acceſſorium. Subtilis eſt ſpeculatio , ſed in multis
periculoſa , omitto aliam ſaluationem , quæ nihil valet,& ni-
mium ſomniat,& reſtringit tex.vt ipſemet fatetur. Aliæ duæ
glo.in verbo centum.& in verbo pro eadem,ponunt compu-
tationem,teneas quam vis.prima *tamen communis eſt*.¶ Gloſſ.in
verbo admittendum, diuiditur in tres partes. In prima poni-
tur vnus intellectus.In ſecunda ponitur alius. In tertia primũ
probat.Secunda ibi,vel dic non puto. Tertia ibi , primum ta-
men verius eſt.¶ In ead.gl.ad fi.pro clara intelligentia iſtius gl.
& gloſſ.2.& 3.ſupra eod. reaſſumo in dubio quæſtio. poſitam
in tex.cui litera clarè non reſpondet , vt intelligamus quid iu-
ris ſit. Quæſtio eſt iſta. Debitor promiſit ſoluere pecuniam in
certo loco,puta Capuæ,fuit in mora non ſoluendi,poſt iſtam
moram dedit fideiuſſorem ſimpliciter,nunquid fideiuſſor ſim
pliciter acceptus teneatur ad intereſſe ex mora principalis de-
bitoris? In quo puncto reperiuntur tres principales ſententiæ ,
de quibus aliqualiter fecimus mentionem in euidentialib. Pri
mus eſt intellectus Ioan. verus & communis , quòd talis fide-
iuſſor ſimpliciter aſſumptus poſt moram principalis debitoris
non teneatur ad intereſſe ratione loci.pro iſta ſentẽtia ſtringit
fundamentum Barto.in d.l.centum Capuæ.in vlti.colum. ſu-
pra eodem,alijs ꝑtermiſſis. nam ſola mora rei non facit eſſe lo
cum huic intereſſe: patet, quia ſi poſt moram creditor peteret
in loco deſtinato, ceſſaret iſtud intereſſe propter locum. l. qđ
ſi Epheſi.in princip.ſupra eod.ergo iſtud ſolum,quòd debitor
fuerit in mora,non facit,q intereſſe propter locum debeatur:
ergo non ſufficit fideiuſſorem aſſumptum poſt moram debi
toris,quia ſola mora debitoris non ſufficit. Bene verum eſt , q
ſi debitor iam fuiſſet in mora,& poſtea fuiſſet interpellatus in
alio loco , bene tunc fideiuſſor ſimpliciter aſſumptus tenere-
tur ad intereſſe.Tenendo tamen iſtam opi.Ioan.quæ eſt com
munis,quòd fideiuſſor non teneatur ad intereſſe,quamuis fue
rit aſſumptus poſt moram debitoris , operæpretium eſt vide-
re , vbi iſtud decidatur in text. quia Iuriſconſultus non apertè
decidit.Dicunt aliqui,vt Fulg.& non improbabiliter,quod ex
quo Iuriſconſultus format quæſtio. negatiuè , & nihil apertè
decidit,intelligitur negatiuè reſpondere . iſtam regulam vidi-
ſtis in l.cùm fundus.§.ſeruum tuum imprudens. vbi not. poſt
alios,ſupra ſi certum petat.eſt bonus tex.in l.fin.ff.de ſer. ruſti.
prædio.in l.in rebus.in princip.ff.commod.in l. quod ſæpe.§. ſi
res.in verſi.vnde videbimus. & ibi glo. expreſſè not. ff.de con-
trahen.emptio.& iſtud eſt ſatis tolerabile.Alij dicunt,vt glo.&
Barto.quòd iſtud decidit in verſic.adeo.inducendo , vt induxi
in euidentialib. ſed,vt ibi dixi,non poteſt ſtare,quia ibi non po
nitur reſponſio,ſed ponuntur duo effectus, ſeu duæ illationes
reſultantes ex quæſt.ſuperius formata. Tertij dicunt,q decidit
in verſi.fin.ibi,quod non puto admittendum. Ibi enim ſecun-
dum eos Iuriſconſultus reſpondet vtrique quæſtioni.Iſtud ſic
ſimpliciter intellectum non eſt verum,quia ibi Iuriſcon.reſpõ
det proximæ quæſtioni non primæ : nam relatio debet fieri
ad proxima.Niſi dixeris,& bene(& in hoc reſideo) ſecundum
Raph.Fulgoſ.in d.colum.& Pau.de Caſt.in 4.colu.quòd Iuriſ-
conſ.in illo verſ.quod non puto admittendum,expreſſè reſpõ
det quæſtioni proximè formatæ: ſed deciſionem ſecundæ quę
ſtionis ſequitur neceſſariò deciſio primæ quæſtionis , & iſtam
credo fuiſſe mentem Iuriſcon. Nam cùm Iuriſconſ. forman-
do quæſtionem dixerit,quòd ex ea ſequuntur duo effectus , ſi
intereſſe non eſt in obligatione reſpectu fideiuſſoris , deinde
improbauerit rationem factam contra primum effectum,de-
inde confirmauerit illum primum effectum noua ratione in
verſ.tanto magis,certè ſuccedit regula , quòd qui confirmat
expreſſè conſequens , intelligitur tacitè confirmare omne ne-
ceſſarium antecedens ad illud.ff.de acquir. hæredita. l. ad rem
mobi m.& l.ad legatum.ff.de procura. ergo ſic in propoſito
noſtro, ia deciſio reſultat tacitè ex deciſione expreſſa,& cre
do,quòd Iuriſconſul.viueret,non aliter reſponderet. Secũda
principalis it opi.Azo.contraria præcedenti,quòd ſi fideiuſ-
ſor ſit accep s poſt morã,quòd teneatur ad intereſſe , & iſta
variatur trib odis,vt dixi in euidentialib.iſtam reprehendunt
omnes,vt ſup declaraui.Tertia,& vltima fuit opi. Nico.Mu
tinen.quam ap obat Barto.quòd iſta lex loquatur in fideiuſ-
ſore de iudicato luendo,& iſtud dixit,vt ſolueret contrariũ:
nam ex mora deb oris fideiuſſor non tenetur ad intereſſe.d.l.

centum Capuæ.ſupra eodem. hic autem fideiuſſor tenetur ad
intereſſe propter moram debitoris principalis. Reſpondet, q
in d.l.centum Capuæ. fideiuſſor ſimpliciter aſſumptus non te
netur ad intereſſe propter locum , & propter moram debito-
ris,hic autem loquitur in fideiuſſore, qui promiſit ſoluere iu-
dicatum quantumcunque iudicatum fuerit , vnde ſi fuerit iu-
dicatum de intereſſe,ad illud etiam tenetur.Et ſi dicis contra,
nemo conuentus ſuo nomine tenetur ſatiſdare de iudicato
ſoluendo.§.ſed hodie.Inſtitu.de fideiuſſor. Reſponde , vt per
Barto.qui reſpondet diuinando. Puto,quòd ſi debitor condẽ-
netur ad intereſſe propter moram, quòd tunc etiam teneatur
fideiuſſor,iſtud importat vis vocabuli.l.iudicatum ſolui. ff.iu.
ſol.Sed q iſtud decidatur in tex.nullo modo cadit mihi in mẽ
tem.Imò nec tex.iſtud ſentit;nam ſecundum iſtum intellectũ
tex. decideret affirmatiuè fideiuſſorem teneri ad intereſſe , &
tamen ſi inſpiciatur litera text.ſemper negatiuè decidit. Ideò
credo,q Bar.qui perpendit de hoc,fecit ſubauditionẽ ad text.
ſ.quod non puto admittendum. ſ. vt non teneatur fideiuſſor
ad intereſſe,quia imò tenetur. iſtud eſt facere nouum tex.ideo
Bar.dicit,teneas opi.Io.Hinc Bar. ſubiunxit plenam diſtinct.an
& quando obligatio fideiuſſoris ſimpliciter aſſumpti augea-
tur ex mora principalis debitoris,dic vt hic per Bart. quem vi-
de,quia nihil ad rem. ¶Glo. ſuper verbo videatur.diuiditur in
quatuor.In 1.glo.colligit ex tex.vnum notabile, & ad illud al-
leg.tres concor.In 2.oppo.de quatuor legibus,& ſoluit. In ter-
tia format qõ.In 4.opp. contra text. & nihil ſoluit. Secunda ibi,
arg.contra.ĩ.vi bon.rapt.Tertia ibi, item, quid ſi reus. Quarta
ibi,item contra.ſupra l.3.§.Iulian.¶In ead.gl. ibi. l. pen. iſta lex
bene facit in contrarium,aliæ duæ ſequẽ. parum faciunt. & ad
iſtud contrarium vera ſolutio eſt, aut loquimur in pœnis lega
libus,quæ imponuntur à lege,tunc licèt creditor ſimpliciter re
cipiat ſortem principalem,tamen per hoc non cenſetur remit
tere illam pœnam legalem:ſecus eſt in pœnis conuentionali-
bus.Ratio diuerſitatis eſt , quia pœna legalis poteſt peti ſimul
cum principali , & ad vtrunque eſt prouiſum via actionis , &
vna non tollit aliam.l.ſi pro fure.in princ.ĩ.de condi.fur.Nimi-
rum ſi ibi ſimpliciter recipiendo rem principalem non præiu-
dicatur in pœna legali:ſed in conuentionalibus altero debet eſ
ſe contentus.Item pœna debetur officio iudic.merce.& ideo
nimirum ſi ſoluta ſorte,intereſſe , & ſic acceſſorium de per ſe
ſtare non poteſt,tamen iſta ſol.gl.non vadit ad contrarium, l.
1.C.de ſol.vbi creditor recipiendo ſortem , non intelligitur re-
mittere vſuras. reſpondet Bar.q lex noſtra loquitur in intereſ-
ſe,quod venit præter,vel contra naturam actionis,& in iſto be
ne intelligitur remitti per ſimplicẽ receptionem , ſecus in vſu-
ris,vt in contrario.Pau.de Caſt.ſoluit,& dicit.Reſponde,quòd
aliud eſt in intereſſe,aliud in vſuris , & aliud non dicit. Credo,
q iſta ſit ſolutio, & mens eius , q aliud ſit in vſuris , quia non
poſſunt deberi,niſi per ſtipulationem , vnde quando ſunt pro-
miſſæ per ſtipulationem, poſſũt ſtare de per ſe,ideo ſoluta ſor
te poſſunt ad huc peti vſuræ,quia debentur iure obligationis,
ita loquitur.l.1.C.de ſol.& ibi gl.declarat, ſed nos loquimur in
intereſſe,q debetur officio iudic.quod de per ſe ſtare non po-
teſt.l.4.C.depoſ.¶In ead.glo.ibi,item quid ſi reus ſoluat. dicite
de hac quæſtione,prout diſputando opportunè tetigi ſupra in
glo.in verſ.adeo.ad ibi dicta me remitto.¶In fin.glo. dic,quòd
regula huius tex.procedit, quando ſoluitur principali credito
ri,bene tunc procedit regula tex. quia recipiendo ſortem ſim-
pliciter,videtur tacitè remittere intereſſe , & ratio eſt , quia ſi-
cut poteſt remittere expreſſè,& ſibi præiudicare , ita recipien-
do tacitè,videtur ſibi præiudicare.tex.contrarius loquitur,quã
do ſoluitur ſors adiecto non principali , nimirum ſi per adie-
ctum non fit præiudicium in intereſſe.Ratio eſt,quia ille adie-
ctus eſt ſolùm deputatus ad hoc.ſ.ad recipiendũ ſortem, vnde
etiam expreſſè non poteſt remittere intereſſe,ſi non expreſſè,
3 ergo multo minus tacitè poteſt remittere.†Pro pleniori tamẽ
intelligentia prædictorum,ſi quæratur, an & quando videatur
remitti pœna,vel aliud acceſſorium per receptionem princi-
palis debiti ſimpliciter factam,diſtingue vt hic per Bart. Circa
primum membrũ de pœna legali, dic vt ſupra dixi proximè ,
aut loquimur in pœna iudiciali,& dic tunc, vt ſolitus ſum ple
nè dicere in l.2.& in l.ſi duo.ff.ſi quis cau.In ſecundo membro,
quando loquimur in pœna cõuentionali, & iſta eſt noſtra ma
teria.vide per Bar.cum quo cæteri omnes tenent. Adde vltra
Bar.q in caſibus,in quibus creditor recipiendo ſortem princi-
palem,intelligitur remittere intereſſe,vel pœnam, iſtud nõ ꝓ-
cedit per ſolam petitionem etiam factam in iudicio ſine inte-
reſſe,quia non intelligitur remiſſa pœna,ſeu intereſſe.gloſ.eſt
in l.ſi duo.in glo.parua.in verbo petat.quæ ſubaudit,& exigat.
ff.ſi quis cau.Facit.l.1.cum materia.C.de iudi.& ſecũdum hoc
habetis notare vos iuuenes,quòd eſt differentia inter receptio-
nem

nem sortis principalis, & petitionē extraiudicialem sortis principalis. primo casu recipiēdo sortem principalem intelligitur remittere pœnam vel interesse, non sic petendo ēt in iudicio, quia tunc non intelligitur remittere pœnam. Rō diuersitatis est, quia primo casu recipiendo sortem principalem, extinguitur debitum principale, sed extincto principali necessariò corruunt accessoria, non sic est in petitione iudiciali, quia per hoc non extinguitur debitum principale, imò confirmatur, qa non solet fieri deterior conditio per lit. contesta. imò melior. l. non solet. ff. de reg. iur. l. aliam. ff. de noua. ideo per petitionem sortis non extinguitur interesse, vel pœna, & istud est satis de mente gl. in d. l. 1. C. de iudi. in gl. 2. in verbo vsurarū. Vel aliter, & melius dic, ꝙ hæc accessoria solū veniebant officio iudicis mercenario, vt hic dicit Bar. sed in d. l. 1. C. de iudi. accessoria erant ꝓmissa per stipulationem, & sic debebantur iure obligationis, vnde per se stare possunt: nam si ibi non essent promissæ ꝑ stipulationem, ita ꝙ solùm venirent officio iudicis mercena. certè idem esset, ꝙ hic, vt ibi gl. & omnes, & istud est verius. ¶Extra gl. pro complemento huius legis, quærit vltimò Bart. dicitur in tex. quòd recipiendo simpliciter sortem, sibi præiudicat
4 in interesse, vel pœna. † Quid ergo si creditor, tempore quo recepit sortem, expresè protestatur, ꝙ non intendit remittere pœnam, vel interesse, an isto casu ista protestatio conseruet sibi ius in interesse, vel pœna? Dubium pendet in hoc, an recipiē do sortem intelligatur remittere interesse tacita voluntate, vt videtur sonare tex. & si ita esset, ꝙ protestatio conseruaret pœnam, & interesse, non esset verum illud, quod dicimus, quia in his quæ pendent ex animo, & voluntate nostra protestatio nihil releuat. l. si quis. §. plerique. ff. de relig. & sump. fun. l. alimenta. vbi notari solet. C. de neg. gest. Si autem recipiendo sortem intelligatur remittere interesse tanquam ex necessitate iuris, eo quia interesse non possit stare de per se sublato principali, & tunc protestatio nihil operatur, quia protestatio non potest operari contra illud, quod lex ex necessitate inducit, & istud vltimum tenebat Pet. de Bellaperti. hic. Barto. sing. & alibi non tangit, nisi hic, considerat quatuor casus principales, tamen in effectu non sunt nisi tres. Aut creditor recipiendo sortē liberat debitorem à sorte principali, & tunc protestatio nihil releuat, quia sublato principali, accessorium non potest stare de ꝑ se. Bar. nihil allegat, allegabo infra. Aut verò creditor recipiendo sortem non expresè liberat debitorem à sorte, sed recipit sortem simpliciter cum protestatione, quòd non intendit remittere interesse, vel pœnam, & tunc ista protestatio operatur, quòd debitum adhuc poterit peti actione prima non ad finem consequendi debitum, quia iam recepit, sed ad finem, vt consequatur interesse, per tex. in l. 3. §. Iulia. ſ. eo. Subdit Bar. ꝙ etiam in primo casu, quando creditor recipiendo sortē expresè liberauit debitorem à sorte, si protestetur, ꝙ non intendit remittere interesse, & pars expresè acceptet ꝓtestationē, dicit quòd adhuc poterit agere ad interesse actione præscriptis verb. quia resultat contractus innominatus, facio vt des, inter partes, imò plus subdit Barto. (& est quartus casus) quòd et si debitor contradiceret protestationi, tamen creditor ꝑ suam protestationem potest petere interesse per condictionem ob causam, vel sine causa, quia creditor liberauit te ad hūc finem, vt solueres interesse, si ergo causa non sequatur, potest agere contra te condictione ob causam, vt te reponas in pristinam obligationem, sed vt circuitus euitetur, potest statim soluere interesse. alleg. l. si mulier. & l. si quis accepto. supra de condi. ob causam. alij non tangunt præter Pau. de Cast. qui dicit, quòd l. 3. §. item Iulian. sup. eod. nihil facit, & ineptè allegatur, quia ibi loquitur, non quando soluitur principali, sed adiecto solutioni, qui (vt supra declaraui) non potest præiudicare expresè, minus etiam tacitè, ideo tunc creditor potest agere prima actione, vt soluatur sibi interesse, quòd deest. Nos loquimur, quando soluitur ipsi creditori, qui non debuit recipere simpliciter, & potuit sibi præiudicare, tamen cōcludit, quòd procedit opi. Bar. si debitor soluens consentiret protestationi creditoris, aliàs secus, & sic tenet contra vltimum membrum Bar. Fulg. hic dicit, quòd ex quo partes discernunt * in protestatione, nedum
* debet impediri liberatio interesse, sed etiam sortis principalis, per l. 1. §. si quis ita. infra de verbo. oblig. nihil est dicere. Quid te neudum? Teneo, quòd eo casu, quo debitor adest, & quando non contradicit, vel expresè consensit protestationi factæ per creditorem, quòd tunc, talis protestatio sibi conseruet ius in interesse, & in pœna, & vltra allegata in communi bene facit tex. in l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pignus vel hypo. sol. Con
* firmo per illud, quod tenet gl. ordi. *& communiter approbata* per Legistas, & Canoni. in c. potuit. in gl. 3. de loca. vbi si dominus recipiat ab emphyteuta canonem, reseruando sibi ius caducitatis, conseruatur sibi ius caducitatis. & tenet Spe. in loco ordinario in tit. de loca. §. nunc verò aliqua. in vers. 25. Doctores nostri Legistæ, vbi ordinariè posui, in l. 2. C. de iure emphy. & Bal. in l. 2. in prin. ff. si quis cau. & istam opin. tenet Alber. in d. l. 2. in
* prin. & dicit, quod *communiter tenetur*, quòd protestatio conseruet ius in accessorijs, licèt arguat ad partes. ita etiam tenet Albe. in l. Celsus. ff. de arbi. & in hoc non habeo dubitationem. In alio casu, quando debitor soluens expresè contradicit protestationi, non credo, quòd Bar. bene dicat, prout tenet Paul. de Cast. hic. & contra multum stringit text. in l. 2. in fin. principij. ff. si quis cau. dum tex. dicit, nisi contrarium specialiter partibus placuerit, pondera verbum partibus, & sic in plurali, ergo non sufficit consensus vnius partis, & dubitaui etiam dum tex. dicit, specialiter placuerit, quia quis non diceretur tacitè consentire, & quia imputandum est recipienti, quia factum est potentius protestatione. c. cum M. Ferra. vbi mare magnum de consti. c. solicitudinem. de appellation. nec iura adducta ꝑ Bar. aliquid faciunt, videlicet. l. si quis accepto, & l. cū mulier. ff. de condi. ob cau. quia illa iura nihil faciunt: nam loquuntur, quando pars expresè promisit aliquid facere, puta dare certū expromissorem, vel conuertere in certam causam: tunc bene verum est, ꝙ si illa causa non sequatur, competit remedium, de quo ibi: sed in quæstione Bar. debitor soluens, qui non consentit protestationi, non tenetur ad aliquam certam causam, ita ꝙ ea cessante possit competere cōdictio ob causam. Præterea & secūdò ibi poterat agi, vt debitor se reponeret in prima obligatione, quæ erat efficax, hic autem quantum ad interesse nulla suberat obligatio efficax. Præterea & tertio hic recipiens errabat in iure, & dicit Bar. quia credebat, quòd per solutionē sortis non extingueretur debitum in interesse, maximè ꝓpter suam protestationem, quod non est in illis iuribus, & sic in hoc
5 teneo contra Barto. ¶ † Et ad istam materiam, quando per receptionem sortis intelligantur remissa accessoria, adde q. quid si vxor, aut eius pater fuerit in mora soluendi dotem marito in tempore constituto, quo casu post moram potest maritus petere fructus, & interesse propter onera matrimonij, quæ sustinuit, nūquid si post talem moram maritus postea recipiat sortem dotis simpliciter, an sibi præiudicet, vt intelligatur remisisse fructus, & alia accessoria: vide per Bal. in l. fin. §. præterea. in 3. col. C. de iure dot. & quid è contra, si mortuo marito hęredes sint in mora restituendi dotem vxori, quo casu post moram tenentur ad fructus, an talis mulier recipiendo postea dotē simpliciter, intelligatur præiudicare, & remittere fructus dotis? po-
6 nit Ang. in l. centum Capuæ. supra eod. † Quid autem sit in emphy. qui cessauit triennio soluere canonem, adeo ꝙ expelli potest, nunquid si post lapsum triennij dominus recipiat integrū canonem simpliciter, an tunc intelligatur sibi remittere caducitatem? ponit glo. ordin. in l. 2. & ibi Bar. & Doc. C. de iure emphy. & ibi aliquando plenè dixi. Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in ver. 23. & seq. & in ver. 26. ponit latè Ioan. de Imo in cōmēto. c. potuit. in 29. col. & trib. seq. de loc. Doc. in l. Mæuius. §.
7 duobus. ff. de leg. 2. † Vltima quæstio, quid in liberatione? pone, libero debitorem à causa principali quamuis particulari & ita adest instrumentum, nunquid intelligar liberasse eum ab omnibus accessorijs, de quibus accessorijs nihil est dictum? ponit Bar. in l. ab Aurelio. §. Caius. circa fin. in 6. q. ff. de lib. leg. quam legit sub. l. Aurelio. & ibi determinat, quòd omnia accessoria intelliguntur remissa per l. si tibi. C. de iud. debuit allegare Bart. gl. no. in c. accusatus. in verbo iudicati. de hære. in 6. quæ dicit,
a ꝙ remisso principali intelliguntur remissa omnia accessoria, & connexa. & illam gl. allegant Bal. Pau. de Cast. & alij Moder. in l. si de certa. C. de transact. Angel. & Imol. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verborum obligat. Et ex istis remanebit expedit ista not. lex.

ADDITIO.

* Dissentiunt.

a ¶Remisso principali. Adde rugulam accessorium. de reg. iur. lib. 6. gl. in versi. astringi. in c. quia plerique. de offi. ord. lib. 6.

De ęstimatoria actione. Rubr.

¶Quare sic appellatur, dic vt in gl. Rub. & teneas primam opi. Verùm, quia gl. nō continuat istam rub. ad præcedentes, potes sic continuare, sm Fulg. & Pau. de Ca. hic. Supra in tit. oīb. præcedentibus fuit perfectè tractatum de omnibus ↄ̃ctibus nominatis habentibus speciale nomen ↄ̃ctus, & speciem actionē: nunc Iurisc. in isto tit. & duob. seq. intendit tractare de ↄ̃ctibus innominatis, ex qbus oritur actio præscri. verb. seu actio in factum. Verùm quia actio prescri. verb. in duobus casibus est bonæ fidei, quando competit pro ęstimatoria, in hoc tit. & quando pro rerū permutatione, vt in tit. seq. ita dicit tex. in §. actionum.

num. Insti. de actio. aliàs semper est stricti iuris, vt ibi, ideo Iurisconsul. optimo ordine prius posuit de istis duobus ȝctib. innominatis, pro quibus actio præscr. verb. cōpetens est bonæ fidei. postea in tit. de præscri. verb. generaliter tractabit de actione p̄scri. verb. Quæ autem sit ratio, quare actio præscr. verb. sit bonę fidei in istis duobus ȝctibus non in alijs, Doc. non tangunt hic, dicam in l. 1. j. eo. & quid differat actio præscr. verb. ab actione in factum, declarant gl. & Bar. in rub. j. de præscr. verb. & ibi dicetur. Expeditus de rubr. nunc condescendo ad l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vtrum æstimatio faciat recipientem teneri de casu fortuito. & nu. 2.*

3 *Si trado rem vendendam pro decem, & si quid plus vendideris sit tuū, an si vendo plus decem, tenear restituere.*

4 *Quid si mando alicui, vt emat pro decem. & ipse emit pro quinque, an illud plus erit tuum.*

5 *Si locatur equus æstimatus, an faciat emptionem.*

6 *Si do pecunias campsori, vt eas restituat sub eadem æstimatione, quid veniat.*

7 *Quando quis inuitus cogatur vendere.*

LEX PRIMA.

a ACtio. [a] Præmitto ad euidentiam, ꝙ licèt in Rub. dicatur de æstimatoria actione, tamen æstimatoria non est nomen actionis, sed est qualitas, quæ adijcitur actioni præscri. verb. Actio. n. præscr. verb. cōpetit ratione æstimatoriæ qualitatis, qn̄ res æstimata datur vendenda, vt in text. dicitur, vt in simili dicimus, ꝙ de peculio, institoria, exercitoria, de in rem ver. & similes non sunt propriū nomen actionis, sed sunt qualitates, vt declarat. gl. in §. fi. Insti. de offi. iudi. ¶ Diuido istā. l. 1. secundum Alb. in tres partes principales. In prima ponitur ratio introductionis istius tituli, & actionis competentis. In secunda declarat, quando competat. In tertia ad quid competit. Secunda ibi, quoties enim de nomine contractus. Tertia ibi, æstimatio autem periculum facit eius & c. h. d. Pro re estimata tradita ad vendendum, quia dubitatur de nomine ȝctus, agit̄ actione præscrip. verbis æstimatoria ad restituendum rem, vel æstimationem, quæ actio isto casu est bonæ fidei, & periculū propter æstimationem pertinet ad recipientem etiam si merces interuenerit. hoc dicit tota. l. cum. l. seq. & per consequens totus titu. & casus ita aliter non venit figurandus, quia litera plana est. In tex. ibi, *vtrum ex vendito sit actio.* adde, quòd dubium faciebat. nam habemus regulā, quòd æstimatio facit emptionem. l. plerunque. in fi. ff. de iure dot. l. quoties. & l. dotem. C. eo. plenè not. in l. æstimatio. ff. soluto matrimonio. videbatur, ergo quòd ex quo res traditur alicui æstimata ad vendendum quòd faceret emptionem, & venditionē, & consequenter ageretur actione ex vendito, tamen quia in venditione res, quæ vēditur, venditur vt res perpetuò remaneat penes emptorem, emptor autem teneatur ad pretium tantum, hic autem fuit conuentum, quòd restituatur æstimatio, vel res: istud est contra naturam emptionis, & venditionis: nimirum si non competit actio ex vendi. Item non potest dici locatio, quia ille, cui res locatur, potest ea vti, & tamen in casu nostro, quando res æstimata datur vendenda, non potest vti ista re: ergo non potest dici locatio. Item non potest dici conductio, quia ita in cōductione requiritur, quòd conducatur opera alicuius constituta certa mercede pro illis operis in pecunia numerata, hic non fuit aliquid conuentum de pretio in pecunia pro illis operis. Item dato quòd esset constitutum pretium in pecunia numerata pro illis operis, quòd non est in tex. nostro, si tamen ille non est consuetus locare operas suas, non dicitur locatio, & conductio, sed dicitur contractus innominatus, ita vidistis glo. in l. si pecunia. in gl. 1. supra de condi. ob cau. & ibi Barto. eam ponderat, videbitis in l. naturalis. §. at cùm do. infra de præscri. verb. Item poterat dubitari, an actio mandati competeret, tamen quia mādatum debet esse gratuitum. l. 1. supra man. ideo quando merces indeterminatè esset constituta, vel spераretur, non potest dici mandatum, quia ergo poterat probabiliter dubitari, quis esset ex istis contractibus nominatis, & quæ actio nominata competeret, successit regula quæ habet, quòd quando aliquo casu potest dubitari de nomine contractus, quia est factum, quod potest trahi ad varios contractus, censetur contractus innominatus, & competit actio præscrip. verb. innominata. Ista est propriè medulla istius text. illud tamen quod dictum est, quòd æstimatio facit emptionem etiam in dote, iuribus præalleg. intelligatis verum, quando maritus est soluendo: quia tunc maritus potest alienare, quia fundus ille cēsetur proprius mariti, nec soluto matrimonio potest mulier illum fundum vendicare: sed si maritus efficeretur non soluendo, tunc æstimatio non facit venditionem, imò mulier potest vēdicare illum fundum, ita est glo. singu. in l. in rebus. in princi. C. de iure dot. & ad literam istud dicit Bal. in l. inter antiquam. & ibi Salic. C. de vsufr. Imo. in l. æstimatis. ff. solu. matr. & Imo. plenè in d. c. cum contingat. ad saturitatem. ¶ No. ex tex. ibi, & quidem bona fide. iunctis. vers. seq. ꝙ actio præscri. verb. æstimatoria, item actio præscr. verb. quæ datur pro rerum permutatione, istis duobus casibus est actio bonæ fidei, in alijs omnib. est semper stricti iuris, vt hic, & §. actionum. Insti. de actio. effectus sunt notorij, & euidentes, non est ideo opus declarare. Effectus est videre, quare actio præscri. verb. in istis duob. casibus sit magis bonæ fidei, quàm in alijs oībus in quibus est semper stricti iuris. Glo. & Doct. non tangunt hic, nec in tit. seq. nec in aliquo loco, quem ego viderim: existimabam, quòd Io. Fab. in §. actionum. Insti. de actio. qui multum solicitus est ad inuestigandas rationes, deberet reddere rationem, sed nihil tangit. Inuenio, ꝙ solus Petr. de Bellaperti. & Iac. de Rauen. in d. §. actionum. assignant rationem, quæ est remissiua, & dicunt, quòd ratio est, quia æstimatoria habet magnam similitudinem vel cum contractu emptionis, vel locationis, vel conductionis: Itē mādati, & omnes isti contractus sunt bonæ fidei. Item permutatio habet tantam similitudinem cum contractu emptionis, & venditionis, ꝙ olim fuit dubitatum, an esset emptio, & olim non erat differentia. ratione ergo tantæ similitudinis est bonæ fidei, non autem stricti iuris. ¶ Secundò no. ex fin. modum, & formam libellandi in hac materia, quia actor debet petere aut rem, aut æstimationem sibi reddi. ¶ Gl. super verbo, conuenit. Aliæ præcedentes gl. sunt claræ, & tendunt ad declarationem tex. ista glo. duo facit principaliter. In prima oppo. contra text. & videtur tripliciter respondere, sed in effectu non sunt nisi duæ solutiones: nam dum dicit, vel distingue secundum Ioan. non est solutio de per se, sed est declaratio præcedentis solutionis. In secunda parte principali, quæ est ibi, sed quod dixi de casu, quia tex. dicit, ꝙ æstimatio faciat periculum spectare ad recipientem, & non aperit de quo periculo intelligatur, an ēt de periculo casus fortuiti, necessarium est videre, an estimatio faciat recipientem teneri de periculo etiam casus fortuiti, & in hoc sunt opin. inter Ioan. & Azo. sicut ergo in glo. sunt duæ partes principales, ita de duobus est principaliter videndum. Primò videndum est de solutione ad l. si gratuitam. §. 1. infra tit. 2. vbi distinguitur, vt ibi, hic indistinctè dicitur, vera solutio est, quæ ponitur in secunda, & tertia particula. seu col. & sunt

* in effectu vna particula, quæ fuit Ioan. quam tenet *Bar. & omnes Scribentes hic.* quòd aut res vendenda datur æstimata certo & limitato pretio, & tunc procedit ista. l. aut datur æstimata non certa, sed incerta æstimatione, & tunc procedit distinctio l. contrariæ, vt periculum spectet ad recipientem, vt in contrario, tamen non videtur sine diuinatione ad contrarium, ibi, *æstimatas dedero*, quia intelligere de incerta æstimatione, est diuinare, tamen dicit Bar. esse tex. pro ista distinctione in l. quidā. §. si tibi. ff. de leg. 1. Ego sum in sententia Fulg. quòd ille tex. nihil faciat in isto negotio. potest bene reddi ratio clara diuersitatis, quia quando traditur alicui res æstimata, & æstimatio est certa, isto casu iste contractus assimilatur emptioni, & venditioni, in quo cōtractu pretium debet esse certum, & limitatum, sicut ergo in emptione & venditione, postquam res est tradita emptori, periculum spectat ad eum, toto tit. ff. de pericul. & commo. rei ven. præsertim in l. necessario. in prin. ita & hic. sed quando res vendenda traditur æstimata, & æstimatio non est certa, tunc non assimilatur emptioni, & venditioni, ideo recur

1 ritur ad distinctionem. l. si gratuitam. §. 1. alleg. in gl. ¶ † Circa secundum, quod est magis necessarium, & vtile, vtrum æstimatio faciat recipiētem teneri de casu fortuito, omissa distinctione gl. in l. si vt certo. §. nunc videndum. & doctrina Gul. ibi. ff. commo. quam refert Bar. sed nō satisfacit ad propositum nostrum. Bar. inhærendo opi. Io. quantum pōt, distinguit tres casus princ. Aut. n. æstimatio fuit facta solùm pp ipsam rē. Aut est facta solùm, vt recipiens sciat pro quanto debeat rem vendere. Aut sumus in dubio, & ista doctrina multum placet, & primo casu, quando æstimatio est facta pp ipsam rem, exemplum: ego do tibi vendendam pro decem istam rem, hoc expresso, ꝙ volo aut rem, aut decem, ista æstimatio fit principaliter pp rem, & æstimatio isto modo facta facit, ꝙ recipiens teneatur

ADDITIO.

a ¶ Actio. Pro limitatione text, vide Alex. in l. cùm quid. colum. 3. ff. si cert. pet. PVRPV.

neat etiam de casu fortuito, ideo si periret aliquo casu absq;
culpa recipientis, tamen recipiens tenetur præcisè ad illa decē;
aut æstimatio fuit facta non propter ipsam rem, sed ad istum
finem, vt sciret pro quanto pretio esset vendenda, videlicet di-
co, vendas istam rem pro decem ducatis, & recipiens non te-
netur de casu fortuito; in dubio autem pretium non præsumi-
tur adiectum propter rem, sed vt sciat pro quanto debeat ven
dere, & consequenter in dubio recipiens non tenetur de casu
fortuito. Ista est doctrina approbata per Fulg. hic, & per Ang.
de Are. in §. actionum. Insti. de act. est verum, ꝙ Bar. postea sub
iungit aliam distinctionem longam, secundum quam posset
ista aliquibus casibus limitari, vide hic per eum, & latius per
eum in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. & Doc. præ-
sertim Bar. in l. 1. in pen. & vlti. col. C. commo. Bald. in l. ex con-
uentione. in l. si pascenda. C. de pac. gl. Cy. Bal. in l. si inter. C. de
iure dot. Bal. in l. quoties. & in l. dotem. eo. tit. Spe. in tit. de loca.
§. nunc dicendum. in ver. restat. & Cano. omnes præsertim Io.
And. & D. Abb. Panor. in c. 1. de commo. Et quid sit in contra-
ctu dotis, an & quando æstimatio faciat transire periculum ca
sus fortuiti in maritum recipientem, an verò faciat venire so-
lam deteriorationem rei, præcedente dolo, & culpa mariti, &
non vltra, traditur in locis præalleg. maximè per gl. & Bal. in d.
l. si interponitur. de materia aliquid in l. si extraneo. ff. sol. matr.
2 †No. tamen diligenter circa primam distinct. Bar. *communem &*
* *veram*, inquantum Bar. & Doc. concludunt, ꝙ si æstimatio sit
principaliter propter rem, quia tradens vult omnino habere,
aut rem, aut decem, quibus æstimauerit rem, dixi ꝙ ista æsti-
matio, quæ principaliter est facta ꝑ rem, facit recipientem te-
neri de omni casu etiā fortuito, inuenio ꝙ istud mirabilissimè, si
dici potest, & singula. limitat gl. in d. §. actionum. vt istud pro-
cedat, quādo expressè fuit actum, ꝙ recipiens aut redderet rē,
aut omnino decem, & vltra hoc fuit actum, ꝙ si recipiens vē
deret plus, ꝙ illud plus sit suum, isto casu bene recipiens tenet̄
tunc de casu fortuito, quia fm̄ naturam eius debet esse pericu-
lum, cuius potest esse lucrum, l. secundum naturam. ꝟ. de regu.
iur. & in istis terminis debet intelligi, vt procedat doctr. Bart. &
Docto. videlicet ex quo iste potest sperare lucrum. f. si vendat
plus: ergo periculum sibi spectare debet, & de isto puncto est
tex. in l. si tibi rem vendendam. ꝟ. de præscr. verb. sed si nō fuis-
set dictum, ꝙ illud, quod venderes plus, esset tuum, tunc dicit
illa gl. ꝙ recipiens non tenetur de casu fortuito. Not. perpetuò
illam gl. quia inuenio, quòd Rayn. de For. & Albe. hic referunt
illam gl. & expressè sequuntur, & eam etiam sequitur Fulgos.
hic, nec inuenio aliquem contradicere, nec hic, nec alibi, tamē
3 mihi vr̄ mirabilis limitatio. † Et circa istam limitationem oc-
currit pulchrum, & necessarium dubium: pone, trado tibi rem
vendendam pro decem pacto expressè apposito, ꝙ si plus vē
dideris, superfluum sit tuum, iuxta d. l. si tibi rem vendendam.
exemplum, trado librum Bidello vendendum pro decē duca
tis, & si pluris vendiderit, superfluum sit suum: pone, Bidellus
vendidit istum librum pro quindecim, an illa quinque quibus
plus vēdidit, sint Bidelli, an teneatur mihi restituere? Prima cō-
sideratione videretur dicendum rem esse indubitatam, ꝙ illa
quinque pluris debeant esse Bidelli, cùm ɔ̄ctus ex conuentio-
ne partium legem accipiant. l. 1. §. si conuenerit. cum sim. ff. de-
pos. Item in rebus claris non est opus coniecturis. l. continuus.
§. cum ita. in fi. ff. de verb. oblig. illam. q. non tradunt Doct. hic,
sed eam in terminis tradunt Io. Fab. & Ioā. de Pla. in d. §. actio-
num. & ibi ponunt meram veritatem procedentem ex vera
notitia legum. nam distinguunt, & bene, ꝙ aut conuentio fuit
taliter facta, quòd periculum casus fortuiti spectat ad ipsum
Bidellum, & sic ad ipsum recipientem, vt in primo casu Bart.
& isto casu quemadmodum periculum est suum, ita etiā id,
quod pluris vendit, per dictam regulam: nam eius debet esse
commodum, cuius est incommodum. Si verò secundo casu
tantum do tibi rem vendendam pro decem, si plus vendis, te-
neris mihi restituere, quia illud lucrū est sine periculo, & ista
est ratio, quare vsura est prohibita, quia est sine periculo, ideo
in nautico fœnore, vbi est periculum, vsura est permissa, ad il-
lud, quod supra dixi, quando quis dat rem vendendam pro de
cem, quod si pluris vendit, tenetur illud plus restituere. allega.
tex. in l. qui proprio. §. procu. vt in cæteris. ff. de procu. Intellige
tamen quando Bidello soluitur pro sua mercede. Adde ꝑ ista
decisione bonum tex. in l. si is qui. §. si quem quæstum. ff. cōm.
& puto, quòd ex illo tex. & nunc cogitaui legendo, quòd pos-
sit colligi ratio illius pulcherrimi text. in l. apud Labeonem. in
prin. ff. de præscrip. verb. tamen ibi illud lucrum brauij non fa-
ciebat principaliter propter equū, sed ex labore corporis, me-
diante tamen equo. Videas tn̄ illum tex. & ex his, quæ dicit gl.
multum no. in d. §. si quem quæstum. in glo. fi. in verbo eius. &
ibi Bar. ego limito sing. istam decisionem Io. Fab. & Io. de Pla.
vt procedat, qn̄ periculum casus fortuiti spectat ad Bidellū, vel
ad recipientem ex natura ɔ̄ctus, vel conuentione partiū, isto
casu si recipiens vendat rem pluri pretio, tunc illud plus perti
net ad eum, quia periculum spectat ad eum ex conuentione
partium, vel ex natura ɔ̄ctus, tunc illud plus esset suum. Sed si
teneretur de casu fortuito, & culpa sua, non esset suum illud
plus, quia culpa præcedens facit teneri quem de casu. ita pul-
4 chrè habetur per gl. & Bar. ibi. † Quid aūt sit in mandato, puta
mando tibi, vt emas pro decem, vel mando vni, vt emat mihi
talem rem, tu emis pro quinque, an illud plus erit tuum? Ioan.
Fab. de quo vehementer admiror, Insti. de act. in §. actionū. du-
bitat. Non est opus dubitare, quia est tex. in §. is qui exequitur
Insti. mand. & dicit, quòd non spectat illud plus ad mandata-
rium, quia si mando tibi, vt emas pro decem, multo fortius
mandare videor, qđ emas pro quinque, quia qui mandat, qđ
5 plus est, multò magis mandat qđ est minus. † Quid autem sit
qn̄ locatur equus scholari æstimatus, an illa æstimatio facia
transire periculum in illum scholarem? Et sine dubio facit, ꝗ
scholaris teneatur nedum de casu fortuito, sed quòd etiam tē
neatur de culpa etiam leuissima, ita in specie determinat Bart.
in l. si vt certo. §. nunc videndum. ad fi. per glos. ibi. ff. commod.
6 †Quid autem si quis daret campsori, vel nummulario cētum
ducatos, hoc pacto, quod sibi reddat sub eadem æstimatione,
quid sibi velint illa verba sub eadem æstimatione, ponit Bart.
in l. in his. §. mancipia. per illum tex. ff. sol. mat. & ibi concludit,
7 quòd importat periculum detrimenti valoris auri. ¶†Vltimo
in materia huius tit. no. duos casus singula. Primus est, quòd li-
cèt nemo inuitus cogatur vendere rem suam. l. nec emere. C.
de iure delib. Fallit sing. quando quis exposuisset rem suam ad
vendendum, & si non esset taxatum pretium, cogitur taxari, &
imponi pretium arbitrio boni viri. ita dicit sing. Bar. in l. non. n.
per gl. ibi. ff. rerum amo. Visa est mihi semper mirabilis ista de-
cisio, credo quòd non sit vera, & ɔ̄rium in specie in indiuiduo
tenet Alb. ibi, & ɔ̄rium in terminis tenet Pet. Cyn. & Bal. in l. 1.
C. de rer. permu. Alium casum sing. no. quòd licèt in ɔ̄ctib. in-
nominatis locus sit pœnitentiæ, & possit repeti, quod est datū
præsertim in permutatione, fallit, quando fieret permutatio
cum re, quæ esset exposita venalis, tunc non habent locū præ-
dicta remedia. tex. est vnicus, & sing. in l. 1. C. de rerum permu.
secundum vnam lec. gl. ibi. & Bar. ibi attestatur, quòd illa. l. est
sing. & quòd eam nescit alibi. idem dicit Bart. in l. 1. in fi. ꝟ. titu.
seq. ibi dicam in specie, non extendo me vlterius.

De rerum permutatione. Rubr.

Continua istum titulum, vt dixi super rubrica præcedenti. Sequitur lex prima.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter contractus emptionis, & venditionis ex vna, & permutationis ex alia.*
2 *Ad quid teneatur emptor, & ad quid venditor.*
3 *Quando in contractibus quis soluendo interesse liberetur.*
4 *In contractibus si vnus implet, alius non, ad quid possit agi.*
5 *Ad quæ tenetur vendens.*
6 *An lex, vel statutum in venditione habeat locum in permutatione, & num. 7. 8.*
9 *Quid in testatore.*
10 *Quæ propriè dicatur permutatio.*
11 *Quis contractus sit iste, si do tibi vestem, vt des mihi librum.*
12 *Item centum ducatos.*

LEX PRIMA.

Sicut. In ista. l. tota Iurisconsul, intendit demonstrare, & declarare, & enumerare differentias, quæ sunt inter contractus emptionis, & venditionis ex vna parte, & contractum permutationis ex alia, & nihil aliud facit Iurisconsf. in ista l. & istud facit Iurisconsf. necessario, quia cum nulla erat differentia, vt dicit tex. in l. 1. supra de contrahen. empti. habent inter se magnam conuenientiam, vt dicit glo. in l. 2. C. eo, & dicam infra in vltim. not. dum ponam, an statutum loquens in venditione, habeat locum in permutatione, vel ne. Necessarium

rium ergo eſt pro intellectu literæ intelligere, quæ & quot ſint iſtæ differentiæ, poſtea glo.addit quintam,& ita tranſeunt Bar, *& communiter alij*,& Ang.de Are.in §.actionum.Inſti. de actio. in glo.in verbo ex permutatione.in princ.Mihi autem tex.iſtũ pluries relegenti placuit conſideratio Guid.de Suza. relati per Alber.de Roſ.hic exiſtimantis(& bene ſententia mea) quòd in iſto text.ponantur ſex differentiæ, & ita etiam tenet Paul. de Caſt.nullam de prædictis faciens mentionem. ¶ Cognitis iſtis ſex differentijs litera erit clariſſimè declarata, & iſtud ſufficiet

1 & pro ſummario, & diuiſione.† Prima differentia ponitur in princ.l.& durat vſque ad verſic.multumque.& eſt differentia, quæ ſumitur à denominatione; nam in contractu emptionis, & venditionis eſt triplex variatio nominis; vna circa contractum, alia circa contrahentes, tertia circa res. Prima circa variationem nominis eſt, quia emens appellatur emptor, vẽdens appellatur venditor. Circa contractum ex vna parte appellatur emptio, ab alia venditio. Circa res ab vna parte requiritur pretium, ſcilicet ab emptore, ab alia parte requiritur res, ſeu ſpecies.ſ.à venditore. In permutatione autem nulla eſt variatio in denominatione, nec in contractu, nec in perſonis, nec in rebus. Iſtud eſt, quod vult dicere tex.in princ.& iſta omnia per ordinem ponit tex.in princ.vt patet in litera. Secunda differentia colligitur ex ver.multumque differunt.vſque ad verſ.vnde ſi ea res.iungendo ver.pe.ideo Pedius,& iſta differentia eſt circa præſtationem, ſeu circa implementum contractus, vt vult dicere tex.ibi, *multumque differunt eorum præſtationes*.in illa dictione præſtationes: nam emptor, quia tenetur ad quantitatem in genere, eſt obligatus transferre dominium pecuniæ in ipſum venditorem: venditor autem, quia tenetur ad certam ſpeciẽ ſolam, non eſt obligatus transferre dominium, ſed ſolùm tradere vacuam poſſeſſionem,& ſe obligare; & ſufficit, quòd obliget ſe de euictione,& dato millies, quòd res vendita ſit aliena, tamen donec actualiter euincatur, venditor ad nihil tenetur.ita dicit tex.hic melior,& expreſſior, qui ſit in toto corpore iuris,& miror, ꝙ non ſit in communi allegatione. Quid autem ſit in permutatione, mihi videtur, ꝙ Iuriſconſultus multum obſcurè loquutus ſit, & volui videre Doct. qui apoſtillãt tex.præſertim Alber.& Fulg. hic apoſtillant reliquam partem tex.quæ eſt clara.iſtam omittunt. multum intricatus redditur tex. in verſic ibi, in permutatione verò.vſque ad ver.vnde ſi ea res. Ego dicam quid ſentio: nam cùm Iuriſconſultus velit ponere differentias inter emptionem,& venditionem ex vna parte,& permutationem ex altera,& dixerit, quòd in venditione poteſt res aliena vendi: quia vendens nõ tenetur transferre dominium, ſatis eſt, ꝙ obliget de euictione.Iuriſc.in ead.opi.vult nunc dicere, quod propriè non poteſt contrahi permutatio in re aliena, quia requiritur, quòd transferatur dominium hincinde,& quamuis Iuriſconſ. iſtud non dicat apertè hic, tamen apertè dicit in ver.ideo Pedius.& propterea dixi, quòd ille verſicu.debet iungi cum iſto, quia in iſto verſi.credo, quòd Iuriſconſul.arguat à partibus ſufficienter enumeratis, & velit ſubtiliter probare; quòd in permutatione ex parte vtriuſque debeat transferri dominium, ſi deberet transferri domiuium, ſequitur neceſſariò, quòd in re aliena non cadit permutatio, & argumentum eſt tale. Aut vis intelligere, quòd in permutatione illud, quod permutatur ex parte vtriuſque, cenſeatur loco pretij, & habeo intentum. Nam emptor, quia tenetur ad pretium, tenetur transferre dominium; ſi ergo in permutatione credimus id, quod permutatur ex parte vtriuſque, haberi loco pretij, vterque tenetur transferre dominium, iſtud videtur mihi dicere text. ibi, ſi vtrunque pretium eſt, vtriuſque rem fieri oportet. Si autem vis intelligere, ꝙ ex parte vtriuſq. ſit merx, & tunc tex.capit merx, pro re vendita, vt exponit gloſſ.noſtra, & ſic, quòd vterque teneatur ad rem venditam, dicit tex.quòd iſtud eſt impoſſibile, quia in venditione requiritur, quòd diſcernatur res vendita, & pretium, quo emitur: in permutatione iſtud non poteſt diſcerni, quid eorũ ſit merx, & quid pretium, ergo non poteſt diſcerni merx: nam ſi ita cenſeretur, nullus teneretur transferre dominium. Aut volumus dicere, ꝙ illud, quod permutatur, cenſeatur & res,& pretium, quia impoſſibile eſt, quòd vna eademque res diuerſo iure cenſeatur, & ſic ratio non patitur, quòd vna res vendatur, & ſit pretium; iſtud videtur mihi, quòd fuerit argum.Iuriſconſ. Quid ſequatur ex iſto argumento non video, quid aliud voluerit dicere tex.niſi ꝙ illud, quod permutatur ex parte vtriuſque, habeatur loco pretij, [illegible] ſic vt in pretio venit translatio dominij ex parte emptoris, v[illegible]ictum eſt, ita in permutatione debet venire trãſlatio domin[illegible] ex hoc ſequitur, quòd ſi res, quàm permutaui, euincatur, co[illegible]etit actio in factum, ideo puto, quòd in text. ibi, ſed cùm de[illegible]at & res,& pretium eſſe, oportet te ſubaudire, ſ.in venditione & dum poſtea ſequitur, non poteſt inueniri, ſubaudi in permutatione quid eorum merx, & quid pretiũ ſit. Iſta ratio Iuriſconſulti ſic declarata redditur apud me valde dubia. nam ſi capiamus iſta verba, & loquamur in permutatione largè, quando permutatur quantitas pro genere, vel genus pro quantitate, quòd id, quod permutatur ex vtraque parte, habetur loco pretij,& conſequenter veniat in translatione dominij, credo quod ſit verum. Sed ſi capiamus permutationem propriè, quando ſpecies cum ſpecie permutatur, vt declarat glo.magna in verbo nomen, in fi. tunc non video, quomodo ex vtraque parte teneatur transferre dominium, quia longa eſt differentia, quia emptor ideo tenetur transferre dominium, quia tenetur ad quantitatem in genere, iſtud non haberet locum in permutatione, vt declarat Bart. in l. ex empto. in prin.ff.de act.emp. Cõſidera, quomodo tex.debeat ſtare. Tertia differentia ponitur in verſ.vnde ſi ea res,& eſt differẽtia circa actionem: nam in permutatione, ſi res euincatur, competit actio in factum, vel præſcriptis verb.in emptione, & venditione competit act.ex empto. Quarta differentia ponitur in verſi. item emptio. & eſt clara: nam in emptione & vendi. obliga. efficax contrahitur ſolo conſenſu, in permutatione non niſi ſequuta traditione. Quinta differẽtia colligitur ex verbis ibi, quæ nomen ſuum habent. quia emptio, & venditio, quia habẽt nomen ſuum ſpeciale, eſt contractus nominatus, permutatio aũt quia ſtat in nomine generis, dr̃ cõtractus innominatus. Sexta, & vltima dr̃ia ponitur in verſ.fin.quia in permutatione ſi vnus impleat,& alius nolit implere, non ſolùm poteſt agi actione præſcriptis verbis ad intereſſe, ſed etiam per condictionem ob cauſam poteſt repeti illud, quod eſt datum, vt dicit verſ. fi.iuncta ſubauditione gl.quæ neceſſaria eſt: in emptione autem, & venditione, ſi ego impleo, puta trado rem venditã, & emptor nolit dare pretium, ego non poſſum repetere illud, quòd dedi, & ſic reſoluere contractum, ſed debeo agere, vt cõtractus impleatur.l.inciuile.C.de rei vendi.& dixi in l.fi.ꝟ.de cõdi. ob cau. Septimam,& vltimam differentiam vltra tex.addit gl.fi.vbi dicetur. Iſtis ſic præmiſſis diuiſio patet ex prædictis, licèt Alber. & Fulg.diuidant tex.in quatuor partes tenentes, quod in text.ponantur ſolùm quatuor differentiæ, vt dicit gl.fi.Iac.But.& Bar. diuidunt in duas principales, tenendo idem in effectu. In prima oſtenditur, ꝙ permutatio eſt ꝯctus nominatus, non innominatus. In ſecunda, quæ eſt ibi. vnde ſi ea. ponuntur quatuor differentiæ, quæ illatiuè ſequuntur ex ſequentibus. placet mihi magis illud, quod ſupra dixi.hoc dicit. Permutatio nõ eſt emptio,& venditio, quia non eſt diuerſa nominatio in ꝯctu, vel in perſonis ꝯhentium, vel in rebus, prout in emptione, & venditione, ſed eſt ꝯ̃ctus innominatus producens actionem præſcrip.verbis,& ſolo conſenſu non ꝯ̃hitur in permutatione obligatio, niſi rei interuentu veſtiatur. Et ſi datur res aliena non veſtitur,& in ea locus eſt condictioni ob cauſam, hoc dicit, & ꝑmutans tenetur ad ea, quæ tenetur vendens.hoc dicit.l.2.& per

2 conſequens totus titulus.¶† No.in ver. multumque differunt. tex.meliorem de corpore iuris.& nota ſm̃ Pau.de Caſt.hic declarantem melius quàm alibi, ad quid teneatur emptor, & ad quid teneatur venditor, vt habetis in litera,& in l.ex empto.in prin.ꝟ.de act.emp.intellige,& limita, vt ibi per Bar.& eundem Bar.in l.2.in prin.vbi latè dixi.ꝟ.ſi cer.pet.¶ Secundò no.ex text. ibi, nec ratio patitur.tex.expreſſum, quòd vna, & eadẽ res non poteſt diuerſo iure cenſeri.concor.l.eum, qui ædes.ff de vſuca. c.cùm in tua.de deci: in cle.1.de elec.& 12.q.2.c.cognouimus. Limita tamen iſtam regulam ſm̃ quod no.limitat Bal.in l.1.in 2.col.in 3.opp.C.de ſer.fugi.quod verum eſt, quòd vna res nõ poteſt diuerſo iure cenſeri, quod verum eſt in corporali conſideratione, ſed in intellectuali cõſideratione bene ꝑꝑ varias rationes poteſt diuerſo iure cenſeri.patet vltra cum in filiofami. habente caſtrenſia bona, qui cẽſetur in poteſtate,& non in poteſtate,& ſic diuerſo iure.l.2.ad Maced. ſimiliter dicit Abba.in d.c.cum in tua.circa fi.in duobus locis.de deci. quod ex diuer-

3 ſis rationibus poteſt eadem res diuerſo iure cenſeri. ¶ †Tertiò no.ex ver.ibi, non in hoc agimus, quod intereſt.iuncta glo.quæ ſubaudit,& bene.ſ.tantum, quòd licet in contractibus nominatis in obligationibus dandi quis teneatur præcisè dare, & non ſuccedat obligatio ad intereſſe.l.vbi autem.§.fi. ff.de verb.obli. tamen in contractibus innominatis etiam ſi promiſit dare, ſi non det, non poteſt cogi præcisè ad dandum, ſed ad intereſſe. tamen quia text.noſter dicit tradere, habetis de hoc meliorem tex.in l.naturalis.§.1.in verbo, *ſed vt damneris quãtum intereſt mea.* ꝟ.de præſcrip.verb.de quo puncto quomodo procedat,& quę ſit ratio differentiæ inter contractus nominatos,& innominatos, in hoc vide plenè Barto.in l. ſtipulationes non diuiduntur. (credo in 11.oppo.& ſeq.) ff.de verborum obligat. & in l. vni-

4 ca. C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.¶† Quartò not. in fi. iſtius.l.quòd in permutatione, ſicut in alijs contractibus innominatis,

minatis, si vnus impleat, alius non, ille qui impleuit per conditionem ob causam repetere potest illud, quòd dedit, & resoluere contractum, nõ autem tenetur stare contractui, & agere contra alium, vt impleat, sicut fit in contractibus nominatis. l. inciuile. C. de rei vend. dixi plenè in l. fi. supra de condi. ob causam. Istud notabile fallit secundum Barto. hic circa fin. quando permutaretur res cum alia re exposita venali, tunc non habet locum condictio ob causam. & dicit Bar. de hoc esse text. sing. secundum vnam lectu. gl. in l. 1. C. de rer. permu. & ibi Bar. etiam dicit, quòd illa lex est sing. & ꝙ eam nescit alibi. ita etiam dicit Bal. in l. 2. C. de condi. ob cau. Ang. in l. sciendum. §. deinde aiunt. ff. de ædil. edic. & ratio illius. l. est, quia qñ quis exposuit rem ad vendendum, apparet, quòd eius animus fuit facere cõtractum emptionis, & vẽditionis, & dato quòd deueniatur ad permutationem, considerato animo lex iudicat perinde, ac si esset emptio. Secundò fallit in contractu transactionis, qui licèt sit innominatus, vt vidistis in l. 2. ꝭ. de iureiur. tamen non habet locum pœnitentia, nec condictio ob causam. l. si pro fun-
5 do. C. de transac. dixi in illa. l. fi. supra de condi. ob cau. ¶† Vltimò no. ex. l. 2. quòd permutans seruum, tenetur ad illa omnia, ad quæ tenetur vendens: & quæ sint illa, ad quæ tenetur vendens, habes tex. in l. ex empto. §. fin. ff. de actio. empti. & ex hoc habes correlariè notare, quòd contractus innominati regulantur secundum naturam contractuum nominatorum, quibus assimilantur, vt hic, & l. 1. §. si quis seruum. ff. depositi. & facit iste tex. multum bene, ꝙ in permutatione si permutatur res vitiosa, an habeat locum redhibitoria, & quanto minoris, sicut in emptione & venditione, iste tex. facit, quòd sic, sed non eundo per mendicata suffragia, habes meliorem tex. de hoc in l. sciendum. §. deinde. vers. sed si quis permutauerit. ff. de ædil. edic. &
6 iam vidi sæpè in facto. † An etiam lex loquens, vel statutum in emptione, & venditione habeat locum in permutatione, ista lex facit, quòd non, quia dicit, quòd permutatio est vicina emptioni, non tamen est emptio. magis facit lex prima. supra eo. vbi ponuntur sex differentiæ. ad idem facit tex. valde no. in l. fi. C. de prædi. cur. lib. 10. iuncta glo. vbi est tex. quòd curiales Regum, vel Principum si habuerunt rem à Principe, vel Rege dono, ꝙ possunt vendere illam rem, sed non possunt permutare, & huius rationem ponit Ang. in l. cum hi §. si cui. ff. de transac. ad idem facit tex. no. in c. 1. iunctis ibi no. per Doc. maximè per D. Abb. de his, quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. vbi isti contractus mediante alternatiua ponuntur tanquam
7 omnino diuersi, & separati. † Ad idem facit tex. quem Ang. ibi dicit esse mirabilem in d. l. sciendum. §. deinde. in ver. sed si quis permutauerit. ff. de ædil. edi. Breuiter concludendo Pau. de Ca. hic in 3. colum. determinat, quòd in statutis, & in his, quæ sunt stricti iuris, & contra ius commune statutum loquens in venditione, non comprehendat permutationẽ, & licèt ipse non dicat, istud idem ante eum tenet Bal. in l. 1, C. eod. & in l. iurisgentium. in prin. in lect. antiqua. ff. de pac. in l. fi. ff. de condi. ob cau. de quo puncto vide ẽt Specu. & Io. Andr. in titu. de emptio. & vendi. §. nunc dicendum. la secunda, in ver. sed pone statutum, Bal. in l. voluntas. C. de fideicom. & in c. 1. de controu. inter dominum & emptorem. & in cap. 1. in fi. de alien. feu. Do. Ant. de But. in c. constitutus. de in integ. restit. D. Abba. Panorm. in cap. nulli. de rebus eccle. non alie. vide etiam ad propositum illud, quod decidit Bar. in l. sicut. §. sed & si promiserit. per illum text. ff. quib. mod. pig. vel hyp. sol. vbi per illum text. decidit pulchrã quæstionem. Pone, Episcopus dedit licẽtiam monasterio alienandi quendam fundum pro satisfaciendo debitis: monasterium virtute istius licentiæ permutauit istum fundum cũ alio, nunquid potuerit? dicit Bar. per illum tex. quòd non, quia causa, propter quam fuit concessa dicta licentia, cessat: quia fuit concessa pro satisfaciendo debitis, saluo nisi fuisset difficile vẽdere, nisi permutaretur, & dicit Bar. istud esse notandum, & qđ
8 vidit de facto sæpè. † Ad prædicta etiam adde tex. in l. statuliber à cæteris. vers. quintus. vbi videtur tex. quòd appellatione venditionis veniat permutatio. dixi de illo tex. in l. fin. ꝭ. de condit,
9 ob cau. † Nunquid autem prohibitus vendere, puta à testatore, vel à statuto, possit permutare, habes gl. in l. cum hi. §. si cui, & ibi vide no. Ang. & Bal. ff. de transa. & quid in emphyteuta, qui non potest rem emphyteuticam vendere sine cõsensu domini, an possit eam permutare? dixi in l. 2. C. de iure emphyteu. ¶ Glo. in ver. nomen suum habent. quia aliæ præcedentes sunt claræ, diuiditur in tres. In prima declarat tex. & respondet quæstioni se remittendo. In secunda oppo. contra tex. & soluit. In tertia format quæstio. Secunda ibi, item caue tibi. Tertia ibi, item quid differt. ¶ In eadem glo. ibi, sed quare. dic vt per glos. & Docto. in rubr. C. de rerum permuta. dixi plenè in l. fina. supra de condi. ob cau. ¶ In eadem glo. 1. ibi, quia non versus galeriam. trussa est. sed responde, quod tex. non dicit illo modo, prout glo. nam non dicit text. quòd contractus nominati solo consensu producunt actionem, quia non diceret generaliter verum, & sic text. non loquitur affirmatiuè, vt præsupponit glo. sed benè negatiuè, nullus contractus producit actionem solo consensu, nisi sit nominatus, isto modo bene procedit, & est verissimum, quia non sequitur per hoc, ergo omnis contractus nominatus, qui solo cõsensu perficitur, producit actionem. ¶ In fin. glo. veritas est, quam dicit glo. hic, & in l. 1. §. fina.
10 C. eod. † quòd permutatio propriè, & in specie dicitur esse illa, quando species certa, puta, vnus liber, vnus equus permutatur cum alia specie certa. Si verò genus cum genere, vel aliqua quantitas cum quantitate, est contractus innominatus, sed non permutatio. ita declaraui in l. 2. in princ. vbi Bart. & alij ponunt, supra si cert. peta. & ibi assignaui rationem diuersitatis ponderando dictionem, per, quæ denotat perfectionem. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. sign. ad hoc ergo, vt sit perfecta permutatio, requiritur, quòd sit species certa cum alia specie, aliàs est contractus generalis innominatus, & vtilitas est magna, quia quando est propriè permutatio, actio præscrip. verb. quæ oritur ex permutatione, est bonæ fidei, & in ea habent locum omnia, quæ habent locum in actione bonæ fidei. §. actionum. Inst. de actionib. facit. l. 2. & ibi Bart. & Doct. C. eo. & Bar. hic in fin. vnde dicit not. Bald. in l. 1. in vlti. col. C. eod. vers. quæro si permutatur nuda possessio. Pone, conuentum est inter nos, quòd ista possessio permutetur cum illa, an erit permutatio? & dicit, quòd non, ideo præscr. verb. quæ ex eo oritur, erit stricti iuris, non bonæ fidei. Alibi etiam dicit Bald. in cap. 1. §. 1. de contro. inuesti. quòd cambium dicitur esse generis ad genus, permutatio propriè est de specie certa ad aliam certam speciem. vterque tamen est contractus innominatus. Et iuxta hoc vltimum opportunè quęrit Iac. Butr. pone, vado ad nummularium, seu campsorem, ostendo sibi 10. ducatos auri; peto quantum velit mihi dare de moneta, conuenit mihi dare 45. libras, qui contractus est iste? nam emptio esse non potest, quia in esse non est merx, & precium, vt requirit iste text. sed ab vtraque parte est quantitas. potius ergo erit permutatio, etiam dato, quòd dicerem, volo tibi vendere istos 10. ducatos, quia attendimus potius vim, & effectum quàm vocabulum. l. si vno. in princ. ff. loca. l. si insulam. ꝭ. de præscrip. verb. tamen determinat Iacob. Butr. quod ista dicitur emptio, quia illi 10. ducati traduntur tanquam species, sicut in simili in l. planè. & in l. talis scriptura. ff. de lega. 1. & ita etiam tenet Alber. hic. Mihi videtur tutius, prout etiam tenet Ful. hic, quòd dicatur cõtractus innominatus, quia regula est, quòd vbi dubitatur de ɔtractu, quòd in dubio censetur cõtractus innominatus. l. 1. ꝭ. titu. 1. & l. 1. ꝭ. de præscrip. verb. ¶ Glo. in vers. Pedius, quæ disputat, an sit verum id, quod Pedius disputat super hoc text. an sit verum, quòd super re aliena possit fieri permutatio. Et primò pro sententia Pedij assignat rationem, & allegat iura. In secunda, quæ est ibi, & hoc quidam dicunt. glo. ponit primam opi. quorundam approbantium indistinctè sententiam Pedij. In tertia, quæ est ibi, sed tu dic. refert secundam opinio. Irnerij reprehendentis. Pedium tanquam nimis generaliter locutus sit. In quarta, quæ est ibi, vel dic Pedium, glo. ponit tertiam opin. quorundam distinguentium, & ista vltima est vera, & mihi placet, quòd si aliquis permutet rem alienam, per hoc non videtur impleuisse contractum ex persona sua, ita vt possit agere contra aduersarium, & eum cogere, ècontra autem sic. Bar. tamen hic. cum quo simpliciter tenet Ful. dicit consideranda esse verba, quibus celebrata est permutatio. Aut. n. conuentum est ex vtraque parte, quòd detur, & sic dominium transferatur, & clarum est, quòd tunc super re aliena non potest contrahi permutatio, quia dari non potest, prout conuentum est, vt hic. & l. fin. ꝭ. de condi. ob causam. secus est si permutatio concepta erat verbis ambiguis, & quæ conueniunt ita translationi dominij, sicut non translationi, vt est verbũ recipere, & tunc procedit opi. reprehendentium, vt hic, & habes glo. in l. 1. & ibi ponit Cyn. in 2. quæst. C. eod. ¶ Glo. in vers. conditioni. diuiditur in tres. In prima declarat text. In secunda addit quintam differentiam ad text. In tertia quærit, & se remittit. ¶ Secunda ibi, item quintam. Tertia ibi, item in quib. conueniunt. ¶ In ea. glo. ibi, quia in venditione non transit dominium. habes ex gl. notabilem differentiam si esset vera inter emptionẽ, & permutationem, quia in emptione, & venditione quamuis res vendita tradatur per dominum, tamen non transfertur dominiũ nisi soluto pretio, vel habita fide de pretio. in permutatione est secus. Idem tenuit glo. in l. 2. C. eod. & visa est inclinare, licèt non firmet, in l. cum precibus. C. eo. contrarium, & melius tenuit glo. in l. cum proponas. in verbo remanere, & ibi Bart. ad fin. C. de dolo, & in l. si seruos. §. locaui. & ibi Bartol. latè. ff. de furt. vbi ad hoc Bartol. benè inducit text. in l. ... ff. de pign. act. &

idem

idem tenet Bar.in d.l.2.C.eo.& idem tenet Fulg.& Pau.de Caſ.
hic.*Et iſta eſt communis, & vera ſententia*, quamuis contrarium te
nuerit Bal. in d.l.cum proponas.C.de dolo. de quo etiam vide
11 Barto.& Salic.in l.traditionibus.C.de pact.¶†Extra glo. quæ-
rit vltimo Barto.pone,conuentum eſt inter nos, quòd pro illa
veſte ego dem tibi aliam ſpeciem,puta librum; & item centũ
ducatos,quis contractus ſit iſte,& cum eo omnes tenent,& di
cit Barto. inſpiciendum eſſe quid principaliter agitur. ſi enim
principaliter permutatur res cum re, poſtea in conſequẽtiam
datur aliqua pecunia,erit permutatio,ſi principalior eſt pecu-
nia quàm res,tunc eſt emptio,& venditio.l. tenetur. §. 1. ff. de
actio. empti.l.fundi partem. vbi melior text. ff. de contrahen.
emptio.& bo.tex.in c.ad permutationes. vbi Cano. de rer.per-
muta.Bar.in l.Ariſto.in prin.vbi tex.principalis, & ibi Ioan. de
Imo.& alij.ff.de don.Ang.in l.quæritur.ff.de ſtatu homi.Bal.in
l.1.C.eod.idem etiam Barto.in l.ſi in emptione. in princip. per
illum tex.ff.de contrahen.empti.Et attende diligenter ad illud,
quod dicit Bar.hic,& alibi ſcriptum non inuenio.dicit hic Bar
to.quòd in caſu dubio ſi non appareret,an eſſet maius pretiũ,
quàm res,quòd in dubio diceretur cõtractus innominatus, &
puto quòd bene dicat,per l.1.ſ.titu.1.& l.1.j.titu.1.& etiam cũ
eo tenet ſimpliciter Fulg.ita tenet Imo.in d.l.Ariſto. in prin. &
per hoc puto,ꝙ reddatur falſum illud, quod ſing. tenet Bald.
in præludijs feudorum.in 7.colum.vbi dicit Bald. Quando ab
vna parte venit res,& pretium,ex alia parte res tantum, atten-
ditur illud,qđ eſt plus,ſed in dubio præſumitur venditio, non
permutatio,quia venditio eſt contractus magis fauorabilis,eſt
tamen falſum,quia in dubio præſumitur contractus innomi-
natus,vt eſt tex.in l.pen.j.de præſcri.verb.

SVMMARIVM.

1 *Quare appellatur actio præſcriptis verbis.*
2 *Ex pacto incontinenti appoſito iuxta contractum oritur actio præſcrip. verb.*
3 *Actio in factum eſt magis generalis quàm præſcrip.verb.*

De præſcriptis verbis, & in factum actione, Rubr.

¶Iſta Rub.habet duas partes,prout de duabus actionibus pol
licetur ſe tractaturam, verùm quia de natura copulæ,&,eſt vt
ponatur inter diuerſa,vt eſt glo.in rubr.ff.de iur.& fac.igno.gl.
in capitu. querelam. de ſimo. apparet ergo, quòd diuerſa ſit
actio præſcrip.verb.ab actione in factum, ideo quæ differentia
ſit,declaratur in glo.Rub.quam capio.¶Glo.rubr. diuiditur in
tres partes principales.In prima declarat, quare dicatur actio
præſcriptis verbis,& quibus caſibus competat. In ſecũda,quæ
eſt ibi,item actio in factum. gl. declarat ad quid cõpetat actio
in factum, & tacitè demonſtrat, in quo differat actio in factũ
ab actione præſcrip.verbis.In tertia,& vltima,quæ eſt ibi, cùm
incertum eſt aliquam dari, ponit expreſsè aliam differentiam
inter has actiones.In eadem gloſſ. ibi, quia certa,& præſcripta
verba erant.credo,quòd glo.velit dicere, quòd illa ſolennitas,
& formula limitata verborum,quæ olim ſeruabatur, adeo vt
qui cadebat à ſyllaba,cadebat à cauſa.l.2.§.omnium. allega. in
glo.licèt ſit ſublata in alijs actionibus, quæ nomen habent ſpe-
ciale, tamen in iſta actione non eſt ſublata, imò appellatur
actio præſcrip.verb.quia debet proponi per verba certa certa
præſcripta,& limitata.credo, quòd iſtud voluerit dicere gloſſ.
ſed eſt falſum,quia nullibi reperitur,nec poteſt reperiri, quòd
aliqua certa formula verborum magis ſit limitata in iſta actio
ne,quàm in alijs.veritas eſt ergo ſecundum Bartol. & Doctor.
1 †quòd ideo appellatur actio præſcrip.verb. eo quia ad hoc, vt
iſta actio poſſit competere, requiritur, quòd negotium ſit ge-
ſtum interuenientibus verbis, quando non reſultat alius con-
tractus nominatus. medium concludendi in hac actione eſt,
peto aduerſarium condemnari ſecundum verba præſcripta. ſ.
ſuperius ſcripta,quæ inter nos conuenerunt,ideo à medio cõ-
cludendi appellatur actio præſcrip. verb. ſicut aliæ actiones à
medio concludendi denominãtur:nam actio ex empto à me-
dio concludendi,quia emi; actio ex vendito à medio conclu-
dendi,quia vendidi,vt inquit Barto. in l. certi condictio. & ibi
dixi.ſupra ſi cert.pet.l.non debet.in fi.ff.de dolo.cap. literæ. vbi
Cano.de dilatio.meritò etiam iſta actio præſcrip. verb. aſſum-
pſit nomen à medio concludendi, cùm aliud medium con-
cludendi non habeat,& pro hoc quod medium concludendi
ſit illud in actione præſcrip.verb.allego tex. in l. cùm mota. &
& ibi no.Fulg. [illegible] 3.nota.C. de tranſa. quem allegat etiam Fulg.
in 4.col.C.de [illegible] permu.¶In ead.gl.ibi,primò in pactis incon-
tinenti appoſitis [illegible]ud idem voluerunt vbique gl. *& communiter*
2 *Citramon.* †quòd ex pactis appoſitis incontinenti iuxta contra-
ctum oriatur immediatè iſta actio præſcrip.verb. contrarium
tenent Vltramonta.prout refertur per Cy.& alios in l.ex placi-
to.C.de rerum permu.non tango hic, ſoleo ponere vbi plenè
tangitur,in l.in bonæ fidei.vbi tex.principalis de hoc.C.de pac.
& in l.iuriſgentium.§.quinimo.ff.de pac.remitto me ad ibi di-
cta.Item dum iſta glo.dicit,quod actio præſcrip.verb.compe-
tit in tribus generibus negotiorum,idem repetit gloſ.in l. quo-
ties.infra eodem,& in l.in factum.ff.de actio.& obligatio. & in
§.fina.Inſtitu.de interdi.Adde vltra glo.& Docto. quòd actio.
præſcrip.verb. oritur etiam ex ſententia diuiſionis. l. ſi familiæ.
la prima.C.famil.erciſ.in fi.quod eſt mirum ſecundum Bal.ibi.
in 2.not.qui aſſignat rationem. nam iudex qui facit diuiſionẽ,
videtur permutare inter partes,ſicut ſi ipſæ partes diuiderent:
nimirum ſi ibi competit actio præſcrip.verb.tanquam ex con
tractu innominato permutationis inter eos reſultante. ¶Sum
nunc in ſecunda parte glo.ibi,item actio in factum.quæ decla
rat,quibus caſibus locum habeat actio in factum, & dicit, ꝙ
in tribus generibus negotiorum,vt in gl.clarè habes. ſed atten-
de ſubtilius,quòd iſta glo.tacitè ponit differentias, quæ ſunt in
ter actionem præſcr.verb.& actionem in factũ.nam vult dice-
3 re gl.& bene,†ꝙ actio in factum eſt magis gñalis, q̃ ſit actio p̃-
ſcri.verb. quia vbicunq; competit actio præſcr. verb.ibi ẽt cõ-
petit actio in factum,& tunc appellatur actio in factum ciui-
lis.Iſtud eſt,ꝙ expreſsè pluries repetit tex.in l.1.j.eo.in verbo ci
uilem actionem in factum,& in verbo in factũ ciuilis. & text.
in l.1.ſ.de æſtimato,actione. ad differentiam actionis in factũ
prætoriæ:nam pro omnibus edictis prætoris,ſeu interdictis cõ
petit actio in factum ciuilis ab actione in factũ prætoria. mul-
tiplex enim reperitur, vt declarat gl.in l.quoties.j. eo. & in l. in
factum.ff.de act.& oblig.& in §.fi.Inſti.de interdi.Bar.in l.vnic.
in pe.col.ff.de condi.ex leg. Aliam differentiam ponit gl.in fin.
nam vbi dubitatur,nunquid alia actio poſſit cõpetere, ibi cõ-
petit actio præſcri.ver.l.1.j.ea.l.& l.vnica.ſ.de æſtima.actio.ſed
qñ certum eſt,ꝙ nulla alia actio põt competere, ibi competit
actio in factum ſubſidiaria.¶Vltra gl.adde ſm Bar. aliam fun-
damentalem dñiam,quæ ſumitur in ſignificatione vtriuſq; vo-
cabuli,& tu iuuenis tene iſta menti. nam vbi geſtum eſt aliqđ
negotium inter partes, & non eſt aliquis ꝯctus in ſpecie, ſi in-
teruenerunt verba,tunc ſi æquum eſt actionem dari, compe-
tit actio præſcri.ver.propter verba præcedentia, & appellatur
actio præſcrip.verb.quia in ea concluditur per iſtud medium,
peto eum condemnari ſm verba ante ſcripta. Si autem nulla
interuenerunt,& eſt aliquod factum,propter quod ęquum eſt
actionem dari,non poteſt competere act.præſcri.ver.quia nul
la verba interceſſerunt,iſto caſu competit actio in factũ, text.
habes meliorem de iure,declarantem in l.qui ſeruandarum.§.
fi.j.eo.Tamen,vt dicunt Doc.hic, vbicunque competit actio
præſcri.verb.ibi ſemper põt competere actio in factum ciui-
lis,ſed non è contra,quia poſſet eſſe factum ſine verbis, in quo
competeret actio in factum,& non actio pręſcr.verb.vt in exẽ
plo proximè relato, & iſta actio in factum, quare appellat̃ in
factum,habes ꝙ eodem modo ſicut actio præſcrip.verb.à me-
dio concludendi, ego peto aduerſariũ condemnari ſm factũ
ſuperius narratum. Ex iſtis habes tu iuuenis quare appelletur
actio præſcri.verb.& quare appelletur actio in factum, & iſtã
differentiam etiam ponit Bar.in l.vni.in vlt.col.ff.de ꝯdi.ex leg.
Bal.in l.ex placito.in 2.& 3.q.C.de rer.permu,D.Abb.in c.ſępe.
in 5.col.de reſti.ſpol.gl.in l.quoties.j.eodẽ. Secundò habes tres
differentias inter vnum,& reliquum. Tertiò habes quid diffe-
rat actio in factum ciuilis ab actione in factum prætoria.in re-
liquis quantum ad iſtam actionem in factum recurre ad Bar.
in d.l.vnica.in pen.col.ff.de condi.ex leg.& vide gl.in §.fi. Inſtit.
de interdic.& in l.quoties.vbi plenè per Alber.j.eo.tit.gl. in l.in
factum.ff.de actio.& obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Si trado alicui rem, vt exploret quanti vendi poteſt, non eſt depoſitum.*

LEX PRIMA.

NOnnunquam. Iſta lex cum trib. ſequen.
hoc dicit in effectu. Vbicunque de forma
contractus,vel de nomine dubitatur, habet
locum actio præſcript. verb. vel actio in fa-
ctum ciuilis.hoc dicit iſte text. quem reputo
multum difficilem.infra dicam.¶In text.ibi,
ſi ſit incertum, vtrum nauem conduxerit, an merces vehendas locauerit.
opp.Bar.quòd iſta incertitudo ſubeſſe non poſſit, quia clarum
eſt

est in iure, quòd ille, qui dat pecuniam, dicitur esse conductor: ille autē, qui res dat pro illa pecunia, vel locat operam suam, dicitur locator. l. 1. §. si quis seruū. ff. depos. iste ergo qui dabat pecuniam pro mercede vehenda, vel operam suam præstabat, videtur esse ꝯductor, alius magister nauis dicitur locator. d. §. si quis seruum. ergo istud dubium subesse non potest. Respondet mirabiliter Bar. quòd in isto text. erat incertum, an iste magister nauis locasset nauem, & sic rem, an operam suam, an vtrunque, ideo propter istam incertidudinē facti recurritur ad actionē in factū, vel præscri. verb. ita respondet Bart. Mihi videtur, ꝙ ista solutio Bart. nullo modo possit stare, quia in veritate Bar. non bene considerauit tex. quia tex. non dicit, quòd incertum sit, an magister nauis locasset nauem, an operam, an vtrunq;, sed bene dixit tex. ꝙ erat incertum, vtrum nauē ꝯduxerit, an merces vehendas locauerit, & sic text. vr̄ velle, quòd esset incertū, an esset ꝯductio, an vero locatio, & ſm sol. Bar. non fuisset incertum de hoc, sed fuisset incertum, an res fuisset locata, an opera, & sic verè Bar. non bene considerauit tex. Itē siue locasset rem, siue operam, non poterat esse incertitudo super actione, quia clarum erat, quòd omni casu domino mercium competebat actio ex conducto, & magistro nauis actio ex locato. Paul. de Castr. hic non faciens mentionem de prędictis, aliter & melius intellexit text. & dicit, quòd dominus mercium videtur conduxisse nauem, qn̄ ad instantiā eius principaliter nauis proficiscitur. Quando verò ad instantiam eius principaliter nauis non proficiscitur principaliter, sed omnino debebat proficisci, nō dicitur tunc conduxisse nauē, sed si dat merces, dicitur tunc locasse merces vehendas. Sed qn̄ certum esset, quòd dominus principaliter propter se conduxisset nauem, tunc competit actio ex cōducto. eodem modo qn̄ fuisset certum, quòd nec eius causa principaliter, nec eius nomine nauis proficiscitut, sed magister nauis habebat necesse ire ex alia causa, tunc competit sibi actio ex locato, sed quia erat incertum, an principaliter propter se, an verò omnino ex alia causa nauis esset vehenda, ideo propter istam incertitudinem facti competit actio in factum, & ista est vera mens literę, tn̄ iste intellectus Pau. de Cas. licèt congruat verbis literæ, tn̄ non tollit dubitationem motam per Bar. in qua ego vehementer dubito. nam dato, quòd dominus mercium non conduxerit nauem, sed tradiderit merces vehendas, quomodo possibile est, quòd ipsi domino mercium tradenti merces nautæ, dato ꝙ non conduxerit nauem, quomodo tn̄ est possibile, ꝙ sibi cōpetat actio ex locato: quia ad hoc, vt sit locatio, requiritur pretiū in pecunia numerata, vt in l. 1. §. lo. tunc sic: actio ex locato competit illi, qui dat rem: tunc sicut pretiū dat dn̄s mercium, ergo sibi cōpetit actio ex ꝯducto: quia qui dat pecuniā, dr̄ conductor, & sic siue dn̄s mercium cōduxerit nauem, siue non conduxerit principaliter nauē, sed tradiderit merces vehendas, cùm vtroque casu ipse det pecuniam, ideo non pōt sibi competere actio ex locato, sed tantū ex ꝯducto. & tn̄ tex. vult, ꝙ vno casu competat actio ex locato. Ego non video, quomodo istud possit stare, & multum cogitaui super tex. & non video, ꝙ bene rn̄deri possit. cogitate. ¶† In tex. ibi,
1 item si quis pretij explorandi gratia. habetis, ꝙ si trado alicui rem meam, vt inquirat, & exploret quanti possit eam vēdere, ꝙ non est depositū. & ratio est, q̄a hic nō datur res custodiēda, vt fit in deposito. l. 1. per totū. supra depo. Item non dr̄ commodatum, quia non datur res vtenda ad certū vsum, & certū tp̄s, vt fit in commodato. l. in commodato. § sicut. ſ. cōmo. & ibi pulchrè Bar. Cano. in c. fi. extra depo. & gl. in l. 1. ff. de preca. ideo tex. bene stat, ꝙ nō est depositum, nec commodatum, & quia incertum est, quis ꝯtus innominatus sit, ideo recurritur ad actionē in factū, seu præscr. verb. pace Iuris. dixerim. Ego dico, ꝙ imò est certum, quia dico, ꝙ est mandatum, & melius cogitetis, & Iuris. omittit istum casum, quia mandatum non aliud est, q̄ vt inquiras quanti possit vendi res, quę datur tibi ad vendendū, & ꝯpetit diffinitio mandati, vt dicit text. in fin. Et si diceres. ꝙ mandatum debet esse gratuitum, hic non est gratuitum, quia interuenit merces, ergo &c. dico, quòd istud non est verum, quia est somniare. Cogita etiam super hoc, quia text. hoc non dicit, nisi fortè dicas, quòd text. probet ibi, sed non exhibita fide. Retento tamen, quòd sit contractus innominatus, quæro quis contractus innominatus sit iste, cū ꝯtus innominati sint quatuor, vt statim dicam in l. naturalis. ſ. eod. prima fronte videretur dicendum, quòd esset contractus innominatus facio vt facias, tamen non est verum, vt etiam dicit Paul. de Castr. hic, & bene, quia contractus innominatus facio vt facias, videtur esse, quādo ego facio aliquid tua causa, vt tu aliquid facias causa mea, sed hic ego faciebam totum mea causa, non tua, ideo est contractus innominatus absolutè non respectiuè, vt dicit text. in d. l. naturalis. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Casus, in quibus quis nascitur ex ancilla, & serua; tamen non nascitur seruus sed liber.*
2 *Semel remotus à dignitate vel officio, nunquam amplius admittitur.*
3 *Contractus innominati sunt quatuor.*
4 *An donatio sit contractus innominatus.*
5 *Contractus innominati respectui quomodo fiant*
6 *Appellatione dationis continetur factum.*

LEX V.

NAturalis. Dicit Bart. (sub dubio fortè) istam l. esse faciliorem, & vtiliorem, quàm l. quæ sit in toto. ff. de veteri. & ꝙ est vna qō altius disputata per Pau. Iuriscon. in qua Paulus altius exorditur, vt dicit se solitū facere in qōnib. suis. Raph. Fulg. dicit ēꝯ, ꝙ aut liber suus corruptus est, aut ista lex est difficilis, & ꝙ nescit qūo sit visa Bar. facilis. Pau. de Cast. dicit, ꝙ est summè subtilis, & mihi vtique visa est difficilis. Diuiditur in 7. ſm Bar. & Fulg. In 1. ponitur thema, ex quo elicitur quæstio. In 2. antequam rn̄deatur quæstioni Iurisc. volens plenè attingere, posuit quadrimembrem distinctionem. In 3. prosequitur primum membrum. In 4. ſm. In 5. tertium. In 6. quartum. In 7. & vltima rn̄det postea quæstioni propositæ. Secunda ibi, in hac q. Tertia ibi, & siquidem pecuniam. Quarta ibi, at cùm do. Quinta ibi, ꝙ si faciam. Sexta ibi, sed si facio, vt facias. Septima, & vltima ibi, si ergo hæc sunt. Vel breuius diuide, ſm Paul. de Castr. in quatuor. In 1. facit, ꝙ dictum est, quia ponit thema, & quæstio. In 2. pro pleniori decisione præponitur quadrimembris distinctio. In 3. prosequitur oīa illa quatuor membra. In 4. rn̄det qōni principaliter formatæ. Scd̄a ibi, in hac q. Tertia ibi, & siquidem pecuniam. Quarta ibi, iuxta fin. legis, si ergo hæc sunt. legam ſm ordinē Scribētium istam l. per partes. Istud principaliter vsque ad §. & si quidem, summari non pōt, quia solùm ponit factū, & q. & quadrimembrem distin.
1 nec eget positione casus. ¶† In text. ibi, *naturalis filius meus seruiebat tibi.* Intellige, vt declarat gloss. 1. ꝙ filius meus naturalis erat seruus tuus, quia cum habueram ex vna serua tua, quo casu sequitur partus conditionem matris, non patris. l. partum. C. de rei vend. Sunt tn̄ aliqui casus speciales, in quibus quis nascit ex ancilla & serua, tn̄ non nascit seruus, imò liber text. est in l. cum Syllanianum. C. de his quib. vt indig. alius in l. fi. C. ad Orficianum. in l. cum inter. C. de fidecom. liber. & in l. fi. C. de libe. cau. Eꝯ est vnus casus mirabilis, & singularis, in quo ex patre liberto, & sic libero filij nati nō remanent liberi, nec sequūtur conditionem matris, sed patris. casus est mirabilis in l. 2. C. de liber. & cor. liberis. est verum, ꝙ glo. & Bar. ibi violant illum text. & est text. ibi sing. pone, habebam seruum, cui dedi libertatem, ex ipso nascuntur filij, & ex muliere libera. Pone, ꝙ iste seruus ꝯmittat cām ingratitudinis, pp quam possit reuocari in seruitutem, dicit, qđ nedum ipse efficietur seruus, sed etiam omnes liberi, & glo ibi dicit, quomodo delictum patris debet nocere filijs, dicit Bal. in c. filij nati. in fi. tit. si de feu. fue. contro inter do. & agna. vbi dicit, ꝙ ex quib. causis ingratitudinis potest seruus in seruitutem reuocari, ex eisdemmet causis potest filius à patre legitimatus adhuc in pristinum statum reduci, & haberi pro nō legitimato, & ibi est tex. sing. in d. l. ad aliud, ꝙ si habeo seruum, & manumitto eum, pone, postea iste libertus efficitur ingratus, vt possim reuocare in seruitutem, nunquid si denuo redigatur in seruitutem, an possit denuo manu-
2 mitti? & dicit text. ꝙ non. † Ideo dicit ibi Bald. ad fi. in vlti. not. ꝙ si Doctor semel reprobatur, non potest postea amplius doctorari. & Bald. in l. 2. C. de ven. liber. dicit, quòd notarius se-
a mel remotus [a] ab officio, non potest amplius creari tabellio per Comitem Palatinum, etiā si per principem esset ad famā restitutus, quod not. Ad id, quod dixi, qđ Doctor priuatus doctoratu propter delictum non potest iterato doctorari, adde Bald. in capitul. officij. in fin. de elect. vbi limitat, & in capitul. post translationem. vlt. not. per illum text. de renunc. facit tex.
3 in l. 2. C. de diuer. offic. lib. 12. ¶† Not. ex versic. in hac quæst. & pondera vniuersalitatem totius ob rem dati. quòd contractus innominati sunt 4. & non plures. contra istud dicit Barto. se fortissimè opponere de vno text. Pauli Iurisconsul. sicut est iste in l. senatus. §. 1. ad fin. ff. de don. causa mortis. vbi text. enumerat alios casus, quàm hic, ergo sunt plures contractus quā ponantur in hoc text. Respondet Bartol. & cum eo tenet Ful. & Paul. hic, sed ego clarius loquar. nam text. ibi non dicit, ꝙ reperiantur plures contractus quàm isti quatuor, de quibus [illegible] in hoc

ADDITIO.

a ¶Notarius semel remotus. Adde Bald. in l. nihil. C. manda. [illegible] Rom. in l. si verò. §. de viro. in 38. fallen. ff. solut. matr. Bald. in c. at si cleri [illegible] 4. colum. de iud. Bald. in cap. gratum. de postu. præla.

in hoc text.ſed bene dicit, ꝙ datio ob cām pōt fieri ex multis
cauſis, non ꝙ per hoc ɔ̃ctus innoīati ſint plures, & ita ēt rñdet
Imo. in l. Labeo. §. ſi quis dederit.ff. de do.dic melius, (& iſta
eſt veritas quicqd vnq̃ aliàs dixerim) Si q̄ratur quot ſint ɔ̃ctus
innominati reſpectiui, & dico,ꝙ ſunt quatuor tñ, de quib.in
hac l. nec plures poſſent reperiri, aut cogitari per rerum natu-
ram,ideo Iuriſ.hic perfectè locutus eſt,& iſtud eſt,ꝙ voluit di-
cere Bar. dū dicit, ꝙ iſta lex loquitur de ɔ̃ctib.innoīatis ꝓpriè,
qui ſunt vltro citroq; obligatorij , & ɔ̄nr reſpectiui adinuicē.
Aut q̄ris de ɔ̃ctib.innoīatis, qui non ſunt reſpectiui adinuicē,
& tunc dico,ꝙ ſunt infiniti,quia vbi non eſt nominatus,eſt in-
nominatus.exemplū in l. 1.in fi.j.eo.& ibi dixi.ſm Pau.de Caſt.
ibi eſt ɔ̃ctus innoīatus,ſed non reſpectiuus,eod.modo in l.qui
gratuitam,j.eo.eodē modo in pacto nudo,vt eſt gl. ſing.in l.1.
in prin.in gl.magna.in fi.ff.de act.& obl.q̄ dicit,ꝙ pactū eſt cō-
tractus , eſt ne contractus nominatus? non, ſed eſt contractus
innominatus,ſed non reſpectiuus, & illam glo.ad hoc reputat
ſingularem Bald.in cap. quintauallis,in 2.col.de iureiur.& in l.
4 lecta.in 2.col.ff.ſi cert.pet.† Ideo qñ Doctores q̄runt, an dona-
tio ſimplex inter viuos ſit ɔ̃ctus innoīatus, vt tangitur p gl. &
Doct.& ibi dixi in l.fi.ff.de cond.ob cau.non q̄runt,an ſit ɔ̃ctus
innoīatus reſpectiuus , ſed intelligunt de ɔ̃ctu innoīato nō re-
5 ſpectiuo , q ɔ̃ctus innoīati non reſpectiui ſunt infiniti.† Adde
ēt , ꝙ ɔ̃ctus innoīati reſpectiui nō ſolū pn̄t fieri p vt, & ſic ſub
mō,vt exēplificat tex.ſed ēt ſub ɔditione , ſm gl.& Doct.in l.ſi
intra.ff.de pac.de quo tñ dic,vt dixit in l.ſi qs cū debitore. poſt
gl.& Doct.ibi.ff.de iureiu.Itē ɔ̃ctus innoīati reſpectiui nō ſolū
pn̄t ɔcipi affirmatiuè, vt hic exēplificat tex. ſed negatiuè,vt eſt
tex.in l. 3.in prin.ff.de ɔdi.ob cau. exēplū, ꝓmitto tibi dare de-
cem,vt non facias, &c.Item ɔ̃ctus innoīati reſpectiui non ſo-
lum non pn̄t eſſe ſimplices,vt eſt text.ſed ēt duplices, vel tan-
tum ex parte vnius , vel ex parte vtriuſque, & ſub ſimplicibus
continentur iſti mixti caſus.l.2. in princip.ſ.de verbor.obligat.
6 ¶† Vltimò not.in text.ibi, ob rem dati.iunctis ſequentib. ver-
bis, ꝙ appellatione dationis continetur factum , quia ſub iſto
termino dati,continetur facio vt facias.¶In glo.nihil eſt. Vlti-
mò pro complemento iſtius notabilis principij adde, quòd ſi-
cut eſt reperire contractum nominatum , & contractum in-
nominatū,vt hac.l.& l.iuris gentium.in prin.ff.de pact.ita eſt re
perire diſtractū nominatū, qñ liberatio fit per acceptillationē,
& diſtractum innominatum,qñ fit pacto nudo.l. vbi pactū.C.
de tranſ. & ita declarat not. Bal. in rubr. extra de tranſa.in vlt.
col. ſimiliter eſt reperire delictum nominatum , & innomina-
tum,vt declarat Bar.in l.nūquam plura.in 3.col.ff.de pub. iudi.
& in l.1.in prin.in 2.col.ff.ad Turpil.& in l.1.§. vnde quæritur.
ff.de pub.& in l.ſenatus.ff.de accu.& in l.ſi quis id, quòd.§.1. &
in l.ſi familia.ff.de iuriſd.omn.iud. & quia iſtud vltimum nota-
biliter declaraui in d.l.ſi familia.ibi videas.

S V M M A R I V M.

1 *Si do pecuniam , vt rem accipiam, vel vt des mihi rem,qui contractus erit iſte,& num.5.*
2 *Verbum ſuſcipiat, importat tranſlationem dominij.*
3 *Quid in verbo trado.*
4 *Venditor quid teneatur transferre.*
6 *Quando in contractibus quis teneatur præcisè dare.*
7 *In contractibus innominatis periculum eſt eius, qui debet rem recipere.*

§.Et ſi quidē. H.d.qñ datur pecunia pro re , ſeu
ſpecie recipiēda, dr̄ emptio, & vē-
ditio: ſi verò res pro re, dr̄ ɔ̃ctus innoīatus , ex quo competit
actio præſcr.verb.ad intereſſe, poteſt etiam competere condi-
ctio ob cauſam ad repetendum, ꝙ eſt datum, ſoluto iſto con-
tractu innominato , & periculum rei dandæ ſpectat ad eum,
1 qui debet recipere. h.d. ¶† Not. quod ſi do pecuniam, vt rem
accipiam,iſta dicitur eſſe emp.& vend.ſecus eſſet ſi darem pe-
cuniam,vt tu dares mihi rem per verbum dares, iſta non eſſet
emptio,& vend.ſed eſſet ɔ̃ctus innoīatus.text.eſt in l. fin. C.de
cond.ob cau. de quo tex.opp. Bar.hic, & ratio eſt, quia de na-
tura emp.& vend.non eſt dare, & ſic dominium transferre, &
caſum vidiſtis meliorem de iure in l. 1.circa me.ſ.de rer.perm.
vbi ergo agitur de dando rem, eſt ɔ̃ctus innoīatus.vidiſtis ple-
nè in illa l.fin.ſupra de condict.ob cauſam, vbi iſtud limitatur,
niſi venderetur res in genere. In iſto text. ego dedi pecuniam
vt acciperem, non vt darem , & ſic eſt contractus nomina-
tus, & ex hoc habes notare , ꝙ verbum accipere , vel recipere
non importat tranſlationem dominij. Nec obſt. l. cum mota.
2 in fi.in ver. partem bonorum ſuſciperet.C.de tranſa. † vbi ver-
bum ſuſciperet,importat tranſlationem dñij.Rñ.not.Bart.hic,
& in d.l.cū mota. & ibi *Moder.omnes , quòd* ibi verbū ſuſciperet,
importat tranſlationem dominij, non ex ſua natura, ſed quia
adiectum eſt obligationi generis.l.non amplius.§. fi.ff.de leg.1.
Et ex hoc habes,ꝙ ſi verbum ſuſcipere , vel recipere adijcitur
certæ rei,vel ſpeciei,non importat tranſlationem dominij,ca-
ſus eſt hic:ſed ſi verbum recipere,vel ſuſcipere adijciatur q̄ti-
tati,vel generi,tunc importat tranſlationem dñij, non ex natu
ra verbi,ſed pp rem, cui adijcitur, ita loquitur d.l. cùm mota.
3 & ibi Bar.& Mod.idem Bar.in l.fi.ſ.de condi.ob cām.† Tollite
optimum ſimile, (& milles audiuiſtis hoc anno,) ꝙ verbum
trado,non importat tranſlationem dñij. l. ſi rem tradi. cum ſi.
ff.de verb.oblig.tñ ſi promitto tradere aliquid in genere, vel in
quantitate, intelligitur de tranſlatione dñij , non ꝙ verbum de
ſui natura iſtud denotet, ſed propter naturā rei. gl. eſt in com-
muni reputata ſing.in l. ſi à ſubſtituto.§.fin. cum l.ſeq.& in illa
l.ſeq.eſt glo.ff.de leg. 1. & ibi ponderant oēs Docto. præſertim
4 Imol.† Tollite etiam aliud ſimile,venditor non tenetur tranſ-
ferre dñium , ſed ſolùm tradere poſſeſſionem.l.1. circa med.ſ.
de rer.permu. cum ſimil. Imò ſi venditor promitteret expreſ-
sè transferre dominiū rei venditæ,non eſſet vēditio, ſed ɔ̃ctus
innominatus.d.l.fin.ſ. de condi.ob cau. Iſtud eſt verum, ſi ven-
deretur certa res, vel certa ſpecies : ſed ſi venderem aliquid in
genere,vel quantitate, venit tranſlatio dñij. ita Bar. in l.ex em-
pto.in prin.ſ.de act.emp.in l.2.ad fin.prin.ſ. ſi cert. pet.& Paul.
de Caſtr.hic. & iſta ſunt veriſſima , & tenenda : conſiderabam
tamen ſi poterat aliter reſponderi ad illam l.cum mota.in ver.
partem bonorum ſuſciperet.vbi verbum ſuſciperet, importat
tranſlationem dominij,contra text.noſtrum, ꝙ illa ſit propter
ſubiectam materiam , quia verba intelligi debent ſm materiā
ſubiectam,etiam ſi improprientur.l.inſulam. j.eod.l.ſi olei. C.
loca.l.ſi vno.ſ. loca. in princip. ſed ibi conuentio illa erat facta
in ɔ̃ctu tranſactionis, in quo venit dare, vel remittere,l. tranſa-
ctio.C. de tranſact. ibi ergo nimirum ſi verbum ſuſcipiat, in-
telligitur ſecundum materiam ſubiectam,quæ importat tran-
ſlationem dominij,tamen mihi non placet, quia neceſſariò in
tranſactione non venit tranſlatio dominij , text. eſt in l.ſi cauſa
cognita,ibi rei vend. pendente. & ibi not. Paul. de Caſtr. C. de
5 tranſact.¶† Secundò not.ibi, *ſi autem rem do,vt rem accipiam*,ꝙ ſi
do rem, vt rem accipiam , non eſt emptio , ſed eſt contractus
innominatus.Intellige verum,quando à prin. ita eſſet conuen-
tum,ꝙ darē tibi rem,vt rem acciperem; ſed ſi à princip.ita eſ-
ſet conuentum,vt darem tibi pecuniam,vt acciperem rem,li-
cèt ex poſt facto pro illa pecunia de cōmuni conſenſu trado
tibi ſpeciem , erit tamen emptio , quia ad hoc vt ſit emptio,
ſufficit,quòd à princip. ſit conuentū , quòd ex parte vnius in-
terueniat promiſſio rei , ex parte alterius interueniat pecunia,
& tamen ex poſt facto poteſt dari res pro pecunia. Ratio eſt,
quia attendimus,quod à prin.actum eſt,vide hic Pau.de Caſtr.
6 ita declarātem. ¶† Tertiò no. ex text. ibi , *ſed vt damneris mihi,
quanti intereſt mea.* hic eſſe text. ſecundum Bart. & Doct. quòd
licèt in contractib. nominatis, & obligationib. dandi teneatur
quis præcisè dare,nec ſoluēdo intereſſe liberetur.l. vbi autem.
§.fi.ff. de verb. oblig. tamen in contractibus innominatis , qui
promiſit dare,non tenetur præcisè ad dandum, nec poteſt co-
gi præcisè dare,imò cōdemnatur ad intereſſe. & Pau.de Caſtr.
reputat iſtud eſſe ſingulare,& idem tenet glo. in l. vnica. & ib
Cyn.in 3.q.Bart. & alij. C.de ſen.quæ pro eo, quod intereſt. &
rationem diuerſitatis vide per Bar. & alios in l.ſtip. non diui.in
10.& 11.op. ff. de verb. oblig. tamen text. iſte non probat ne-
ceſſariò , quia in iſto text. dederat quis rem , vt rem acciperet
per verbum acciperet,& ſic non erat verbum daret, quod ne-
ceſſariò importat tranſlationem dominij. & ſecundum Bart.
forma libelli erit talis , quia petit actor rem ſibi dari,& ſi dare
noluerit,petit intereſſe, & ſic admittetur libellus alternatiuus,
prout etiam admittitur in l. 1. in principio. ff.de actio. empt.
7 ¶† Vltim.not.in verſi.ſed ſi ſcyphos. quòd in contractibus in-
nominatis periculum eſt eius , qui debet rem recipere , non
eius,qui debet rem dare,ſicut dicit gloſſ.videmus etiam in em-
ptio.& vendi.§.cum autem. inſtitu. de contrahen. emp. Con-
tra iſtum text. glo. fortiter oppo. de l. fi. ſ. de condict. ob cau-
ſam.vbi text.de directò dicit oppoſitum eius, quod hic, quòd
periculum eſt eius,qui debet dare, non eius, qui debet recipe-
re.Glo.ponit plures ſolu.pen.ſolutio eſt vera,quòd periculum
eſt debentis recipere,quantum ad hoc,vt non poſſit agere cō-
tra aduerſarium, vt impleat contractum , vel ſoluat intereſſe:
ita loquitur iſte text.tamen poteſt repetere illud,ꝙ dedit,& ſic
periculum quantum ad impediendum repetitionem , non
ſpectat ad eum, ita loquitur dict. l. fin. & ibi plenè , & abundè
tetigi.Et ex hoc patet reſponſum ad regulam. l. pignus. C. de
piginor. act. nam regulariter res perit periculo eius,cuius eſt,
nam ita etiam eſt hic,ſed poſſum repetere,quod eſt datum,&
tamen ſi periret periculo eius, cuius eſt , non poſſem repetere,
quod datum eſt.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *In locatione, vel emptione quid requiratur.*
2 *In quibus possit esse locatio, & quibus non.*
3 *Pars non implens dicitur in mora.*
4 *In contractu do vt facias illi, qui fecit, contra non facientem competit actio de dolo.*
5 *In contractu innominato facio vt des, competit actio præscriptis verbis contra non dantem.*

